D h.2

PYMANDER MERCVRII TRISMEGISTI

Cum Commento

FRATRIS HANNIBALIS ROSSELI CALABRI, ORDINIS MINORVM REGVLARIS *obſeruantiæ, Theologiæ & Philoſophiæ, ad S. Bernardinum Cracouiæ Profeſſoris.*

Liber III. de ente, materia, forma, & rebus metaphyſicis.



Cum licentia & Authoritate Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Hieronymi Bouij Epiſcopi Camerini, & in Regno Poloniæ Nuntij Apoſtolici.

Cumq; Gratia & Priuilegio Sacræ Cæſareæ M. & Sereniſs. Regis Poloniæ.

CRACOVIAE.

In Officina Typographica Lazari: Anno M. D. LXXXVI.

Auxilio Clar: viri D. Sebaſtiani Montelupi Florentini.

SERENISSIMO

FRANCISCO MEDICES

MAGNO TVSCORVM

DVCI,

Domino Domino clementiſſimo

F. HANNIBAL ROSSELI CALABER,
Ordinis Minorum de obſeruantia, Cracouiæ ad S. Bernardinum Philoſ: & Theol. Profeſſor:

OMNE FELICITATIS GENVS A DOMINO IESV.

NON EST APVD ME DVBIVM clementiſsimè Franciſce, Tuſcorum magne Dux, ſemperq́; Catholicæ fidei acerrime defenſor, Serenitatem tuam optimè noſſe ea, quæ ab antiquis ſapientiæ cultoribus, de iuſtitia dicta ſunt: nec tantùm noſſe, ſed etiam in ſubditorum regimine, in ſerie quoq; Chriſtianæ vitæ regendæ, apertiſsimis atq; efficaciſsimis operibus comprobare. Illi planè intellexerunt iuſtitiam, vitijs hominum offenſam, à rebus humanis abeſſe, in cœlumq́; migraſſe: voluerunt enim pèr quaſdam ambages docere, quid ſit iuſtè viuere. Poſtquam enim Saturnus à filio pulſus eſt, arma Iouis fugiens, deſeruit properè terras iuſtiſsima virgo. Ex hoc ille malum virus ſerpentibus addidit atris, prædariq́; lupos iuſsit. Tum belli rabies, & amor ſucceſsit habendi. Verùm quia Deus diues eſt in miſericordia, & parens indulgentiſsimus, filium ſuum vnigenitum, miſit nobis de cœlo, qui fugatam iuſtitiam reduceret, rediretq́; ſpecies illius aurei temporis, nempè vnici Dei pia, & religioſa cultura. Hæc autem cultura clementiſsimè Franciſce, quàmuis omnes virtutes ſimul complectatur; duæ tamen ſunt omniū principales, pietas, & æquitas: quæ tanquam venæ ſunt huius piæ ſanctæq́; Chriſtianæ religio-

nis. Porrò,pietas eſt Dei cultus, cuius ſumma eſt, vt eum colas. proinde ignorare iuſtitiam conuincitur, qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim ipſam poteſt tenere, qui vnde oriatur, ignorat? Altera pars iuſtitiæ vocatur æquitas, nempe æqualitas. Deus enim omnes homines pares eſſe voluit: eandem conditionem viuendi omnibus impoſuit: omnes ad ſapientiam genuit: omnibus immortalitatem ſpopondit. Qui ergo diſpares multis gradibus homines habuerunt, iuſtitiam nequaquam tenere potuerunt. Rectè ergo dictum eſt à Philoſopho 1. Met: Iuſtitiam eſſe virtutem,qua ſinguli ſua,ſecundùm leges poſsident. Et lib.6. Ethic: vocat iuſtitiam præclariſsimam virtutum. ſiquidem iuſtitia eſt ſplendor magnus, ex quo viri boni nominantur. Sanè ex iuſtitia,innocentia oritur,amicitia,concordia, pietas,religio,humanitas,quæ bonum hominem reddunt. Reuera, iuſtitia nihil alienum vendicat,propriam negligit vtilitatem,vt ſeruet communem vtilitatem. Narrat Valerius Maximus lib:6. titulo de iuſtitia illud inſigne iuſtitiæ exemplum: Zeleucus,vrbe Locrenſium à ſe ſalutaribus, atq; vtiliſsimis legibus munita, cùm filius adulterij crimine damnatus,ſecundùm ius ab ipſo conſtitutum,vtroq; oculo carere deberet:ac tota ciuitas in honorem patris,neceſsitatem pœnæ adoleſcentulo remitteret: aliquandiu repugnauit. Ad vltimũ precibus populi euictus:ſuo priùs, deinde filij oculo eruto, vſum vtriq; videndi reliquit. Atq; ita admirabili temperamento, ſe inter miſericordem patrem, & iuſtum legiſlatorem exhibuit. Cambiſes præterea inuſitatæ ſeueritatis exemplum oſtendit, nequiſsimi cuiuſdam iudicis,ex corpore pellem detractam,ſellæ intendit,in eaq; filium eius iudicaturum conſedere iuſsit. Profectò Rex ille Barbarus, atroci, ac noua pœna iudicis, ne quis poſtea corrumpi iudex poſsit,prouidit. Scriptura diuina apertiſsimum, omniumq; efficaciſsimum iuſtitiæ exemplum ob oculos poſuit: Miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi,inquit, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt, vtiq; in domino noſtro Ieſu,qui pro iuſtitia tuenda, opprobrium pertulit crucis, & ignominioſiſsimæ mortis ſupplicium, quod noſtris debebatur exceſsibus: In quacunq; (inquit) hora comederis,morte morieris.lata erat ſententia mortis,quam agnus innocens ſuſcipiens, aditum nobis vitæ inuenit. Quamobrem & iuſtiſsimus Rex meritò appellatur, & regnum,cuius nõ eſt finis,eſt conſecutus. Diligite ergo iuſtitiam, qui iudicatis terram; nam in alto quodam ſeceſſu iuſtitia locata, videt,exploratque

ſque omnia, non tam ſuas vtilitates, quàm publica emolumentā rimatur. Ea quippè non eſt factura alteri, quod ſibi fieri nolit: nec quod ſibi fieri velit, alteri negatura: in quibus certè plenus, atq; integer conſiſtit iuſtitiæ ſtatus. Et reuera, vt dicit ſapiens Sap. 1. Iuſtitia perpetua eſt & immortalis: iniuſtitia autem mortis acquiſitio. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & cōtumelias, ac diuerſos dolos: ſicut legimus Regnum Chaldæorum tranſlatum eſſe in Perſicum, & Perſicum in Græcorum, Græcorum verò in regnum Romanorum. Et quid putas clementiſsime Franciſce eſſe iuſtitiam Chriſtianorū? Profectò nihil aliud, quàm non peccare: non peccare enim eſt, præcepta legis ſeruare. Præceptorum legis obſeruatio duplici genere obſeruationis cuſtoditur: vt nihil eorum quæ prohibentur, facias: & cuncta quæ iubentur impleas. Sanè, ſapienti & iuſto homini, totus mundus diuitiarum eſt: quippè qui communia pro ſuis habet, & ſua pro communibus, ſibiq; nec parcit nec alteri, & occulta ſua latere non patitur. Etenim vbi prudentia, ibi ſæpè & malitia: vbi fortitudo, ibi iracundia: vbi temperantia, ibi impatientia, plerumq; autem alia vitia: vbi autem iuſtitia eſt, ibi concordia eſt cæterarum virtutum. Summum ergo bonum in rebus eſt, iuſtitiam colere, ac vnicuiq; ſua iura ſeruare: obtemperare enim iuſtitiæ, ſumma libertas. Iuſtitia principis, pax eſt populorum, pàtriæ defenſio, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languentium, gaudium hominum, temperies aëris, ſerenitas maris, terræ fœcunditas, ſolatium pauperum, ſpes futuræ beatitudinis. Iuſtitia eſt animi libertas, quæ hominem efficit admirandum, ſuſpiciendum omnibus: deniq; optimum animalium, dum iuſtitia vtitur: peſsimum verò animalium, à iuſtitia ſeparatum. Benè ergo dixit philoſophus ſecundo Topic: Iuſtitiam regentis ſubditis vtiliorem, quàm temporis fertilitatem eſſe; quod enim iuſtè fit, ſapienter fit: quod verò iniuſtè, nequiter atq; improbè. Melior eſt ergo iuſtitia quàm fortitudo: nam ſi omnes eſſent iuſti, non eſſet vtilis fortitudo. Narrat Plutarchus, Ageſilaum, cùm de fortitudine & iuſtitia rogaretur, vtra eſſet melior, reſpondiſſe: Nihil fortitudine indigemus (inquit) ſi iuſti ſumus. Melior eſt iuſtitia, quàm opes multæ, quia iuſtitia à morte liberat, quod opes efficere nequeunt. Recitat Cicero in officiis præclarum illud Platonis: ſcientiam, quæ eſt remota à iuſtitia, calliditatem potiùs quàm ſcientiam appellandam. Melior ergo iuſtitia quàm ſcientia, & melior

lior quàm prudentia; quia iuſtitia ſine prudentia multùm poterit: ſine iuſtitia verò nihil valebit prudentia. Quapropter non ineptè ab eodem Authore iuſtitia appellatur perpetuæ commendationis,& famæ fundamentum:ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile, nihil honeſtum,nihil præſtabilius,deniq; nihil potentius atque validius. Hæc enim in Noë mergi non potuit, nec in Abraham comburi,in Iſaac non eſt oppreſſa,nec fracta in Iacob,in Ioſeph verò alligari,ſed vinci non potuit,in Moyſe mare pertranſiit ſicco veſtigio, in Ioſue ſolem firmauit, in Dauid perſecutiones euicit, in Elia infideles necauit, in Prophetis labores terminauit, in Chriſto fortem armatum ſpoliauit,in Apoſtolis de Tyrannis triumphauit, in Martyribus mundum ſuperauit,in Confeſſoribus ſtolam iucunditatis accepit, in virginibus ſeipſam vicit. O admirabilis Iuſtitia, virgo ex Ioue nata, caſtaq; venerandaq; omnibus cœlicolis,qui Olympũ inhabitant: per te reges regnant, per te principes imperant,& potentes recta iudicant.Quid enim abſq; te ſunt regna,niſi aperta latrocinia?Diligite ergo iuſtitiam, qui iudicatis terram: ſi verè vtiq; iuſtitiam loquimini,rectè iudicate filij hominum.Hæc in Daniele obturauit ora leonum,in tribus illis pueris extinxit impetum ignis,in bello caſtra euertit exterorum. Deniq;,vt ſemel concludam, iuſtitia à morte vinci non poteſt, nec à dæmone ſuperari; quinimò & dæmones compeſcit & frenat,mortem verò premit & fugat. Suſcipite ergo iuſtitiam, qui iudicatis terram, eamq; in domicilio cordis veſtri collocate. Eſtote æqui atq; boni, & ſequetur vos ſua ſponte iuſtitia, quam quæritis. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, clementiſsime Domine, & apud me cogitarem & relegerem auos, proauos, abauos,atauos, Celſitudinis tuæ,ſummosq; Pontifices,ex nobiliſsima atque antiquiſsima familia Medices exortos;in mentem venit,eam perpetuò iuſtitiam coluiſſe, iuſtorumq; familiam appellari poſſe. Et vt de pluribus taceam ,illud vnum tacendum non puto, inſignia opera Sereniſsimi patris tui, qui abolitam fugatamq. iuſtitiam reduxit,ita, vt ſuis temporibus ſpecies aliqua illius aurei ſeculi refulſerit. Quis enim ea tempeſtate, atq; ætate iuſtiſsimi principis,aliquid agere contra fas,contra iuſtitiam, contra leges,contra bonos mores, audebat impunè? Et quia indefeſsè iuſtitiam coluit,à iuſtitia ſeruatus eſt, ex innumeris periculis ereptus, immortalitate apud homines donatus,deniq. cœlo redditus. Et reuera,vt dicit Xenophon ex Cyri Regis ſententia: Nemo decenter im-

ter imperare poteſt, qui ſubditis melior non eſt: nulliq́. dandus eſt Magiſtratus, cuius vita non ſit ſanctior magiſtratu. Hæc autem cùm in Celſitudine tua, vti, vt non degenere filio tam iuſti, & magni Ducis, ampliſsimè, atq; cumulatiſsimè inueniantur; ingentes Deo gratias agimus, qui noſtris temporibus, tàm magnum, tamq́; iuſtum, atq; Catholicum Ducem nobis dederit, in laudem bonorum, vindictam verò malefactorum. Cuius profectò præclaras tum animi, tùm corporis dotes, prudentiam, iuſtitiam, pietatem, comitatem, manſuetudinem, conſtantiam, patientiam, rectumq́; iudicium, temperantiam, & quæ ſunt generis eiuſdem, quibus nihil ſuauius, nihil candidius inueniri poteſt, attollerem quidem encomiis, niſi Dux nobiliſsime, atq; clementiſsime, non ignorarem, quàm celſitudo tua abhorreat ab huiuſmodi genere dicendi. Quamobrem à tuarum laudum, ac clariſsimarum actionum præconio, abſtinere, conſultius eſſe duxi. Cùm ille eiuſmodi ſint perſpectæ, exploratæ, atq; illuſtres, vt nihil addi poſſe videatur. Proinde illa miſſa faciens, tuam Celſitudinem obſecro, & ex animo, quoâd fieri poteſt, oro, vt hoc tenue Mercurij munus, haud grauetur animo (vt aſſolet eiuſmodi omnia) grato & benigno ſuſcipere, boniq́; conſulere, nō tam ipſum donum, quod indignum eſſe fateor, tàm magno, & humano Duce, vt illius nominis auſpicio in lucem prodierit; quàm animum donantis: qui propenſus eſt ad gratificandum eidem, ſi facultas mihi par eſſet. Id etenim ſi facere non recuſauerit Celſitudo tua, rem cùmprimis gratam faciet, ac me ſibi eo nomine deuincet, arctiſsimèque impellet, vt perpetuis, dum ſpiritus hos reget artus, meis precationibus, ſalutem illius Deo opt: Max: cōmendem. DEVS autem noſter Dominus IESVS CHRISTVS, Rex pacis, & Rex Iuſtitiæ, à quo omnis felicitas Chriſtiana proficiſcitur, ſit ſemper cum Sereniſsimo & Maximo Tuſcorum Duce, Amen.

Cracouiæ ex Monaſterio Ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ S. Bernardini 5. Kalend: Ianuarij 1586.

Catalogus

lior quàm prudentia; quia iuſtitia ſine prudentia multùm poterit: ſine iuſtitia verò nihil valebit prudentia. Quapropter non ineptè ab eodem Authore iuſtitia appellatur perpetuæ commendationis,& famæ fundamentum:ſine qua nihil poteſt eſſe laudabile, nihil honeſtum,nihil præſtabilius,deniq; nihil potentius atque validius. Hæc enim in Noë mergi non potuit, nec in Abraham comburi,in Iſaac non eſt oppreſſa,nec fracta in Iacob,in Ioſeph verò alligari,ſed vinci non potuit,in Moyſe mare pertranſiit ſicco veſtigio, in Ioſue ſolem firmauit, in Dauid perſecutiones euicit, in Elia infideles necauit, in Prophetis labores terminauit, in Chriſto fortem armatum ſpoliauit,in Apoſtolis de Tyrannis triumphauit, in Martyribus mundum ſuperauit,in Confeſſoribus ſtolam iucunditatis accepit, in virginibus ſeipſam vicit. O admirabilis Iuſtitia, virgo ex Ioue nata, caſtaq; venerandaq; omnibus cœlicolis,qui Olympũ inhabitant: per te reges regnant, per te principes imperant,& potentes recta iudicant.Quid enim abſq; te ſunt regna,niſi aperta latrocinia?Diligite ergo iuſtitiam, qui iudicatis terram: ſi verè vtiq; iuſtitiam loquimini,rectè iudicate filij hominum.Hæc in Daniele obturauit ora leonum,in tribus illis pueris extinxit impetum ignis,in bello caſtra euertit exterorum. Deniq;,vt ſemel concludam, iuſtitia à morte vinci non poteſt, nec à dæmone ſuperari; quinimò & dæmones compeſcit & frenat,mortem verò premit & fugat. Suſcipite ergo iuſtitiam, qui iudicatis terram, eamq; in domicilio cordis veſtri collocate. Eſtote æqui atq; boni, & ſequetur vos ſua ſponte iuſtitia, quam quæritis. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, clementiſsime Domine, & apud me cogitarem & relegerem auos, proauos, abauos,atauos, Celſitudinis tuæ,ſummosq; Pontifices,ex nobiliſsima atque antiquiſsima familia Medices exortos;in mentem venit,eam perpetuò iuſtitiam coluiſſe, iuſtorumq; familiam appellari poſſe. Et vt de pluribus taceam ,illud vnum tacendum non puto, inſignia opera Sereniſsimi patris tui, qui abolitam fugatamq. iuſtitiam reduxit,ita, vt ſuis temporibus ſpecies aliqua illius aurei ſeculi refulſerit. Quis enim ea tempeſtate, atq; ætate iuſtiſsimi principis,aliquid agere contra fas,contra iuſtitiam, contra leges,contra bonos mores, audebat impunè? Et quia indefeſsè iuſtitiam coluit,à iuſtitia ſeruatus eſt, ex innumeris periculis ereptus, immortalitate apud homines donatus,deniq. cœlo redditus. Et reuera,vt dicit Xenophon ex Cyri Regis ſententia: Nemo decenter im-

ter imperare poteſt, qui ſubditis melior non eſt: nulliq́. dandus eſt Magiſtratus, cuius vita non ſit ſanctior magiſtratu. Hæc autem cùm in Celſitudine tua, vti, vt non degenere filio tam iuſti, & magni Ducis, ampliſsimè, atq; cumulatiſsimè inueniantur; ingentes Deo gratias agimus, qui noſtris temporibus, tàm magnum, tamq́; iuſtum, atq; Catholicum Ducem nobis dederit, in laudem bonorum, vindictam verò malefactorum. Cuius profectò præclaras tum animi, tùm corporis dotes, prudentiam, iuſtitiam, pietatem, comitatem, manſuetudinem, conſtantiam, patientiam, rectumq́; iudicium, temperantiam, & quæ ſunt generis eiuſdem, quibus nihil ſuauius, nihil candidius inueniri poteſt, attollerem quidem encomiis, niſi Dux nobiliſsime, atq; clementiſsime, non ignorarem, quàm celſitudo tua abhorreat ab huiuſmodi genere dicendi. Quamobrem à tuarum laudum, ac clariſsimarum actionum præconio, abſtinere, conſultius eſſe duxi. Cùm ille eiuſmodi ſint perſpectæ, exploratæ, atq; illuſtres, vt nihil addi poſſe videatur. Proinde illa miſſa faciens, tuam Celſitudinem obſecro, & ex animo, quoâd fieri poteſt, oro, vt hoc tenue Mercurij munus, haud grauetur animo (vt aſſolet eiuſmodi omnia) grato & benigno ſuſcipere, boniq́; conſulere, nō tam ipſum donum, quod indignum eſſe fateor, tàm magno, & humano Duce, vt illius nominis auſpicio in lucem prodierit; quàm animum donantis: qui propenſus eſt ad gratificandum eidem, ſi facultas mihi par eſſet. Id etenim ſi facere non recuſauerit Celſitudo tua, rem cùmprimis gratam faciet, ac me ſibi eo nomine deuincet, arctiſsimèque impellet, vt perpetuis, dum ſpiritus hos reget artus, meis precationibus, ſalutem illius Deo opt: Max: cōmendem. DEVS autem noſter Dominus IESVS CHRISTVS, Rex pacis, & Rex Iuſtitiæ, à quo omnis felicitas Chriſtiana proficiſcitur, ſit ſemper cum Sereniſsimo & Maximo Tuſcorum Duce, Amen.

Cracouiæ ex Monaſterio Ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ S. Bernardini 5. Kalend: Ianuarij 1586.

Catalogus

Catalogus Tractatuum, qui in hoc tertio libro continentur.

De homine.
De mundi ſenectute.
De reſurrectione mortuorum.
De inferno.
De morte.
De luce & vita.
De animæ purgatione.
De eſſentia Dei.
De motu.
De anima mundi.
De forma,
De ente.
De intellectu.
De vniuerſali.
De paſsionibus entis.
De vno & ente.
De bono.
De vero.
De genere.
De differentia.
De ſpecie.
De proprio.
De accidente.
De Actu.
De potentia.
De poſsibili.
De vacuo.
De loco.
De chao.
De Deo quid ſit & qualis.
De nominibus Dei.
De natura.
Dę materia.
De priuatione.
De neceſſario.
De cauſalitate finali.
De numero cauſarum.

PYMANDER MERCVRII TRISMEGISTI.

Cum commento

F. HANNIBALIS ROSSELI CALABRI, Ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ.

DE HOMINIS CREATIONE.

TEXTVS MERCVRII TRISMEGISTI.

AT pater omnium intellectus, vita & fulgor exiſtens, hominem ſibi ſimilem procreauit, atque ei tanquam filio ſuo congratulatus eſt; pulcher enim erat, patriſque ſui ferebat imaginem. Deus enim reuera propria forma nimium delectatus, opera eius omnia vſui conceſsit humano. homo autem cùm conſideraſſet in patre ſuo rerum omnium procreationem, ipſe quoque fabricare voluit: vndè à contemplatione patris, ad ſphæram generationis delapſus eſt. Cumque omnium in ſe haberet poteſtatem, opificia ſeptem gubernatorum animaduertit.

Commentum primum.

HOMO OMNIVM ANIMALIVM SAPIentiſsimus eſt creatus, qui poſſet res conſiderare, & ſcientiam, ac prudentiam capere ex omnibus: & rectè quidē, quoniam omnium dominus eſt inſtitutus. Quamobrem præclarè dictum eſt à Pythagora, teſte Iamblicho, quòd ad cognoſcendum, & intelligendum omnis homo factus eſt à Deo. Propterea Plato in Phædro, hominem dicit eſſe poſſeſsionem deorum, quippe, qui ad illius cognitionem habendam conditus ſit. Et 10. de legibus, Vile mancipium eſſe non poteſt, quod ſibi in peculium ſuum aſcripſit dominus. Vnde apud antiquos legimus, ſub fabulæ quidem figmento, quòd Prometheus rationalis gubernator, ex officina Vulcani, & Mineruæ artificioſam Pythagoras. Plato. Prometheus.

De homine.

ſapientiam ſurripiens hominĩ dederit, atque ex hac diuini muneris largitione, homo cum ſuperis cognationem contraxit, ob quam veneratus eſt deum, antequam loqueretur, vel artes aliquas exerceret.

Plato.

Proinde Plato iu Prothagora ait: Solus ex omnibus animantibus, homo diuinæ ſortis particeps effectus eſt principio: ſolus ob hanc cognationem deos eſſe putauit.

Iamblichus.

Idcirco Iamblichus de myſteriis ait, quòd ante omnẽ rationũ vſũ nobis iuſita eſt deorum notio; imò tactus quidã diuinitatis melior, quàm notitia, ex quo incitatur naturalis appetitus boni, & ratiocinatio, atque iudicium. Intellectus ſiquidem diuinus dat eſſe auimæ, per iutelligere ſuum eſſentiale: ergo eſſe animæ eſt quoddam iutelligere, ſcilicet deum, vnde dependet.

Abdala.

Abdala Barbarus, & Saracenus, cùm à ſuis interrogaretur, quid in hac quaſi mundana ſcena maximè putaret admirabile: hominem, non barbarè, ſed ſcienter reſpondit, omnem planè admirationis captum excedere. hic profectò tam eximius, tam auguſtis, tamq́ue felicibus pernoſcitur productus auſpicijs,

Proteus. Chamæleon.

vt Proteus, aut Chamaleou deſultoria quadam poteſtate ſeſe in quiduis ſubinde transformet; poteſt enim effici quod optat, & eſſe, quod vult. Cùm enim inter diuina, & bruta ſit medius, ad quam voluerit iſtorum naturam vertitur: hoc certè brutis uon contingit: uec tales ſunt angelici ſpiritus, qui poſt illorum confirmationem ſeu obſtinatiouem id fuerunt, quod perpetuò futuri ſunt.

Homo poteſt eſſe omnia.

homines autem naſcentes, omnia & omnifaria ſemina, & omnigenæ vitæ ſemina à Deo patre acceperunt; quo fit, vt quæ quiſque excoluerit, illorũ fructus recipiat. Quis nõ admirabitur hunc Chamæleonta uoſtrũ?

Aſclepius.

quem nou immeritò Aſclepius Athenienſis verſipellis huius & ſeipſam transformantis naturæ argumento per Proteum in myſteriis ſignari aſſeruit.

Euantes.

idcirco Euantes Perſa ait, uon eſſe homini ſuam uullam figuram, & natiuam imagiuem; ſed eſſe illi extrarias multas, atque aduentitias.

Textus exponitur.

Cùm igitur hæc ita ſe habeant, rectè à ſapientiſſimo Mercurio, & creatio, & natura hominis ob oculos ponitur: & vide quàm congruo, & optimo ordine: nam quemadmodum hominis creatio omnium planè vltima extitit; ita profectò poſt diui Pymandri, eiusq́ lucidiſſimi verbi, ac ſancti ſpiritus ſanctiſſima myſteria, poſt angelorum ordiuatiſſimam politiam, denique poſt ſitum, ordinemq́ diſtributum elementorum, ad hominis creationem enucleandam ritè, ordinatèq́ deſcendit:

Pater Deus.

Pater, *iuquit*, omnium intellectus, *ſcilicet, diuinus,* vita, & fulgor, *de quibus locuti ſumus in primo Pymandri, quomodo ſcilicet Deus ſit vita, & lux:*

Similitudo.

hominem ſibi ſimilẽ procreauit: *quæ profectò ſimilitudo in naturæ ſpiritualis, non autem corporalis couformitate couſiſtit: Deus enim ſpiritus eſt, & omnis prorſus corporeæ molis conditione vacuus. De qua quidem ſimilitudine poſtea nobis erit diſſerendum.*

Filius.

atque ei, tanquam filio congratulatus eſt *Quare?* quia pulcher erat: *Et vnde pulcher?* quia patris ſui gerebat imaginem.

Vera hominis pulchritudo.

Vera igitur hominis pulchritudo, quæ ſuo gratificatur opifici, ex illius dependet imagine. hac Deus delectatur: hanc diligit: huius gratia nos vult, tuetur, & ſibi conmungit. Bonus pater, eſt noſter Pymander, qui non

Homo dicitur filius Dei.

modò ſua, ſed etiam ſeipſum homini cõmunicauit Deus enim reuera propria forma nimium delectatus, opera eius omnia vſui conceſsit humano. *Profectò hæc eſt vera filij conditio, quando & paternæ efficitur couſors naturæ, & bonorum illius omnium hæres eſt inſtitutus. Congruum eſſe iudico alias Mercurij ſententias adducere, quæ ſparſim ſuis in dialogis habentur, quæque huic propoſito maximè deſeruiunt.*

Deus eſt pater noſter venerandus.

Iu hymno iſtius primi dialogi, Deum, patrem appellat. Ipſe, *iuquit*, pater es venerandus. *Et dialogo 2 duobus uominibus Deum vocat, bonum, & patrem:* Vna, *iuquit*, Dei natura, ipſum ſcilicet bonum: altera Dei appellatio, pater eſt: ob eã cauſam, quòd omnia gignit: patris enim officium eſt generare. Quapropter præſtans id in vita cenſetur ſtudium, atque pium apud ſapientes, procreatio liberorũ. *Et dialogo* 5. congruo Deum nomine, *ait*, patrem vocato, patremq́; eſſe proprium eius opus exiſtimato. Quòd ſi me quiddam auda-

De homine.

audacius proferre coêgeris, huius eſſentiam eſſe dicam, concipere, ac facere ſingula. Ipſe namque eſt omne quodcunque genitum: ipſe omne quod nunquam genitum. Mens quidem intelligens, pater fabricans, Deus efficiens bonum, bona faciens omnia. *Et dialogo* 8. Pater autem ille, *inquit*, ſuiipſius ſempiternus. At verò mundus à patre ſemper viuens: homo verò ad imaginem mundi genitus ſecundùm patris voluntatem ſeſe habens, præter cætera terrena viuentia, non modò cum ſecundo Deo, *id eſt mundo*, cognationem habet; verùmetiam intelligentiam primi. Secundum planè Deum, vtpote corporalem, ſenſu comprehendit. Ad primum verò Deum, vt incorpoream, bonamq; mentem, mente conſurgit. *Itaq; homo duplicem geſtat imaginem, Dei ſcilicet, & mundi; quia nimirum ex duplici conſtat natura: corporea ſcilicet, atque incorporea: proinde corpore quidem mundo, mente verò, patri deſeruit opifici. Et dialogo* 9. Deus omnium author eſt, efficiens autem omnia ſibiipſi conſimilia reddit. Ipſe profectò, non vt quibuſdam videtur, ſenſu menteq; captus eſt; illi enim miſeria preſsi perperam obloquuntur: quæcunq; ſunt ô Æſculapi, in Deo ſimul atq; à Deo dependentia, partim per corpus agentia, partim mouentia per eſſentiam animæ, alia per ſpiritum viuificantia, alia verò recepracula defunctorum; intellectio enim Dei cuncta ſemper mouet. *Et dialogo* 10. *Tribus nominibus Deum nominat*: Deus, *inquit*, & pater, & bonum, ô Tati, naturam eandem, imò eundem actum habent: huius actus voluntas eſt, huius eſſentia velle cuncta ſubſiſtere. Quid eſt Deus, & pater, & bonum, niſi ipſum eſſe horum omnium, nondum exiſtentium? Quin etiam exiſtentia ipſa horum ſunt, id Deus, id pater, id bonum, cui nihil aliud ex omnibus applicatur. Mundus ac Sol eorum quæ ſunt, ſecundùm participationem pater; non tamen viuentibus, vitæ bonitatiſq; cauſa: Deus igitur, & pater, & bonum eſt, eo ipſo, quòd omnia eſt. Tria igitur ſunt hæc, Deus pater, bonum, & mundus, & homo: mundum Deus habet: mundus hominem. Mundus Dei filius, homo genitura mundi; neque enim ignorat Deus hominem; ſed curam eius habet, ab eoq; cognoſci ſe vult. hæc vnica ſalus hominis, cognitio Dei: hæc ad olympum aſcenſio. *Quam ob cauſam homo eſt animal diuinũ, cum diis cœleſtibus, non cum brutis comparandus.* Quinimò ſi audendum eſt verum fateri, homo verus, vel cœlicolis eſt præſtantior, vel ſaltem pari ſorte potitur. Etenim quicunque cœlitum deſcendit ad terram, cœli limitem deſerit: homo autem aſcendit in cœlum, illud metitur: tam ampla eſt humanæ naturæ poteſtas. Quamobrem audendum eſt dicere, hominem quidem terrenum, Deum eſſe mortalem: Deum verò cœleſtẽ, immortalẽ hominem. *Et dialogo* 12. Totus hic mundus, magnus Deus eſt, imago maioris, vnitus illi, patris ordinem voluntatemq; ſeruãs. *Quamobrem in hymno* 13. *dialogi gratias agit Deo, tanquam patri amantiſsimo:* Gratias habeo, *inquit*, tibi pater, actus omnium poteſtatum: gratias habeo tibi Deus, omnium poteſtas actuum: ô vita, totum quod eſt in me ſalua: ô lux, totum illumina: ſpiritus Deus; verbum tuum me agit, ſpiritifer opifex: tu ſolus es Deus. *Et* 14. *dialogo: vocat Deum patrem legitimum*: Dignum eſt intelligere, *inquit*, intelligendo mirari, admirando ſe beatum vocare, patrem legitimũ recognoſcentem. Quid enim dulcius patre legitimo? Deum cognominato propter potentiam, factorem propter actum, patrem denique propter bonum. *Itaq; Deus vita, & lux, pater eſt mundi legitimus: & creando, & conſeruando; hominis verò, & ſui participem efficiendo, atque illi omnia*

Patris officiũ.

Homo geſtat duplicem imaginem.

Deus non eſt ſenſu & mente captus.

Sol dicitur pater.

Deus curat hominem.

Dignitas hominis.

Homo eſt Deus mortalis.

Pater legitimus eſt Deus.

Pater quot modis aliquis dicitur.

ſubiiciendo; interdum enim, pater, natura ac fœcunditate nominatur, quæ quidem nominis appellatio propriè ſuo conuenit verbo, ſicuti in primo dictum eſt, vbi de imagine Dei diſputaui, nobis autem per quandam naturæ cognationem, vtpote qui effecti ſumus diuinæ naturæ conſortes: hæc autem cæteris appellatio, non eſt attribuenda animantibus. Aliquando pater nominatur, fidei propagatione, morumq́ imitatione, & is quidem modus eſt eorum peculiaris, qui piè, & fideliter Deum colunt. Nonnunquam pater dicitur officio, & authoritate: atque ita omnium eſt Deus pater legitimus, cuius intereſt omnia tueri, paſcere, ac corrigere. Deus ergo eſt pater mundi, hominis verò præcipuè, naturæ affinitate, dominandi ſimilitudine, pietatis affectu.

MERCVRIVS.

Mercurius.

Homo autem cùm conſideraſſet in patre rerum omnium procreationem, ipſe quoque fabricare voluit. vnde à contemplatione patris, ad ſphæram generationis delapſus eſt. cumque omnium in ſe haberet poteſtatem, opificia ſeptem gubernatorum animaduertit. hi autem humanæ mentis meditatione gaudentes, ſinguli eorum proprii ordinis hominem participem reddidêre. Qui poſtquam didicit horum eſſentiam, propriamque naturam conſpexit, penetrare, atque reſcindere iam exoptabat ambitum circulorum, vimque gubernatóris præſidentis igni comprehendere.

Commentum II.

Homo diuini operis contemplator.

HOMO *rationis particeps effectus, patris ſui opera ſuſpiciens, admiransq́ patris ſapientiam, potentiamq́, quæ in rerum procreatione oſtendebatur, geſtiens & ipſe patris æmulus eſſe, fabricare quoque voluit, magni opificij, quod ob oculos habebat, exemplo incitatus. Reuera, vt ipſemet Triſmegiſtus ait dialogo*

4. *4 homo factus eſt diuini operis contemplàtor* Homo, *inquit*, effectus eſt diuini operis contemplator, quod profectò dum admiraretur, authorem eius agnouit. *contingit homini hæc facultas contemplandi, quòd omnigenæ ſit naturæ, habeatq́ propemodum cum omnibus conueniendi commercium:* Multiformis enim, *ait Mercurius in Aſclepio*, variaq́ eſt humani generis ſpecies, & ipſa à prædicto deſuper aduenjens conſortio, omnium aliarum ſpecierum multas, & propè omnium per neceſsitatem coniunctiones facit: propter quod & propè deos accedit, qui ſe mente, qua diis iunctus eſt, diuina religione diis iunxerit: Propter hoc ô Aſclepi magnum miraculum eſt homo, animal adorandum, & honorandum; hoc enim in naturam Dei tranſit, quaſi ipſe ſit Deus: hoc genus dæmonum nouit, vtpotè qui cum iisdem ortum ſe eſſe cognoſcat: hoc humanæ naturæ partem in ſeipſo deſpicit, alterius partis diuinitate confiſus. ô hominum quanta eſt natura, temperata feliciùs, ac diis, cognata diuinitate con-

Aſclepius.

Homo multiformis naturæ.

Homo magnum eſt miraculum.

coniunctius! partem ſui, quia terrenus eſt, intra ſe deſpicit: cætera omnia, quibus ſe neceſſarium eſſe cœleſti diſpoſitione cognoſcit, nexu ſecum charitatis aſtringit, ſicq; ſuſpicit cœlum: ſicque ergo feliciori loco medietatis eſt poſitus, vt quæ infra ſe ſunt, diligat, ipſe à ſuperioribus diligatur. *Verùm cùm hæc ita ſe habeant, quæ à Mercurio dicuntur, quare non omnes hanc contemplandi gratiam aſſequuntur? Quia nimirum non omnes intelligentiæ diuinum percepêre ſenſum, inquit Mercurius in eodem contextu. Sane, non omnes intelligentiam veram adepti ſunt; ſed imaginem temerario impetu, nulla vera ratione inſpecta, ſequentes decipiuntur, quæ in mentibus malitiam parit, & transformat optimum animal in naturam feræ, moresq; beſtiarum: ſed clariùs hoc proſequitur in Pymandro dialo: 4.*

Quare non omnes contemplantur.

Non omnibus, *inquit*, hominibus Deus mentem impartiit, non quòd inuiderit, liuor quippe ab eo non prouenit; in medio autem tanquam certamen præmiumq; animarum mentem, *id eſt gratiam, donumq; intelligendi, quod bonis paratur operibus*, proponere voluit: cùm Craterem, *inquit*, patulum hac impleſſet, præconem miſit, *iubens* talia quædam animis hominum nuntiare: Mergat ſeipſam in hanc pateram quæcunque poteſt, quæ videlicet credit craterem animam ad eum qui demiſerat rediturum, quæuè finem noſcit, cuius gratia nata fuerit. *Vides, quòd abſque fide nemo mentis illius, hoc eſt doni intelligendi, particeps eſſe potuit? Sanè, Niſi credideritis, non intelligetis ait Iſaias cap: 7. fides enim impetrat ſpiritum: ſpiritus infundit mentem.* Quicunq; igitur, *ait*, præconium exaudierunt, ſeque merſerunt in mentem, *fortaſſis gratiam Chriſti, apoſtolorum præconio annuntiatam prædixit, quæ crateri, ſeu pateræ comparat; quia nimirum omnibus pateat, qui illius participes eſſe cupiunt:* ii, *inquit*, cognitionis participes effecti ſunt, mentemque ſuſpicientes in homines perfectos euasêre. At qui præconium neglexerunt, ii ſermonis quidem participes, mentis autem expertes relicti ſunt ignorantes, & cuius gratia, & à quo geniti fuerint, ſcientia igitur mentis eſt, diuinorum ſcilicet contemplatio, & intelligentia Dei, diuino exiſtente cratere, *fortaſſis, ſacro baptiſmo propterea aiebat Tatius.* Equidē ô pater huius crateris latice abſui cupio. Ad quem pater: Niſi prius ô fili tuum corpus oderis, teipſum amare non poteris; impoſsibile eſt enim vtriſque ſimul intendere, mortalibus videlicet, atque diuinis. *Quam ob cauſam dialogo ſeptimo, mirabili exhortatione amentes compellit homines, vt ad mentem redire velint, vt fontem vitæ non deſerant:* Quô ruitis mortales ebrii, *inquit*, qui merum ignorantiæ combibiſtis? cùm id ferre nequeatis, euomite: viuite ſobrii: oculis mentis inſpicite: ignorantiæ peſtis omnem terram ſubuertit: *puto eum loqui de ignorantia fidei Chriſti:* animamque corrumpit corporis vinclis incluſam, neque ſinit eam ſalutis iter aſciſcere. Ne permittite vos in lacum corruptionis mortiſq; ſubmergi: reſpirate iam, reſipiſcite, ad fontem vitæ recurrite, illumque, qui vos introducet in adytum veritatis capeſsite. *Conueniunt hæc baptiſmo, qui eſt fons vitæ, & veritatis adytus. Itaq; etſi omnes homines ad Dei imaginem creati ſint; quia tamen multi ignorantiam Dei habent, ac temerario impetu illam labefactare non verentur diuinæ naturæ cognationem; hac de cauſa ad fontem vitæ non accedunt abluendi, & in craterem mergendi, ac proinde à diuinorum operum contemplatione quàm longiſſimè abſunt. Sequitur textus:* Vnde, *inquit*, à contemplatione patris, ad ſphæram generationis delapſus eſt, *nempe à diuini patris ſimplici eſſentia, ad creaturarum conſiderationem.* Cumque omnium in ſe haberet poteſtatem, propter omnigenæ naturæ ornamenta, quæ à patre acceperat, opificia ſeptem gubernatorum animaduertit: *cœlum ſiquidem ſuſpiciens, ſtellarum, ac*

Liuor non eſt in Deo.

Non omnibus mens inest.

Sine fide nihil recte intelligitur.

Baptiſmus.

Exhortatio valida ad mentē recipiendam.

Ignorantiæ malum.

Fons vitæ baptiſmus.

Textus exponitur.

 planeta-

De homine.

Homines gradus angelorũ ſortientur.

planetarum ordine, numero, ac pulchritudine delectatus, ad illos accedendi ingenti deſiderio tenebatur. hi autem, nempe beatiſsimi angeli, humanæ mentis meditatione gaudenres, *quòd nimirum ipſorum naturæ conſortem, ac officij collegam haberent*, ſinguli eorũ proprii ordinis hominem participem reddidêre. *Reuera, ſic dicitur Matth: 22: de iuſtis, quòd erunt ſicut angeli Dei in cœlo. Et Lucæ 20. Filij reſurrectionis erunt æquales angelis Dei: quæ quidem æqualitas, non ad angelorum naturam, ſed gratiam attinet. Itaq; qui cum maiori præditus fuerit gratia; maiorem ſortietur gloriæ, vitæq; pulchritudinem: rectè ergo dictum eſt à Mercurio, quòd angeli beati, homines ſingulis ordinibus pro meritorum qualitate, inſerere ſatagebant:* Qui, *inquit*, homo poſtquam didicit horum eſſentiam, propriamq́ue naturam cõſpexit: *hoc eſt, cognouit, quòd angeli, creaturæ eſſent à Deo conditi, vel ſcripturarum authoritate, vel naturali intelligentia, vel diuina potiùs Pymandri illuſtratione.* Penetrare, atque reſcindere peroptabat ambitum circulorum, *id eſt, ſupra angelorum naturam, ac cœlorum motus aſcendere, Deiq; naturam cognoſcere: vnde ſubiungit:* vimq; gubernatoris præſidentis igni comprehendere: neque enim Dei notitia, abſque igne, *id eſt amore*, haberi poreſt: *intelligentia ſiquidem foris ſtat: amor verò penetralia ingreditur, pergitq; vſque ad conſpectum ſummi præſidentis.*

Deus igne cognoſcitur.

MERCVRIVS.

Quiúe arbitrium & poteſtatem omnium habuerat in animantia mundi mortalia, & ratione carentia, per harmoniam emerſit, atq; exiliit, penetrans ac reſoluens potentiam circulorum, oſtenditq́ue naturam, quæ deorſum labitur, velut pulchram Dei formam. Qui cùm naturam contueretur mira pulchritudine præditam eſſe, actionesq́ue omnes ſeptem gubernatorum, atque inſuper Dei ipſius effigiem poſsidere, illi amore ingenti ſubriſit, vtpotè qui humanæ pulchritudinis ſpeciem in aqua ſpecularetur, eiuſdemq́ue adumbrationem quandam in terra conſpiceret. Ille præterea conſpicatus ſimilem ſibi formam in ſeipſo exiſtentem, velut in aqua, amauit eam, ſecumq́ue congredi concupiuit. Effectus è veſtigio ſecútus eſt voluntatem, formamq; carentem ratione progenuit. Natura verò illud in quod tota ferebatur amore complexa, illi penitus ſeſe implicuit, atq; commiſcuit.

Commentum III.

Harmonia rerum.

HOMINI *cupienti vim gubernatoris præſidentis igne comprehendere, harmonia occurrit, quæ iu rerũ diſpoſitarum ordine cernebatur, fuitq; illi non paruo adiumento, quo voti compos efficeretur. hæc autem harmonia, creaturarum eſt optima diſtributio, ex qua veluti ex pulchro ſpeculo primi gubernatoris maieſtas a-*
5. *gnoſcitur. Quamobrem dialogo 5. Tatio ſcientiam Dei habere cupienti,*

pienti, clariſsimè, elegantiſsiméq; à Mercurio huiusmodi harmonia proponitur: Itaq;, *inquit*, ſi mentis oculis inſpexeris ô Tati, ille tibi patebit. Deus ſanè totius expers inuidiæ per ſingulas mundi particulas vbique ſplendet, atque adeò ſe notum præſtat, vt non intelligere modò; ſed manibus etiam ipſis vt ita dixerim liceat attrectare: nam vndiq; noſtris oculis eius obuerſatur, ſeq; obiicit, & inculcat imago. Itaq; cùm Deum videre volueris, ſuſpice Solem ô fili mi Tati: ſuſpice Lunæ curſum: ſuſpice ſyderum ordinem reliquorum; quis age perpetuum horum ſeruat ordinem? ordo quidem omnis numeri lociq; limitibus terminatur: vtinam daretur ô fili facultas, vt alarum adminiculo in ſublimem aëris plagam volares, mediamq; inter cœlum, & terram regionem ſortitus, conſpiceres terræ quidem ſoliditatem, maris diffuſionem, fluxum fluminum, aëris amplitudinem, ignis arctam celeritatem, aſtrorum curſus, cœli rapidam velocitatem: ſiquidem vno luminum motu, ſeriem mundi totius comprehenderes, immobilemq; factorem. quòd ſi per ea etiam quæ terra ſuſtinentur fragilia, & aquæ profunditate conduntur, Deum artificem inueſtigare volueris, circumſpice humani corporis opificiũ. *Itaq;* homo arbitrium, & poteſtatem cùm haberet, in animantia, per harmoniã, *id eſt, conuenientiſsimũ naturarum ordinem*, emerſit *quaſi ex profundo inquiſitionum ſuarũ*, atq; exilijt, *hoc eſt, ex ignorantiæ tenebris foras prodijt: ex viſibilibus, inuiſibilia intelligens, ſempiternam quoq; Dei virtutem, atq; ſapientiam*: penetrauit atque reſoluit potentiam circulorum, *hoc eſt, ſupra cœlorum ſublimia conſcendit mentis ſuæ mobilitate, ac celeri velocitate*, agnouitq; naturã, quæ deorſum labitur, *mundũ vtiq; hunc inferiorem, qui natura deorſum deprimitur*, veluti pulchram Dei formã. *vocat enim Mercurius mundum Dei imaginem, cùm ex illius pulchritudine, ſapientiam, pulchritudinemq; intellexit authoris. vnde dialogo* 5. Quis mare ſuis finibus circumſcribit? Quis terræ pondus ſiſtit, ac librat in medio? Quem timet is? Quem veretur? Diuerſorum ſyderũ diuerſi ſunt motus. Quis menſurã ſingulis motionis aſsignat? Arcturus circa idem ſe perpetuò vertens, totamq; trahens mundi machinam. Eſt certè aliquis ô Tati, horum author & dominus: etenim locum, vel numerũ, vel menſuram ſeruare abſq; authoris virtute impoſsibile eſt. Ordo fieri à deformitate nequit: eget autem deformitas domino, qui ordinem præbeat. *Ex mundi ergo ordine, maieſtas intelligitur Dei ordinantis. Non temere ergo mundus à Triſmegiſto in octauo dialogo vocatur ſecundus Deus, id eſt, imago Dei: theologi dicerent veſtigium Dei*: Primus *inquit*, omnium verè ſempiternus, immortalis, ingenitus Deus, author omnium: ſecundus deinde ad illius imaginem mundus ab eo genitus, & ab eodem ſeruatus, nutritus, & immortalitate donatus velut à proprio patre. *Et dialogo 9. dicit mundum diuinæ voluntatis organum eſſe, hac potiſsimùm ratione conſtructum à Deo, vt ab illo ſemina ſuſcipiens vniuerſa, eaq; tuto ſinu recondens, omnia quidem componendo reducat, omnia rurſus auferat diuidendo.* Deus igitur coſmi, id eſt, mundi pater: coſmus autem eorum quæ in coſmo: & coſmus quidem Dei filius. Quæ verò in coſmo, ſub coſmi ditione conſiſtunt, ac iure coſmus appellatus eſt, omnia ſiquidem varietate generationis κοσμ id eſt exornat. *Et dialogo 10. Mundum quidem pulchrum, non tamen bonum appellat:* Mundus, *inquit*, pulcher eſt, non tamen bonus: etenim ex materia cõſtat, paſsionibusq; ſubiicitur, primusq; eſt eorum quæ patiuntur: ſecundus autem eorum, quæ ſunt. Indigus præterea ſuapte natura: factus aliquando; ſemper exiſtens in generatione, atque genitus, qualitatumque,

& quan-

De homine.

Inuidia non eſt in Deo.

Deus omnibus patet.

Homo ex viſibilibus Deum cognoſcit.

Mundus Dei imago.

Arcturus quid ſit.

Ordo mundi.

Mundus ſecũdus Deus.

Mundus diuinæ voluntatis organum.

Mundus vocatur Coſmus

Quid ſit mundus.

De homine.

& quantitatum omnium genitura; mobilis enim. *Mundus ergo eſt pulchra*

Gubernatio mũdi ab vno.

Dei forma: nam quemadmodum vnus eſt mundi princeps; ita planè & vnus eſt mundus, cuius adminiſtratio ab vno gubernatore dependet, vt ipſe Mercurius 10. *dialogo clarè deſcribit:* Mundi, *inquit*, totius adminiſtratio, ex vnius natura dependens, perq; vnam mentem rectè diſcurrens, qua nihil validius, nihil diuinius, nihil denique magis vnitum. *Non temere igitur, mundus, pulchra Dei appellatur imago; eius enim vnitate, ordine, pulchritudine, diuinæ vnitatis ordinisque atque pulchritudinis effigiem præſeferre videtur. Et Dialogo* 11. Diligenter, *inquit*, circumſpice mundum, inuiolabile corpus, quo nihil antiquius, per omne quidem adultum ac virens. Inſpice præterea mundos

Mundi ſeptẽ.

ſeptem ſuppoſitos, ornatu mirifico fabricatos, ordine ſempiterno, curſu ſuo differenter complentes æuum: plena lumine ſingula. hæc autem in vnum congredi abſq; congregantis virtute, impoſsibile eſt: oportet ergo aliquem eſſe talem, ac penitus vnum. Nam cùm multi variiq; ſint motus, & diſsimilia corpora, vnus autem ordo velocitatis in omnibus; impoſsibile eſt duos, aut plures eſſe factores: neq; enim ordo vnus ſerua-

Vnitas Dei oſtenditur.

retur in multis. Præterea, qui inter illos imbecillior eſſet, potentiori nimirum inuideret, ex quo ſeditio quædam exoriretur. Vnus igitur Deus, mundum vnum eſſe confeſſus eſt, & ſolem vnum, vnicam lunam, vnam

Influxus Dei perpetuus.

quoq; diuinitatem. Vnus ergo ſingula facit in multis. Ipſe ſuapre natura efficax, vi propria operans verſatur in opere ſemper. Si quando influxũ ſuum ipſe ſubtraxerit, deficiente vita, in mortem corruent vniuerſa.

Æuũ imago Dei.

cùm autem viuant omnia, vnaq; ſit vita cunctorum, *effectiuè ſcilicet*, vnus eſt Deus, à quo fiunt omnia. Imago igitur Dei eſt æuum: æui mundus: mundi Sol: Solis homo. *Et ſupra eodem dialogo*, quid æuum: origo materiæ pendet ex æuo, quemadmodũ ex deo æuum Generatio quidem ac tempus, naturæ geminæ, & in cœlo ſunt, & in terra: in cœlo ſanè immutabilia ſunt hæc duo, atq; immortalia: in terra mutabilia corruptioniq; obnoxia.

Æternitas.

Æternitatis anima, Deus eſt: anima mundi, æternitas: terræ anima, cœlum: Deus in mente, mens in anima, anima autem in mate-

Cœlum.

ria: omnia verò iſta per æuum: totum hoc corpus, in quo corpora om-

Textus exponitur.

nia. *Quare ergo mundus appellatus ſit pulchra Dei forma, ipſemet Mercurius declarauit abundè. Sequitur textus:* Qui cùm naturam, *inquit*, conrueretur mira pulchritudine præditam eſſe; *ideò enim Coſmus dictus eſt mundus, propter mirabilem vtique illius venuſtatis pulchritudinem*, Actionesq; omnes ſeptem gubernatotum, ac inſuper Dei ipſius effigiem poſsidere, *hoc eſt, non modò mundi*

Homo gaude ſe eſſe imaginem Dei.

inferioris pulchritudinem, angelorum actiones, atq; naturas, ſtellarumq; reuolutiones, ſed etiam ſuipſius homo agnouit naturam, animaduertitq; ſe effigiem Dei eſſe: cui ingenti amore ſubriſit, *id eſt, maximè gauiſus ſe imaginem Dei geſtare*, vtpotè, *inquit*, quæ humanæ pulchritudinis ſpeciem in aqua ſpecularetur: *hoc eſt,*

Quando homo ſeipſum cognoſcit.

quemadmodum in aqua cernitur forma aſpicientis; ita planè in apice mentis, veluti in ſpeculo, imago cognoſcitur creatoris: cùm ergo homo ad mentis puritatem redierit, illico conſpicit ſe effigiem Dei poſsidere, eiuſdemq; abumbrationẽ quandam in terra cõſpiceret, *id eſt, non ita clarè; ſed adũbratè potiùs, in his quæ extra ipſum verſabantur, ſuæ valuit pulchritudinis ſpeciẽ agnoſcere.* Ille præterea cõſpicatus ſimilẽ ſibi formã in ſeipſo exiſtentẽ, velut in aqua, *quæ eſt cæteris illuſtrior animæ partibus, ſicuti pupilla oculi, in qua ſe intueri poteſt, non autem in aliis corporis partibus*, amauit eam, ſecumq; congredi concupiuit, *vnum vtique fieri:* Natura verò, illud, in quod tota ferebatur, *nempè in Dei imaginem, cuius congreſſum peroptabat*, illi penitus ſeſe implicuit, atque commiſcuit.

MER-

9 De homine.

Mercvrivs.

Quandoquidem ſolus homo ex vniuerſis terrenis animantibus duplicis naturæ cenſetur: mortalis quidem propter corpus: immortalis autem propter hominem ipſum ſubſtantialem; immortalis enim eſt, cunctorumque arbitrium obtinet. Cætera verò viuentia, quæ mortalia ſunt, fato ſubiecta patiuntur. Homo igitur harmonia ſuperior extitit: in harmoniam verò lapſus, periclitatus, ſeruus effectus eſt. hic vtriusque ſexus fœcunditate munitus ab eo, qui amborum ſexuum fons eſt, vigilque factus ab eo, qui eſt vigilans, continetur, atque eius dominationi ſubiicitur.

Textus Mercurij.

Commentum IIII.

*A*Nimæ ad corpus dilapſum ſubobſcurè deſcribit, quatenus naturalem illius ad corporis coniunctionem habendam, fouendamq́; oſtenderet.* Erat, *inquit*, homo harmonia ſuperior *id eſt, naturæ ordine, nobilitateq́; præſtantior corpore; ob naturalem tamen inclinationem, diuiq́; Pymandri mandatum*, ad harmoniam inferiorem, *id eſt, ad corporis cōmertium deſcendit. Vtriusq; oſtendit naturæ diſcrimen: anima enim cœlitus mittitur, id eſt, immediatè à deo formatur: corpus verò ex elementis compaginatur: ex vtroq; autem homo conſtat; hac de cauſa mortalis dicitur, pariter & immortalis:* Solus, *inquit*, homo ex vniuerſis terrenis animātibus duplicis naturæ cēſetur: mortalis quidē propter corpus: immortalis autē propter hominē ipſum ſubſtantialē, *id eſt animā, quæ eſt corporis forma ſubſtātialis. In octauo dialogo Pymandri hanc ipſam doctrinam profiteri videtur.* Homo, inquit, ſecundum deum, *id eſt, mundum*, vtpote corporalē, ſenſu comprehendit, *quatenus ad mundi imaginem genitus eſt.* ad deum verò, vt incorporeā ſubſtantiam, mente cōſurgit. *Cum autem à filio interrogaretur, vtrum tale animal eſſet deſtruendum omninò:* Melius melius, inquit, ominare ô fili. *In Aſclepio clariſsimè de hac eadem materia diſſerit:* Solū enim animal homo, *ait*, & eius vna pars ſimplex eſt, quæ eſt diuinæ ſimilitudinis forma; alia verò eſt humanum tegumentum. Deus enim hominem fecit, viſusq́; eſt ei pulcher, vtpotè qui ſit omnium bonitate pleniſsimus: amauit eum, vt diuinitatis ſuæ partem. Quum igitur animaduerteret deus illam ſui partem nō poſſe omnium rerum eſſe diligentem, niſi eam mundano integumento contegeret; texit eam corporea domo, talesq́; omnes eſſe præcepit, ex vtraq; natura in vnum confundens, miſcensq́;, quantum ſatis eſſe debuiſſet. Itaque hominem conformauit ex animi & corporis, id eſt, ex ęterna, *id eſt, immortali*, & mortali natura; vt animal ita conformatum, vtriq; origini ſuæ ſatisfacere poſsit, & mirari, atque orare cœleſtia, & æterna, & incolere, atque gubernare terrena. *Animal* ergo homo, non quidem eò eſt minor, quod ex parte mortalis ſit; ſed eò fortè aptiùs, efficaciùsq́; compoſitus, ad certam rationem

Animæ corporisq́; coniunctio.

Textus exponitur.

Homo eſt mortalis, & immortalis.

8.

Aſclepius.

Homo eſt pars Dei.

Quare anima vnita eſt corpori.

Homo nō eſt minor, quia mortalis.

ne.

mortalitate auctus eſſe videatur: ſcilicet, quoniam vtrumq; vbi ex vtraq;
materia ſuſtinere non potuiſſet, ex vtraq; formatus eſt, vt & terrenorum
cultum, & diuinitatis poſſet habere delectum. Effector enim mundi de-

Homo mundi eſt gubernator.

us, & eorum quæ inſunt omnium ſimul cuncta gubernando, cum ipſo ho-
mine gubernatore cõpoſuit. Itaq; homo nouit ſe, nouit & mundum. gra-

Homo ſecunda imago dei.

tias agit deo, eius imaginem venerans, nõ ignarus ſe ſecundam eſſe ima-
ginem dei, cuius ſunt imagines duæ, mundus ſcilicet, & homo: vnde effi-
citur, vt quoniam eſt ipſius vna compago, parte, qua ex anima, & ſenſu, &
ſpiritu, atq; ratione, diuinus eſt, veluti ex elementis ſuperioribus, aſcen-

Elementa cœleſtia.

dere poſſe videatur in cœlũ; parte verò mundana, quæ conſtat ex igne,
& aqua, & aëre, mortalis exiſtat in terra; ne curæ ſuæ omnia mundana, vi-
dua deſertaq; dimittat: ſic enim humanitas ex parte diuina, & ex parte
mortalis effecta eſt in corpore cõſiſtens. Etenim, vt homo ex vtraq; parte

Homo ex vtraque parte pleniſsimus.

poſsit eſſe pleniſsimus, quaternis cum vtriuſq; partis elementis animad-
uerte eſſe formatũ, manibus & pedibus vtriſq; binis, alijſq; corporis mẽ-
bris, quibus inferiori, id eſt terreno mundo deſeruiat: illis verò partibus
quatuor, ſenſus animi, memoriæ, atque prouidentiæ, quarum ratione
cuncta diuina norit, atque ſuſpiciat. *Porrò hæc quatuor cœleſtia elementa in x.*
Pymandri lucidiùs explicat: Anima hominis, inquit, in hunc vehitur modum:
mens in ratione, ratio in anima, anima in ſpiritu, ſpiritus in corpore. Ho-

Vita æterna eſt merces bonorum.

mo itaque ſic effectus conformatuſque, & tali miniſterio, obſequioque
præpoſitus, deum piè colendo, & dignè & competenter in vtroque dei
voluntati parenti, exutus mundana cuſtodia, nexibuſque mortalibus ab-
ſolutus, ſuperiori, *id eſt, diuinæ* parti, purus, ſanctuſque reſtituetur. hæc
eſt merces piè ſub deo, diligenterque cum mundo viuentibus Secus
autem erit animæ obtortum collum habenti; ſui enim parti, quæ morta-

Animæ collũ obtortum.

lis eſt, inhæret, quæ non ſinit partem diuinitatis agnoſcere inuidens im-
mortalitati, malignitas. Ego enim tibi quaſi prædiuinans dixero, nullum
poſt nos habiturum delectum ſimplicem, qui eſt Philoſophiæ, quæ ſola

Philoſophiæ finis.

eſt in cognoſcenda diuinitate frequens obtutus, & ſancta religio. Multi
enim eam multifaria ratione confundunt in varias diſciplinas, nec com-
prehenſibiles, eam callida commentatione miſcentes. *Hoc Mercurij vatici-*
nium iam clarè patet, cùm noſtris, & retroactis temporibus, pura illa, diuinaq; Philo-
ſophia mundum deſeruerit, tantumq; nobis relicta ſit opinionum ingens confuſio; vt ex
hoc ipſo exoſum ſit Philoſophiæ ſtudium, quandoquidem cui credere debeas, ignores.
Erunt, inquit, poſt nos homines, ſophiſtarum calliditate decepti, à vera,

Sophiſtæ genus.

pura, ſanctaq; philoſophia auertentur. Itaq; deus hominem compoſuit
ex vtraque natura, diuina, atque mortali: & ſic compoſitum per volun-

Homo nobilior angelis.

tatem dei, conſtitutum eſt eſſe meliorem dijs, qui ſunt ex ſola immortali
natura formati, & omnium mortalium: propter quod homo dijs co-
gnatione eſt coniunctus, ipſos pio affectu, & ſancta mente veneratur:
dijq; pio affectu humana omnia reſpiciunt, atque cuſtodiunt. *Et iterum.*

Dij curant humana omnia.

Non immeritò miraculo dignus eſt, qui maximus eſt, omnium deorum.
Porrò animæ immortalitatem lucidiſsimè depingit: Cùm inquit, fuerit animæ à

Animæ immortalitas.

corpore facta diſceſsio, tunc arbitrium examenque meriti eius tranſiliet
in ſummi dæmonis poteſtatem: *quod profectò fieri non poſſet, ſi ſimul cum cor-*
pore anima interiret. Reuera, vt ipſe ſubiungit, Pater omnium & dominus, qui

Deus illuminat.

ſolus eſt omnia, hominem illuminat, qui veritatis claritate percepta, toto
ſe ſenſu intelligentiæ diuinæ commiſcet: cuius amore à parte naturæ, qua

mortalis

mortalis eſt, liberatus, immortalitatis futuræ concipit fiduciam. *Et ad Aſclepium loquens, ait* : Auus tuus ô Aſclepi medicinæ primus inuentor, cui templum conſecratum eſt in monte Lybiæ, circa littus crocodilorum, in quo eius iacet mundanus homo, id eſt, corpus; reliquus enim vel potiùs totus, ſi eſt homo totus in ſenſu, vitæ melior, remeauit in cœlum. *quid clarius dici poteſt, quid ſolidius ad animæ immortalitatem aſtruendam? Patet ergo ex veriſsima Mercurij theologia, animam humanam immortalem eſſe: hominemq́, non ſine magno opificis conſilio, ex duplici conſtare natura. Sequitur textus.* immortalis enim eſt, ſicut dictum eſt, cunctorumque arbitrium obtinet: *tùm quia ſuæ ſubdita ſunt ditioni, tùm etiam, quia omnium poteſt ſcientiam habere.* Cætera verò viuentia, quæ mortalia ſunt, fato ſubiecta patiuntur, *quia curſui aſtrorū deſeruiunt, nullamq́ habent liberi arbitrij facultatem: nam ſapiens dominatur aſtris. latiùs de fato in 4. Pymandri dixi.* Homo igitur harmonia ſuperior: *id eſt, anima, quæ diuinioris eſt ordinis,* in harmoniam lapſus, *nempè inferiorem, hoc eſt, in corpus,* periclitatus, ſeruus effectus eſt: *omne enim periculum ex materiæ connexu, omnisq́ iniquæ ſeruitutis, moleſtia, ex commertio corporis manauit.* hic vtriusq; ſexus fœcunditate munitus, *id eſt, procreandæ prolis fœcūditate, atque abundantia donatus,* ab eo, qui amborum ſexuum fons eſt, *id eſt, à deo, vt paulò ante dixerat deum eſſe vtriusq; ſexus fœcunditate pleniſsimum: quod certè apertiſsimè dilucidat in Aſclepio:* Deus inquit, eſt ſolus vt omnia: vtriuſque ſexus fœcunditate pleniſsimus, ſemper volūtatis ſuæ prægnans: parit ſemper quidquid voluerit procreare: voluntas eius eſt bonitas omnis: hæc eadem bonitas omnium rerum eſt ex diuinitate eius natura nata, vt ſint omnia ſicut ſunt, & fuerunt, & futuris omnibus de hinc natura ex ſe naſcendi ſufficiat: hæc eſt ratio, quomodo fiant omnia vtriuſque ſexus. Impoſsibile eſt enim aliquod eſſe eorum animalium, quæ ſunt, infœcundum eſſe. *Cùm igitur deus ſit vtriusq; ſexus fœcunditate pleniſsimus, partim quidem, quia & intellectus illius, atq; voluntas ſunt fœcundi, vt dixi in principio ſecundi Pymandri; partim etiam quia cæteris præſtat fœcunditatem pariendi, procreandiq́: decet vnumquemq; noſtrûm, non tam fœtibus, quàm virtutibus eſſe fœcundum:* hac *ſiquidem* fœcunditate vtriuſq; ſexus *quilibet debet eſſe* munitus, *nempè, & voluntatis charitate, & intellectus veritate; partus enim voluntatis, eſt amor: intellectus verò, veritas:* vigilq; factus eſt ab eo, qui eſt vigilans, cōtinetur, atq; eius dominationi ſubijcitur. *Sanè, nō ſolùm fœcunditatis munere donatus eſt homo a ſuo opifice; verùmetiā vigilandi gratia ab eo, qui perpetuò inuigilat ſuis operibus: Nō enim dormit, neq; dormitat, qui cuſtodit Iſraël: intereſt enim hominis peruigilem eſſe, ne ignorantiæ, aut ignauiæ ſomno grauatus, amittat ſe, & ſua, quæ cœlitus ſunt illi conceſſa. Intelligere planè debet, quemadmodum à deo conditus ſit, atque ab illo multa acceperit, cuius dominationi ſubiectus eſt, & naturæ, & gratiæ muneribus; ideoq́ multùm eſt illi inuigilandum, vt gratus charusq́ ſit illi, ſub cuius dominatione continetur.*

De homine.
Medicinæ inuentor.
Textus exponitur.
Fatum.
Sapiens dominabitur aſtris.
Seruitus vnde.
Vterq; ſexus in deo quid ſignificet.
Fœcunditatis bonum.
Partus vtriuſq; potentiæ.
Textus exponitur.
Homo debet vigilare.

MERCVRIVS.

Pymander. Id eſt, *inquit*, myſterium, quod in hanc vſque diem genus humanum latuit. Natura quippe homini ſeſe immiſcens, miraculum attulit, quod omnium miraculorum vincit admirationem. Nam cùm ſeptem il-

Textus Mercurij.

De homine.

lorum harmonia ipſe iam fuiſſet imbutus, ab eo, quem tibi paulò ante narraui, patre videlicet, atque ſpiritu, natura ipſa non reſtitit. Quinimò ſeptem protinus homines peperit ſecundùm ſeptem gubernatorũ naturas, maſculini pariter, & fœminini generis compotes, atque ſublimes. Fœmina eſt aër & aqua coëundi compos: ex igne maturitatem, ex æthere ſumpſit ſpiritum: conglutinauitque natura corpora ad hominis ſpeciem effingendam. Homo autem ex vita & luce in animam, mentemque proceſsit. Vita quippe animam largita eſt, lux denique mentem. Talia profectò vſque ad finem circuitus principiorum, ſimul ac generum, cuncta mundi ſenſibus membra manabant.

Commentum V.

Myſterium abſconditum.

M*YSTERIVM abſconditum Pymander, ſuo ſatagit Mercurio inſinuare; vt illius notitia percepta, beatæ illius viſionis, in qua ſe Deum vidiſſe aſſerit, intelligentior fiat: ſic enim ait ad Aſclepium:* Sed tibi Deus, *inquit*, ſumme gratias ago, qui me videndæ diuinitatis tuæ illuminaſti lumine. Et vos, ô Tati, & Aſclepi, & Amnon, intra ſecreta pectoris, diuina myſteria ſilentio tegite, & taciturnitate ſeruate. *Quale autem ſit illud myſterium, quod in illum vſque diem, genus humanum latuit, ſatis obſcurè deſcribit, quod poſtmodum in Aſclepio clarè manifeſtat; prædicit enim idolorum ruinam futuram, quam ſuis temporibus propalare non audebat, ne tanquam calumniator videretur, legiq́; Ægyptiorum aduerſarius omninò. Itaque ait:*

Septem harmoniæ.

Natura quippè homini ſeſe immiſcens, miraculum attulit, quod omnium miraculorum vincit admirationem. *Quod autem ſit illud miraculum, ſubiungit:*

Textus exponitur.

Cùm, *inquit*, ſeptem illorum harmonia, *id eſt, Cùm didiciſſet planetarum ordinem atq; naturam, à patre videlicet, & ſpiritu. Cœlitus ergo illorum cognitio, homini conceditur, ſpiritus afflatu, patris benignitate, verbi quoque lucidi lumine.* Natura, *id eſt, anima*, quæ ſeſe homini mundano, *id eſt, corpori* immiſcuerat, non reſtitit, *id eſt, non eſt contenta illorum cognitione*, niſi & ipſa inſtar primi opificis, ſeptem, *id eſt multos, ſeptenario enim vniuerſitas oſtenditur*,

Septem homines.

fabricaretur huiuſmodi homines, *vtpotè Dianam, Venerem, Mercurium, aliosq́; Planetas, quos antiquitas mani religione colebat:* ſecundùm ſeptem, *inquit*, gubernarorum naturas, maſculini pariter & fœminini generis compotes atque ſublimes, *id eſt deos, deasq́. hæc autem ita ſe habere, ex ipſomet intelligimus Mercurio ad Aſclepium ſcribente.*

Aſclepius.

Poteſtatem hominis ô Aſclepi, vimque cognoſce. Dominus & pater, vel, quod eſt ſummum, Deus, vt effector eſt Deorum cœleſtium;

Homo effector eſt deorum.

ita homo effector eſt Deorum, qui in templis ſunt, humana proximitate coniuncti. vnde homo non ſolùm ad Deum proficit; verùm etiam confirmat deos: humanitas ſiquidem ſemper vicina naturæ, & origini ſuæ, in illa diuinitatis imitatione perſeuerat: vt ſicut Deus, ac dominus, vt ſui ſimiles eſſent, deos fecit æternos,

De homine.

nos, *id eſt, Angelos, qui planè æterni dicendi non eſſent, ſi facti ſint: proinde idem ſonat æterni, ac ſi dixiſſet, natura immortales, atque incorruptibiles*; ita humanitas deos ſuos, ex ſui vultus ſimilitudine figurauit: *quos in Pymandro homines, in Aſclepio, deos appellat.* Statuas dico, ô Aſclepi, animatas, ſenſu, & ſpiritu plenas, tanta, & talia facientes, ſtatuas futurorum præſcias, easque fortè vates omnes ſomniis, multisque aliis rebus prædicentes, imbecillitatesq; hominibus facientes, easq; curantes. Sed futurum tempus eſt, vt appareat Ægyptios in caſſum pia mente, diuinitatem ſedula religione ſeruaſſe: & omnis eorum ſancta veneratio in irritum caſura, fruſtrabitur.

Statuæ animatæ, & præſciæ futurorum.

Hoc eſt miraculum, quod omnium vincit admirationem: hoc eſt, myſterium multo tempore abſconditum: hoc in illa viſione Pymander Mercurio intimandum curauit. Sequitur textus: Horum ſeptem, *vt dixi*, generatio hunc in modum effecta eſt: fœmina enim aër, & aqua, coëundi compos, ex igne maturitatem, ex æthere ſumpſit ſpiritum; conglutinauitq; natura corpora, ad hominis ſpeciem effingendam. *hæc vltima verba, manifeſtè oſtendunt de ſtatuis operibusq; hominum manibus fabricatis, Pymandrum fuiſſe locutum:* Ad hominis ſpeciem, *inquit*, non naturam effingendam, *ad fabricanda vtiq; idola, atq; imagines hominum. Modum autem fabricandi, ſub elementorum ſimilitudinibus depinxit, quo deorũ, atq; dearum proprietates deſcriberet:* Fœmina, *inquit*, eſt aër, & aqua, *hoc eſt, inter ſtatuas illas mirificas, vtriusq; ſexus inuenientur idola; aqua enim Lunæ, ſeu Dianæ congruit: aër verò Iunoni, atq; Veneri: ignis verò Soli, ac Marti: æther autem Ioui. Saturnus Lunæ cognatus eſt, Mercurius autem Soli. Porrò, quemadmodum ex elementorum coniunctione, mixta omnia conſiſtunt; ita planè ex illorum deorum, dearumq; numero, ordineque deorum, atq; dearum omnium emanauit confuſa religio. Inerat autem illis ſpiritus mendax; vnde ab antiquis tanquam dij, vana religione colebantur; ex illis ſiquidem fiebant reſponſa, & ſimilia multa. Itaq; aperuit Pymander ſecretum pectoris ſui, quod modò partim videmus completum, perfectius autem in fine mundi tenemus eſſe complendum. Sequitur textus:* Homo autem ex vita & luce, in animam mentemque proceſſit: *quaſi diceret, hoc intereſt inter hominem verũ, & fictum, quòd ipſe ſit animal rationale, ille verò opus manuum artificis. Homo ſiquidem conſtat ex vita, & luce, id eſt, ex duplici vita, animali vna, ſpirituali autem altera; lux enim ſpiritualis, eſt donum intellectus, ſiue mens, qua anima intelligit diuina; porrò intelligere, eſt vita intelligentis; non minus enim intelligens viuit ex obiecto, actuq; intelligendi, quàm corpus ex anima:* vita quippè, *ait*, animam largitur, lux deniq. mentem: *id eſt, anima ſine vita eſſe non poteſt, nec mens ſine luce, à qua mens ipſa procedit. Ille autem homo fictitius hac duplici vita caret; huius autem rei cauſa paulòpòſt à Mercurio aſſignabitur:* Homo, *inquit*, ex vita, & luce conſtat, quia illius legitimus pater, nempè Deus, eſt vita & lux, *& formaliter, & effectiuè, vt communis theologorum eſt, ac philoſophorum ſententia: non eſt tamen ipſemet actus viuendi, intelligendiq; ſed cauſa, atq; ratio, vt illi ſint: quemadmodum docet Mercurius dialog. 2.* Deus, *inquit*, mens non eſt, *ſcilicet noſtra:* at verò vt ſit mens, cauſa eſt: nec ſpiritus, *eodem modo intellige*; ſed cauſa, qua ſpiritus extat: neque lumen, verùm cauſa, qua lumen exiſtit. *Et 11.* Nihil, *inquit*, in rerum natura conſiſtit, cui non inſit naturalis quidam agendi vigor, ſimulque certi operis executio; quantò magis aſſeuerandum eſt, Deo non deeſſe poteſtatem omnium, & effectum? Nam quidquidocioſum, imperfectum eſt: imperfectum dicere Deum, nefas eſt: facit igitur omnia Deus, vt ſint ea, quæ fiunt, quæ fiebant, quæue in poſterum fient: ipſe quippè vita eſt, à quo omnia viuentia ſunt, & quæ in cœlo videntur, & quæ iacent in ter-

Myſterium abſconditum quale.

Textus exponitur.

Idola antiquorum deſtruenda.

Spiritus mendax in dolis.

Textus exponitur.

Homo cõſtat ex vita, & luce

Deus eſt vita, & lux.

Vna vita ſpiritualis.

in terra: vna autem vita cunctorum manat ex Deo, ipſa etiam eſt ipſe Deus. *Intellige, in ſe quidem formaliter, in aliis verò cauſaliter.* Vita autem, *ſcilicet illa ſpiritualis*, eſt vnio mentis, & animæ, *quando ſcilicet intellectus, quem Pymander largitur timentibus ſe, animæ vnitur humanæ:* Mors verò, quando hæc ab inuicem ſeparantur. *Etenim ſicuti corpus viuit ex anima; ita profectò anima viuit ex Deo, à quo animæ conceditur donum intellectus, quam animæ mentem appellat. Vnde in 12. dialogo, pulchrè admodum deſcribitur huius mentis officium:* Mens, *inquit* huiuſmodi ab eſſentia Dei nequaquam eſt diuiſa, ſed potiùs illi eo modo connexa eſt, quo ſolis corpori lumen. *Ac ſi diceret, dona Dei, quæ hominibus communicantur, inſtar ſeſe habent radiorum ad ſolem: vnde quemadmodum radij, ex continuo ſolis aſpectu decidunt, atq; fluunt, non tamen ſunt ipſe Sol; ita planè diuina chariſmata, à diuina manant inceſſanter eſſentia, tametſi ipſa eſſentia ſint minimè.* Deus igitur in hominibus eſt mens, in irrationabilibus, eſt natura. Mens quippè adiutrix eſt hominum animarum, eas in bonum proprium reuocans. *Quam ob cauſam rectè dictum eſt à Mercurio:* quòd homo ex vita & luce conſurrexit in mentem: nam quibuſcunque animis, *vt in 12. dicitur*, mens præſidet, ſuo illas fulgore illuſtrat, earumq; morbis malisque reſiſtit. Conſurrexit, *inquit*, in mentem, *quandoquidem talis ſit hominis finis, mente ſcilicet Deum complecti, mente illum colere, venerari, atq; piè inſeruire. Hoc ipſum Mercurius dialogo 3. prudenter annotauit:* Omnis anima, *inquit*, velata carnis vmbraculo, nata eſt ad cœleſtium deorum diſcurſum ſuſpiciendum, ad opera Dei, & naturæ progreſſus, ad bonorum ſigna, ad poteſtatis diuinæ cognitionem. *Itaq; Deus eſt vita, & lux. Quatenus autem eſt vita, animam, id eſt, vitam animalem; quatenus verò lux, mentem, id eſt, intelligentiam, vt diximus, hominibus largitur. Deum autem eſſe vitam in primo Pymandri oſtenſum eſt, & ex Mercurio patuit, & ampliùs patere poteſt: ſic enim loquitur in dial. 11.* Quemadmodum, *inquit*, homo nequit ſine vita viuere; ita nec Deus viuere poteſt, niſi bona producat, hæc enim Dei vita, hic eius actus, agitare ſingula, vitamq; omnibus inſpirare. *Et 12. dial.* Materiæ, *ait*, vita, ſpiritus eſt, mens animæ: ex mente viuens omne profluit. omne igitur viuens per mentem permanet immortale. Maximè verò omnium immortalis eſt homo, qui Deum capit, qui diuinæ conformatur eſſentiæ: huic enim ſoli ex omnium viuentium genere Deus ipſe cōgreditur: nocte quidem per ſomnia, die crebriùs per portenta, perque omnia ſibi futura prænunciat, per aues, per inteſtina, per ſpiritum, perq; Sibyllam. Quapropter verè dicitur homo ſcire, quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ ventura ſunt. *In hymno decimitertij dialogi, Deum ſic alloquitur:* O vita, ô lux, à vobis in nos benedictio currit: ô vita, totum quod eſt in me, ſalua: ô lux, totum illumina, ſpiritus Deus: verbum tuum me agit, ſpiritifer opifex. *Et in Aſclepio:* Deus cùm ſit vitæ æternitatiſque pleniſsimus, ſic eum ſemper viuere neceſſe eſt. Etenim, ſicut vitaliū eſt gubernator, ac totius viuacitatis eorum frequentator, & diſpenſator; ita planè Deus eſt viuentium, vel vitalium, quæ ſunt in mundo, ſempiternus gubernator, ipſiusque vitæ diſpenſator æternus. ſemel autem diſpenſauit æterna lege, cunctis vitalibus vitam præſtans. Mundus ſiquidem extrinſecus ab æternitate viuificatur, ipſe verò viuificat ea, quæ intra ſe ſunt. Deus autem eſt omnia, & ab eo omnia, & eius voluntatis omnia. quod totum eſt bonum, decens, immutabile, & prudens, & ipſi ſoli ſenſibile, atq; intelligibile: & ſine hoc nec fuit aliquid, nec eſt, nec erit: omnia ab ipſo, & in ipſo, & per ipſum. *Itaq;, patet ex Mercurio, Deum vitam*

Marginalia: Mens eſt donum intelligendi. — Finis hominis — Deus eſt vita. — Deus variè homini loquitur — Sibylla. — Aſclepius. — Deus vitæ diſpenſator. — Deus eſt omnia.

Mundi ſenectus.

vitam eſſe, ac vitæ diſtributorem; à quo homo conditus eſt, vita, & lux: ob duplicis planè vitæ beneficium, ſicuti dixi, ac aliis patere arbitror. Sequitur textus: Talia profectò vſque ad finem circuitus principiorum ſimul, ac generum cuncta mundi ſenſibus, membra manabant, *id eſt, & veri, & falſi, ſeu fictitij homines, nempè idola, vſque ad finem mundi, quando principiorum circuitus ſoluetur, perdurabunt. hæc autem ſunt membra mundi ſenſibus illius plena: de his ſatis.*

Textus exponitur.

DE MVNDI SENECTVTE.

Mercvrivs.

Verùm audi iam reliquum, quem ſummoperè cupiebas ſermonem. Expleto demum circuitu omnium, volẽte Deo, ſolutus eſt nodus. Nam cuncta vtriuſque generis animantia, vnà cum homine diſſoluuntur. Et Maſculina quidem ex parte, Fœmininaq. ſimiliter conficiebantur. Ex templo Deus verbo ſancto clamauit: pullulate, adoleſcite, propagate vniuerſa germina, atq. opera mea. vos inſuper, quibus mentis portio conceſſa eſt, genus recognoſcite veſtrum, veſtramq. naturam immortalem conſiderate: amorem corporis, mortis cauſam eſſe ſcite: rerum omnium naturam diſcite. his dictis prouidentia per fatum harmoniamque conflauit mixtiones, generationesque commiſcuit; vnde cuncta ſunt ſecundùm genus proprium propagata. Demum qui ſeipſum recognouit, bonum, quod eſt ſuper eſſentiam, conſecutus eſt: qui verò corpus, amoris errore complectebatur, is oberrabat in tenebris mortis, mala ſenſu percipiens. Digni autem ſunt morte ii, qui in morte iacent; quia præceſſit proprio corpori triſtis vmbra, ex hac quidem natura humida, ex hac verò corpus ſenſibile in mundo conſtitit, ex hoc deniq. mors ipſa ſcaturiit. Qui ſe ergo recognoſcit, tranſit in Deum, vt Dei verbum tradidit, quoniam ex vita, & luce, conſtat omnium pater, ex quo natus eſt homo.

Iudicium futurum.

Commentum VI.

M*YSTERII abſconditi cognitione percepta, ad aliud nobis transeundum eſt, quod quidem non parua contegitur caligine, nec minus profundiori intelligentia obuoluitur. De futuro namque iudicio ſermonem contexuit, idolorum vanitate oſtenſa, atque ruina.* Audi, *inquit*, reliquum, quem ſummoperè cupiebas ſermonem. Expleto demum circuitu omnium, *id eſt, cùm omnium finis aduenerit, omnisq; cœlorum motus officii voluendi, agitandiq; ex-*

Finis motuũ venturus.

Textus exponitur.

Mundi ſe-nectus.

pleuerit curſum numeroſæ naturæ,*vt in 3 dicit Pymandri dial. Tempus iſtius cir-*
cuitus à Mercuro tacetur, quippè, qui illius authorem, voluntatem dicit eſſe diuinam:
volente Deo,*inquit: ac ſi diceret,non eſt veſtrum iſtius circuitus tempora vel mo-*
menta noſſe, quæ ſanctus Pymander in ſua poſuit poteſtate. Ex quo patet ex Mercurij
theologia, annum magnum,triginta ſex annorum millibus complendum, ſtatui non poſ-
Annus magnus. *ſe, quo mundi anima per firmamenti motum, ſuum peragit ambitum, aut animæ noſtræ*
circuitum, quæ per 12. annorum millia compleri volunt, vtpotè, quam oporteat per om-
nes diſcurrere ſphæras, chorosq́ue dæmonum, atque deorum. hæc planè fictitia ſunt, ra-
tioni atque ſcripturæ contraria, à Mercurij verò theologia alieniſſima, atq; remotiſſima.
Numerus ergo illius circuitus, ſoli Deo patet, cuius voluntate agitur, & conſeruatur, ac
tandem finem currendi, voluendiq́; accipiet. Expleto igitur omnium circuitu, ſol-
Nodus mundi quid ſit. uetur nodus. *Neſcio ſi ſimilis dictio à Mercurio aliis in locis poſita fuerit, puto hîc*
tantùm meminiſſe; ideò non ſine caligine intelligi poteſt: dicam tamen quid ſentio. Sol-
uetur nodus, *id eſt, vita omnium, quæ ſub cœlo ſunt animantium, quorum quidem*
Iudicium omnium vltimū. *vita non temerè nodo comparatur: nam ſicuti nodus ex multis filis, ac circuitibus, ag-*
glomeratur; ita planè animantium vita, ex multorum dierum, menſium, annorumque
curriculis ligatur, & compingitur, ex variisq́; etiã elementorum qualitatibus, quæ omnia
ſoluenda ſunt, atque ad propria loca remeabunt, cùm numeroſa natura, à qua animan-
tium vita dependet, finem currendi, meandi per circulos, acceperit. Suffragatur huic
expoſitioni, ipſius Mercurij contextus, qui mox ſequitur: Nam cuncta, *inquit*, vtri-
3. uſq. generis animantia vnà cum homine diſſoluentur: & maſculina qui-
dem ex parte, fœmininaque conficiebantur: omnes propemodum ad
interitum properabant. *Vltimum planè iudicium, vt quadam diuina afflatus, vati-*
cinatur ſicuti etiam hoc idem alibi cõprobare videtur. Nam & in 3. Pymandri dialogo,
luce clarius, extremam tremendamq́; vltimi iudicij diem depingit, omnium oculis con-
ſpiciendam: Reſoluentur, *inquit*, in id, in quo ampla extabunt monimenta:
admonitiones artificiorum, labe generationeq́ue carnis animatæ: tabe-
factis ſiquidem ſementibus fructuum, opificiisq́ue naturæ, & artis, reiu-
ueneſcunt denique vetera: In innouatione, *inquit*, temporum, *Cùm nouus*
mundus aduenerit, conſumptis prioribus animantibus, operibusq́ue naturæ, & ar-
tis, *idq́;* ob labem carnis animatæ; *ob ſcelera vtiq; impiorum, quibus mundus iſte*
inferior totus ferè labefactatus eſt, atq; infectus: tunc planè reiuueneſcent omnia. In
Mundi ſenectus. *Aſclepio, vitiorum labem, mundi vocat ſenectutem:* Tunc, *inquit*, terra non con-
ſtabit: nec mare nauigabitur: nec cœlum aſtrorum curſibus, nec ſyderum
curſus conſtabit in cœlo: omnis vox diuina neceſſaria taciturnitate mu-
teſcet, fructus terræ corrumpentur; nec fœcunda erit tellus, & aër ipſe
Peccatum eſt cauſa ſenectutis. mœſto torpore langueſcet. hæc, & talis ſenectus veniet mundi, irreligio,
& inordinatio, & irrationabilitas bonorum hominum. *Planè nihil ita ſenium*
adducit, ac peccati moles, & rubigo vitiorum, qua vita conſumitur mundi magni par-
uiq́; quamobrem ſubiungit: Cùm hæc cuncta contigerint ô Aſclepi, tunc ille
dominus, & pater, Deus primipotens, & vnus gubernator mundi, intu-
Iudicium per ignem. ens in mores, factaque voluntaria, voluntate ſua, quæ eſt Dei benigni-
tas, vitiis reſiſtens, & corruptelæ omnium, errorem reuocans, maligni-
tatem omnem, vel alluuione diluens, vel igne conſumens, vel morbis
peſtilentibus. *Clara profectò eſt Mercurii theologia, quæ vltimæ diei excidium, ſpi-*
ritu quodam prophetico ante multos annos prædixit. Legerat fortaſſè hæc in Cantico
Moyſes. *Moyſis, cuius temporibus, pariter & doctrinæ vicinus fuit, in quo ſcriptum eſt: Ignis*
Heraclitus. *accenſus eſt in furore meo, & vſque ad fundamenta terræ comburet. Heraclitus apud*
Hippaſus. *Plutarchum, hanc Mercurii theologiam imitari videtur. & Hippaſus Metapontinus, ex*

igne

Mundi ſenectus.

igne enim omnia naſci, & igne omnia deſinere, aſſeuerant. Heſiodus etiam apud Gellium, mundum, & omnia corpora in vniuerſi olim conflagratione ſoluta iri, aſſeruit. Panetius etiam apud ſecundum de natura deorum Ciceronis, idem comprobat. Vnde Cicero ibidem: Ex quo euenturum noſtri putant id, de quo Panetium addubitare dicebant, vt ad extremum omnis mundus igneſceret. Didicerunt hoc ex Sibylla, ſcripſit Naſo primo metamorphoſeos, fabula 7.

Heſiodus. Cicero. Panetius. Sibylla.

Eſſe quoque in fatis reminiſcitur affore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaq́ regia cœli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Ouidius.

Lucanus hanc eandem ſequitur viam, vel vt Stoicus, vel vt rem antiquiſſimam ſecutus.

Inuida fatorum ſeries, ſummisq́ negatum
Stare diu, nimioq́ graues ſub pondere lapſus,
Nec ſe Roma ferens. Sic cum compage ſoluta,
Secula tot mundi ſuprema cōegerit hora,
Antiquum repetens iterum chaos: omnia mixtis
Sydera ſyderibus concurrent: ignea pontum
Aſtra petent: tellus extendere littora nolet,
Excutietq́ fretum: fratri contraria Phœbe
Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem,
Indignata, diem poſcet ſibi, totaq́ diſcors
Machina, diuulſi turbabit fœdera mundi.

Lucanus.

Vna dies dabit exitio, multosq́ per annos
Suſtentata ruet moles, & machina mundi.
Nec me animi fallit, quàm res noua, miraq́ menti
Accidat, exitium cœli, terraq́ futurum.

Lucretius.

Iudicii ſignum, tellus ſudore madeſcet.
E cœlo Rex aduenìet per ſecla futurus:
Scilicet in carnem, præſens vt iudicet orbem.
Vnde Deum cernent incredulus, atq́ fidelis.
Celſum cum ſanctis, æui iam termino in ipſo.
Sic animæ cum carne aderunt, quas iudicet ipſe.
Cùm iacet denſis in vepribus orbis,
Reiicient ſimulachra viri, cunctam quoq́ gazam.
Exuret terras ignis, pontumq́ polumq́
Inquirens, tetri portas effringet Auerni.
Sanctorum ſed enim, cunctæ lux libera carni
Tradetur, ſontes æterna flamma cremabit.
Occultos actus retegens, tunc quisq́ loquetur
Secreta, atq́ Deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus omnes.
Eripitur Solis iubar, & chorus interit aſtris.
Soluetur cœlum, lunaris ſplendor obibit.
Deiiciet colles, valles extollet ab imo.
Non erit in rebus hominum ſublime, vel altum.
Iam æquantur campis, montes & cerula ponti.
Omnia ceſſabunt, tellus confracta peribit.

Sibyllæ Erithrææ carmina, Aug. 18. de ciuit. Dei cap. 23.

Sic pa-

Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni,
Et tuba tunc ſonitum triſtem demittet ab alto
Orbe, gemens per facinus miſerum, variosq; labores,
Tartareumq; chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram hic Domino reges ſiſtentur ad vnum.
Decidet è cœlis, ignisq; & ſulphuris amnis.

Oraculum Apollinis.

Omnis veritas à Deo.

Eſt ſupra cœleſti igni, incorruptibilis, & ardens flamma, quæ & producit omnia, & producens omnia abſumit. Illinc circa Olympum diffunditur in orbem: hinc rurſus paruus promicat ætheris ſplendor: flamma Dei immenſa eſt profunditas. heu, heu tripodes plangite, obit Apollo, obit, quoniam flammans cœleſtis lux vim adhibet. Hæc quidem dicta ſunt à ſapientiæ cultoribus, diuinitus illuſtrati; omne enim verum à Deo eſt, etiam à quocunque dicatur. Quam ob cauſam, ſi quippiam tale apud illos inuentum fuerit, ab illis auferre non veremur, noſtroq; ſcribendæ dilucidandæq; inſtituto inſerere veritatis. Adſunt & quàmplurima ſcripturarũ oracula, quæ huic rei fidem faciunt certiſsimam. Daniel 7. vidit thronum igneum, fluuium igneum. Iſaias 66 Ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius. Dauid Pſ. 49. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida. & Pſal. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Paulus 2. Theſſ. ca. 1. In reuelatione Domini IESV de cœlo cum angelis virtutis eius in flamma ignis dantis vindictam his, qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini Ieſu. Petrus 2. cap. 3. Cœli qui nunc ſunt, & terra eodem verbo igni repoſiti ſunt in diem iudicii, & perditionis impiorum hominum. Adueniet autem dies Domini, vt fur, in quo cœli magno impetu tranſient: elementa verò calore ſoluentur, terra autem, & quæ in ipſa ſunt opera, exurentur. Itaque mundum aliquando tamen immenſis ignibus eſſe conflagrandum, ex his quæ dicta ſunt, & dicenda erunt, patet ſatis.

Daniel. Iſaias. Dauid. Paulus. Petrus.

DE RESVRRECTIONE MORTVORVM.

MERCVRIVS.

Extemplò Deus verbo ſancto clamauit: pullulate, adoleſcite, propagate vniuerſa germina, opera mea.

Commentum VII.

Reſurrectio futura.

CONGRVVM erat, vt vltimæ diei iudicio intimato, quod non parui mœroris, timorisq; audientium mentibus intulerat ſtudium, futuræ reſurrectionis gaudio, ſpeq; non dubia erigeret. Futuram igitur omnium reſurrectionem vaticinatur, ac mirifica grauitate, eloquentia, ſtudioq; deſcribit: Extemplò, *inquit, cùm videret Deus omnia peſſum iri, ad primamque confuſionis materiam reuerti, illicò* clamauit verbo ſuo, *per quod omnia condiderat, per illud idem omnia reſtaurare cupiens. Et reuera, iuxta Paulum ſcribentem ad Cor. 1. 15. In momento, in ictu oculi in nouiſsima tuba; canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti. Cuius autem ſit illa tuba futura, ad Theſſal. 1, ca. 4. clariſsimè dilucidat, in voce Archangeli,*

Paulus de reſurrectione.

Reſurrectio mortuorum.

geli, id eſt, Chriſti, verbi Dei, mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primùm. Itaq; iuſſu, atq; voce Chriſti, fiet mortuorum reſurrectio. Non temerè ergo dictum à Mercurio, Deum per verbum ſuum clamaſſe, mortuoſq; compellaſſe, vt ad vitam remearent. Pullulate &c. id eſt, ſurgite, qui in terræ puluere fuiſtis, reuiuiſcite, ad vitæ officia exercenda properate, germina mea, atq. opera mea. vos inſuper homines, quibus mentis portio conceſſa eſt, genus recognoſcite veſtrum, nempè, vos penitus non eſſe mortales. veſtram igitur naturam immortalem conſiderate, amorem corporis, mortis cauſam eſſe ſcite. Redite igitur ad vitam, corporis amore contempto. Rerum omniũ naturam perdiſcite: ad hoc enim conditi eſtis, vt rerũ omnium habeatis ſcientiam. Reuiuiſcite igitur vos, qui mei pars chariſſima eſtis: ne ſi vos peſſum omninò ieritis, pulcherrimi quidẽ mei opificii opus labefactetur, imperfectaq; ſint opera omnia, eo deficiente, cuius gratia condita ſunt. His dictis, prouidentia per fatum, harmoniamq́. conflauit mixtiones, generationeſq́. commiſcuit, vnde cuncta ſunt ſecundùm genus propriũ propagata, id eſt, Dei prouidentiſſima voluntas per fatum harmoniamq;, id eſt, ordinatiſſimum naturæ ordinem, partes humani corporis, hinc inde diſperſas, atq; diſtractas, in vnum naturæ concentum copulauit: deniq; ſecundùm Ezechielem prophetam, acceſſerunt oſſa ad oſſa, & nerui extenſi ſunt, & cutis, & ſpiritus denuò aſſumpſit corpus, quod multo iam tempore in terra reliquerat. Hanc eandem de futura humanæ naturæ reſurrectione ſalutiferam doctrinam comprobat, in 2. dial. Pymandri: Omnia, inquit, reiuueneſcent vetera, neceſſitate, & renouatione deorum, curſuq́. circuli numeroſę naturæ. Quaſi diceret: Ecce noua facio omnia, vetera iam tranſierunt. Diuinum enim, inquit, ipſa ſcilicet omnis conſpiratio mundi, natura denuò floreſcente, id eſt, dum natura repullulat, atq; refloreſcit, prioris vetuſtatis exuuiis depoſitis, magnum panditur diuinæ potentiæ miraculum: vnde ſubiungit: Etenim in ipſa diuinatate, natura etiam conſiſtit, hoc eſt, totius humanæ naturæ fabrica, ex diuina potentia dependet. Et ad Aſclepium, clariſſimè mundi renouationem decernit: Ad antiquam, inquit, faciem, Deus mundum reuocabit, & vt mundus ipſe adorandus videatur, & tanti operis effector, & reſtitutor Deus, ab omnibus qui tunc erunt, frequentibus laudum præconiis, benedictionibusque celebretur. Antiqua mundi facies, eſt prima puritas, quam tùm irrationabilibus, cùm etiam creaturis rationabilibus olim Deum tribuiſſe legimus: hæc quidem, cùm in vtrãq; omninò fuerit infecta, ac veteri vitiorum labe propemodum obſoleta, & ferè obliterata, ad primam innocentiæ puritatem ab ipſo mundi patre & opifice, reuocabitur. ex quo à magno laudabitur, & puſillo; idq; & præconiis laudum, & benedictionibus celeberrimis: Hæc enim eſt, inquit, mundi genitura, id eſt, ſecunda mundi generatio, cunctarum ſcilicet reformatio rerum bonarum, & naturæ ipſius ſanctiſsima, & religioſiſsima reſtitutio, peracto temporis curſu. Itaque rerum bonarum reformatio, quæ poſt reſurrectionem proculdubio euentura eſt, ſecunda eſt mundi genitura: tunc ad primam faciem ſuam reuocabitur mundus: tunc reueſtietur natura priori innocentiæ, puritatiq; veſtimento, idq; volente Deo. Nullus ergo ambigendi locus nobis relictus eſt, quum à diuina voluntate faciẽda, perficiendaq; ſint hæc omnia. Quare ſicuti tenemus illam creaturarũ eſſe autricem; ita proculdubio tenendum nobis firmiter eſt, eandem reformatricem fore. Sed quando hæc erunt? Peracto temporis curſu, inquit Mercurius, id eſt, cùm omnium finis aduenerit, ſecundùm æternam Dei voluntatem. Reſurrectio itaque futura, clariſſimè, doctiſſiméque à ſapientiſſimo Mercurio oſtenditur. Hanc Mercurii ſapientiſſimam theologiam Plato imitatur in libello de regno: Cùm omnium, inquit, illorum tempus fuerit, mutationemq; circuitus fore oporteret, terreno genere omni conſumpto, quippè cùm quælibet anima generationes omnes impleſſet; tunc vni-

Margin notes: Homo eſt immortalis. — Prouidentia. — Fatum. — Ezech. — Omnia fient noua. — Antiqua mundi facies. — Secunda mundi generatio. — Plato comprobat reſurrectionem.

Reſurrectio mortuorum.

uerſi gubernator Deus, quaſi gubernaculorum dimiſſis habenis, in ſuiipſius redit ſpeculum: mundum verò deinceps fatum reuoluit, & cupiditas innata eſt: omnes etiam Dij, ſummi dæmonis collegæ, ſingulis præpoſiti regionibus, quod contigerat aduertentes, mūdi partes deſtituerunt: mundus deinde contraria principii finiſq; ſeſe agitatione reflectens, terræ motu ingenti interiora concutiens animalia, rurſus cuiuſcunq; generis, vt plurimùm perdidit. At verò certis temporis exactis curriculis, concuſſio, pertubatioq; ceſſauit: & mundus à turbulento fragrore deſiſtens, ſolita ſuipſius progreſſione concurrit, & in ordine debito conſtitutus, adminiſtrationem ſui ſuſcepit. hæc ille. Futuram reſurrectionem prædicit, idq; imperante Deo, vt quemadmodum fato quodam, animæ corpora humana in terram reliquerant; ita prouidentiæ diuinæ imperio, illa denuò re-

Zoroaſtres.

ſumant, atq; reuiuiſcant. Zoroaſtres, Mercurio antiquior, ait: Materiale corpus in præcipitio non derelinqui: præcipitium, totam hanc ſublunarem mundi partem Orphici ap-

Æneas.

pellant. Æneas, Authore Marone in 6. expauit, & ait: O pater, annè aliquas ad cœlum hinc ire putandum eſt ſublimes animas, iterumq; ad tarda reuerti corpora? Sentiendumnè eſt, inquit, quòd eant ad cœlum, & iterùm redeant? quæ lucis miſeris tam di-

Plato.

ra cupido? In 10. de Republ. Plato dicit, quem imitatur Maro. in 6. Animas ad lethæum proficiſci, ſtirpibus omninò vacuum, & ex Amelita fluuio pronas bibere, quæ largiùs hauriunt, ac ſic obliuiſci penitus omnium. hoc facto dormire omnes, & media no-

Anchiſes.

cte tonitruo ingenti excitari, venireque ad vitam. Vnde Anchiſes ſic loquitur de animabus defunctorum:

Vergilius.

Has omnes, vbi mille voluère per annos,
Lethæum ad fluuium Deus euocat agmine magno:
Scilicet immemores ſupera vt conuexa reuiſant,
Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti.

Animarum reuocatio ad corpora ſecundùm varias opiniones.

Heraclitus.

CÆTErùm animarum euocatio ad corpora, varias peperit Philoſophorum ſententias. Nam Heraclitus apud Plotinum Enneadis. 4. lib. 8. cap. 1. neceſſarias quaſdā animarum viciſſitudines à contrariis, ad contraria poſuit, & iter ab alto tractauit ad infima: in qua quidem commutatione inter duos illos ſtatus, multam quietem eſſe dixit, quaſi intollerabilis defatigationis ſit, in eiſdem perpetuò laborare, atq; ſeruire. vtrum autem neceſſitate, vel volun-

Empedocles.

tate ad corpora veniant, non aperuit. Empedocles præterea cùm dixerit legem extare conſtituentem, animas quæ peccauerunt, ad hæc noſtra corruere, atque ipſe ſic à Deo profugus, furioſæ diſcordiæ crediturus, atq; ſeruiturus, tantum (vt arbitror) pertractauit, quantum Pythagoras, ſectatoresq; illius, tùm de hoc, tùm de plerisq; aliis per inuolucra quædam ſignificauerunt. Sed hic quoque propter pòëſim euaſit obſcurior. Verùm

Reprehenditur Empedocles.

hæc Empedoclis ſententia, non tantùm eſt obſcura, verùmetiam indecens, ac veritati, rationiq; minimè conſentanea: aut enim animæ, quæ ante corpora peccauerunt, vt ipſe dicit, dum ſic agerent, corporum commertium appetebant, aut non: quòd ſi inerat illis veniendi appetitus, facultas tamen non aderat, afflictio illis deeſſe non poterat, quippè cùm ſpes, quæ differtur, affligat animam: ſin verò vlla inerat vniendi, coniungendiq;

Plato dubius de animæ ad corp9 vnione

cupido; profectò non naturaliter corporibus vniuntur, quod eſt falſum, ac veræ philoſophiæ, theologiæq; contrarium; eſſet enim anima ad corpus, ac accidentis ad ſubiectum coniunctio. Plato non idem vbiq; videtur dicere, vt facilè aliquem ſenſum eius percipe-

Phædo.

re valeas. Nam primò, commertium animæ cum corpore damnat, aſſerens in Phædone

hic

Reſurrectio mortuorum.

ic eam includi vinculis, dolore nimirum, ac voluptate, & in corpore eſſe ſepultam. Orphei ſectatores aiebant, animas in hoc corpore, velut in carcere pœnas dare, in eoq́ ſeruari, ac circumſepto, valloque claudi. In Gorgia autem Euripidem inducit dicentem: Quis nouit, inquit, vtrum viuere mori ſit, mori autem viuere? Audiui enim à quodam ſapiente nos nunc mortuos eſſe, corpusq́ noſtrum, ſepulchrum eſſe nobis. In Cratylo veneratur oraculum illud arcanum, quo traditur animam hîc in cuſtodia quadam, & carcere ſitam eſſe. Rurſus in ſeptimo de Republica, ſicut antrum apud Empedoclem, vniuerſum hoc ſignificat. vbi etiam ſolutionem ex vinculis, & aſcenſum è ſpelunca in animam, eſſe ipſam intelligibilem progreſſionem aſſerit. In Phædone, Timæo, & Phædro, ſcribit animam corpore grauari, impediri, vacillare, ægrotare, decipi, ebriari, atq́ errare. In Phædro alarum iacturam, cauſam eſſe deſcenſionis ad hæc, arbitratur, vbi, vt dicit Plotinus, circuitus quidam, animam in cœlum profectam, iterum ad corpus retorquet: alias item animas iudicia huc diuina dimittunt, & ſortes, & fortunæ, & neceſſitates, vt in 10. de repub. Denique in his omnibus aduentum animæ ad corpus criminari videtur. Verùm in Timæo de hoc vniuerſo diſputans, & mundum laudat, & Deum appellat beatum, animamq́ ab opifice bono huic ideo traditam eſſe ait, vt mundus intellectualis poſſit euadere, quando intellectualem quidem hunc oportebat eſſe. Ex quo patet ex Platonis ſententiis, certum ſenſum haberi non poſſe. Plotinus arbitratur animas ad corpora, tùm neceſſitate, tùm etiam voluntate deſcendere: neceſſitate quidem, quoniam diuina lege ſancitum eſt, animas ſic affectas, ad corpora reuerti oportere: ſpontè verò, quia ad corpus, veluti ad bonum deſcendere cupiunt. hæc quidem illi. Veritas autem rei ita ſe habet, non eſſe diram animæ cupidinem appellandam, qua iterùm cupit ad corpora redire; ſed naturalem potiùs, atq́ diuinam: naturalem inquam, nam ſicut naturale eſt animali viuere; ita etiam naturale eſt animæ, corpori eſſe vnitam; ita, vt ſine corpore, eius gaudium perfectum eſſe non poſſit: diuinam ſiquidem, quoniam in dedecus retorqueretur opificis, ſi creaturarum pulcherrima, imperfectionis iacturam incurreret, quod vtiq́ contingeret, ſi denuò anima corpus repetere nollet. Cæterùm, Plato 10. de legibus recitat reſurrectionem Eri Armenij, genere Pamphylij, qui cùm occubuiſſet in prælio, ſublatis decimo die cadaueribus, cæteris iam corruptis, integer quidem incorrupto corpore inuentus eſt, domumq́ delatus, vt ſepeliretur, duodecima iam ab obitu die, dum pyræ impoſitus eſſet, reuixit, & quæ interim viderat, retulit: hæc quidem Plato. Porrò, diuinarum oracula ſcripturarum palàm de noſtra reſurrectione loquuntur: Iſaias 26. Viuent mortui tui, inquit: interfecti mei reſurgent: expergiſcimini, & laudate, qui habitatis in puluere. Ezechiel 37. Et ingreſſus in ea ſpiritus, & reuixerunt, & ſteterunt ſuper pedes ſuos exercitus grandis, nimis valdè. Daniel 12. Et multi de his, qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt: alij in vitam æternam: alij in opprobrium, vt videant ſemper. Paul: Cor. 1. cap. 15. Si reſurrectio mortuorum non erit, neque Chriſtus reſurrexit. Si autem Chriſtus non reſurrexit; inanis eſt prædicatio, inanis eſt & fides veſtra. Apocalypſis 21. Et vidi mortuos magnos, & puſillos ſtantes in conſpectu throni: & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ, & iudicati ſunt ſecundùm opera ipſorum. Et dedit mare mortuos ſuos, qui in eo erant, & mors, & infernus dederunt mortuos ſuos: & iudicatum eſt de ſingulis ſecundùm opera ipſorum. In Euangelio Matth. legimus: In reſurrectione neque nubent, neque traduntur ad nuptias, ſed erunt ſicut angeli dei. Hæc, & ſimilia facile eſt in diuinis reperire ſcripturis. Itaq́ ſanctiſſima eſt Mercurij Theologia, quæ ita clarè prudenterq́ de omnium reſurrectione futura loquitur. In fine quarti libri de reſurrectione mortuorum abundè, copioſeq́ diſputaui.

Gorgia.
Euripides.
Cratylus.
Timæus.
Phædrus.
Anima corpore grauatur.
Plotinus.
Quare animæ redeunt ad corpora.
Plato.
Reſurrectio.
Eri Armenij.
Scripturæ de reſurrectione.
Iſai: 26.
Ezechie: 37.
Daniel 12.
1. Cor. 15.
Apocalyp: 21.
Matt.

DE INFERNO.

MERCVRIVS.

Demum qui ſeipſum recognouit, bonum quod eſt ſuper eſſentiam, conſecutus eſt. Qui verò corpus amoris errore complectebatur, is oberrabat in tenebris mortis, mala ſenſu percipiens.

Commentum VIII.

Operũ merces poſt iudicium.

Textus exponitur.

VBI ſanctiſſimus Pymander ingenti futuræ reſurrectionis gaudio Mercurij mentem erexit, & iam attonitum, iamq́ pauentem ad quietiorem ſtatum adduxit; illicò illi magna pandit, nempe futuram bonorum, malorumq́ operum retributionem, iuſtamq́ mercedem. Demum, *inquit,* qui ſeipſum recognouit, *hoc eſt, ſui generis nobilitatem, naturæq́ immortalitatem: quaſi diceret, illi, qui dum viuerent, ſeſe naturæ diuinæ intellexerunt eſſe conſortes, atque comparticipes, ſicq́ illi ſuam vitam contemperarunt, ij profectò poſt iudicij diem,* bonum conſequentur, *nempè diuinæ beatitudinis præmium, quod ſanè præſtantius eſt, vel* quod eſt ſuper eſſentiam, *id eſt, quod ex illorum eſſentia ſeu natura haberi non poſſet.* At illi, qui cœco amore, atq; errore capti ſunt, atq; corpus complexi ſunt; ij certè oberrabant in tenebris, mala ſenſu percipientes, *hoc eſt, ſenſibili experimento compellebantur mala, & audire, & videre, & etiam pati. Reuera, quod hîc obſcurè breuiterq́ dixit, in Aſclepio clariſſimè latiſſimèq́ deſcribit:*

Aſclepius.

Cùm fuerit animæ à corpore facta diſceſsio, tunc ô Aſclepi arbitrium, examenq; meriti eius tranſiliet in ſummi dæmonis poteſtatem, iſque eam cùm piam iuſtamq; prouiderit, in ſuis cõpetentibus locis manere permittet. *Ecce bonorum operum merces.*

Pœnę impiorum.

Si autem delictorũ illitam maculis, vitijsq; oblitam viderit, deſuper ad ima deturbans, procellis, turbinibusq; aëris, ignis, & aquæ, ſæpe diſcordantibus tradet. *Dubium eſt, ſi peccatorum animæ, poſt, & ante obitum inſideant maculæ:*

Maculæ peccatorum in anima.

puto maculas peccatorum non eſſe in anima aliquod poſitiuum, vt dicitur; ſed ordinis, iuſtitiæ, debitæq́ pulchritudinis priuationem, deniq; peccatorum reatum, cui ſubiacet anima ſecundùm Pymandri ſanctum, rectumq́ iudicium. Pœnæ impiorũ mirificè deſcribuntur, quod Propheta in Pſal. 10. cecinit.

Pſal. 10.

Pluet ſuper peccatores laqueos, ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, ſiue tempeſtatum. Et rectè quidem, vt ſicut ex illis multa habuit anima peccatrix oblectamenta; ita multa ab illis ſentire cogatur tormenta. Adde, quòd pro cuiusq; elementi qualitate, quatuor ſunt animæ paſsiones, nempè cupiditas, timor, lætitia, atque triſtitia his ſæpè diſcordantibus, anima iniuſta continuè quatitur, ac miſerè diſcerpitur. hinc Maro in 6.

Quatuor animę paſsiones.

Virgilius.

Hinc metuunt, cupiuntq́, dolent, gaudentq́,
Nec auras ſuſcipiunt, clauſæ tenebris, & carcere cœco.

Cicero. Plato. Mercurius.

Iſti ſunt quatuor principes animi affectus, vt Cicero in Tuſculanis dicit, duo iocundi, totidem triſtes. Propterea ait Plato 10. de legibus, propriam prauitatem animam corrumpere, ac pœnis atrociſsimis afficere. Quam ob cauſam Mercurius 12. dialogo Pymandri, animæ tormenta deſcribit ab illius paſsionibus proficiſci: Anima, *inquit,* infuſa corpori, à voluptate, atque dolore continuo deprauatur. Morbus autem animæ grauiſsimus, impietas eſt, *quam dialogo. 10. dicit eſſe ignis ardentiorem flammam, feramq́ mordaciſsimam: ſic enim impius animus vociferatur: vror:*

abſumor:

Locus inferni.

abſumor: quid dicam, quid agam, neſcio: deuorant me mala vndiq;. Vnde bene ſubiungit in Aſclepio. Et mundanis fluctibus in diuerſa ſemper æternis pœnis agitata raptabitur. vt in hoc obſit animæ æternitas, quòd ſit immortali ſententia, æterno iudicio ſubiugata. Æternum Dei iudicium, æternam pœnam, æternam quoque animam, ſcilicet à parte pòſt, eſſe deſcribit. Incredibilia enim poſt delicta cogentur ſentire tormenta, non verbis, ſed exemplis, nec minis, ſed ipſa paſſione pœnarum. Et tantò poſt mortem ſæuioribus ſubijciuntur; quantò multa forſitan fuerant celata dum viuerent: eruntq; pro delictorum qualitatibus, pœnæ. In 10. autem Pymandri reprehendit errorem, qui aſſerit animam poſt obitum in bruta migrare: Velle inquit, dicere animam noſtram, poſt exutam humanam figuram, in corpora degenerare brutorum, impius eſt error: nam caſtigationis eius modus altèr: Mens, inquit, cùm dæmon efficitur, vt dixi in ſecundo libro Pymandri, cùm de dæmonibus agerem, non natura, ſed pœna, atque impietate, ad obſequium dei, iubetur igneum capeſſere corpus: inde in animam transfuſa nefariam, eam flagellis verberat peccatorum. Profectò multa flagella peccatoris, illudq; omnium crudeliſſimum, cùm à proprio, ac continuo roditur anima conſcientiæ verme. Reuera, animi cruciatus duriores, quàm corporis habentur; bonum enim quod ab eo prouenit, eſt maius, proinde illius iactura, maiorem cauſat doloris materiam. Nonnè magna eſt animæ iactura, hebetatio mentis, & obliuio ſui? Tunc enim anima obliuionis potũ bibere dicitur, & apud flumen lethæũ habitare, cùm peccato excæcatur. Proinde ait Mercurius: Qui, inquit, amoris errore corpus cõplectitur, is in tenebris ambulat. Poſt tenebroſæ mentis cogitationẽ, Acheron, fluuius concitatiùs fluens, id eſt peruerſitas ſequitur operationis: vnde: Rugiebam à gemitu cordis mei, quia nõ eſt pax oſſibus meis. Quoniam autem anima ex peccandi deliberatione, tranſit in ritium; ideò poetæ aiunt in hoc flumine eſſe nauiculam, atque nautam. Denique naſcitur conſcientiæ remorſus: palus ſtyx, quæ mœrorem ſignificant. vrgent enim prauum aſſiduæ curæ, quæ veluti vltrices furiæ, pœnas flagitiorum ſeueriſſimè exercent: Frequenter præoccupant, ait Salomon Sap. 7. peſſima redarguente conſcientia. Et Ieremias Propheta 2. Arguet te malitia tua, & aduerſio tua increpabit te. Ex hac autem Cocytus oritur, eò quòd in luctum, lachrymaſq; compellit. At Phlegeton, flammifluuius, odium eſt vitiorum, irarũ, cupiditatumq; ardor: Quapropter rapidus flãmis ambit torrentibus amnis, tartareus Phlegeton; nulla enim fornax, nulla fabrorum officina magis exæſtuat, quàm impiorum mens. vnde ſaxa à flumine contorta, inſinuant quàm graues impiorũ motus. Mulctatur præterea à furijs infernalibus ſceleratus animus: & primò à Cteſiphone, quæ eſt paſſio ex malis præſentibus corporis proueniens: ſecundò à Megæra, quæ eſt timor mali futuri imaginati: tertiò ab Alecto, quæ eſt ſpes imaginarij boni. His autem furijs anima torquetur peccatoris, non tantùm in corpore; ſed etiam poſt diſceſſum à corpore. Vnde Pſal. 82. Deus meus pone illos, vt rotam, & ſicut ſtipulam ante faciem venti. varietas, atque æternitas pœnarum intelligitur: nam volubilis eſt rota, & motus eius caret fine. Vnde primi regum cap. 25. Anima inimicorum tuorum rotabitur, in impetu, & circulo fundæ. Paulus 2. Theſ. 1. Dabunt pœnas in interitu æternas. Matt. 22. Ite in ignem æternum, & ſimilia multa, quæ pœnarum æternitatem proteſtantur. hoc idem & Pythagoras voluit: quòd ſi abiecto corpore homo vitijs permanſerit oneratus, incipiet vere eſſe miſer; ſed eam miſeriam in duo genera diuidit: nam poſt mortem miſeriùs, aut bona prope habent, quæ ſunt beatitudinis dona: aut mala nullum vnquam habitura finem, ſortiuntur. Duo igitur habitacula his deſcribuntur: Elyſius Campus, id eſt, tranſitorius, illorum, quibus bona propè ſunt, ſupera, vt conuexa reuiſant: & tartarus ab horribili ſono tartar, quaſi tortor, teter, terror vocatus illorum ſcilicet, quibus damna ſunt infinita ſua. Vnde Plato in Phædone: Si qui propter magnitudinem peccatorum in-

Aſclepius.

Æterna pœna

Anima non tranſit in brutum.

Corpus igneum.

Animi cruciatus duriores.

Lethæus.

Acheron.

Palus Styx.

Cocytus.

Phlegeton.

Cteſiphon.

Megæra.

Alecto.

Pſal. 82.

1. Reg. 25.

2. Theſ. 1.

Pythagoras.

Elyſius Campus.

Tartarus.

Plato.

Pœnę æternitas ex Platone.

ſanabiles

Locus inferni. ſanabiles eſſe comperiuntur, qui ſacrilegia multa, ac magna, qui cædes neſarias contra
leges, qui alia iſtorum affinia perpetrati fuerint, hos quidem omnes conueniens ſors
abijcit in tartarum, vnde nunquam egrediuntur, hæc ille. Quid clarius, quidue iuſtius
hac Platonis doctrina? quid denique fidei noſtræ conformius? verùm cùm hæc ita ſe ha-
Locus inferni. beant, non temere quiſpiam quæret, vbinam ſit iſte tartarus, ſuppliciorum locus. Non-
nulli inferos eſſe corpora ipſa arbitrati ſunt, quibus animæ includuntur: de qua quidem
Macrobius. materia Macrobius plura ſcribit ſuper ſomnium Scipionis. Sed vana eſt huiuſmodi opi-
nio; non enim ſatis eſt ſtimulus conſcientiæ ad punienda facinora. Nam ſicuti iniqua
conſcientia ad extrinſeca perpetranda egreſſa eſt, intrinſeca malitia non contenta; ita
planè, extrinſecus pœnis erit ſubijcienda: atque ita culpæ inordinationi, pulcherrimus iu-
ſtitiæ ordo reſpondebit. Alij autem dixerunt inferos eſſe elementorum loca, quæ mu-
Mercurius. tationi ſubiecta ſunt: cuius ſententiæ fuiſſe videtur Mercurius in Aſclepio: Inter cœ-
lum, inquit, & terram, mundanis fluctibus in diuerſa ſemper æternis pœnis
anima iniqua agitata raptabitur. Poſſet hoc quidē intelligi incluſiuè, vt ipſa etiam
terra intelligatur, intra cuius viſcera æternus latet pœnarum locus. Alij verò ſub ter-
Orpheus. ram inferorum loca, ſuppliciorum regna eſſe demonſtrant: vtpotè Orpheus cum de-
Pythagoras. ſcenſu ad inferos. Socrates in Phædone dicit, eſſe manitatem per eiuſmodi naturam,
Socrates.
Plato. vnum aliquem ex telluris hiatibus, magnum profectò Chaſma, & per vniuerſam ter-
Homerus. ram porrectum vnde Homerus Longe nimis baratrum ſub tellure profundum: quod
Varro. ipſe, multique Poetæ tartarum appellant. Marcus Varro tria templa diſtinxit, natu-
ra in cœlo, auſpicijs in terra, ſimilitudine ſub terra. Vnde ait Poëta: Acheruſia tem-
Tria templa. pla alta orci, ſaluete infera. Templa cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. Nonnulli
etiam Epicurei, vt Iſaac Iſraelita, Heſiodus, Attalus, orbem terreſtrem, atque vmbro-
ſum commemoraſſe reperiuntur, ad quem poſt mortem obſcœnis perturbationibus in-
Cicero. fecti animi deprimerentur. Cicero in Tuſculanis Socratem probat, qui iam moriturus,
Plato. duplices eſſe curſus animorum diſſeruit è corpore excedentium. Plato Credamus ſem-
per antiquis, ſacrisque ſermonibus, qui animum immortalem eſſe aſſerunt: vt ſi ſe inqui-
Zeno. nat labe inexpiabili, grauiſſimas pœnas det, cùm à corpore fuerit ſeparatus. Zeno Stoi-
cus eſſe inferos docuit, & ſedes piorum ab impijs eſſe diſcretas, & illos quietas ac de-
lectabiles incolere regiones, hos verò pendere pœnas in tenebroſis locis. Itaque ex his, atque
ſimilibus philoſophorum ſententijs pœnarum locus æternarum, vbi, & qualis ſit, aper-
Scripturæ. tè intelligi poteſt. Adſunt & non pauca ſanctarum ſcripturarum teſtimonia, quæ de
Moyſes. pœnarum huiuſmodi loco apertè, dilucidèque loquuntur. Moyſes in Deuteronomio 32.
Ignis ſuccenſus eſt furore meo, & ardebit vſque ad inferni nouiſſima. Iob. 24 Ad ni-
Iob. 24. mium calorem tranſiet ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius. Iſaias 30.
Iſai: 30. Præparata eſt ab heri Tophet, à rege præparata, profunda, & dilatata: Nutrimenta
eius, ignis, & ligna multa: flatus domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam Et vl-
timo. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vſque ad
Pſal. 48. ſatietatem viſionis omni carni. Pſal. 48 Sicut oues in inferno poſiti ſunt, mors depaſcet
Lucæ 16. eos. Lucæ 16. Diues ſepultus eſt in inferno, vbi fletus, & ſtridor dentium Et illud, Ite
maledicti in ignem æternum, cuius flamma ignis in montibus prope Siciliam clarè aſpi-
Apocalyp: 20. citur: ſicut ego ipſe frequenter aſpexi. In Apocalypſi 20. Et deſcendit ignis de cœlo, &
deuorauit eos, & diabolus, qui ſeducebat eos miſſus eſt in ſtagnum ignis, & ſulphuris,
Plotinus. vbi & beſtia, & Pſeudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. Ploti-
nus enn: 1. lib. cap. 6. Sacra myſteria, inquit, rectè quidem, quamuis perobſcurè vatici-
nantur, animum non purgatum apud inferos in cœno iacere: impurum namque ob praui-
tatem, cœno eſt amicum: quemadmodum ſues corpore ſordidi, ſordibus delectantur.
Cicero. Cicero lib. de conſol: vitijs, & ſceleribus contaminatos deprimi in tenebras, atque in
Maro. cœno iacere, veteres docuiſſe, aſſerit. Maro, veterumque malorum ſupplicia expendunt,
ſub gur-

ſub gurgite vaſto, infectum eluitur ſcelus, aut exuritur igni. Iſaias 14. Infernus ſubtus Iſai: 14.
conturbatus eſt. Reuera infernus dicitur, quia infra iacet. Grego. 4. mora: Locus ſiqui- Gregorius.
dem, & locatum debent proportionari; modò ſublimia corpora, loca felicia, eaq́ ſu-
prema poſſident; par eſt etiam, vt infima, & cœnoſa, atque deformia peccatorum cor-
pora, obſcuras, & putentes cuſtodiant regiones. Cæterùm, quamuis Auguſtinus 12. Auguſtinus.
de Geneſi ad litt: 33. obſcurè de hac materia loqui videatur; libro tamen retractatio-
num 2. cap. 24 corrigit ſe, ac apertè loquitur. In 12. inquit: De inferis magis mihi vi-
deor docere debuiſſe, quòd ſub terris ſint, quàm rationem reddere, cur ſub terris eſſe cre-
dantur, ſiue dicantur, quaſi non ita ſint, Paulus ad Philip. 2. clamat: In nomine Ieſu, Paulus.
omne genu flectatur, cœleſtium, terreſtrium, & infernorum. In Apocalypſi cap. 5. Io- Apocalyp. 5.
annes flet, neminem dignum inueniri, qui poſſit aperire librum, & ſoluere ſignacula
eius, neque in cœlo, neq́ in terra, neq́ ſubtus terram. Baruc: Deputatus eſt cum deſcen- Baruc.
dentibus in infernum. Pſal 54. Deſcendant in infernum viuentes. Et Pſa: 48. In inferno
poſiti ſunt. Iob: 14. Vt in inferno protegas me. Et 17. Et in profundum inferni deſcende- Iob 14.
runt omnia. Et 21. loquens de peccatoribus, qui hic felicitate fruuntur terrena: Et in
puncto inquit, deſcendunt in infernum. Sapienter ergo dictum eſt à Mercurio, eos, Mercurius.
qui corpus amoris errore complexi ſunt, in tenebris oberrare, *malaq́ plu-*
rima ſentire.

DE MORTE.

MERCVRIVS.

Quid tantum delinquunt ignorantes, inquit Mercurius ad Pymandrum, vt ob eam cauſam immortalitate priuentur? Ad quem Pymander: videris ô Mercuri haud ſatis, quæ audieris intellexiſſe. Triſmegiſtus: Etſi nondum intelligere ſim profeſſus; intelligo tamen, ac memini. Pymander, gratulor ſi quæ dicta ſunt, tenes. Triſmeg: Reſponde mihi quæſo Pymander, cur digni morte ſint ij, qui in morte iacent? Pymander, quia præceſsit proprio corpori vmbra triſtis, ex hac quidem natura humida, ex hoc verò corpus in mundo ſenſibili conſtitit, ex hoc denique mors ipſa ſcaturiit.

Commentum IX.

C*Vpiebat ſapientiſſimus Mercurius edoceri, quo aditu, quáue via,*
cauſaq́, mors ingreſſa fuerit in orbem terrarum: deniq́ quamo-
brem ignorantes pœnis vapulent æternis. Reprehenditur à Py-
mandro: ô Mercuri inquit, videris non ſatis intellexiſſe, Cauſa mortis vnde.
quæ audiueris, *alioqui non ita ſciſcitareris. Ad quem prudens*
Mercurius: Etſi non plenè intelligam, neque id omninò
profitear; intelligo tamen, ac memini ea, quæ audi-
ui, *ſed vellem fieri certior.* Dic quæſo, cur digni ſint morte ij, qui in morte
iacent? *Quanquam hæc intelligi poſſint de prima morte, quæ eſt ſolutio animæ à cor-* Duplex mors.

pore; de ſecunda tamen, quæ eſt mors gehennæ, ſunt intelligenda. Nam de prima, quemadmodum in Aſclepio profitetur, interrogatio neceſſaria non erat, ſic enim inibi loquitur: Multos, *inquit*, ſpes, timorq; mortis, excruciat, quia ſunt veræ rationis

Mors corporis.

ignari. Mors igitur efficitur per diſſolutionem corporis labore defeſsi, & numeri completi, quo corporis membra in vnam machinam ad vſus vitales aptantur; moritur enim corpus, quando hominis vitalia ferre poſſe deſtiterit: hæc ergo eſt mors, corporis diſſolutio, & corporalis ſenſus interitus, de qua ſolicitudo ſuperuacua eſt; ſed alia neceſſaria, *ſcilicet*

Mors animæ.

mors animæ, quam aut ignorantia, aut incredulitas contemnit humana. *Duo ſunt ergo hominum genera, ignorantium vnum, non credentium alterum: ab vtroque autem mors animæ, quæ pœnis ſubijcitur æternis, parui fit, imò potiùs contemnitur, &*

Duo hominũ genera ignorantium, & non credentium.

deſpicitur. Qui ergo æternarum non formidant, atque verentur locum pœnarum, ij planè aut ignorantes cenſendi ſunt, aut infideles. Itaq; Mercurij ſciſcitatio, ad mortem ſecundam magis ſpectare videtur. Inſtruit, edocetq; ſanctus Pymander, Mercurium talia ſcire cupientem, idq; perobſcurè ſatis, ac non ſine multa caligine: Quia, *inquit*, vir

Textus exponitur.

deſideriorum es, cupidusq; ſciendi ea, quæ tua interſunt, generisq; humani: audi pauliſper, quare digni ſint morte, *id eſt, pœnis æternis*, qui iacent in morte, *id eſt, qui in eorum iniquitatibus mortui ſunt:* Quia præceſsit pro-

Vmbra quid.

prio corpori triſtis vmbra. *Huius voculæ meminit in principio Pymandri:* Paulò pòſt, *inquit*, vmbra quædam horrenda obliqua reuolutione ſubterlatebatur. *Quod quidem bifariam intelligi poſſe in primo Pymandri profeſſi ſumus: vno quidẽ modo ſic:* Vmbra quædam, *id eſt, tenebrarũ profundiſsima obſcuritas ſuper vaſtiſsimam abyſſum. vel, vt dixi: Philonem ſequutus in 2. Allegoriarum libro, vmbra dei, eſt*

Filius eſt vmbra.

filius dei, quo nõ tanquam organo vſus pater eſt, quando creabat mundũ, imò à quo creatus eſt mundus: hæc autẽ vmbra, & quaſi aſsimilatio, aliorum eſt exemplar, ſecuti deus exemplar eſt imaginis. Itaq; ex vmbra infinita, id eſt, ex filio dei manauit illius indigeſtæ confuſæq; molis, digeſtio, diſcretio, atque ordinis coaptatio. Dialogo 3. Pymandri, vocat vmbram infinitam, fortaſsis infinitam noctem, ex qua Orpheus mundum generat.

Triſtis vmbra dæmon

hîc autem triſtis vmbra à Mercurio appellatur. Porrò, ſi vmbra illa infinita, atque terribilis, ex qua digeſta eſt creaturarum antiqua confuſio, filius dei dicitur apud Philonem; non temere vmbram triſtem, & mœroris plenam dixerim, luciferum, peccati patrem, omniſq; triſtitiæ inuentorem, auctoremq; mœroris cuiuſcunq. hæc quidem præceſſit proprio corpori, quia nimirum naturæ nobilitate, confuſam illam præceſsit materiam. Ex hac autẽ vmbra, natura humida, *id eſt, poſt huius vmbræ diſtinctionem, diuiſionemq; à luce, vt dixi in 2. Pymandri in principio commenti* 10. *Naturæ humidæ ſequuta eſt diſtinctio, atque ornatus: non creandi authoritatem; ſed creaturarum ordi-*

Mors eſt corpore.

nem deſcribit. Ex hac autem natura humida, corpus in mundo ſenſibili conſtitit; *id eſt, ex quatuor elementorum materia, hominis primi, ac cæterorum conflatum corpus eſt:* ex hoc denique mors ipſa ſcaturijt: *nam amor corporis, cauſa eſt mortis. Porrò, primus homo plus corpus, quàm deum dilexit; ideoq; mortem inuexit in*

Paulus.

mundum. Sane per vnum hominem (ait Paulus ad Romanos 5.) peccatum intrauit in mundum, & per peccatum, mors, & ſic mors in omnes pertranſijt, in quo omnes pec-

Adam corpus peccati.

cauerunt. Mira Pymandri theologia, qua ſic clam mortis origo nobis intimatur: Ex triſti, *inquit*, vmbra: *hoc eſt, ex Cacodæmonis malitia, atque inuidia, mors intrauit in orbem terrarum: ipſe quippe inuentor eſt mortis: ipſe, inquam, per corpus, id eſt, Adam, qui fuit corpus peccati, id eſt, principium peccandi, mortem ſcaturire fecit. Cæ-*

Vmbra bona.
Vmbra mala.

terùm, in ſanctis literis duas inueniri vmbras, vnam bonam, alteram verò malam, patet latiſsimè. Ieremias 4. lamen: In vmbra tua viuemus inter gentes. Pſal. 16. Sub vmbra alarum tuarum: & ſimilia plurima, quæ profectò diuinam in ſuos protectionem oſtendunt.

dunt: de mala verò vmbra, Iſai: 9. Habitantibus in regione vmbræ mortis. In cantico
Zachariæ: Et in vmbra mortis ſedent. Hoc autem intereſt inter mortem, & vmbram Vmbra mortis quid.
mortis, authore Hiero: in caput 9. Iſai: quòd mors eorum eſt, qui cum operibus mortis
ad inferos perrexerunt: Anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur: vmbra autem mor-
tis eorum eſt, qui cùm peccent, nec dum de vita iſta egreſſi ſunt. Et Homelia 3. In can-
ticum canticorum. Paulus ſcribit ad Hebræos 8. Quod offerentes munera, deſeruiebant
exemplari, & vmbræ cœleſtium. Et 10. Vmbram habuit lex: Nos, inquit, non ſumus ſub Vmbra legis.
vmbra legis, ſed ſub vmbra meliore, nempè Chriſti, à qua protegimur ab æſtu carnis, Vmbra Chriſti.
à pluuia malignorum, à turbine, & tempeſtate irruentium vitiorum. Bonum eſt ergo de
vmbra legis proficiſci ad vmbram Chriſti; vt ſaltem ſub vmbra, id eſt, ænigmaticè, &
ex parte, quæ Chriſti ſunt, intelligamus; illa enim, quæ ſub vmbra cognoſcimus, ſubob-
ſcurè intelligimus: Vnde Iob, omnem hominum vitam dicit eſſe vmbram ſuper terram, Iob.
quia ſcilicet anima in hac vita velamento huius craſſi corporis obumbratur. Omnes igi- Omnes ſumus ſub vmbra.
tur, qui hanc vitam enauigant; vel ſub vmbra Chriſti, vel ſub vmbra triſti, ex qua pec-
catum manauit, degunt. Non abs re ergo dictum eſt à Mercurio, cauſam mortis à triſti Quare ſint pœnæ æternæ.
vmbra profectam fuiſſe: hac de cauſa ô Mercuri, qui iacent in morte, digni ſunt morte.
Profectò, ſi actus humani, diuinæ ſubſunt prouidentiæ, peccata abſq; dubio punit con- 1.
tra hominis voluntatem, vt ad æqualitatem cuncta reducat; excedit enim homo pro-
priam quantitatem, dum ſuam voluntatem diuinæ vult voluntati præferre, contra di-
uinam ordinationem viuendo. Vt hanc igitur inæqualitatem, diuina iuſtitia tollat; ne-
ceſſe eſt, vt peccata contra hominis velle, puniat: & virtute præditi, remunerationem,
ſupra hominis facultatem recipiant: pœna namq; culpæ æquanda eſt: in culpa autem
non ſolùm eſt auerſio à fine; ſed etiam conuerſio ad alia, quaſi ad fines. hac de cauſa ho-
mines puniendi, non ſolùm cùm peccant, per hoc quod à proprio excluduntur fine, ve-
rùmetiam per experientiam alicuius nociui, id eſt, pœna ſenſus. Amplius, peccatum, 2.
iuſtitiæ merito aduerſatur. ſed meritis æterna datur felicitas: peccatorum ergo deme-
ritis locus debetur pœnarum, & quidem æternarum, à commutata proportione, ſiue per
conſequentiam: nam ſicut meritum ad præmium ſe habet; ita demeritum ad ſuppli- 3.
cium. Adhuc, peccans mortaliter, proponit bonum commutabile, bono æterno, atq; in-
finito, bonumq; infinitum offendit. Atqui tanta eſt offenſæ grauitas, quanta eſt of-
fenſæ perſonæ maieſtas: pœna autem non poteſt intendi infinitæ virtutis: duratione
igitur atque tempore erit æterna. ergo quod priùs. Præterea, congruum eſt, vt vniuerſi 4.
pulchritudo, quibuſdam antidotis decoretur: vt quemadmodum bonis, æterna bona; ita
improbis, ſupplicia æterna deputentur; peccator enim infinitum bonum lædit, ideò pœ-
nas dabit in interitu æternas. Non temere ergo ô Mercuri, iniuſti æternis pœnis plecten-
di ſunt, atque puniendi. Sequitur textus. Num hæc tenes Mercuri? Tenes etiam
qua de cauſa, qui ſeipſum cognoſcit, tranſit in deum, vt dei verbum tra-
didit? *Magna eſt ergo cognitio ſui, quæ hominem in deum commutat: de qua quidem*
alibi latiùs nobis erit diſputandũ. Ad quem Mercurius: Quoniam ex vita & luce,
conſtat omnium pater, ex quo natus eſt homo: *Deus enim, vt paulò ante di-*
ximus in primo Pymandri abundè, eſt vita, quia eſt ſuum eſſe; viuere enim in viuenti-
bus, eſt eſſe, eſt etiam cauſa, vnde omnia viuant; eſt etiam lux æterna, nullam habens
partem tenebrarum, illuminans omnia. Pymander Mercurio reſpondet. Rectè lo-
queris, lux & vita deus, & pater, ex quo natus eſt homo. Si igitur com-
prehenderis te ipſum ex vita & luce compoſitum, ad vitam ſurſum lu-
cemq; tranſcẽdes. hæc ait Pymander, *inquit Mercurius.* At ego, adhuc mihi
ô mens dicas oro, quonam pacto ad vitam aſcendere queam? Ad quem
Pymander: Deus ipſe mens iuſsit, vt homo mentis particeps, ſeipſum
animaduerteret; *atq; ita claudamus ſextum Pymandri cum diuo Pymandro com-*
mentum.

DE LVCE ET VITA.

Mercvrivs.

Non omnes homines mentem poſsident, inquit Mercurius? Ad quem Pymander: Rectè dicis Mercuri: adſum enim ego mens ijs, qui boni, qui pij, puri, religioſi, ſanctique ſunt, præſentiaque mea fert illis opem, adeò vt ſtatim cuncta dignoſcant, patremque pacatũ, & propitium habeant. Itaque gratias agunt benedicentes piè, & hymnis ſolennibus collaudantes. Cõcedunt ſanè corpus morti ſuæ, ſenſuumque illecebras faſtidiunt, vtpotè qui planè diiudicent, quàm lætifera ſint ſenſuum lenocinia. Quin etiam ipſa mens, ianitoris munere fungens, incidentes in inſidias corporis, haudquaquam permitto finem cõſequi ſuum: aditus enim per quos turpes blanditiæ manare ſolent, iugiter intercludo, libidinumque fomites omnes extinguo. Contrà ab ignauis, ignaris, impijs, inuidis, iniquis homicidis, procul admodum habito: permittens eos Dæmonis vltoris arbitrio, qui ignis acumen incutiens, ſenſus affligit, magisque ad patranda ſcelera armat hominem; vt turpioris culpæ reus, acriori ſupplicio ſit obnoxius, eumque ſine vlla intermiſsione ad inſatiabiles concupiſcentias inflammat: cum eo pugnat in tenebris: peccantem examinat: & ignis impetum in eius cruciatum mirum in modum concitat, atque adauget. Ad quem Mercurius: Diligenter mihi omnia ô mens quemadmodum poſtulabam, expoſuiſti: vlterius autem id reſponde.

Commentum X.

Neturale deſiderium animæ ad deum.

OMnia entia ipſo vno ſunt entia, à quo & eſſe, & cognitionem acceperunt: Et reuera quidnam forent, niſi vnum forent? vno ſiquidem priuata, nõ ampliùs ſunt, quod eſſe ante dicuntur. Ineſt ergo entibus naturalis appetitus aſcendendi pertingendiq́ ad vnum: ad quod cùm venerint, atque attigerint; tum ſe ipſa, tum etiam alia cognoſcunt, præſertim entia rationalia, vtpotè homo, cui ineſt diuinus vigor, ac cœleſtis origo. Is planè, cùm ſit ex vita, & luce compoſitus, ad veram vitam, lucemq́ naturali impetu, atque continuo pergit deſiderio. Profectò, oculus corporeus, naturaliter lumen ſolis appetit, ſine cuius beneficio, videndi munere fungi non poteſt. anima etiam intrinſeca, innataq́ vi, lumen appetit intelligibile, per-

Deus eſt lux & vita

bile, perſuaſum habens, ſe in tenebris, ſine illius adminiculo, iacere, verſari, & mori potius, quàm viuere. Nam, authore Platone in 6. de repub. Sicut ſe habet Sol iſte viſibilis, ad omnia viſibilia; ita planè Sol Deus, lumen intelligibile, ad animas rationales, intellectusq; angelicos. Oculi porrò quoties non ad ea vertuntur, quorum colores diurnus fulgor illuminat, oſtenditq;, ſed ad illa, quæ nocturnis radiis attinguntur, cœcutiunt, ac ſi purus in illis viſus non eſſet: quoties verò ad ea, quæ Sol illuſtrat, perſpicuè cernunt, in oculis viſus apparet; ſic & de animo cogita: quando enim illi inhæret, in quo veritas, & ipſum ens emicat, intelligit illud, cognoſcitq;, & intellectum habere videtur; ſed cùm ad id fertur, quod tenebris eſt permixtum, quod videlicet generat, atq; corrumpit, eius obtunditur acies, opinionesq; verſat varias, ac mentis expers videtur. Non temere ergo dictum eſt ab Auguſtino, lib. 15. contra Fauſtum cap. 8. & 11. de ciuit. cap. 10. Animam noſtram admodum aëris reſpectu luminis, ita ſe habere ad lumen intelligibile. vnde ſicut per contactum luminis, aër clareſcit; ita per diuinæ lucis contactum, anima ſcientias acquirit. Quare, ſicut aër iſte tenebreſcit ſine luce; ita planè anima, ſine luce Deo. Ex quo fit, vt ſicut ſe habet viſus ad viſibile; ſic penè ad intelligibile, intellectus. Sed viſus omnia viſibilia, non niſi in ſolis fulgore diſcernit; ita intellectus non niſi lumine ſupernaturali illuſtratus, res diuinas, atq; humanas, ritè intelligere poteſt. Verùm eò magis intellectus, ſupernaturali indiget lumine; quò magis diſtat à primo intelligibili, quam viſus à viſibili; ſic enim loquitur 11. de Trinit. cap. 7. & de Geneſi ad lit. cap. 31. lib. 12. Aliud, inquit, eſt ipſum lumen, quo illuſtratur anima, vt omnia vel in ſe, vel in illo veraciter intellecta conſpiciat: nam illud ipſe Deus eſt, hoc autem creatura; quamuis rationalis, & intellectualis, ad eius imaginem facta, quæ cùm conatur lumen illud intueri, palpitat infirmitate, & minus valet, inde eſt tamen quidquid intelligit ſicut valet. Cùm ergo illuc rapitur, & à carnalibus ſubtracta ſenſibus, illi viſioni expreſſius præſentatur, non ſpaciis localibus, ſed modo quodam ſuo ſupra ſe videt illud, quo adiuta videt quidquid etiam intelligendo videt. Rectè ergo dictum eſt à Pymandro, Deum eſſe lucem, & vitam, & quibus adeſt, multa præſtare beneficia: Adſum, inquit, ego Pymander, mens, id eſt, lux & vita, iis, qui boni, pij, puri, religioſique ſunt, quibus præſentia mea non paruam opem affert; ſiquidem meo lumine illuſtrati, ſtatim cuncta dignoſcunt, quæ illos ſcire decet, atq; illorum ſaluti conducunt, patremq; pacatum, atq; propitium habent; neminem enim diligit Deus, niſi qui cum ſapientia habitat. Itaq. gratias agunt, vtpotè beneficiorum memores, piè hymnis ſolennibus collaudantes, beneficiorum vtiq; multitudinem. Nam hæc diuina, & intelligibilis lux principio eſſe tribuit: deinde ab his, qui tantùm eſſe habent, vitam dando, diſcreuit: tertio ab arboribus, fructibus, & herbis, ſenſum præſtando, ſeiunxit: adhuc à beſtiis, rationem tribuendo, ſeparauit: poſtremò omnia nobis ad vſum conceſſit. Hæc ſiquidem diuina lux cauſa eſt, qua viuimus, intelligimus, ſumus, & mouemur: hæc tenebras fugauit errorum, nempè ignorantiam, inſcitiam, de quibus Pſal. 81. Neſcierunt, neq; intellexerunt, in tenebris ambulant. hæc eſt lucerna pedibus noſtris, iuxta prophetæ vaticinium: Lucerna pedibus meis, verbum tuum; duobus enim pedibus ambulamus, intellectu ſcilicet, atq; affectu: qui ſi diuina non fuerint luce directi, lapſui patent, facillimèq; in immane prorumpunt præcipitium. Lux etenim diuina duobus modis ſeſe, iuxta Origenis doctrinam, declarat, per ſcripturam, & per naturam, ſiue creaturam; his enim modis in nobis diuina cognitio renouatur: hæc eſt lux, & vita hominum. Sed tenebræ, id eſt, animæ infidelium, perfidia, & ignorantia cœcatæ, lucem verbi Dei in carne fulgentis non comprehenderunt: lux humana, ſuis propriis viribus lucere non poteſt; non enim naturaliter lux eſt, ſed particeps lucis; capax ſiquidem ſapientiæ, non ipſa eſt ſapientia, cuius participatione ſapiens fieri poteſt: lux autem in tenebris lucet, quia non deſinit ſeſe obtutibus inſerere hominum; ſed tenebræ eam non poſ-

Plato.

Sine Deo ſumus cœci.

Auguſtinus.

Anima eſt ſicut aër ad ſolē

Deum videndo alia videt.

Textus exponitur.

Bona ex luce diuina.

Lucerna pedibus noſtris.

Origenes.

Lux humana.

ſunt comprehendere; ſuperat enim omnem ſenſum. Egemus ergo lumine, vt lumen vide-
David. amus: Nam in lumine tuo (ait Dauid in Pſal. 35.) videbimus lumen, quæ eſt gratia præ-
ueniens, iuxta Gregorium lib. mor. 17. cap. 8. Quæ ſi in noſtro corde nequaquam gra-
Lumen Dei. tuita conſurgeret; pròfectò mens noſtra in peccatorum ſuorum tenebris obſcura rema-
neret. Accedite ergo ad Deum per fidem, & illuminamini per cognitionem; nam lumen
Quid perquod videmꝰ lumē. Dei cognitio eſt, quod tenebras cordis euacuat, mentis oculos purgat, animas erigit, cor-
da accendit, & edocet ſemitas iuſtitiæ, deſiderium virtutis adauget: Magnum lumen,
per quod vitamus offendicula, præcipitia præcauemus, euadimus pericula, pertranſi-
mus laqueos, non timemus proſpera, ſuſtinemus aduerſa, reſpuimus errorem, ſequimur
veritatem. Bene ergo dixit Pymander, quòd ii, qui hac lucis prouidentia cuſtodiuntur,
Textus exponitur. hymnis ſolennibus Deum collaudent. Sequitur textus: Concedunt ſanè corpus
morti ſuæ, cùm ſciant ſe morti obnoxios eſſe, carnalia deſideria, ac blandimen-
ta fugiunt. In cauſa autem eſt, quia ipſe Pymander, in huiuſmodi homini-
Officium ianitoris. bus, ianitoris munere fungor. Reuera, liberum hominis arbitrium poſt labem
primi parentis, abſque particulari Dei gratia, nec à peccato ſurgere, nec peccato reſiſte-
re, nec in bono opere perſeuerare poteſt. Rectè ergo dictum à Pymandro, ſe in ſuis ia-
nitoris officium exercere: Incidentes, inquit, in inſidias corporis haudquaquā
permitto finem conſequi ſuum: tentari quidem, non autem vinci, oppugnari, ſed
non expugnari permitto: aditus enim, per quos turpes blanditiæ manare ſo-
lent, iugiter intercludo, libidinumque fomites omnes extinguo. Hoc ſanè
Iniqui regun tur à dæmone. eſt ſignum inhabitantis Dei, omnium membrorum pacata, ac tranquilla poſſeſſio: Nam
factum eſt in pace regnum eius: & habitatio eius in Sion. Contrà, ab ignaris, im-
probis, & ſimilibus, procul admodum habito: nam ſicut dictum eſt pio, &
Ioan. 14. religioſo viro: Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciemus; ita planè pecca-
Pſal. 5. tori: Longè à peccatoribus ſalus: Et illud: Non habitabit iuxta te malignus. Duplex eſt
Duplex habitatio Dei in nobis. autem Pymandri habitatio, altera quidem, quæ omnia tuetur, ſuſtentat, atque viuificat,
quæ profectò abſque delectu, omnibus impenditur, atque exhibetur: altera verò, iuſtorum
eſt tantùm, qui ſunt templa ſpiritus ſancti, per inhabitantis gratiæ commertium: Et
habitabo in eis, & ambulabo inter illos dicit Dominus. Cor. 2. cap. 6. Vos enim templum
Textus exponitur. Dei eſtis. Sequitur textus: Permittens eos dæmonis vltoris arbitrio. Sanè qui
non habet ſpiritum Chriſti, ait Paulus Roman. 8. hic non eſt eius. Qui ergo non eſt Chri-
ſti, alterius ſit neceſſe eſt, id eſt, cacodæmonis, à quo captiuus ducitur ad ipſius volun-
tatem, vt dicitur Timot. 2. cap. 2. & ad Cor. 1. cap. 5. Iuſſit illum iniquum Corinthium
tradi Sathanæ in interitum carnis. Iuſto ergo Dei iudicio anima iniqua, improba, diuino
deſtituta præſidio, dæmonis vltoris traditur arbitrio, diuerſimode affligenda, atque puni-
Studium mali dæmonis. enda; eſt enim ille iniquus vltor, diuinæ iuſtitiæ executor, non tamen amator: Qui, in-
quit, ignis acumen, hoc eſt, ignitis iaculis improbam animam petens, atque exulcerans,
ſenſus affligit, longo tædio, inconſueto certamine, illudit, exagitat, tandem infle-
ctit ad perpetranda ſcelera, ſuis armis armat hominē, vt quò fuerit turpi-
or culpa, acrior ſit pœna. Quid denique? huiuſmodi miſeram animam ſine vl-
la intermiſſione ad inſatiabiles concupiſcentias inflammat, cupitque explere
ventrem ſuum de ſiliquiis porcorum, & nemo illi dabat: tales ſunt enim inſatiabiles im-
piorum concupiſcentiæ, quas cùm putauerit ſe expleuiſſe, tunc incipiet; ſiquidem falſam
habent iucunditatem, veram autem triſtitiam, inquietum amorem, verum autem mœ-
Textus exponitur. rorē. Cum eo pugnat in tenebris. Miſera omninò pugna, pugnare cum inuiſibili, &
in tenebris, quod eſt grauius certamen. Non ſic pugnabat Paulus, quando dicebat: Non
Pugno in tenebris. ignoro cogitationes Sathanæ, Cor. 2. cap. 2. Pugnauit Chriſtus cum dæmone vltore, ſed
non in tenebris; quomodo enim inibi eſſe poterant, vbi aderat verus dies? At peccator
pugnat in tenebris cum tenebrarum principe, quia neſcit vnde venit, & quò vadat aſtu-
tia Sa-

tia Sathanæ; neſcit enim immane præcipitium, ad quod Sathanas manu iniecta, continuè Animæ purgatio.
impellit; ſic enim Mercurius in Aſclepio loquitur: Angeli, *inquit*, nocentes ad o- Aſclepius.
mnia audaciæ mala miſeros, manu iniecta compellunt, *ad bella, ad rapinas*
in fraudes, & in omnia, quæ animarum naturæ ſunt contraria. Sequitur textus: pec- Textus expo-
cantem examinat, *multis vtique flagellis*, & ignis impetum, in eius cruciatum, nitur.
mirum in modum concitat, atque adauget. *Ignis magnus impetus, eſt ambitio,*
inuidia, loquacitas, contentio, carnis turpitudo, quibus omnibus anima iniuſta quatitur,
agitatur, concutitur, flagellatur, inficitur, denique obruitur, & necatur.

DE ANIMAE PVRGATIONE.

Mercvrivs.

Quid poſt aſcenſionem futurum erit. Primum quidem Pymander ait: in corporis materialis reſolutione, corpus in alterationē labitur. Species, quam antè habuerat inſenſibilis deliteſcet in poſterum. Morum ocioſus habitus, dæmoni conceditur, atque dimittitur. Senſus corporei, partes animæ facti, ſuos in fontes refluunt, aliquando in ſuos actus, iterùm ſurrecturi. Iraſcendi, & appetendi vires in naturam abeunt ratione carentem. Itaque reſiduum animi per harmoniā recurrit ad ſupera. Prima zona.
Primæ dehinc zonæ creſcendi pariter, & decreſcendi officium reddit. Secundæ, machinationem malorum, otio- 2.
ſumque dolum. Tertiæ, otioſam concupiſcentiæ dece- 3.
ptionem. Quartæ, imperioſam, atque inexplebilem am- 4.
bitionem. Quintæ, prophanam arrogantiam, & audaciæ 5.
temeritatem. Sextæ, occaſiones diuitiarum prauas, item- 6.
que otioſas. Septimæ zonæ mendacium inſitum. 7. Tunc ſanè animus harmoniæ motione exutus, ad optatam naturam reuertitur, vim propriam habens, vnaque cum iis, qui illic ſunt, patrem laudat. Ipſi quoque in poteſtatum ſe numerum conferunt, effectique poteſtates, Deo fruuntur. Atque id eſt ſummum bonum eorum, quibus cognoſcendi ſors competit, Deum ſcilicet fieri. Quid præter hæc ad te pertinet? niſi vt cuncta complexus, dux fore velis eorum, qui cura ſint tua digni; vt humanum genus, tuo munere, diuinam ſalutem conſequatur.

Commentum XI.

Diligen-

Animæ purgatio.

DIligenter, *inquit Mercurius*, ô mens, quemadmodum poſtulabam, expoſuiſti omnia: vlterius autem id reſponde, *quod ipſe maximè ſcire cupio, quodque maximè conducit & pietati, & generi ſaluti humani. Dic quæſo, quomodo animus purus, ſceleriſq; innocens fiet, atq; euadet, vt Deus quoquo modo fiat, ſiue vt rectiùs dicam, Deo frui poßit?* In primis, *inquit*, ſcire te oportet, animum purum, & ab omni peccati labe purgatum ad Deum accedere poſſe, infectum verò, atque impurum, ab eo quàm remotiſsimum eſſe. *Itaq; purgatione opus habet, & quidē non parua, vt eo frui poßit, quo ſummopere frui deſiderat.* Ideoque in reſolutione corporis materialis, *cùm ex hac vita ad patrem erit homini migrandùm, animus mole corporea exutus, ac vitiorum exuuiis depoſitis, innocens, impolutus, & ab omni peccato ſegregatus, ad ſuum reuertitur opificem; ſic enim decet eum, qui circa vnum eſt philoſophaturus, non ſe ad omnia extrema præcipitem dare, ſed ad ſeipſum redire, ſicq; ad excelſa conſcendere: Ab omni namq;* (ait Plotinus lib. 9. enn. 6. cap. 3.) *malignitate purgatum eſſe oportet, qui ad verum bonum affectat accedere, & in principium ſibi inſitum ſe inprimis attollere, ſi illud vnum principium ſit inſpecturus. Oportet igitur animum tunc fieri intellectum; atq; totam animam, menti committere, & in ea penitus collocare, vt quæ intellectus ipſe videt, animus experrectus accipiat, ipſoq; intellectu contempletur & vnum; ſic tamen, vt ſenſum adhibeat nullum, nec etiam aliquid à ſenſu proueniens; ſed pura duntaxat mente, ipſoq; mentis primo puriſsimum contempletur; intellectus enim perſpicere poteſt vel quæ ſunt ſuper ipſum, vel ſua, vel quæ aguntur ab eo: pura quidem ſunt etiam quæ in eo ſunt, puriora verò atq; ſimpliciora, quæ ſuper ipſum, vtpotè intellectu priora, atq; nobiliora. Illa, vel rectiùs, illud non eſt intellectus, non anima, non mouetur, non quieſcit, non eſt in loco, non eſt in tempore; ſed ipſum ſecundùm ſe vniforme, imò verò informe ſuper omnem exiſtens formam, ſuper motum, ſuper ſtatum. Quamobrem ſummum Deum, Plato docet, neq; ſcribi vnquam, neque dici poße: vnde quodammodo abeſſe videtur ab omnibus, & præſens vbiq; ſit, iterumq; non præſens; nam iis duntaxat præſens eſt, qui ita parati ſunt, cum illo congruere, ac veluti ipſum attingere valeant per ſimilitudinem videlicet quandam, inſitamque potentiam muneri inde tributo cognatam, quando ſcilicet animus omninò ſic eſt affectus, ſicut erat cùm inde proceßit:* Ideò in reſolutione corporis, *inquit Pymander*, corpus in alterationem labitur, *hoc eſt, in corruptionem, quæ alteratio ab ipſo vocatur, tum propter mutationem, tum etiam, quia partes corporis non penitus annihilantur. Ariſtoteles diceret, corruptionem.* Species inſenſibilis, *id eſt, forma corporea, ſiue membrorum effigies, & coaptatio, quam ante habuerat,* deliteſcet in poſterum, *nempè in corporis materia.* Morum ocioſus habitus, dæmoni conceditur, atque dimittitur: *actiones peccatorum, habitibus tribuuntur, quippè quæ cum delectatione fiant; ſignum autem habitus generati eſt delectatio in opere. Senſus ergo eſt: qui ex habitu vitioſo, & ocioſo peccauerunt, dæmoni conceduntur, vt ſui; & permittuntur, vt varia expendant pœnarum genera, flagellaq; non pauca ſuſtineant.* Senſus corporei, *nempè exteriores, & interiores, de quibus in quæſtionibus erit nobis diſputandum,* in antiquam materiam refluent, iterum ſuo tempore reſurrecturi: ſimiliter vires iraſcendi, & concupiſcendi in naturam abibunt ſenſualem, quæ ratione caret, *id eſt, vnà cum ſenſuali natura peribunt, ſiue diſſoluentur. Et hæc quidem contingent corporeæ diſſolutioni.* At reſiduum animi per harmoniam recurrit ad ſupera, *id eſt, per ordinatiſsimam illius purgationem, cùm ſcilicet ab omnibus fuerit inquinamentis expeditus, & liber, quæ per varias illius ætates, tanquam per varias zonas, ſiue circulos, quibus circumligatur hæc noſtra vita mortalis,*

Animi purgatio neceſſaria.

Plotinus.

Actio intellectus.

Plato ſummus Deus ſcribi non poteſt.

Textus exponitur.

Corporis reſolutio.

Septem zonæ vitæ humanæ

 Animæ purgatio.

lis, ſecum contraxit, atq; adduxit. Et quidem in prima ætate, ſiue zona, aut vitæ cur- Prima.
riculo, creſcendi pariter & decreſcendi officium exercendum, accepit: qua
planè tranſacta, zonæ primæ reddidit, quod ſuum erat. Et hæc eſt hominis infantia, quæ
primæ mundi ætati comparatur, in qua lux facta eſt; quia vnuſquiſque homo primam
lucem accipit naſcendo: ſic etiam in bonis operibus, primo die, lucem fidei, quando pri-
ùs inuiſibilibus credit. Et hæc tenditur ab Adam vſque ad Noë generationibus decem.
Secunda zona, eſt pueritia, in qua natura incipit mala moliri, doloſq; ocio- Secunda.
ſos machinari: hac autem ad finem deducta, ceſſant doli ocioſi, & inanes, pereuntq;
machinationes malorum: firmamento adueniente inter aquam, & aquam, hoc eſt, fir-
mamento diſciplinæ, quo diſcernit inter carnalia, & ſpiritualia: hæc autem zona tendi-
tur à Noë vſq; ad Abraham. Tertia zona, ocioſam parit concupiſcentiæ de- Tertia.
ceptionem: ex ocioſa enim deceptione, concupiſcentia naſcitur, idq; præſertim in in-
fantia, quæ parum rationis habet, ocioſæ verò deceptionis multùm. hæc autem tranſit,
aquis recedentibus à ſuperficie terræ, id eſt ocio, concupiſcentia, ac deceptione receden-
tibus ab anima humana, tunc apparet facies terræ, quod tertia die geſtum eſſe legimus,
id eſt, homo ſeipſum intelligit fuiſſe hactenus deceptum, & quaſi obrutum aquis illis ve-
hementibus, vnde incipit ferre bonorum operum fructus. hæc autem zona protenditur
ab Abraham vſque ad Moyſen; in hac quidem mundi ætate, fuit ocioſa idolatriæ de-
ceptio, ac regnandi, bellandíque concupiſcentia. Quarta zona, imperioſam, at- Quarta.
que inexplebilem aduexit ambitionem: & reuera poſt infantiam, ſequitur
iuuentus, in qua homo incipit ambire, ac ſuper alios eminere concupiſcit. In hac autem
quarta mundi die facta ſunt luminaria magna, hoc eſt in firmamento diſciplinæ ſpiri-
tuales intelligentiæ. quamobrem multa tum temporis homo intelligit, hac de cauſa ſu-
perexcellere appetit: & hæc quidem mundi ætas, à Moyſe, vſq; ad Dauid decurrit, in
qua in deſertum multum laboratum eſt, ob ambitionem Dathan, & Abiron, Mariæ ſo-
roris Moyſis, ac aliorum, quorum cadauera proſtrata ſunt in deſerto. Quinta zona, Quinta.
id eſt, declinatio à iuuentute ad ſenectutem, nondum ſenectus, ſed iam non iuuentus, quæ
ſenioris ætas à Græcis πρεσβύτης vocatur: ſenex verò γέρων, prophanam arroganti-
am, & audaciæ protulit temeritatem: Ex ambitione namq; fit frons meretricis, &
in ſuperbiam, ſine aliqua verecundia itur. In quinta autem mundi die facta ſunt anima-
lia in aquis, cete grandia, & volatilia: deniq; populus propter illius prophanam arro-
gantiam, & audaciæ temeritatem, migrauit in Babylonem; ſuperbia enim hominem è
ſuo pepulit regno, & ad alienos tranſmiſit ſpiritus, à quibus ſub carcere Babylonico cu-
ſtoditur infelix, miſer, & ſuperbus, propriis donis exutus. hæc autem mundi zona à Da-
uid, vſq; ad Babylonicam captiuitatem protenditur, in qua magna temerariorum bella
geſta ſunt. Sexta autem zona, id eſt, ſenectus, occaſiones diuitiarum prauas, Sexta.
itemq; ocioſas affert: ſenum enim proprium eſt, diuitiarum copias appetere, cùm ſuis
eas viribus parare nequeant. hac ſanè zona ſextæ mundi diei, atq; ætati congruit, in qua
ſunt animantia terræ, atque homo terrigena, terrena ſummopere appetens, & diuitias
quærens inanes. hæc autem ætas ad Chriſtum vſq; protenditur, in qua pontificum cupi-
ditas apparuit, & Alexandri Magni dira diuitiarum, opum, atque copiarum cupido.
Septima zona mendacium inſitum attulit: nam eo tempore, cùm ad decrepitam Septima.
acceſſerit ætatem, repueraſcit, falſa pro veris intelligens, & mendacium pro veritate
amplectens. hæc autem ætas à Chriſto exordiens, finem non habet, vtpotè, quæ luce ve-
ritatis accedente, mendacij caligo, ac ignorantiæ tenebræ prorſus abſceſſerint omnes.
Itaq; zonis huiuſmodi ſic peractis, ac animus vndequaque purgatus, tunc ſanè, inquit Textus expo-
Mercurius, harmoniæ motione exutus, id eſt, ab omni mundi, ac ſuarum zonarũ nitur.
errore, labe, deceptione, concupiſcentia, ambitione, dolo, mendacioq; liber & purus:
ad optatam reuertitur naturam, hoc eſt, ad primam innocentiæ puritatem: vim

 propri-

propriam habens, *quam per ſuarum varietatem zonarum diſperſerat.* Vnaq; cum iis, qui illic ſunt, *hoc eſt, qui illam innocentiæ veſtem retinent,* Patrem laudat. Ipſi quoque in poteſtatum ſe numerum conferunt, effectiq; poteſtates, Deo fruuntur. *quaſi diceret, qui in illa beata vita agunt, poteſtatem acceperunt filios Dei fieri, imò potius Deum quodammodo fieri. Propterea ſubiungit:* Atque id eſt

Dei fruitio.

ſummum bonum eorum, quibus cognoſcendi ſors competit, Deum ſcilicet fieri. *Reuera, qui in illo cœleſti choro verſatur, inſpicit vitæ fontem, fontem mentis, entis ipſius principium, boni cauſam, radicem animæ. Nos inde afflamur, quatenus ad illum vergimus: hinc profectò bonum conſiſtit noſtrum, ibi verè intelligit animus, nec vllis eſt obnoxius paſsionibus, ibi ſolùm viuere reuera contingit. Quiſquis autem id nouit, cognouit certè quod loquor. Quemadmodum ſcilicet anima tunc aliam agit vitam, quòdq; adſit ipſe veræ vitæ largitor. Iam tunc videre licebit, ait Plotinus enn. 6. lib. 9. cap. 9. Deum, quatenus fas eſt eum videre, ſeque illuminatum, imò verò lumen ipſum purum, Deum tunc effectum:* Nam, *teſte Mercurio,* ex mente, atq; Deo, vnus ſpiritus coaleſcit. *Vnde Paulus ad Corint. 1. cap. 6. Qui adhæret Deo, inquit, vnus ſpiritus fit cum eo: quantò enim forma eſt purior, & ſimplicior, atque efficacior; tantò ex ea, & ſubiecto vnà congredientibus, arctior prouenit copula, quàm ex quibusuis corporalibus. ſed Deus, non modò eſt ſimpliciſsima forma, ſi fas ſit ita loqui, ſed ipſa etiam vnitas, atque bonitas: igitur ex Deo, & mente humana, fit maximè vnum; vnitas enim copulat, attrahit verò bonitas. Sanè, ex intellectu, & intelligibili, magis fit vnum, authore Auerroe in 3. de anima, quàm ex materia & forma; nulla ſiquidem ibi dimenſio intercidit. Pythagoras in aureis carminibus ita ait: Auriga iudicium ſtatuens ſupernè optimum, cùm relinquens corpus, in ætherem liberum venies, eris immortalis Deus, incorruptibilis, nec vltra mortalis. Plato 7. de repub. ait: Theologum idoneis demonſtrationum fundamentis & gradibus aſcendere vſq; ad principium vniuerſi, tangere ipſum, atq; tenere, & deniq; adhærere ſemper his, quæ Deo adhærent. Plotinus enn. 3. lib. 7. cap. 6. Sicut ſenſus omnes, inquit, tactu quodam rem percipiunt ſentiendam; ita intelligentia, imò multò magis, cognoſcendo tangit, cùm res penetret, earum intima diſcernendo, quod non efficit ſenſus. Plato in Epinomide, dicit animum contemplatione perfectum penes diuinam vnitatem, vnum prorſus euadere: & hoc, vt dicit Plotinus, cùm cætera amputantur. Dionyſius Areopagita cap. 1. de diu. nom. Ineffabiliter, inquit, Deo copulamur per vnionem quandam, potentia, & actione noſtra, tum rationali, tum intellectuali præſtantiorem: hanc autem vnitatem, ipſum vnum impreſsit animæ, tanquam ſui characterem, cui ſimul tanquam bonum, naturalem primi boni infudit amorem. Vnde Plotinus enn. 6. lib. 9. ca. 10. Tunc animus tanquam factus iam alius, neq; ipſe vlterius, neq; ſui duntaxat, illuc ſe confert, eiq; ſe dedit, factusq; totus illius, euadit protinus, tanquam centrum cun centro coniungens; animus ſiquidem ita raptus, & Deo penitus occupatus in tuto quodam ſeceſſu, habituq; tranquillo, agit. Si quis igitur ſeipſum quandoque viderit id effectum, habebit vtiq; ſeipſum, velut quandam illius imaginem, ac ſi à ſeipſo pertranſeat, tanquam imago ad exemplar vſque traducta, erit iam finem ipſum itineris conſecutus. Hæc igitur eſt Deorum, & hominum diuinorum feliciumque vita: Ad quam ſanctus nos conducat Pymander. Amen. Sequitur textus:* Quid præter hæc ad te pertinet? *hoc eſt, dixi, quæ erant dicenda, iam inſtruxi, ac eorum, quæ ad te pertinent peritiam, cognitionemq; dedi. Nihil ergo reſtat,* niſi vt cuncta complexus, dux fore velis eorum, qui cura ſint tua digni; vt humanum genus tuo munere, diuinam ſalutem conſequatur. *Itaq; finis iſtius reuelationis, eſt humani generis ſalus. Et rectè quidem, nam his cognitis ſacris, ſanctisq; myſteriis, via ſalutis, aditus vitæ patet hominibus. Reuera, & mundi creationem in principio reſerauit: elementorum naturam, ordinemq; non tacuit: trium perſonarum ſacroſanctum myſterium aperuit: angelorum creationem, hominis forma-*

Vita ſine Deo eſſe non poteſt.

Plotinus.

Quomodo fit anima vnum cum Deo.

Auerro.

Pythag.

Plato.

Plotinus.

Plato.

Dionyſius.

Plotinus.

Textus exponitur.

Gratitudo.

tionem, reſurrectionem, iudicium vltimum, pœnas impiorum, bonorum coronas, animi purgationem, animæ fruitionem diligenter deſcripſit.

Mercvrivs.

Talia quædam effatus Pymander, in poteſtatum diuinarum numerum ſe reduxit. Ego autem benedicens, & gratias agens vniuerſorum parenti, ſurrexi iam corroboratus ab illo, totiuſque edoctus naturæ ordinem, ſpectaculum etiam clariſsimũ contemplatus, hunc iam cœpi hominibus pietatis, & ſcientiæ decorem enunciare. O populi viri terrigenæ, qui voſmetipſos ebrietati, ſomno, & ignorantiæ dediſtis; ſobrii viuite, abſtinete à ventris luxu vos, qui irrationali ſomno demulcti eſtis. Illi autem exaudientes mecum, vnanimes conuenêre. Tunc rurſus adieci: Cur ô viri terrigenæ præcipites in mortem ruitis, cùm vobis haudquaquam deſit immortalitatis conſequendæ facultas? Reuocate iam voſmet, qui laboratis inopia, ignorantiæ tenebris inuoluti: diſcedite ab obſcuro lumine: aſciſciter immortalitatem: corruptionem fugite. Eorum verò partim deridentes abſcedebant in mortis iter præcipitati, partim autem ad pedes meos proſtrati, vt eos inſtituerem precabantur. Subleuans igitur eos, dux humani factus ſum generis. Oſtendebam quippè illis, quæ ratio eſſet conſequendæ ſalutis, ſapientiæque ſermones illorum auribus infundebam. Quo factum eſt, vt illi ex imbrium procellis emerſerint. Tandẽ aduentante veſpere, ſoliſq. radiis occidentibus, vt Deo gratias agerent, præcipiebam. Poſtquàm verò gratias egerant, quiſque in proprium ſe cubile condebat. Ego autem Pymandri beneficium inſcripſi penetralibus animi, atq. adeptus quæ petieram omnia, in gaudio requieui. Corporis enim ſomnus, animi ſobrietas extiterat. Oculorum compreſsio, verus contuitus: ſilentium meũ, bonitatis fœcunda prægnatio: ſermonis prolatio, bonorum omnium genitura. hæc mihi contigerunt ex mente haurienti, id eſt, ex Pymandro diuinæ potentiæ verbo; vnde ipſe diuino afflatus ſpiritu, veritatis compos effectus ſum. Quamobrem omnibus animi viribus patri Deo gratias ago.

Commentum XII.

FINITO diuinæ viſionis ſpectaculo, ſanctus Pymander ad ſuperos ſeſe recepit, hoc eſt, euanuit ex mentis Mercurij obtutibus. Mercurius verò diuinorum memor beneficiorum, gratias egit vniuerſorum parenti, quòd eum corroboraſſet, quòdque naturæ ordinem docuiſſet, atque clariſſimum contemplatus fuiſſet ſpectaculum. Inde aſſurgens, tanti theſauri diuitias aliis impartire ſtuduit, cœpitque hominibus pietatis, & ſcientiæ decorem enunciare. Rectè quidem
Paulus. Pietas. pietatis, quia iuxta Paulum ſcribentem ad Titum, id eſt notitia, qua Deus à ſuis colitur, & cognoſcitur, eſt agnitio veritatis, quæ ſecundùm pietatem eſt. Et ad Timotheum 1. cap. 3. magnum vocat pietatis ſacramentum. O populi viri terrigenæ, & habitatione, & affectu: qui ebrij eſtis malitia, ac ſomno ignauiæ, & inertiæ obruti: denique qui non vultis intelligere, vt bene agatis; Expergiſcimini ebrij, iam tempus eſt de ſomno ſurgere, iam certè conuenit, vt ſtulti aliquando ſapiant: Illi, inquit, exaudientes, me-
Qui negant animæ immortalitatem cum vnanimes, ad laudes Pymandri, conuenerunt. Tunc Mercurius iterum concionari cœpit, atq; ad immortalitatem animæ habendam, colendamque magnopere exhortatus eſt. Verùm præſagio quodam futurorum, eos, qui animæ immortalitatem erant negaturi, mirificè depinxit: Eorum enim, inquit, quidam deridentes recedebant, in mortis iter præcipitati, ii nimirum, qui in obſcuro lumine, hoc eſt, doctrina obſcura, & hæretica conuerſantur: quique ſunt proprio iudicio condemnati, vtpotè qui voluntariè, ac ſcienter reſiſtunt veritati. Alii verò, docti à Deo, quos pater traxit ad filium, ad pedes Mercurij proſtrati, iacebant veluti boni diſcipuli, qui ad pedes magiſtri libenter diſcunt diſcenda, vbi & humilitas illorum pariter, & ſolicitudo clarè
Dux populi Chriſtus. oſtenditur. Subleuans igitur eos, dux humani factus ſum generis: hoc profectò nomen à ſanctis Chriſto tribuitur ſcripturis. Michææ 5. Ex te egredietur dux, qui regat populum meum: huius autem typum geſſerant paſtores, & reges Iudæorum: quòd ſi fas eſt dicere, Mercurius quoque geſſiſſe videtur. Oſtendebam autem illis, quonam modo ſalutem conſequi poſſent æternam, ideòq; ſapientiæ, nempè veræ pietatis ſermones, eorum auribus infundebam. Quo factum eſt, vt illi, qui ad vitam erant præparati æternam, auditis veræ ſapientiæ verbis, ex imbrium procellis, id eſt, ex multarum hæreſum, ſectarum conuenticulis, & erroribus, ad puram cognitionis, atq; pietatis viam emerſerint. Tandem aduentante veſpere, ſo-
Gratitudo. lisq. radiis occidentibus, longo iam tempore viſione perdurante, vt Deo gratias agerent, de impenſa illis cœlitus diuinæ gratiæ notitia, præcipiebam. Poſtquam verò gratias egerant, quiſque in proprium cubile ſe condebat, auditis diuinæ ſapientiæ ſermonibus, actisq; debitis gratiarum actionibus. Ego autem, vtpotè bonorum memor, ac benefico Pymandro gratus, Pymandri beneficium inſcripſi penetralibus animi; in corde enim condenda ſunt, quæ ad pietatem, vitæq; ſalutem ſpectant: atque adeptus, inquit, quæ petieram omnia, rerum naturam ſcire, ac Deum cognoſcere, vt in principio viſionis petieram, atque ita in gaudio quieui, potitus eo, quod ſummopere concupieram. vnde corporis ſomnus, in quo tantarum decorem rerum edoctus fui, animi mei ſobrietas extitit; oculorum compreſsio, verus intuitus: ſilentium tunc meum, bonitatis fœcunda prægnatio; fuit enim mihi illud beatum ſpectaculum non paruæ bonitatis fœcunditas: ſermonis prolatio, bonorum genitura, quia non mea, ſed quæ Pymander me docuerat, loquutus ſum. hæc mihi contigerunt ex Pymandri beneficio: vnde ipſe diuino afflatus ſpiritu, veritatis compos effectus ſum. Magna Dei benignitas, quæ eti-

Laudes diuinæ.

em per ethnicos, & gentiles, ſua patefieri voluit diuina myſteria. Quam ob rem omnibus animæ viribus gratias illi ago.

Hymnus Mercurii.

Sanctus Deus, pater omnium. Sanctus deus, cuius voluntas à proprijs poteſtatibus adimpletur. Sanctus deus, qui ſuis familiaribus innoteſcit. Sanctus es, qui verbo cuncta conſtituiſti. Sanctus es, cuius imago eſt omnis natura. Sanctus es, quem nunquam natura formauit. Sanctus es, omni poteſtate validior. Sanctus es omni excellentia maior. Sanctus es, omni laude melior. Excipe verborum ſacrificia ſancta ab animo, & corde debito tibi manantia. Ineffabilis ſolo ſilentio prædicandus ab eo, qui fallacias veræ cognitioni contrarias deuitauit. Annue, corrobora me, atque huius gratiæ participes effice eos, qui in ignorantia verſantur: cognatione quidem mihi fratres, tibi autem filij. Etenim fidem tibi præſto: teſtimonium de te perhibeo: in vitam, ac lucem aſſurgo. Ipſe pater es venerandus. homo autem tuus ſanctitate vnà tecum potiri deſiderat, cùm poteſtatem illi omnium, arbitriumque conceſſeris.

Commentum XIII.

TRES eſſe iuſtitiæ partes, clariſſimè conſtat, pietatem ſcilicet, ſanctitatem, ac religionem. Sanctitas autem, authore Platone in Eutiphron, & in Gorgia, eſt iuſtitiæ pars, quæ ſuum deo tribuit. ſuum verò deo tribuit, qui illa, quæ ſine medio accepit à deo, deo reddit. Corpus quidem, vt Plato in Timæo diſputat, ab elementis quatuor; naturalem ſpeciei complexionem à cœleſtibus ſphæris; partes animæ, quæ trahuntur affectibus, à dæmonibus, & animis ſyderum, ſphærarumque ſuſcepimus: rationem verò, ac mentem noſtri parentis imaginem, ab ipſo mundi totius opifice, ſine vllo cœlicolarum, aut dæmonum miniſterio. hæc itaque dei ſunt: hæc deo reddenda, atque hæc retributio, ſanctitas nuncupatur, quam præcedit pietas, id eſt, dei parentis agnitio. Sequitur autem religio, id eſt eius quod deo redditum eſt, aſſidua meditatione, iuſtiſque operibus cum ipſo deo indiſſolubilis religatio. Pietas ſanctitatem excitat: ſanctitas pietatem confirmat, & ſancit: ſanctitas quoque religionem mouet: religio religat ſanctitatem. Plato in libello de ſanctitate, ſanctum nominat, quod eſt dijs dilectum, quod verò non dilectum, prophanum: Deo namque dilectum opus ſanctum, ac 1.
vir deo dilectus, ſanctus: opus autem inimicum deo, prophanum; vt vir deo inimicus, 2.
prophanus dicitur. Item, ſanctum eſt, quod dij omnes amant; prophanum contrà, quod omnes oderint. Amplius, ſanctum & pium eſſe reor, qui ſcilicet circa deorum curam 3.
verſatur. Sanctitas igitur, ac pietas, cura eſt deorum. Cura autem omnis idem intendit, 4.

Tres partes iuſtitiæ.

Plato.

Quid ſanctitas.

Pietas.

Plato.

Laudes diuinæ.

vt hoc huiuſmodi bono, & vtilitati ſit ei, quod curatur. vnde iterum ſic diffiniunt, ſan-
ctum eſſe, dijs ſacrificare, & vouere. Itaq; ſanctitas eſt ſcientia vouendi, & ſacrifican-
di deo: hoc maximè ad religionem pertinet, quæ ſanctitatem comitatur, vouendo petit,
Sanctitas in ſcriptura quid. ſacrificando, dat. A Deo autem petit ſeipſum, cui ſe totum debet. Sanctum à diuinis lite-
ris appellatur, quod eſt mundum, lotum, ac ad aliquod opus ſacrum ſegregatum. Quam
ob cauſam eccleſia ſancta appellatur, vtpotè, quæ lota ſit, atq; tincta ſanguine agni im-
maculati. Apoc: 1. Lauit nos ſanguine ſuo. Ad Epheſ: 5. Mundauit eam ab operibus
mortuis per ſuum ſanguinem Similiter 9. ad Heb. Hac ratione à Diuo Aug: Pſal. 85.
fideles ſancti vocantur. Sanctum præterea idem eſt quod firmum, munitum, perpetuoq;
Sanctum, id eſt firmum. ſtabile, vt à quopiam violari non poßit, aut certè debeat. Quamobrem & muros vrbis,
& leges vocamus ſancta, tribunos quoq;, ærarium, & quæ ſunt generis eiuſdem. Quare,
cùm eccleſia, fortius, firmiusq; nihil inueniri poßit, quandoquidem ipſa ſit columna, &
firmamentum veritatis, non temerè ſancta vocatur; extra eam ſiquidem vera ſanctitas
Hebraicè ſanctitas. haberi non poteſt. Apud Hebræos ſanctitas, Rodeſch, nominatur, latinè, ſanctimonia,
munditia, res ſacra, diuinis vſibus dedicata, atq; conſecrata. Sic enim ſcribitur Geneſ: 2.
benedixiſſe, ac ſanctificaſſe Dominum, diem ſeptimum. Exodi, 13. Sanctifica mihi omne
Græcè ſanctitas. primogenitum. Porrò à Græcis, duplici nomine ſanctitas nominatur, Oſios, & Agios:
vtraq; autem dictio, ſanctum ſignificat. ſed Oſios propriè dicitur, qui pietatem, & re-
ligionem colit, quæ ad deum pertinet. Agios verò ille appellatus, qui per ſemitam vir-
tutum incedens, diuinitatis efficitur particeps. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, cui pro-
priè hoc nomen magis conuenire poteſt, quàm ſummo opifici? ipſe quidem innocens eſt,
impollutus, excelſior cœlis, ſtabilis, firmus, immotusq; manens: ipſe eſt omnis ſãctitatis
cauſa, largitor, origo, fundamentum, & finis. Quam ob cauſam clamat: Sancti eſtote,
Petri 1. cap. 1. quoniam ego ſanctus ſum. Vnde Apoſtolorum princeps ait: Etſi patrem inuocatis eum,
qui ſine acceptione perſonarum iudicat ſecundùm vniuscuiusq; opus, in timore incolatus
veſtri tempore conuerſamini. Non ſine cauſa igitur à ſapientiſſimo Mercurio in hoc
Textus exponitur. hymno ſic cœptum eſt: Sanctus deus, pater omnium, quaſi diceret, tu es pater
omnis ſanctitatis, à quo eſt omnis paternitas in cœlo & in terra, omniuq; creaturarum
ſanctitas. Sanctus deus & pater. Sanctus quidem, innocentiam largiendo, Deus
regendo, pater fouendo. Sanctus es, cuius voluntas à proprijs poteſtatibus
adimpletur: Sic etiam legimus in Pſal: 102. Benedicite domino omnes virtutes eius,
miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius. De dei voluntate in fine primi Pymandri mul-
ta dicta ſunt. Sanctus es, qui tuis familiaribus innoteſcis, ſicuti innotuiſti Moy-
Amicitiæ proprietas. ſi, Abrahæ, Noe, alijsq; tuis domeſticis: proprium ſiquidem amicorum eſt, mutua fa-
Ioan: 15. miliaritate ſe inuicem inſinuare, ac omnia communia habere. Vnde in Ioan: 15. cap. le-
gimus: Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit, quid faciat dominus eius. Vos au-
tem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Sanctus es,
qui verbo cuncta conſtituiſti. In Pſal. 32. ſcribitur: Verbo domini cœli firmati
ſunt. in primo Pymandri, cùm de verbo dei loquerer, de hac re multa dixiſſe me, me-
mini. Sanctus es, cuius imago eſt omnis natura. Sanè, Dei ſimilitudinem o-
Creatio. mnis creatura præſeferre videtur. De hac autem ſimilitudine in primo Pymandri diſ-
ſerui, vbi de dei ſimilitudine locutus ſum: & poſtmodum in digreßionibus nobis lo-
quendum erit. Sanctus es, quem nunquam natura formauit. Dei diuinitatem
Diuinitas. inſinuat, à quo omnia dependent, & cœlum, & natura: ipſa verò diuinitas, à ſeipſa tan-
Potentia. tùm. Sanctus es, omni poteſtate validior. Imò à quo omnis dependet poteſtas:
Omnis, inquit, poteſtas à Domino deo eſt, ait Paulus Rom: 13. Sanctus es, omni
Laus. laude melior. Nam laudate eum quantùm poteſtis, ait Sapiens, quia maior eſt omni
Sacrificium. laude. Excipe verborum ſacrificia ſancta, ab animo, & corde debito tibi
Dauid. manantia: quaſi diceret: Sacrificium deo, ſpiritus contribulatus, cor contritum, & hu-

Laudes diuinæ.

Oſee

Ineffabilis.

miliatum tu deus non deſpicies. In vltimo Oſeæ capite legitur: Reddemus tibi vitulos labiorum noſtrorum, hoc eſt, loco vitulorum offerimus verba ex corde manantia. In Pſal. 49. dicitur: Nunquid accipiam de domo tua vitulos? ſacrificium laudis honorificabit me. Optimum ergo modum ſacrificandi nobis enuntiat ſapientiſſimus Mercurius. Ineffabilis es, ſolo ſilentio prædicandus: *Et reuera balbutiendo diuina loquimur: minimum nihilominùs illorum, cæteris quæ dici poſſunt, maius eſt, atque præſtantius. Qui ergo falſas doctrinas, veræ cognitioni contrarias deuitauit; is profectò, cùm multa videat ſuum captum excedere, ſuam agnoſcens tenuitatem, paruitatemq́, ſilendum ſibi potiùs, quàm loquendum putat. Itaq́ ſilentio honorat, quod corde intelligere, & verbo exprimere nequit.* Annue, corrobora me, atque huius gratiæ participes effice eos, qui in ignorantia verſantur. *Optima oratio, in qua bonum proximi poſtulatur, in qua petitur, vt omnes, errorum depulſis tenebris, lumen veritatis videant:* cognatione quidem, *hoc eſt, natura & religione* mihi fratres, tibi autem filij: etenim tibi, *vt primæ veritati* credo, & in vitam, *quam mihi oſtendiſti, & dediſti lucemq́ veritatis, quam manifeſtaſti,* aſſurgo. *Quippe cùm* ipſe pater, *ſis legitimus, &* omni veneratione dignus: homo autem, *imago, & pars tui chariſſima, cùm poteſtatem illi omnium, arbitriumq́ conceſſeris, vt in primo iſtius libri commento dictum eſt,* ſanctitate vnà tecum potiri deſiderat. *Quam quidem noſter Pymander, pro ſua benignitate, nobis concedere dignetur.*

Tuderti, in monte ſancto die Sabbati. 25. Iulij.
hora veſpertina 1 5 7 3.

Finis primi Dialogi Pymandri.

SECVN-

De eſſentia.

SECVNDVS DIALOGVS PYMANDRI.

DE ESSENTIA DEI.

TEXTVS MERCVRII.

DEVS, atque ipſa diuinitas: dico nunc non quod genitum, ſed quod ingenitum. Si ergo diuinum ſit, eſſentia eſt: ſi deus,etiam ſuper eſſentiam. Intelligibile autem id hoc pacto. Intelligibilis enim deus primus non ſibi, ſed nobis exiſtit. Intelligibile quippe intelligenti per ſenſum ſubincidit. Deus itaque minimè ſibi intelligibilis, non enim aliud quiddam exiſtens præter id, quod intelligit,intelligitur à ſeipſo. Eſt tamen differens quiddam à nobis, idcirco à nobis intelligitur. Quòdſi intelligibilis logos, non tamen deus: ſin, vt deus, haud ſanè vt logos, Verùm tanquam diſcretiuus actus.

Commentum I. Dialogi ſecundi.

Eſſentia Dei, & diuinitas quid ſint apud Mercurium.

DEVM AB HVMANO POSSE INTELlectu cognoſci, ſiue intelligi, breuiter, ſubtiliterq́; diſputando oſtendit: modus autem cognoſcendi, intelligendiq́; tum ex motu, tum etiam ex boni natura, illi patet ſatis: quemadmodum paulò poſt viſuri ſumus. Verùm inprimis animaduerſione dignæ ſunt nonnullæ ab eo poſitæ dictiones, quæ ſine caligine intelligi nequeunt. Dicit enim, deum eſſe ſupra eſſentiam: proin animaduertendum nobis eſt, quid apud Mercurium eſſentia dei, quidúe diuinitas, quid genitum, & ingenitum, quid denique intelligibile, idq́; ex Mercurij ſententijs ſignificet. Nam aliunde velle hoc ſtatuere, non eſſet legitima verborum Mercurij interpretatio. Cæterùm, non ignorare oportet, Mercurium nequaquam negare eſſentiam diuinam, aut deum ſeipſum non intelligere, cùm hoc idipſum paſſim, atque apertè fateatur; ſed quia hæc in rebus genitis nonnullum diſcrimen oſtendunt, quod planè à deo quàm remotiſſimè habitat; hac de cauſa, his quaſi vocibus offenſus, ait, deum eſſe quid auguſtius, ſublimius, atque ſupereminentius. Vnde dialogo 11. Dei, *inquit,* quaſi eſſentia: *quaſi diceret, ſi fas ſit vocari dei eſſentiam: illa profectò eſt* bonum, pulchritudo, beatitudo, ſapientia, æternitas, eſſentia, ipſum idem: *hoc eſt eſſentia Dei, ſi licet ſic loqui, aliud nihil eſt, quàm bonitas, ſapientia, beatitudo, pulchritudo, æternitas. Profectò ſecundùm theologorum ſententiam, hæc à diuina eſſentia realiter non diſcrepant. Dialogo 12. Filij à patre ortum deſcribit,*

dicitq́;

Dei eſſentia.

dicitq́; filium ex patris eſſentia eſſe genitum. Mens quidem, ex ipſa dei eſſentia, ſi qua tamen eſt eius eſſentia, naſcitur. hæc, *nempè eſſentia*, qualiſcunq; ſit, *quippè cùm ignorem, quo honeſtiori vocabulo illam vocem*, ſola ſeipſam ſyncerè comprehendit. mens autem, *id eſt, filius dei*, ab eſſentia patris nequaquam diuiſa eſt, *ſcilicet realiter*; ſed illi potiùs eo modo connexa eſt, quo ſolis corpori lumen: *quam ob cauſam à diuinis vocatur ſplendor patris: & figura ſubſtantiæ illius. Quoniam autem filius quidem genitus eſt, non de nihilo, ſed de patris eſſentia: eſt igitur de eſſentia patris, quemadmodum etiam docet dialogo* 10. Dei, *inquit*, actus eſt eius voluntas, cuius eſſentia eſt velle cuncta ſubſiſtere. *Et paulò pòſt de dei cognitione loquens:* Cognitio dei, *inquit*, diuinum ſilentium eſt, & intenta ſenſuum omnium cogitatio, ſiue applicatio. Qui id intelligit, nihil poteſt aliud cogitare: qui id intuetur, nihil præter ipſum aliud intueri: qui id audit, nihil audire poſt ipſum, nec corporis etiam ſui membra mouere. Is profectò abſtrahit totam à corpore animam, & in totam deniq; dei eſſentiam transfigurat. *Hæc profectò à Mercurio dicenda non eſſent, ſi nihil eſſet illius eſſentia, aut ſuper eius eſſet eſſentiam; eſſet enim ſeipſo maior, antiquior, atq; potentior, quod eſt abſurdiſſimum, ne dicam impiiſſimum. Quando ergo dicit deum eſſe ſupra eſſentiam, non quidem intelligit deum, ſua eſſentia eſſe maiorem; ſed ſupra omne, quod intelligi & cogitari poteſt. Sed operæpretiū fuerit perſpicere, quid diuinitas apud Mercurium ſignificet: quidùe interſit inter diuinitatem, & deum ſecundùm illius doctrinam. In* 3. *Pymandri dialogo abſque vllo omninò loquitur terminorum delectu.* Deus, *inquit*, eſt gloria omnium, eſt diuina natura, denique eſt diuinitas, actus, neceſsitas, finis, renouatio. *In* 9. *autē aliquod eſſe diſcrimen oſtendit:* Ab intelligentia, *ait*, intellectus differt, quemadmodū à diuinitate deus, diuinitas enim à deo, intelligētia verò ab homine prouenit. *Videtur cōmunem hominum opinionē reſpexiſſe, quæ hoc quidem nomen creaturis cōmunicat. Nam, ſicut diximus, deus à ſua natura diſcrepare nō poteſt: hac de cauſa ſic accuratè de his nominibus loquitur: Vnde in* 6. *dial: diſputans cum Æſculapio ſic ait:* Audendum ſanè id aſſerere ô Aeſculapi, eſſentiam, (ſi tamen vllam deus habet eſſentiam) ipſum bonum eſſe. *Itaq́; nec dei eſſentiam, nec diuinitatem à deo differre aſſerit, ſed vocabulorum oſtendit differentiam, cùm aliter deo, aliter verò nobis congruant; etenim eſſe, & eſſentia in nobis idem non ſunt: in deo autem prorſus idem, ſicut in primo Pymandri diſputaui. Diuinitas præterea in nobis eſt accidens, in deo verò, eſt illius ſubſtantia. hac de cauſa dixit, diuinitatem à deo, ſicuti intelligentiam ab homine, prouenire: quaſi diceret, quidquid diuinitatis in creaturis reperitur, ſeu nominatur, à deo manare, dubium non eſt. Dicamus iam quid ſignificet ingenitum, & poſtea quid genitum. Porrò, de hac materia abundè in primo libro locuti ſumus: nunc Mercurij ponam ſententiam. Pater; legitimus, & venerandus deus, ingenitum principium, à Mercurio vocatur. Sic enim loquitur* 5. *dialog:* Vnicum, *inquit*, & ingenitum principium, incomprehenſibile eſt phantaſiæ. *Et in fine illius dial:* Ipſe eſt, *inquit*, quod nunquam genitum. *Et in* 8. *clariſſimè:* Primus omnium, *ait*, verè ſempiternus, immortalis, ingenitus deus, omnium author. *Et dialog:* 14. Genita non à ſeipſis, ſed ab altero fiunt, *inquit.* Quæcunque igitur gignuntur, procedunt ab altero. Eſt ergo quis factor iſtorum, atq; is ingenitus; vt genitis antiquior ſit; genita enim diximus ab illo fluere. Nihil autem præter ingenitum, genitis poteſt eſſe antiquius: ipſe quippe eſt ſolus ingenitus, ſolus ſapiens vniuerſa, *Clara eſt ergo, atque vera Mercurij theologia, quæ patrem vocat ingenitum. Hæc quidem de ingenito. Nunc autem de genito diſſeramus. Genitum autem apud Mercurium, aliquando mundum, & hominem, nonnunquam verò, filium,*

Filius ex patris eſſentia.

Deum eſſe ſupra eſſentiā.

Diuinitas quid apud Mercurium.

Ingenitum quid ſignificet.

Pater eſt ingenitus.

Genitus filius.

Fide deus intelligitur.

& verbum dei lucidum ſignificat; diuerſimodè tamen: nam mundus, & homo, creatione geniti dicuntur; filius verò natura. Porrò, quò clariùs filij dei generationem

Primogenitus filius dei.

oſtenderet, non modò genitum, ſed primogenitum appellat, idq́; dialogo 12. in quo ex profeſſo de filij dei generatione loquitur: Ego fili, *inquit,* bonum ſemper dæmonem audiui dictantem, qui ſi literis quoque monumenta mandaſſet, mira quædam in dies humano generi emolumenta contuliſſet. Solus ille mi

Primogenitus deus.

fili, tamquam ipſe primogenitus deus, vniuerſa conſpiciens, diuina in nos effudit oracula. *Et in 4. dialogo dicit, quòd Monas ſit principium, omnemq́;*

Monas principium.

numerum contineat, atque gignat, à nullo contenta, & nullo modo genita. Filius ergo in diuinis propriè genitus appellatur: ingenitus verò pater, vt dictum eſt in primo. Mundus quoque à Mercurio dicitur genitus, id eſt, productus, dialogo 8. Ingenitus deus, omnium author. ſecundus deinde ad illius imaginem, mundus ab eo genitus: *hoc eſt, per creationem productus: qui profectò ideò genitus dicitur, quia ex mente proceſsit artificis: vnde nonnullã cum naturali genitura cognationem ha-*

Deum ſe intelligere.

bere videtur. De homine in primo dialogo dixi. Cæterùm, deum ſeipſum intelligere, diſputatum eſt in primo Pymandri. Mercurius autem dicit Deum ſe non intelligere, nempè eo modo, quo nosmetipſos intelligimus, quippe cùm intellectus, & intelligibile idem penitus ſint in deo, nec opus habeat aliquo ſenſu, ſeu phantaſmate, vt ſibi intelligibilis fiat. Deum autem ſe intelligere, idq́; perfectiſsimè, multis in locis Mercurius apertiſsimè docet, in fine iſtius ſecundi dialogi: Mens, *inquit,* ſeſe complectens, *id eſt, Deus ſeſe intelligit comprehenſiuè: nam eſſentia diuina, à ſolo intellectu diuino comprehenditur. Et dialogo 5. vocat deum mentem intelligentem:* Deus, *inquit,* eſt mens intelligens: *abſurdum autem eſt velle fateri deum, alia quidem intelligere, ſe autem minime. Reuera, vt ipſe dicit in fine noni dialogi,* Deus, non vt quibuſdã videtur, ſenſu menteq́; captus eſt: ſiquidẽ intellectio illius cuncta ſemper mouet; cuncta enim amplectitur: ideoq́; extra ipſum nihil, extra nihil ipſe. *Docet*

Fide deus intelligitur.

poſtmodũ, quo nam modo ipſum intelligere valeamus: ô Aeſculapi, *inquit,* intelligere deum, credere: at non credere, proculdubio ignorare eſt. *Quaſi diceret illud propheticum, Iſai: 8. Niſi credideritis, non intelligetis.* Quæ igitur de diuinis dicuntur, intellecta creduntur quidem, non intellecta, negantur; mens enim credentis in ipſa fide decora requieſcit. *In cauſa autem eſt, vt ipſe fatetur dialog:* 10. quòd cognitio dei *ad nos ſe habet,* non quemadmodũ ſol ad oculorum intuitum, cuius radius fulgore nimio corrumpit oculos, caligantesq́ue reddit: *ſed modo contrario potiùs: ſiquidem* illius conſpectio illuſtrat, atque oculi lucem eò magis exauget, quò quis capere magis poteſt intelligibilis ſplendoris influxũ; velocior enim eſt diuina lux, & acu-

Textus exponitur.

tior ad penetrandum. *Itaq́; his ita excuſsis, libratisq́; iam ad textus expoſitionem accedamus.* Deus, atque ipſa diuinitas: *hæc in deo idem ſunt omnino:* Dico nunc non quod genitum, *hoc eſt, loquor non de filio, ſeu de mundo, aut homine,* ſed quod ingenitum, *id eſt, de patre ingenito.* Si ergo diuinum ſit, *quatenus creaturis tribuitur,* eſſentia eſt, *quippe cum lumen creaturis communicatum, dat quodammodo eſſentiam, vt creaturæ non ſolùm ſint; verùmetiam, vt verè ſint.* Si de-

Quomodo deus eſt nobis intelligibilis.

us etiam ſuper eſſentiam: *non quidem ſuam, ſed ſicut iam dictum eſt.* Deus autem & ingenitus, & primus intelligibilis eſt non ſibi, *adde, ſicut eſt nobis,* ſed nobis exiſtit, *ſupple intelligibilis. Declarat autem quonam modo non ſit intelligibilis ſibi:* Intelligibile quippè intelligenti, per ſenſum, *nempè, per phantaſmata à ſenſibus mendicata, atque acquiſita.* Deus itaque minimè ſibi intelligibilis, *hoc*

Quomodo deus ſe intelligit.

modo ſcilicet, probat, non enim aliud quiddam exiſtens præter id, quod intelligit, intelligitur à ſeipſo: *quaſi diceret, intellectus diuus intelligens, & diuina*

eſſentia

Fide deus intelligitur.

eſſentia ſunt idem prorſus realiter, atque eſſentialiter : in nobis autem diſtinctione reali ſeparantur: vnde ſubiecit: Eſt tamen differens quiddam à nobis, *nempè deus, non autem à ſeipſo,* idcirco à nobis intelligitur, *à ſe ipſo autem minimè; ideoq́ magis ſibi patere, quàm intelligibilem eſſe dixerim.* Quòd ſi intelligibilis eſt, logos, non deus, *hoc eſt, inter deum ingenitum, & genitum eſt realis perſonarum diſtinctio, cuius gratia, logos, id eſt, verbum, intelligibile eſt :* non tamen deus, *hoc eſt, quatenus diuinam habet naturam : nam inter eſſentiam & perſonam non eſt eſſentialis diſcretio. vnde ſubdit :* ſin vt deus, haud ſanè vt logos: *quaſi diceret, illa intelligibilia ſibi eſſe dixerim, in quibus realis inuenitur diſtinctio : at inter eſſentiam diuinam, & perſonam realis, ſiue eſſentialis non habetur diſcretio : filius, quatenus deus, id eſt, naturam habet diuinam, non eſſet hoc modo intelligibilis; ſed potiùs tanquam actus diſcretiuus, id eſt, quatenus eſt logos, verbum, filius, perſonaliter à patre diſtinctus.*

Logos.

Quomodo filius ſit intelligibilis.

Hæc eſt Mercurij antiquiſſima theologia: quæ ſi rectè intelligatur, à vera, piaq́ theologia minimè diſcrepare videbitur. Et mirum certè in gentili, & antiquiſſimo philoſopho hac tàm clara inueniri theologiæ monimenta, quæ paſſim hodie circa theologorum ora verſantur.

Laus Mercurij.

Hanc clariſſimam Mercurij theologiam imitatur Plotinus enn : 6. lib : 8. cap. 17. Ille, inquit, deus eſt ſibi indiſtans, ſeipſo id quod eſt exiſtit, ad ſeipſum, & penitus in ſeipſum ; vt neque etiam hac conditione extra, vel ad aliud vſque, ſed totus potiùs ad ſeipſum. Nihil ergo extra deum quærito: ſed intra deum omnia, quæ ſunt poſt deum. Quòd enim extra eſt, ipſe deus exiſtit, ſic dicebat Mercurius, extra deum nihil, & extra nihil, deus. *Intellectus noſter, eatenus eſt intellectus, atq́ euadit, quatenus deum attingit, velut linea circuli ipſum centrum, à quo dependet. Ipſe autem deus eſt ſuper mentem, ex ſuaq́ potentia generat intellectum : ipſe eſt cauſa cauſæ, cuius voluntas eſt ratio, non ſorte, aut caſu operans. Hinc Plato ipſum appellauit decens, atque opportunum; eſt enim decens, non velut ſubiectum, ſed tanquam actio prima ſeipſam in lucem edens, quod & decuit.*

Plotini opinio de intellectu diuino.

Plato.

Cap. 19. dilucidat Mercurij ſententiam, quomodo deus ſit ſuper eſſentiam: Operæpretium, inquit, fuerit priſcorum illud myſterium verbis obſcurioribus inuolutum, deum ſcilicet eſſe ſuper eſſentiam, interpretari : Deus, inquit, eſt ſuper eſſentiam, quia eius principium non eſt eſſentia ſua : ipſe planè eſt actus liber à ſe ipſo, alioqui primus ex ſeipſo prorſus non exiſteret. Deus igitur à ſe ipſo: alia quidem omnia à deo penitus ſubſinentur ; nam quadam participatione dei ſunt, ad ipſumq́ omnia reducuntur.

Quomodo deus ſit ſuper eſſentiam.

Epilogus.

Itaq́ quid deus, quid diuinitas apud Mercurium ſignificet, quid genitum, & ingenitum, quonam pacto à nobis intelligi poſſit, & à ſeipſo, deniq́ quomodo logos illius ſit intelligibilis, vt logos, non autem, vt deus, dixiſſe me arbitror.

Mercvrivs.

Omne, quod mouetur, non in moto, ſed in quodam ſtabili mouetur. Ipſum quoque quod mouet, etiam permanet : impoſsibile eſt enim cum eo ſimul agitari.

Commentum II.

Motu deũ cognoſcimus.

INter varios, multoſq́; modos, quibus deus nobis innoteſcit, vnus eſt, & quaſi præcipuus, quem modò nobis propoſuit ſapientiſsimus Mercurius, nempè deum eſſe, à quo omnia moueantur, ipſum verò à nullo moueri; ſed firmus, ſtabiliſq́; manens, dat cuncta moueri. Omnia ſiquidem entia aut producta ſunt, aut improducta, authore Damaſceno, lib. 1. cap. 3. Prima quidem motui ſubdita ſunt: quod verò increatum, & improductum, à motu eſt quàm remotiſsimum. Nam quæ à non eſſe, ad eſſe prodierunt, mutationi ſunt ſubiecta: aut quidem ſecundùm ſubſtantiam, aut ſecundùm qualitates. Quod igitur eſt immutabile, & ab omni motu liberrimum, deus eſt. Rectè ergo dictum à Mercurio: Omne quod mouetur, non in moto, ſed in quodam ſtabili mouetur; *in motibus ſiquidem non eſt procedere in infinitum: vnde ſubiungit*, ipſum quoque quod mouet, etiam permanet, *quaſi diceret, neceſſe eſt eſſe aliquod mouens immobile: addit rationem:* impoſsibile eſt enim cum eo ſimul agitari: *alioqui non daretur primum, atque principium in mouentibus, quod profectò omnimodæ, diuinæq́; diſpoſitioni aduerſatur. Itaq́; deus nobis intelligibilis eſt, idq́; per viam motus, veluti per fortiſsimam, atque inuincibilem machinam. vnde in fine illius diſputationis ſubiungit:* Quidquid igitur mouetur in aliquo, & ab aliquo ſtante mouetur. *In dialogo 5. Ex motus ordine, conſeruationeq́; deum præclarè oſtendit:* Sol, *inquit*, tantus, terra ſimul amplior atq; mari, minores tamen ſupra ſe ſtellas innumeras conuerti patitur. Diuerſorum quoq; ſyderum, diuerſi ſunt motus. Quis menſuram ſingulis motionis aſsignat, circa idem ſe perpetuò vertens, totamq́; trahens mundi machinam? Quis hoc vtitur inſtrumento? *Ac ſi diceret, ex perpetuo ſtellarum ordine, motuq́; conſtantiſsimo, intelligi poteſt maieſtas opificis. Etenim locum, vel numerum, vel menſuram ſeruare, abſq; virtute eſt impoſsibile. Et circa finem dialogi 6. ait, quòd deus comparationem, mutationemq́; nullam admittit: ex quo patet illud, quod eſt omninò immutabile, deum eſſe appellandum. Et dialogo 8.* Cœleſtium, *inquit*, corpora, vnum, atque eundem ſeruant ordinem, quem ſcilicet primùm à patre ſuo ſortita ſunt. *Porrò, ordo fieri à deformitate nequit, vt ipſemet dicit dialogo 5.* Igitur principium, complexioq; omnium, & conſtitutio deus. *Et 11. dialogo.* Inſpice, *inquit*, ſeptem mundos curſu differenter cõplentes æuum: lunam verò cæteris præcurrentem, naturæ organum, inferiorem materiam tranſmutantem. *Et paulò pòſt ex mundi mutatione, creatoris immutabilitatem ſtudioſè perquirit:* Mundum quidem mutari, hac te doceo ratione, quòd quædam illius particulæ in occultum iugiter abeunt, hæ profectò ſunt mundi paſsiones, reuolutio ſcilicet, atque occultatio. *Et in Aſclepio omnia dicit eſſe mutabilia, ſolùm verò deum ſtabilem:* Nihil, *inquit*, in mundo ſtabile, fixum, immobile, nec naſcentium, nec cœleſtium, nec terrenorum. Solus enim deus, & meritò ſolus, ipſe in ſe, & à ſe, & circum ſe, totus eſt plenus, atque perfectus, iſq; ſua firma ſtabilitas eſt, nec alicuius impulſu nec loco moueri: cùm in eo ſint omnia, & in omnibus ipſe ſolus. Immobilis ſiquidem eſt ipſa æternitas, in quam omnium temporum agitatio remeat, & ex qua omnium temporum agitatio ſumit exordium. *Ex his igitur, atque ſimilibus Mercurij teſtimonijs intelligimus, vnum eſſe deum motorem omnium, immobilem, ſtabilemq́; manentem. Reuera, vt dicit Plotinus enn: 3. lib: 9. cap. 3. Primum omnium principium, poteſtas eſt motionis & ſtatus; ideoq́; ſuper hæc exiſtit. Etenim circa aliud ipſum non verſatur, ſed cætera circa ipſum conquieſcentia permanent, & mouentur; motus enim appetitio eſt: primum autem principium nihil appetit: quid enim appetat, quod eſt ſummum? Et enn: 5. lib: 5. cap: 10. A deo, inquit, omnia profluunt,*

Damaſcenus.

Textus exponitur.

Deus nobis innoteſcit per viam motus.

Sol.

Arcturus.

Luna.

Mundi mutatio.

Solus deus ſtabilis.

Plotinus.

Motus quid ſit.

Motu Deum cognoſcimus.

profluunt, motus primus exoritur, neq; tamen eſt in eo: ab eo quoq; ſtatus, quoniam ipſe
nihilo indiget; neq; enim mouetur, neq; quieſcit, cùm nihil habeat in quo requieſcat, aut
in quo reuoluatur: nam circa quid, aut ad quid potiſsimùm, aut in quo præcipuè vel Deus non mouetur, neque quieſcit.
mouebitur, vel requieſcet? eſt ipſe primus. ſed neque poteſt definitus eſſe, alioqui à quo
nam poterit definiri? neq; rurſus ſic eſt infinitus, vt immenſa moles ſolet excogitari.
neq; deficiet vnquam, quandoquidem quæcunque non deficiunt, hoc ipſum propriè ab
eo receperunt. Nonnè videtur Plotinus quaſi illud Dauidicum legiſſe: Omnia ſicut ve-
ſtimentum veteraſcent: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient? Pſa. 101. Spe-
remus, inquit Auguſt. immutationem noſtram ab illo, qui erat, & ante nos, & manet Auguſtinus.
poſt nos: à quo ſumus, quod ſumus, & ad quem veniemus, cùm fuerimus mutati, mu-
tantem, non mutatum, facientem, non factum, mouentem ſed manentem. Et libr. 7. de
ciuit. Dei cap. 30. Deus, inquit, eſt vbique totus, nullis incluſus locis, nullis vinculis alli- Deus vbique totus.
gatus, in nullas partes ſectilis, ex nulla parte mutabilis: implens cœlum & terram præ-
ſente potentia, non abſente natura. Sic itaque adminiſtrat omnia, quæ creauit, vt etiam
ipſa proprios exercere, & agere motus ſinat: quamuis enim nihil eſſe poſsit ſine ipſo, non
tamen ſunt vlla, quod ipſe. vnde philoſophus in proœmio met. Deum vocat cauſam, atq; Philoſophus.
principium omnium. Et 12. met. com. 39. Animal optimum ſempiternum, cuius vita, &
duratio exiſtit Deo continua, & æterna; hoc enim Deus. Plato in Timæo: Deus eſt ani- Plato.
mal ſempiternum, ait, & vniuerſum hoc pro viribus tale facere ſtuduit: illius animalis
æterna natura, quod genito operi congruere omninò non poteſt. erat, erit, quæ nati tem-
poris ſpecies ſunt, non rectè æternæ ſubſtantiæ aſsignamus. illi reuera ſolum eſſe compe- Deo competit eſſe.
tit: fuiſſe, & fore deinceps ad generationem tempore procedentem, referre debemus;
motus enim duo illa ſunt. æterna ſubſtantia, cùm eadem ſemper, & immobilis perſe-
ueret, neq; ſeniorq;e ipſa ſit vnquam, neq; iunior, neq; fuit hactenus, neq; erit in poſterum,
neq; recipit eorum quicquam, quibus res corporeæ, mobilesq́; ex ipſa generationis con-
ditione ſubiiciuntur. Ex quo patet, ſecundùm clariſsimam Platonis doctrinam, Deum
tantùmmodo, ſtabilem, immobiiemq́; eſſe, atq; verum eſſe poſsidere. vnde in Exodo 3. Ego ſum, qui ſum.
legimus: Ego ſum, qui ſum: qui eſt, miſit me ad vos. Dicunt ſiquidem Platonici, Dei
nomen eſſe, qui eſt, eò quòd is ſit omnis eſſentiæ, omniſq́; vitæ plenitudo, & ab eo omnia
viuant, vt & quòd eſſent poſt ortum, & quòd orirentur, ille fuerit cauſa. De quo apud
Ægyptios in templis erat ſcriptum: Ego ſum, quod fuit, quod eſt, quodq́; futurum eſt: Mos Ægyptiorum.
totum ſiquidem in ſe, ipſum eſſe complectitur, quod neq; cœpit vnquam, neq; deſinet,
quaſi quoddam eſſentiæ pelagus infinitum, & immenſum, omnem, & naturæ, & tempo-
ris rationē tranſcendens. Thales ait: Diuinitatem eſſe, quod neq; principium habet, ne- Thales.
que finem. Proclus: Omnibus, inquit, quæ quoquo modo bonum participant, excellit, ac Proclus.
præſtat, quod primò bonum eſt, & quod non eſt aliud, quàm ipſum bonum. Hoc idem
dicit Iamblichus: Eſt igitur, inquit, bonum, id quod ſupra eſſentiam eſt, & quod ſe- Iamblichus.
cundùm eſſentiam, illam dico eſſentiam, quæ primæua eſt, & præclariſsima, & per ſe
exiſtit. Philo Iudæus: Ego ſum ille qui eſt, vt intelligant quantum inter eum, qui eſt, & Philo.
qui non eſt, interſit: doceantur inſuper nullum mihi propriè nomen conuenire, qui ſolus
habeo, ipſum eſſe. Probè ergo dictum à Mercurio, omne, quod mouetur à quodam, vel in
quodã ſtabili moueri. Hanc autem Mercurij ſententiam imitari videtur philoſophus 7. Philoſophus.
Phy. comment. 3. Cùm autem, inquit, omne quod mouetur, ab alio moueatur, neceſſe eſt,
vt id omne, quod in loco mouetur, ab alio moueatur; & id igitur, quod mouet ab altero;
nam ipſum etiam iam mouetur, & rurſus hoc ab alio, at non ad infinitum proficiſcitur,
ſed ſtabitur alicubi, atq; erit aliquid, quod primò cauſa erit, vt omnia moueantur. Deus
igitur hoc modo homini eſt intelligibilis. quod quidem vt latiùs pateat, audi, quæ à Mer-
curio ſubſcribantur.

Motus quid ſit.

MERCVRIVS.

Quonam igitur pacto ô Triſmegiſte (inquit Aeſculapius) ea quæ in mundo ſunt, mutantur vnà cum his quæ mouentur? Nam ſphæras erraticas ab Aplane ſphæra moueri dicebas. Ad quem Triſmegiſtus reſpondit.

Commentum III.

QVONIAM quidem hic locus, de motu materiam loquendi nobis præſtat, de eo loqui decreui; partim quidem, vt lucidior, clariorq́ue Mercurij doctrina fiat; partim verò, vt hæc res ſcitu vtilis, ac omni ſtudioſo, & cupido ſciendi admodum neceſſaria, ſub vno contextu, ordineq́ue diſpoſita, plureis ad ſui indagationem, lectionemq́ue alliciat. Reuera, cùm omnia, primo duntaxat rerum principe excepto, in motu cõſiſtant, & viuant, illorumq́ue actiones motu regantur omnes; dubium non eſt, eum, qui motus naturam, diuerſitatem, modum, ordinemq́ue ignorauerit, illa quoq́ue ignorare oportere. Itaq́ue, quoniam ſapientiſſimus Mercurius de motu cœli, ſtellarumq́ue, ac animalium, elementorum mixtorum, cæterarumq́ue diſputat rerũ, quæ ſine motus diffinitione, diuiſione, natura, proprietateq́ue haberi non poſſunt, quemadmodum legitur 3. Phyſ. comment. 1. Si ignoretur, inquit, motus; naturam quoq́ue ignorare oportet. Ideò de motu deinceps verba faciamus, idq́ue cum fauore noſtri Pymandri. Quoniam autem, teſte Cicerone primo officiorum, omnis, quæ à ratione ſuſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet à diffinitione proficiſci, vt intelligatur quid ſit id, de quo diſputetur: à motus igitur diffinitione mihi exordiendum eſſe putaui. Motus à Mercurio 12. dialogo, paſſio vocatur: Omne, *inquit*, mouens incorporeum; omne autem motum corporeum, incorporea quoque mouentur à mente, motus autem paſſio eſt; vtraque enim tum, quod mouetur, tum etiam quod mouet, patiuntur; hoc quidem dominans, illud verò ſubiectum. *Porrò hæc motus diffinitio à Mercurio tradita, clariùs, cumulatiuſq́ue à philoſopho in 3. Phyſ. dilucidatur, enucleaturq́ue, cui poſthac inhærendum eſſe arbitror, cùm vnus omnium, hanc dicendi materiam ordinatè perſtrinxerit. Cæterùm tres motus diffinitiones, teſte Commentatore, 3. Phyſ. tex. com. 23. à philoſopho traditas eſſe legimus: prima quidem habetur in eodem libro, tex. com. 6. Motus eſt actus entis in potentia, ſecundùm quod in potentia, id eſt, eſt actus imperfectus, ad perfectioris poſſeſſionem habendam ſemper intentus. Reuera, id, quo aliquid actu ſit, abſque dubio, eſt actus: quemadmodum, quo aliquid ſit actu album, eſt eius vtiq́ue actus. ſed id, quod erat in potentia, motu ſit actu, vt calefactibile, ſit actu calidum: motus ergo eſt actus. Profectò non eſt pura potentia, nihil enim tale mouetur, neq́ue purus actus, cùm nullo indigeat, vt ad extra moueatur, ſicuti eſt Deus benedictus; ſed eſt actus exiſtentis in potentia, nempè ad perfectiorem actum acquirendum, quo ſiquidem acquiſito, ceſſat motus. perfectiſſima certè caloris forma acquiſita, ceſſat calefactio, quæ profectò inuenitur in calorem imperfectum, incompletumq́ue habente. Eſt autem motus actus exiſtentis in potentia, ſecundùm quod huiuſmodi; id eſt, quatenus in potentia, & non quatenus in actu; ſubiectum ſiquidem mouetur, vt acquirat id, quod non habet. In potentia eſt ergo ad illud, & non in actu: quod enim actu habemus, non quærimus, ſed illius poſſeſſione gaudemus. Motus ergo ex ſui natura, eſt actus exiſtentis in potentia. Reuera, ſubiectum alicuius formæ receptiuum, multis modis ſe ad illam recipiendam habere poteſt: aut certè in mera poten-*

Philoſophus.

Cicero.

Quid ſit motus.

Motus eſt paſſio.

Prima diffinitio motus.

Quare eſt act9 in potentia.

Subiectum tribus modis ſe habet ad formam.

Motus quid ſit.

potentia ſe habet ad illam, veluti aqua ſimpliciter frigida, ad aliquem caloris gradum
habendum: aut certè eſt in actu perfecto, vt aqua perfectè calida: vel demiq; in actu
imperfecto, potentiæ mixto, atq; hoc modo ſe habet ſubiectum motus, quod planè ſub
actu imperfecto quieſcere nequit, ſed ad perfectiorem tendit ſemper, ſub quo quietem
Themiſtius.
ſui habere deſiderat. Suffragatur nobis Themiſtius, aliiq; philoſophi fideles interpre-
tes: Omne, inquit, ens, aut eſt actus, aut potentia, aut medium, quod eſt actus permix-
tus potentiæ. Motus autem eſt actus permixtus potentiæ. Etenim res ædificabilis, tùm
quidem mouetur, quum actu quidem ædificatur, aliquid autem adhuc poteſtatis habet;
Diffinitio Themiſtii.
abſoluta enim, completaque ædificatione, ceſſat omnis poteſtas. Addit Themiſtius & a-
liam diffinitionem: Motus, inquit, eſt primus actus rei, quæ poteſtate aliquid eſt: pri-
mus, inquam, reſpectu vltimi, quæ quidem eſt forma: Quoniam, inquit, formam ipſam
maxime, & ſimpliciter actum vocamus. Quamobrem profectio ad formam, actus rei
eſt imperfectus; ſiquidem cùm ſit actus rei potentia, non actu eſt talis. Motus ergo eſt
Auerr.
actus rei in potentia. Auerroes com. 9. 3. Phyſ. ſic argumentatur: Si motus eſſet actus
entis, quatenus eſt in actu; tunc planè rerum quidditates eſſent motus: intelligit autem
actum vltimum, ad quem itur per motum; motus autem non eſt actus vltimus; vltimus
ſiquidem actus eſt forma, quidditas, & definitio rei ſecundùm ipſius doctrinam. Di-
Plato.
cunt nonnulli additum eſſe, ſecundùm quod in potentia, vt ſe à Platone diſſentire fatere-
Secunda definitio motus.
tur, qui aiebat, motum eſſe actum entis, quatenus eſt in actu. Secunda diffinitio motus
ponitur à philoſopho 3. Phyſ. com. 16. Motus, inquit, eſt actus mobilis, in quantum mo-
Motus eſt actus mobilis.
bile. Porrò, hæc definitio eſt materialis, nobiſq; magis nota quàm prima, quæ ad ſubſtan-
tiam motus ſpectat; mobile enim eſt nobis notius motu. 4. Phyſ. com. 104. quia eſt hoc
aliquid, & demonſtratum in actu, & eſt permanens. Et Commentator 2. Phy. com. 32.
ait: Motum eſſe notius motu, quòad nos. Quoniam ergo ratio potentiæ, ad motus quid-
ditatẽ conſtituendam ſpectat; hac de cauſa ſic à philoſopho aſſignata eſt, motus quiddi-
tatem quærente. Proinde motum conſtituit in actu medio, quem antiquos latuiſſe, Com-
mentator, com. 12. & 14. 3. Phyſ. conſtanter affirmat. Deinde via quaſi naturali motus
diffinitionem deſcripſit, vtpotè per materiam nobis magis notam, atque communem. ve-
Motus dependet à motore.
rùm huiuſmodi videtur aliquo modo diminuta definitio; non enim motus eſt actus à mo-
tore omninò abſciſſus, & diſcretus; imò, vt dicit Commentator 12. met. com. 41. In to-
ta ſua ſubſtantia ab ipſo motore dependet; tametſi formaliter ſit in moto. proinde ibi-
dem ait: In ſubſtantiis aliquid poſſibile, ab alio perpetuari non poſſe; in accidentibus
autem, ſicuti eſt motus, rem ſecus ſe habere, quippè cùm motus ſit res ex ſe poſſibilis,
neceſſitatẽ verò ex motore accipiat eſſendi. Cœlum ſanè in quantum corpus poteſt quie-
ſcere, vt ipſe fatetur. 7. Phyſ. com. 2. Ex quo clarè patet, mobile ad motus quidditatem
non attinere, ſed cadere in diffinitionem motus, ſicuti ſubſtantiam in diffinitionem acci-
Tertia definitio.
dentis. 7. met. com. 17. Itaq;, quoniam motus non eſt actus ſeparatus à motore, vt illius
Motus eſt perfectio mobilis & motoris.
completa eſſe poſſit definitio, motorẽ quoq; illam ingredi neceſſe eſt, ac ita motus defini-
tionem deſcribere, quem ipſemet com. 23. 3. Phy. aſſignat: Motus eſt perfectio motoris,
& mobilis, & hæc notior vtraq;; quemadmodum etiam ſecunda notior eſt nobis, natura
verò ignotior quàm prima. Nam ſi notius eſt motum eſſe actum mobilis, in quantum mo-
Motus eſt exitus de potentia ad actum.
bile, quàm actum entis in potentia; ita planè, notius eſt reputandum, motum eſſe actum
motoris, & mobilis, quàm ipſius mobilis tantùm. Commentator com. 9. aliam aſſignat
motus diffinitionem, nempè motum eſſe exitum de potentia ad actum. adde, & aliam,
Quarta definitio.
quæ in eandem recidit: motus eſt actus imperfectus. Verùm hæ duæ vltimæ, ſub prima
Plotinus.
comprehenduntur, atq; continentur, ſi res bene intelligatur. Plotinus enn. 6 lib. 3. cap.
22. ſic motum deſcripſit: Motus eſt exitus ex potentia in illud, quod poſſe dicitur. Cùm
enim aliquid ſit in potentia, per quam in ſpeciem aliquam prodeat, velut in potentia ſta-
tua, rurſuſq; aliquid in potentia, qua euadat in actum, ſicut progreſſiuum, quando il-

lud

Motus quid ſit.

lud quidem procedit in ſtatuam, ipſe proceſſus eſt motus: & quando progreſſiuum progrediendi actum exequitur, progreſſio ipſa eſt motus: at cùm perducit ad ſtatuam,

Motus eſt ſpecies vigil.

ſpecies efficitur alia, ceſſatq; ipſe motus. Quamobrem, motus eſt ſpecies vigil, cæteris quaſi torpentibus ſpeciebus oppoſita: eſt etiam vita corporum, animarumq;. Motus inſuper fluendo iugiter, tempus procreat; idcirco tempus ſemper eſt alterum, quia vnà cum motu currit, quaſi ab ipſo currente vehatur. Itaq; motibus omnibus commune eſt, eſſe proceſſum quendam ex potentia, & ex eo quod poſſibile eſt ad actum. Quidquid enim mouetur, quocunque motu feratur; propterea prodit in motum, quòd potentia quædam in eo præcedit ad faciendum aliquid, vel patiendum. vnde cap. 23. vocat motum

Motus eſt ſtimulus.

ſtimulum, atq; impetum vrgentem: Eſt, inquit, motus, qui circa ſenſibilia verſatur, ſtimulus quidam, vel impetus ab alio, in aliud vergens, & excitans, & impellens participem motionis ne torpeat, ne maneat in eodem; vt tali quadam inquietudine, ac velut diſtracta circa multa ſolicitudine, quandam vitæ imaginem conſequatur. Porrò, motum à mouente diſiungi non oportet, neq; in ſeipſo eſſe; ſed ex ipſo quidem, & in aliud emanare: neq; in alio quouis eſſe à motore diſiunctum; imò verò ab hoc in illud veluti ſpiritum afflatumq; in aliud influentem. Quamobrem ſequi videtur, motum nō ſolùm eſſe perpendendum penes illa, in quibus ſit; verùmetiam penes ea, ex quibus oritur. Eandem profectò cum Commentatore doctrinam profiteri videtur. Reuera, mobile antequam moueatur, ſub duplici potentia eſſe videtur, nempè ad actum, qui eſt motus, & ad formam per motum introducendam. Ille autem actus, ſiue motus, ſi ſub materiali, fundamentaliq; ratione intelligatur; proculdubio eſt forma fluens, de imperfecto, ad perfectum eſſe

Forma fluens

progrediens, quouſque gradum perfectum acquirat. Idem ſanè eſt actus, ſeu motus, & forma introducenda, quæ eſt illius motus finis. Motus tamen dicitur, dum fluit; terminus verò motus, dum in eo, ad quod mouebatur, tota in actu ſubſiſtit: ſubſiſtentibus ſiquidem in materia habitibus, ceſſat motus. At ſi ſub formali accipiatur ratione, paſſio

Paſſio ſucceſſiua.

eſt ſucceſſiua de genere tranſmutationis. Ab hac autem forma reſpectiua, mobile moueri formaliter dicitur: aqua namq; actu frigida, calefactione, id eſt, motu, à quo calefieri formaliter denominatur, ad gradum caloris attingit, ad quem, cùm peruenerit, deſinit calefactio, nec aqua iam calefieri, ſed calefacta vocatur, à forma vtiq; acquiſita. Eſt igitur calefactio forma fluens, quæ poſtquam perfectiſſimum caloris gradum attigerit, ſit terminus motus. Motus ergo eſt actus mouentis, vt principij actiui à quo eſt

Quomodo motus ſit in mouente.

motus, & eſt actus mobilis, vt ſubiecti receptiui, ſicuti calefactio eſt actus ignis, vt à quo, & aquæ, vt in quo. Motus ergo non eſt per ſe in mouente, vt in ſubiecto, ſed vt in principio à quo. Hæc autem latiùs diſputata ſunt in ſecundo lib. Pymandri: hac de cauſa ad alia pertranſeo. Motus præterea à Pythagoricis per non ens definitus, ſiue deſcriptus

Pythago.

eſt; accidit enim motui non eſſe ens, quippe, cùm potiùs accidens quoddam, quàm naturā, motus ſignificare videtur. Vnde 3. Phyſ. comm. 4. motus nihil aliud eſſe dicitur

Motus eſt generatio partis poſt partem.

quàm generatio partis poſt partem, ad quam intendit motus, donec perficiatur, & ſit in actu completo. Hoc autem modo intellexit Cōmentator 3. Phyſ. com. 4. Vbi, ait, motum vno modo accipi pro forma diminuta, tendente ad terminū, ad quem, atq; ita nihil aliud eſſe, quàm generationem partis, poſt partem; alio autem modo pro via, qua forma ipſa recipitur in ſubiecto, atque ita motum in paſſionis prædicamento conſtitui, quippè cùm

Auerr. Obiectio.

nihil aliud ſit, quàm quædam in ſubiecto formæ receptio. Sed dubitabit aliquis, quonammodo in generatione, motus eſt forma fluens, ſi generationis forma, in inſtanti acquiratur? Dici poteſt, Auerroem pro fluxu, ſubiecti naturam intellexiſſe, ſucceſſiuè formam recipientem, eamq; viam appellaſſe: pro forma verò fluente, formam, quæ ſucceſ-

Solutio.

ſiuè recipitur. Itaq; fluxus eſt paſſio, vicemq; ſubit ſubiecti, fluens verò eſt ipſa forma, quæ erit terminus ad quem. Ex quo patet, formam ſubſtantialem ſubitò acquiri, idque per fluxum, qui locum materiæ poſſidet, cuius diſpoſitionibus iam paratis, illico forma

intro-

Cœli reſiſtentia.

introducitur. Quid ergo ſit motus, & quot diffinitionibus, ſeu deſcriptionibus claudatur, dixiſſe me puto.

MERCVRIVS.

Iſte non motus, ô Æſculapi, ſed reſiſtentia eſt; non enim eodem, ſed modo contrario gradiuntur: oppoſitio verò reuerberationem motionis ſtabilem continet; repercuſsio enim ſtationis, agitatio eſt. Ideóque erraticæ ſphæræ è contrario, ac planè ſubalternæ inuicem diſcurrendo, obuiatione contraria circa oppoſitionem huiuſmodi ab ea, qua perſtat, agitantur. Quod quidem aliter
Vrſa.
habere ſe nequit: nam arctos ipſas, quas noſti, nec exoriri vnquam, nec mergi, circa idem perpetuò recurrentes, num moueri cenſes, an conſiſtere potiùs? Ad quem Æſculapius? Moueri ô Triſmegiſte. Triſmeg. Quonam motu ô Æſculapi? Ad quem Æſculapius: Motione circa idem ſempiternè currente.

Commentum IIII.

R*ESPONDET ſapientiſsimus Mercurius Æſculapio ſciſcitanti, interrogantiq́;:* Quonam pacto, ea quę in mundo ſunt, mutantur vnà cum his, quæ mouentur? Nam ſphæras erraticas ab Aplane, *hoc eſt, à ſphæra non vaga, ſeu erratica: Vnde*
Aplanes.
Macrobi: lib. 1. de ſom. Hic enim cœlū, quod Aplanes ſphæra vocitetur, partem vnam, ſeptem verò ſphæras, vagæ nominantur,
Erraticæ.
moueri dicebat. Ad quem Mercurius: Non ignorare te velim Æſculapi, huiuſmodi vagantium ſphærarum reuolutionem, non propriè motum, ſed reſiſtentiam potiùs,
Reſiſtentia.
appellari. Addit rationem: Non enim, *inquit*, eodem, ſed modo contrario gradiuntur. *Quaſi diceret: Eum propriè motum appello, quem videmus ſuum circulum, eodem modo ſempiternè peragere, nempè motum primi mobilis, ſeu ſphæra Aplanea, ſeu non vagantis. Nec tamen negat Mercurius ſphæras erraticas, non moueri, aut illarum circulationes, motum dici non poſſe; ſed non ita congruè, rectèq́; motum appellari:*
Motus verus quis.
etenim is proprio, ac peculiari nomine motus dicitur, qui ad modum natura ſe habet, qua ſua ſponte ad ordinem fertur eundem, perpetuumq́; ex ſe ſeruat currendi, agendiq́; tenorem: quemadmodum elementorum motus, palàm omnibus quodammodo loquuntur. Atqui, motus Aplanes ſphæra eſt talis, vtpotè, qui motu diurno ſuum peragit curſum: motus igitur verus eſt appellandus. Erraticarum verò ſphærarum motum, quoniam incertis, diuerſisq́ue curriculis vagantur, indignum reputat, qui motus ſit dicendus: Reſiſtentiā *inquit*, potiùs, quàm motū vocitato;
Reſiſtentia.
opponit ſiquidem ſeſe motui ordinatiſsimo. oppoſitio verò reuerberationē motionis ſtabilem continet, *hoc eſt, vagantium reſiſtentia ſphærarum, non eſt ita ſphæra Aplanes impedimento, quòminus ſuo currendi munere fungi non poſsit: vtpotè, quæ* reuerberationem motionis habeat immobilem, *id reſiſtit ſua ſtabili motione: reuer-*
Reuerberatio
beratio namq́; eſt quædam reflexio, ſiue repercuſsio, quæ contingit, quando is, qui ha-

Cœli reſiſtentia.

ſta, vel quopiam ſimili petitur, reuerberat, verberare cupientem. Itaq; cùm ſphæræ erraticæ, primo motui ſeſe opponant, quaſi illum verberare videntur. At ſphæra Aplanes, ſua quidem motione ſtabili reuerberat quodammodo, dum nullum inde currendi, ſuique curſus perficiendi patitur impedimentũ. Optimè ergo dictum eſt à Triſmegiſto, oppoſitionem ſcilicet erraticarum, reuerberationem motionis ſtabilem habere: ſiquidem, inquit, repercuſsio, agitatio eſt ſtationis. reuerberatio priùs, nunc autem repercuſsio vocatur, clariori vtiq; vocabulo: Illa, inquit, repercuſsio, eſt agitatio ſtationis, id eſt, actio à re ſtabili procedens: nam ni ſtabilior eſſet, repercutere, ſiue reſiſtere nequaquam poſſet. Metaphora vtitur Mercurius, ideò ſobriè eſt legendus, atque prudenter audiendus. vnde ſubiungit: Ideò erraticæ ſphæræ, inquit, è contrario, ac planè ſubalternæ inuicem diſcurrendo, obuiatione contraria circa oppoſitionem huiuſmodi, ab ea, ſcilicet ſphæra Aplane, quæ eſt ſtabilis, & nullo modo vagatur, agitantur. Quod quidem aliter habere ſe nequit. hoc eſt, erraticas omnes motu diurno reuolui, neceſſe eſt omninò, nec aliter contingere poteſt; ſiquidem ſuo motu, alia cætera ſecum ducit. Cæterùm, reſiſtentia (Authore philoſopho 4. Phy. tex. comment. 71.) aut contingere poteſt ratione medii, vt ſi per aquam, aut terram, aut aërem fiat motus: aut ratione mobilis, quod fertur, ob ponderis, aut leuitatis exceſſum. ſed neutrum iſtorum illius reſiſtentiæ cauſa eſſe poteſt: non quidem medij impedimentum; nam aër, impediens, aut aqua, aut aliquid huiuſmodi inibi eſſe nequeunt. neq; mobilis, quippè cùm corpora cœleſtia, grauitatis, leuitatiſque expertia ſint omninò. Vnde ergo erraticarum reſiſtentia? A motore? Atqui cæteri motores, amore indefeſſo, primum imitari geſtiunt. Quomodo ergo illi ſeſe opponunt, atq; reſiſtunt? Reſiſtentia igitur illa metaphorica potiùs, quàm vera dicenda, quippè cùm ex voluntate primi moueantur motoris, cuius imperio mouendo obediunt, atq; parent. habet autem vagantium ſphærarum motus quiddam reſiſtentiæ ſimile, quia modo contrario graditur, tametſi propiè reſiſtẽtia dici & appellari non poſſit. Itaq; ex Mercurii philoſophia intelligimus, duplicem motum corporibus ineſſe cœleſtibus: alterum quidem verum, ac proprium, nempè motum primi mobilis: alterum verò, id eſt, erraticarum, quæ reſiſtentia à Mercurio appellatur. Cæterùm, quia pollicitus ſum de motu copioſè me diſputare velle, conuenit poſt traditam motus diffinitionem, ac textus Mercurij expoſitionem, interpretationemq́ue, ad motus diuiſionem accedere, quæ quoniam varia eſt, & multiplex, vt poſtea patebit, à motu circulari, veluti à primo, & nobiliſſimo motu, mihi auſpicandum eſſe putaui: præſertim cùm ſapientiſſimus Mercurius, ad id agendum, ſuo contextu, diſputationeque nos maximè adhortari videatur. De motu ergo circulari deinceps loquamur.

Agitatio.

Subalternæ.

Reſiſtentia vnde fit.

Non eſt vera reſiſtentia.

Duplex mot9 ex Mercurio colligitur.

QVAESTIONIS PRIMAE. CAP. I.

De motu circulari.

Plato.

Fortuna.

Arte.

RES omnes nonnulli aiunt, quæ fiunt, quæ futura, quæq; facta ſunt, inquit Plato decimo de legibus, vel fortuna, vel arte fieri. Pulcherrima, aiunt, natura, fortunaq; fieri; arte verò minora: eamq; dicunt accepta à natura magnorum, primorumq́; operum generatione, fingere, fabricareq́; omnia: quæ artificioſa ab omnibus appellantur. Ignem, aquam, aêrem, terram, omnia hæc non arte, ſed natura, & fortuna eſſe dicunt: corpora etiam, quæ poſt hæc ſunt, rerum terrenarum, Solis, Lunæ, ſtellarum omnium, ex iſtis anima prorſus carentibus facta fuiſſe aiunt, fortunaq́;, quò vnumquodque vis ſua impulit, lata, ſingula, ſingulis, frigida calidis, ſicca humidis, mollia duris, & omninò contraria contrariis, duce for-

 Motus cir-

ce fortunæ conueniſſe, ac neceſſariò contemperata fuiſſe. hoc pacto cœlum totum, & cularis.
quæ in eo ſunt omnia, animalia quoq;, & plantas, & anni tempora fuiſſe producta; non Natura.
per intellectum, neq; per Deum aliquem, ſed natura, atq; fortuna. Deos verò non natu- Impietas.
ra, ſed arte, & legibus quibuſdam conſtare volunt. Hæc ſunt, quæ nonnulli antiquorum,
iunioribus tradiderunt, vnde impietas innata eſt; vt credant non eſſe deos, quales cre-
dere lex iubet: Qui hæc dicit, inquit Plato, deorum ſubſtantiam ignorauerunt. Denique
qualis anima ſit, ignoraſſe videntur, tum quòad alia, tum quòad eius generationem, quòd
corpora naturæ nobilitate præcedat, & tranſmutationis, decorisq́; corporis ipſa ſit ma- Plato.
ximè omnium princeps. In Timæo, Timæum Pythagoricum ſecutus, ait, mundum à Deo
genitum, eiusq; generationis cauſam triplicem eſſe aſſeruit, videlicet, efficientem, finem,
atq; exemplar; vult enim mundum à potentia Dei, bonitatis ſuæ gratia, ad diuinæ ſapi- Idea mundi.
entiæ exemplar effectum fuiſſe. Et quemadmodum in architecto, vniuerſi ædificij, eiuſ-
que partium exemplaria; ſic in diuina intelligentia ſupra mundum ſunt vniuerſi mundi
huius, eiuſque partium exemplaria. Quare, exemplar primum, mundum intelligibilem Mundus ſenſi-
vocat, & æternum; hunc verò temporalem, & ſenſibilem. at exemplaria vocat ideas bilis.
in illo. Cùm igitur mundus omnium genitorum pulcherrimus ſit, & eius author cauſa-
rum omnium optimus; dubium non eſt, quin ſempiternum ſit ſequutus exemplum. Ti- Timæus Lo-
mæus Locrenſis, Platonis magiſter: Mundus, inquit, eſt eorum, quæ genita ſunt, opti- crenſis.
mus, quoniam ab optimo authore eſt ille genitus. Abſurda ergo eſt illorum ſententia,
qui fortuna, & arte deos, atque mundum fieri, ſiue conditos fuiſſe dixerunt. Proinde
Plato, poſteaquàm clariſſimè oſtenderat mundum eſſe vnum ex omnibus totis, & per-
fectis, perfectum, morbi, & ſenectutis expertem, figura etiam congrua, & decora or-
natum, motum quoque illi tribuit circularem: Motum, inquit, Deus mundo tribuit, ad Motus circu-
mentem maximè, & intelligentiam pertinentem; ideòq; cùm illum per eadem, & in eo- laris.
dem, & in ſeipſo circumduxiſſet, effecit, vt circulari conuerſione moueretur: ſex au-
tem reliquos motus ſeparauit ab eo, & ab eorum errore, & peruagatione penitus libe-
rauit. Ad hanc igitur conuerſionem, quæ pedibus non egebat, crura pedesq́; non dedit:
Motum, inquit, ad animam pertinentem. nam motus, quo quid & ſe, & alia mouere po- Motus animæ
teſt, potentiſſimus, antiquiſſimusque eſt: ſecundus verò ille, quo quid ab alio mouetur.
Præterea viuere ipſum dicendum, quòd à ſeipſo mouetur: Anima autem, authore Pla- Plato.
tone 10. de legibus, eſt numerus potens ſeipſum mouere: mobilitas namq; per ſe ineſt a- Anima ſeipſā
nimæ, & non per aliud, cui prius inſit; vnde primò per ſe eſt mobilis, motuumque fons mouet.
omnium, atq; origo. Etenim ſicut in mouentibus datur primum, quod ex ſe mouet; ita
planè in mobilibus, quòad ex ſe eſt mobile. Rurſus, ſicut in ordine rerum eſt res omninò
immobilis, & eſt mobilis; ita etiam eſt res mobilis quidem per ſe, cuius impulſu inter-
no corpora mouentur. vnde præclarè dictum eſt à Xenocrate, animam eſſe numerum Xenocrates.
ſeipſum mouentem, hoc eſt, naturam multiplicem, ſuaptè naturam mutabilem. Ex quo
patet ſecundùm Platonicorum ſententiam, aliorum formas animalium, animas dici non
poſſe; tum quia propriæ eſſentiæ non ſunt, cùm à corporibus in eſſe dependeant; tum Formæ bruto
quia viuificationes potiùs quædam, quàm veræ vitæ dicendæ ſunt: vera enim vita liber- rum non ſunt
tate gaudet, libertatiq; ratione non priuatur. Quare, qui aiunt, illam animæ definitio- animæ.
nem, brutis etiam conuenire, Platonis ſententiam perperam interpretari videntur. A-
nima itaq; totius agitationis fons, & vera vita eſt, mobilisq; intimo, & communi motu.
Porrò, ſicut in igne, priùs eſt intus calere, lucere, & aſcendere, quàm exteriores acti-
ones, motusq;; ita vires in anima priùs ſuos edunt, quàm foris appareant actus: proin-
de ex ſeipſa moueri dicitur, quippè, quæ vitalem à potentia in actum progreſſionem in
ſeipſa explicat. Non eſt ergo huiuſmodi motus apud Platonem, vt quibuſdam viſum eſt, Defenditur
corporalis, ſed ſpiritualis, quo anima priùs in ſe viuit, quàm corpori tribuit vitam. Mo- Plato.
dò, ſicut intelligere eſt intellectus actus; ita & viuere eſt actus vitæ, qua anima ſe vi-

 uificare

Motus circularis.

uificare dicitur à Platone. Dicet aliquis: Anima mouetur à Deo; non ergo tantùm à ſe-
Anima dupliciter mouetur. *ipſa. Dico, duplicem eſſe motionem: vnam quidem infuſionem ſtabilem, atq; æternam,*
qua anima à Deo mouetur: aliam verò actum ſucceſsiuum, & per temporis momenta
diſcurrentem; quo profectò modo anima à ſe mouetur, dum paulatim formando ſe mo-
Plato. *uet. Non temere ergo dictum eſt à Platone animam eſſe fontem, & principium motio-*
Phædrus. *num: quoniam quidem liberè agit. Cùm itaq; anima ſeipſam moueat, anima etiam cœli,*
ſicut Plato dicit in Timæo, cœlum mouet; illi ſanè motum largita eſt ſuæ naturæ congru-
Motus animæ circularis. *entem, nempè motum circularem, quo ipſa ſuaptè natura mouetur: impetu ſiquidem na-*
turali, à primo principio ad ſe, & inde vnde venerat. Quòd ſi huiuſmodi circulum ſol-
uerit, illicò defluit, ad inferiora diſtracta, quærens requiem, & non inueniet: intelle-
ctus ſiquidem ſuperior largitur intelligentiam animæ, eamq; ſiſtit, & retorquet in or-
Mercurius. *bem, vt illuc reuertatur, vnde venerat. Quamobrem Deus à Mercurio vocatur circulus.*
Plato. *& Plato in Epi. 7. aſſerit circa omnium regem cuncta eſſe, nempè circa centrum vnum*
quatuor circulos reuolui, mentem ſcilicet, animam, naturam, & materiam. Mentes ide-
arum decorat pulchritudine: animas, rationum formoſitatibus ornat: naturam ſemini-
Plotinus. *bus pingit: & materiam formis pulchrè facit. Plotinus enn. 2. lib. 2. cap. 1. Cœlum mo-*
ueri, ait, per orbem, quoniam intelligentiam cœleſtiũ, inſuper diuinæ mentis intelligenti-
am imitatur; circuitus enim in anima fit, virtute mentis, & in cœlo mentis imitatione
Rationes motus circularis. *peragitur. Reuera, quæ Deo proxima ſunt, illius præſeferre ſtudent effigiem, vnitatem,*
maieſtatemque. Porrò, corporalium omnium, cœleſtia corpora, Deo proximiora ſunt;
vnde & locus Dei appellantur. Condecens ergo erat, vt præ cæteris corporeis rebus, di-
uinius aliquid protenderent. Quam ob cauſam, & formam ſphæricam acceperunt, quæ
fine caret, atq; principio: motum quoq; circularem, huiuſmodi formæ aptiſsimum, qui
planè principij veri, atq; finis expers cenſetur omninò; in ſeipſo enim conſiſtens, foras
non egreditur, quò ſuum currendi, voluendique curſum peragere queat: omni contrario
caret, omnium motuum quàm facillimus, vbiq; totus, variationis expers, niſi tantùm-
modò ob ſitum partium: primus omnium corporum motus, à quo & cæteri motus agun-
tur, atq; dependent. Hæc autem, atq; ſimilia, & primæ intelligentiæ conformia ſunt, atq;
affinia, & animæ, ſeu intelligentiæ, à qua, ſiue à quibus ipſa corpora cœleſtia mouentur.
Plotinus. *Quamobrem Plotinus enn. 2. lib. 2. cap. Itaq; cum intelligentia, inquit, ſeu anima, ſphæ-*
ram circulo comprehendat; meritò hæc conniuiens reflectitur in ſeipſam: huius verò
reflexio corpus vnà, cui eſt infuſa, contorquet; in ſphæra enim quantacunq; pars moue-
atur, ſi modò permanens moueatur, ſphæram in qua eſt, neceſſariò concutit: vnde mo-
tus ſphæræ procedit. ibi ſiquidem anima, bono proxima, ſenſu ſagacior, circa bonum
mouetur, corpuſq; pro natura ſua ſecundùm localem concitat motionem: vnde & mo-
tus ſequitur circularis. Et cap. 2. Si poteſtas animæ, inquit, circa medium viget; hac eti-
am ratione fit motus in circulum. Medium verò non eadem ratione in anima, qua & in
corpore ponendum eſt; ſed in anima quidem medium, à quo alia dependet vita: in cor-
pore verò medium eſt conditione locali. Itaq; anima rurſus reuoluitur circa Deum, affe-
ctatq; complecti, & vtcunque poteſt circa ipſum ſeſe habet; cuncta enim à Deo depen-
dent. Cæterùm, quod ſphæricum eſt in nobis, in orbem facilè retorqueri nequit; terrenum
namq; iam euaſit. Noſtris præterea corporibus adiunctum eſt, quod recta motione pro-
greditur, hac de cauſa circulari motu agitari, ſeu moueri nequeunt.

CAP. II.

Ariſtoteles de motu circulari.

Tripli-

Motus circularis.

Triplex latio.

TRiplicem eſſe apud philoſophum lationem ex primo cœli tex: com: 6. didicimus: aliam nempè è medio, aliam ad medium, & aliam circa medium: hoc eſt, duos rectos, & vnum circularem. Porrò, omnes motus cœlorum, quia circa idem medium verſantur, eiuſdem apud commentatorem 2. cœli com: 49. ſunt ſpeciei. Cùm autem motus circularis ſit ſimplex, vtpotè,

Motus circularis quis.

qui non eſt compoſitus è circulari, & recto, ſed per lineam circularem, circa medium mundi fiat; ſimplici vtiq; corpori conuenit, quod quidem aptum eſt circulari motu ſuapte natura ferri. Quam ob cauſam, motus circularis ignis, aëris, & aquæ, æquiuocè ſic dictus eſt, 1. cœl: com: 10. In cauſa autem eſt ait commentator, quia non eſt ſimplex, neque circularis; eſt enim compoſitus ex recto, & circulari, com: 14. Proinde moueri circulariter ſecundùm naturam nihil poteſt, niſi ſphæra. 1. cœli. com: 10. Etenim mo-

Soli conuenit cœlo.

tus circularis iuxta naturæ ordinem, non niſi ſphærico corpori ineſſe poteſt: accidentaliter autem, nihil prohibet, corpori non ſphærico, vtpote igni, aëriq; competere. Porrò accidentaliter intelligendum eſt, quatenus eſſentiali eſt oppoſitum. Motus ſanè vnus ſpecie, vnius tantùm eſt corporis ſecundùm ſpeciem. 1. cœl: comm: 18. at motus rectus, à motu circulari ſpecie diſcrepat, ideò ſi motus circularis, contrarium haberet; rectus potiùs, quàm circularis illi aduerſaretur, teſte commen: 1. cœl: com: 24. Motus itaque circularis ad corpus propriè cœleſte attinet. Ex quo patet magno cum conſilio corporibus cœleſtibus motum circularem fuiſſe tributum. Amplius, motus circularis

Motus circularis eſt perfectior.

eſt prior, atque perfectior recto: priori ergo conuenit corpori, nempè cœleſti, ac lineæ perfectiori, id eſt, orbiculari. nulla autem linea recta perfecta eſt, quippe, quæ finem, ac terminum habeat, poſſitq; ad libitum ad extra augeri: orbicularis autem minimè. Motus igitur, qui fit per orbem, & perfectior habetur, & prior. primo cœli, com: 12. Circularis itaq; motus alicui corpori competat ſecundùm naturam, neceſſe eſt, quod quidem cæteris corporibus nobilius ſit atque præſtantius: alioqui quomodo huiuſmodi motus poſſet eſſet continuus? quæ enim præter naturam ſunt, citiſſimè abolentur. proinde, Si ignis eſt id, inquit philoſophus primo cœli, com: 17. quod circumfertur, quemadmodũ nonnulli autumant; non minùs hic motus præter naturam inerit ipſi, quàm is, qui deor-

Motus circularis cæteris ineſt naturaliter.

ſum eſt: ſiquidem motum, eum videamus, quo ipſe è medio recta fertur via. Quapropter ex his omnibus aliquis ratiocinans corpus aliquod aliud eſſe credet præter ea corpora, quæ hîc, & circa nos ſunt: ſeparatum tantò ſublimiorẽ habens naturam; quantò plus ab his diſtabit, quæ hic ſunt. Motus igitur circularis, ſi igni cõpetit, non naturaliter, quia per ſuperioris corporis naturã ſuperiori vtiq; naturaliter conuenit. vnde 3. cœli tex: com: 20.

Circularis motus non ineſt elementis naturaliter.

motum circularem ignis non eſſe violentum, neq; naturalem dixit: Oportet, inquit, primam motricem, nõ vi, ſed ſecundùm naturam mouere; in infinitũ enim erunt, ſi non erit aliquod primum mouens ſecundùm naturã. Nam ſi mouet vi; igitur non mouet, niſi motum extra: ab alio igitur mouebitur, & ſic deinceps in infinitum, quod eſt omninò abſurdum. Primum igitur mouet, & quidem naturaliter: motus ergo illius eſt naturalis, hoc eſt ab intrinſeca, illi forma. Motus ergo ignis in concauo lunæ non eſt dicendus vio-

Motus ignis in concauo lunæ.

lentus, alioqui non eſſet perpetuus, neque naturalis, quia non mouetur à principio in eo exiſtente. In octauo phyſ: com: 27. Vult commentator motum cœli eſſe naturalem, tum

Cõmentator.

animæ, tum etiam corporis ratione: anima ſiquidem circulari motione agitatur: cœlũ verò huic motui non repugnat, ex ſuæ formæ, ſeu, vt ita dicam, materiæ conditione. hanc ob cauſam commentator 2. de ſubſtantia orbis ait intelligentiam eſſe motus cœli cauſam efficitricem, motus ſiquidem ex ſui natura eſt corruptibilis, & continuò alius, atque alius. Motus ergo circularis, propriè, ac naturaliter corpori cõgruit cœleſti. Am-

Motus circularis eſt continuus.

plius, circularis motus perfectio oſtenditur, quòd vnus omnium eſt continuus, authore philoſopho 8. phy: com: 74. At motus, inquit, qui per orbem fit, vnus, atque continuus erit, cùm nullum impoſſibile accidat; ſimul enim contrarijs motibus non mouetur, neq;

Simplex.

cularis.

Perfectus.

oppoſitũ. ex quo patet non bene ſenſiſſe antiquos, qui in continua alteratione, tranſmu-
tationeq́ omnia verſari arbitrati ſunt. Diſcimus etiam in rebus animatis non vnum, eun-

Primus.

demq́ perpetuò motum inueniri. Et tex: com:75. Omnium lationũ, circulatio eſt prima,
ſimplex, atq; magis perfecta: ea enim latio, quæ ſuper finita recta linea fit, ſi reflectatur,
cõpoſita erit, duoq́ motus; ſi non reflectatur, imperfecta eſt, ac corruptibilis. At imper-

Natura.
Ratione.
Tempore.

fecto perfectũ, corruptibili incorruptibile, & natura, & ratione, & tempore prius eſt: Si-
quidem ſolus circularis poteſt eſſe perpetuus, cæterorum verò nullus, nec alius vllus; ſta-
tionẽ enim fieri oportet, quæ quidẽ cùm eſt, deſinit motus. Adde, quòd lationi, quæ fit per

Perpetuus.

lineam rectam, inſit principiũ, medium, & finis. At motus circularis ſemper eſt in prin-
cipio, medio & fine: perpetuus ergo eſſe poteſt. Etenim ſemper eundẽ locum poſſidet: ſem-
per circa medium fertur: ſemper quodammodo vniuerſum quieſcit, moueturq́ continuè;
æquo ſiquidẽ interuallo ſemper differt à medio, ſiue à centro, quod quidem eſt principiũ;
quatenus ab illo proficiſcuntur omnia: & ita orbis moueri dicitur, & finis, in quem deſinũt
omnia, atq; quieſcunt. Zeno autem ſic arguebat: Orbis non mouetur, quia ſemper eundem

Zenonis ratio.

obtinet locũ. Ad quem philoſophus: Orbis, quatenus ſemper eſt in ſuo fine, videtur ſemper
quieſcere. at quatenus eſt in ſuo principio, videtur ſemper moueri. Et 2. cœl: 35. Circu-

In æternis nõ eſt caſus.

laris lationis neq; vnde, neq; quo, neq; medium eſt, quippe cùm nec principium, nec fi-
nis, nec medius ipſius ſit prorſus. Et eiuſdem libri com: 32. Si nihil in æternis fortuitò;
aut à caſu eſſe poteſt, cœlum verò ſempiternum eſt, atque eius conuerſio; quam ob cau-
ſam ad alteram, & non ad alteram fertur partem? Vniuerſum igitur quodammodo qui-

Menſura aliorum.

eſcit, & mouetur. Amplius, motus circularis eſt menſura aliorum motuum, cùm ſit pri-
or natura alijs 8. phy: tex: com: 76. Adhuc, circulatio eſt menſura motuum, inquit:
igitur eſt prima; ipſo enim primo omnia menſurantur, & rurſus quia prima eſt, 8. phy:

Vniformis.

tex: com: 76. menſura eſt cæterorum. Præterea, etiam ſola circulatio eſt vniformis: nam
quæ recto mouentur motu, à principio ad finem difformiter feruntur. omnia namq́
quò magis ab eo recedunt in quo quieuerunt, velociùs feruntur. Sanè, ſi violenta extite-
rit, in fine remiſſiùs, ſi verò naturalis, fortiùs mouebitur. At ſola in circulatione neq;
principium, neq; finis ſuapte natura in ipſa eſt, ſed extra. hoc eſt, centrum, quod eſt fi-
nis, principium, & medium ad extra. Communis eſt autem omnium ſapientum ſenten-

Motus localis omnium primus.

tia, motum localem cæteris eſſe priorem: nam lis, & concordia apud Empedoclem in lo-
co fiunt. Anaxagoras quoque mentem, quæ priùs mouit ſegregare contendit. Eadem
dixerunt Democritus, & Leucippus, qui nullam cauſam dicunt, ſed propter vacuum
moueri aiunt. Epicurus præterea, qui denſitudine, ac raritudine, generationem, cor-
ruptionemq́ confecit; congregatione enim, ac ſegregatione hæc diſponuntur, quæ pro-

Antiquorum ſententiæ.

fectò ſine motu locali haberi, ſeu fieri non poſſunt. hanc antiquorum opinionem ſequu-
tus eſt Epicurus. Plato, animam, motus cauſam facit. omne autem animans, motu in lo-
co ſeipſum mouet. Deniq; ſecundùm communem hominum ſententiam, id ſolùm propriè
moueri dicimus, quod motu in loco fertur: motus ergo localis eſt omnium primus. Mo-
tus præterea circularis non habet contrarium, primo cœli com: 24. rectus enim illi non
aduerſatur; fit enim per lineam rectam: circularis verò per circularem. non ergo per

Non habet contrarium.

eandem lineam, quod planè motus contrarietas appetit. nec circularis, omnes ſiquidem
motus contrarij ſunt ad loca contraria. ſed motus circularis eſt ab eodem puncto, ad e-
undem in circulo deſignatum: circularis ergo circulari non poteſt eſſe contrarius. nam
ſi vnus alteri aduerſaretur; alter illorum eſſet fruſtra. Sed Deus & natura nihil agunt
fruſtra. conſequẽtia ſatis patet: nam mobile, quod motu agitaretur contrario, aut æquali
alteri obſiſteret virtute, aut minori, vel maiori: non æquali, alioqui mouebitur eorum
neuter: non maiori, aliter huiuſmodi mobile, cœlum impediret omninò à motu: non mi-
nori, nam ſic cœlum impediret huiuſmodi mobile, ne moueri quidem poſſet. Cæterùm,
motus circularis planetarum, non eſt contrarius primo motui; non enim ſufficit ad loca

contraria

Motus circularis.

contraria terminari; ſed per eandem lineam, & ſuper eoſdem polos fieri debet contrarius motus. at motus primi mobilis, per lineam fit æquinoctialem, diuidens primum mobile in duas partes æquales, & ſuper polos mundi, arcticum & antarcticum: motus verò proprius planetarum per zodiacum declinantem ab æquinoctiali, & ſuper polos zodiaci. Qua de re, huiuſmodi motus non eſſe contrarios, etiamſi ad contraria loca fiant, patet ſatis.

Motus Planetarũ non contrariatur.

Velociſsimus.

Inſuper, motus circularis eſt velociſsimus, 2. cœli com. 30. Præterea, Si cœli latio, inquit, motuum eſt menſura, propterea, quia ſola continuus, & vniformis, & ſempiternus motus eſt: in vnoquoq; autem genere, menſura eſt id, quod eſt minimum: minimus autem motus eſt, qui eſt velociſsimus; perſpicuum eſt cœli motum omnium motuum eſſe velociſsimum; nullum enim mobile in tam breui tempore, tantam pertranſiret ſpatij latitudinem, nec etiam proportionabiliter. Magnitudo prætera ſphærica, minorem occupat locum, quàm triangula, vt quadrangula, aut aliquid huiuſmodi. Ex quo fit, vt motus per huiuſmodi lineam ductus, ſit velociſsimus:

Velocitas duplex.

deniq; velocitas ſi penes circulationem conſideretur, hoc eſt, tempus, ſic luna citius, quàm Saturnus mouetur. at, ſi penes ſpatium; è contrario res ſe habet. Motus etiam circularis eſt ſine labore, quippe cùm nulli ſubijciatur violentiæ, aut neceſsitati, quæ quidem cohibens detineat ipſum, aptum alio modo ferri: Omne ſiquidem tale, ait philoſophus 2. cœli, com: 3. languidum eſt, tantò quidem magis, quantò fuerit magis ſempiternus, atque optimæ diſpoſitionis expers.

Athlas.

Quare, quæ de Athlante dixêre antiqui, fabuloſè dicta ſunt; ſuppoſuère enim cœlo ipſi fabuloſæ animæ neceſsitatem, ceu corporibus his terraceis, quæ ſurſum ſunt, ac pondus habent. Quoniam igitur motus circularis eſt ſimplex, vnus, perfectus, prior natura, ratione, tempore, alijs motibus, ſine fine, medio, atque principio, ſolus potens eſſe perpetuus, menſura aliorum motuum, vniformis, ſine aliquo verè contrario, omnium velociſsimus, abſque aliquo labore; non temere à ſummo omnium opifice corpori accommodatus eſt, atque conceſſus nobiliſsimo, perfectiſsimoq;.

MERCVRIVS.

Nam arctos ipſas, quas noſti, nec exoriri vnquam, nec mergi, circa idem perpetuò recurrentes, num moueri cenſes, an conſiſtere potiùs? Ad quem Aeſculapius, moueri ô Triſmegiſte. Et Triſmegiſtus. Quonam motu ô Aeſculapi? Motione, inquit, circa idem ſempiternè currente. Triſmegiſtus. At verò circulatio illa idem, & circa idem motus ſtatione contentus: ipſum namque circa idem prohibet quod ſuper ipſum eſt. Impeditum autem id, quod ſuper ipſum eſt, circa idem inſtat. Atque ita contraria agitatio firma eſt ab ipſa oppoſitione perpetuò ſtabilita. Exempla tibi ante oculos ponam in terris viuentium, veluti dum homo quis natat, currente nimirum aqua, manuum ſimul, & pedum repercuſsio ſtare hominem efficit, ne cum aqua pariter collabatur, aut mergatur in eam. Aeſculapi. Perſpicuum ô Triſmegiſte, ait Aeſculapius, exemplum in medium attuliſti. Triſme: quodcunque ergo mouetur in ſtatu, & à ſtatu mouetur.

Commen-

Commentum V.

PLanetarum reſiſtentia præpoſita, ſicuti præcedenti cõmento oſtenſum eſt, de polorum motu naſcitur interrogatio, num & illi, alicui motui ſubiaceant, quippè qui perpetuò circa idem moueri videantur. Arctos ipſas, inquit, ô Æſculapi, quas noſti, nec exoriri vnquam, nec mergi. ἄρκτος ſiquidem, latinè vrſa, quæ quia in

Vrſa.

modum plauſtri vertitur, noſtri eam ſeptentrionem dixerunt. vnde & Arctous ſeptentrionalis. Cicero lib: 2. de natura deorum. Hunc circum Arcti duæ feruntur, nunquam occidentes: Ex his altera quidem apud Graios

Septentrionalis.

Cynoſura vocatur, altera Helice. Maior eſt vrſa, quæ & Calliſto vocata fuit, vt fabula fert, Lycaonis filia, Iouis indignatione, cuius erat pellex. Septentrionalis, à ſeptentrione, id eſt, minore vrſa, quæ ſeptem ſtellis circa hunc circulum exiſtentibus figuratur:

Triones.

quæ & Triones, id eſt, boues appellantur, eò quòd tardè, vt boues moueantur. Idem

Arcticus polus.

borealis, & Arcticus polus. Oppoſitus verò Antarcticus, auſtralis, & meridionalis. Poli autem ſic dicti ſunt, quòd ſint axium cycli, ex vſu plauſtrorum, à poliendo ſcilicet no-

Axis.

minati. Axis autem eſt ſeptentrionalis linea recta, quæ per mediam pilam ſphæræ ten-

Cardines cœli.

dit: dictaq́; Axis, quòd in ea ſphæra, vt rota voluitur. Cardines cœli, extremæ partes ſunt axis. A philoſopho 2. cœl: tex: com: 14. vocantur, vertices immobiles. At longitudinem ipſius dico, quæ ad vertices eſt intercapedo, atque verticum alterum ſurſum, alterum deorſum; differentiam enim hemiſphæriorum in ſolis his cernimus, argumento

Vertices.

quòd vertices ipſi non mouentur. Verticum verò qui nobis apparet, infera pars eſt, qui

Si poli moueantur.

verò nos latet, eſt ſupera. Cæterùm vertices, ſeu poli aut per ſe mouentur, aut per accidens. Si per ſe, moueri igitur poſſunt: cui enim ineſt vnum oppoſitorum, eidem ineſſe poteſt, & alterum. Si per accidens, ad quietem igitur alicuius per ſe. ſed in ipſo cœlo, actu quieſcit nihil: non ergo quieſcunt. Ad hæc ita reſpondet commentator, ad mentem Mathematicorum, vertices immobiles tenentium, philoſophum fuiſſe loquutum. Vertices præterea per accidens quieſcere, nempè ad quietem partium, quæ iuxta vertices ponuntur, quæ quidem ſecundùm naturam, atque ſubiectum quieſcunt, tametſi ſecundùm formam moueantur. Itaq́; ſecundùm formam mouentur; quieſcunt autem per accidens, quiete ſcilicet partium, quæ ſecundùm materiam quieſcunt. Dicis, polos nullo modo moueri, non quidem motu recto, quia neque ſurſum, neque deorſum, neque circulari, cùm circulum non deſcribat, alioqui illius circuli adhuc eſſet centrum, & vertices, & ita in infinitum. Daretur præterea medium inter quieſcens, & mobile Vertices ergo ſunt immobiles; ſiquidem indiuiſibiles cùm ſint, nec ad mouendum, nec etiam ad

Mouentur per accidens.

quieſcendum aptitudinem habent. Dico vertices poſſe circulos deſcribere per accidens, ob fundamenti, atque cœli motum; ſiquidem partes minimæ ſunt, quæ mouentur motu totius per accidens: ſintq́; moueri aptæ, atque diuiſibiles. Et 4. phyſ: tex: com: 1. 18. Non omne, inquit, quod immobile eſt, quieſcit, ſed quod caret motu, aptum tamen moueri. hanc ob cauſam ait Æſculapius partes illas moueri motione ſempiternè circa idem currente. vnde & à Mercurio circulatio vocatur: At verò, inquit, circulatio illa

Textus.

idem, & circa idem motus à ſtatione contentus, hoc eſt idem motus, quia ſemper circa idem, qui planè ſub ea cœli parte continetur, quæ ſtare videtur. Ipſum namque circa idem prohibet quod ſuper ipſum eſt, id eſt, motus perpetuò circa idem prohibet, quominus oppoſito motu voluatur: Impeditum autem id, inquit, quod ſuper ipſum eſt, circa idem ſtat, atque contrario modo non circumuoluitur. Nam contraria, ait, agitatio firma eſt ab ipſa oppoſitione perpetuò ſtabilita, quaſi diceret, vertices mundi, contrario motu non agitantur,

quia

Reſiſtētia cœli.

quia perpetuò circa idem mouentur; hoc enim eſt, quod dicit, contraria agitatio, paulò ante, reſiſtentiam vocauit, eſt firma, iam non pergit, ſed ſiſtit gradum currendi, quia ipſa oppoſitio eſt ſtabilis: id eſt, pars cœli oppoſita, ſtat atq; quieſcit. Exempli gratia, ſi quis in aqua fluente poſitus, manuum, pedumq́; repercuſſione ſeſe opponat aquæ currenti, ſiſtit ſe, ne cum fluente fluat, pariterq́; collabatur, atque mergatur in eam; ita, quamuis contraria agitatio, inſtar aquæ fluentis, cœli vertices agitare vellet; oppoſitæ tamen partis, manuum quodammodo, ac pedum repercuſſione impedita, ſuum curſum peragere nequit. Hæc eſt illa reſiſtentia, cuius proximè meminit: reſiſtentia, inquam, ad terminum motus. Duplex ſiquidem eſt reſiſtentia: altera quidem ad motum violentum, veluti ſi graue vi ſurſum pellatur, & hæc quidem corpori non inſidet cœleſti: altera eſt ad terminum motus, qua profectò ad terminum ad quem, mobile ſubitò trahi non poteſt, quæ ſanè ex debita motoris ad mobile naſcitur proportione Hanc autem in cœlo inueniri, ex eo maximè patet, quòd non indifferenter quodlibet mobile, à quolibet mouetur motore. hæc quidem proportio ni finita eſſet in illis, quilibet illorum moueret in non tempore. Itaq; cœlum non reſiſtit motori, alioqui cum labore fieret illius motus. ſed benè ad terminum motus, quia nimirum non eſt aptum velociùs ferri ad terminum, ad quem. Sed dubitabit aliquis, vnde cœlo innaſcitur huiuſmodi reſiſtentia? à materia, vel ab ipſa intelligentia? Dico, cœlum talem habere reſiſtentiam, & à ſeipſo quidem formaliter, ab anima verò, ſiue intelligentia effectiuè; quatenus ab illa & eſſe habet, & ſpeciem, & accidentia omnia; quorum vnum habet virtutem reſiſtendi. Nec inde ſequitur idem ſibi reſiſtere; nihil enim immediatè ſibi reſiſtit: at mediante aliquo, quod ab ipſo efficitur, poteſt bene contingere, vt ab illo ſibi reſiſtatur. Dicis, eadem fermè ratione, elementum, abſq; omni medio extrinſeco, ſuæ poſſet reſiſtere formæ: quippe cùm ab ea habere dicatur accidentia omnia, ex quibus vnum reſiſtere poteſt: atque ita motus fieri poſſet in vacuo, quod planè commentatori aduerſatur. 4. phy: com: 71. Reſpondeo, inter formam, quæ eſt natura, & formam, quæ eſt anima, plurimùm intereſſe; forma enim, quæ eſt natura, ſui quidem aptitudine ad vnum tantum determinata eſt: hac de cauſa in elemento reſiſtentia, à forma elementaria non producitur. forma verò, quæ eſt anima, quia ad diuerſa poteſtatem habet, ideo reſiſtentia ab illa proficiſcitur effectiuè. Non ergo eſt ſimile, quod de elemento adducitur. Sic etiam ſe habent Mercurij verba: Exempla, inquit, ô Æſculapi tibi ante oculos ponam in terris viuentium, id eſt, ex his, quæ in terris viuunt. veluti dum homo quis natat, currente nimirum aqua, manuum ſimul, & pedum repercuſſio ſtare hominem efficit, ne cum aqua pariter collabatur, aut mergatur in eam. Ad quem Æſculapius: perſpicuum ô Triſmegiſte exemplum attuliſti. Ad quem Mercurius, quodcunq; ergo mouetur in ſtatu, hoc eſt, vertices mundi, qui ſtare videntur, à ſtatu mouentur, id eſt, à partibus, quæ contraria agitatione non rapiantur, atque voluuntur. Itaq; ex Mercurio habemus, & numerum motuum, & mobilium. Motuum quidem numerus eſt triplex, videlicet primi mobilis: reſiſtentia erraticarum: & verticum circa axem. Mobilium verò numerus, ſeptem mundos, ſiue ſeptem mundi gubernatores, ſeu Planetas, & primum mobile primi motoris complectitur. Octo ergo mobilia apud ſapientiſſimum Mercurium numerantur. Cæterùm philoſophus 12. met: com: 43. Cœleſtium ſubſtantiarum pluralitate poſita, plures quoque lationes inueniri profitetur: Plures, inquit, ſunt eorum quæ feruntur lationes; pluribus enim quàm vna errantium aſtrorum vnumquodq; fertur. Orbis autem, qui à primo motore mouetur, multis modis cæteros præcedit, teſte Commentatore. Inprimis, quia omnes alij orbes, in eius motum, veluti in finem intendunt Deinde, ſitu cæteris orbibus ſuperiorem, atque à nobis quàm maximè diſtat. Tertiò, magnitudine cæteris præſtat, ab ipſo enim cæteri continentur. Inſuper,

Exemplum natantis.

Reſiſtentia duplex.

Vnde naſcitur reſiſtentia.

Quare elemētum non reſiſtit formæ.

Textus.

Motuum & mobiliū numerus apud Mercurium.

Orbis primus.

Motus primi orbis.

ſtellarum multitudine,copioſioriq́; numero cæteris eſt nobilior. Poſtremò velocitate motus, ſuperat omnes. Nam viginti quatuor horis apud philoſophum vna reuolutione integra fertur.

Saturni & aliorum motus.

Saturnus verò annis triginta. Iupiter annis viginti. Mars diebus ſolis. Sol diebus 365. atque horis 6. Mercurius & Venus ferè ſimiliter. Luna verò 27. diebus atque horis 8. Hæc quidem dicta ſunt ad mentem philoſophi, qui motum proprium

Motus ſtellarum.

ſtellarum fixarum in centum annis gradu vno, non intellexit. Ptolemæus namq; eo in libro, quem magnam conſtructionem appellauit,aſſerit ſtellas non errantes moueri è contrà ab occaſu in ortum ſingulis centenis annis gradu vno: nam Abraches ſic obſeruauit, & cæteri vſq; ad Ptolemæi tempora. vnde aſſerunt,certa experientia docente,octauam ſphæram

Tres motus.

tribus motibus circumuolui: quorum primus eſt ab oriente, occidentem verſus in ſpatio naturalis diei. Secundus huic contrarius, ad motum nonæ ſphæræ in 200. annis gradu vno, & 28. minutis, & ſic in 49000. annis totus perficitur. Tertius motus, quo octaua ſphæra mouetur ſuper duobus circulis paruis: quorum poli ſunt capita libræ, & arietis nonæ ſphæræ, & ſemidiameter illorum circulorum eſt gra: 4. min: 18. & ſecun: 43. & ter: 43. & ille motus acceſſus, & receſſus nominatur: in 7. millibus quoque annis completur: & ſolus octauæ ſphæræ proprius eſt. Illius autem motus ratione ſtellæ fixæ non ſemper æquè diſtant à polis immobilibus primæ ſphæræ. Nec ecliptica firmamenti ſemper eſt ſub ecliptica immobili, imò frequenter extra eam inuenitur. vnde ſtellæ fixæ, non ſemper in temporibus æqualibus à capitibus arietis & libræ eiuſdem primi mobilis, æquè diſtant; imò nunc orientem verſus, nunc autem occidentem, iam tardiùs, modò verò velociùs moueri videntur. Ptolemæus huius rei ſtudioſiſſimus in centum annis vno gradu motas fuiſſe reperit: poſteriores verò in 66. annorum ſpatio. Verùm, vt

Tribus modis motus conſideratur.

dicit Commentator 12. met: com: 44. tribus modis motus ab Aſtronomis poſiti intelligi poſſunt. Primus quidem modus, omnibus eſt vulgaris, qui ſcilicet ab oriente in occidentem tendit. Alius à ſapientibus tantùm, idq; longa ſtellarum, atq; temporum obſeruatione eget; vtpote motus ſtellarum fixarum, qui multa conſideratione, diligentia, ac longo temporis vſu indiget: nam qui ab occidente in occidentem eſt erraticarum motus; non tanto opus habet labore, quum omnibus propemodum pateat. Tertius verò nec paruo, nec multo comprehenditur tempore, ſed ratione tantùm; plures ſiquidem ipſorum motus viſu ſimplices apparent, ſed ratio oſtendit eſſe compoſitos: ex planetarum namque numero quandoq; nonnulli veloces, interdum tardi, nonnunquam directi, quandoq; retrogadi eſſe videntur.

Eudoxus.

Eudoxus octauam ſphæram vnico tantùm motu, id eſt, diurno moueri putauit.

Ptolemæus.

At Ptolemæus motum contrarium inuenit: & Thebith motum titubationis circa polos addidit, de quo in Almageſto ſatis. Porrò cauſa potiſſima, qua cœlo diuerſi inſident motus, eſt tuendæ generationis, corruptionisq́; gratia: ex varietate namq; generationis, elementorum varietatem percipimus, atque ita ex illorum varietate, motuum diuerſitatem, varietatemq́; intelligimus.

Aſtronomorũ rationes.

Aſtronomi eccentricos ſtatuunt, & epicyclos, quibus motuum diuerſitatem tueri poſſe arbitrantur: Cùm, inquiunt,

1\. *aliquis aliquando planetarum, nunc maior, iam verò minor nobis videatur; propinquior igitur aliquando nobis, nonnunquam verò remotior, vt dicunt perſpectiui, exiſtit: eccentricos ergo, atque Epicyclos concedere oportet. hæc autem apud Ptolemæum in dictione quinta magnæ conſtructionis cap.14. & 16. latiſſimè patent.*

2\. *Amplius, ſi Solis motus circa medium mundi eſt irregularis; inæqualis enim conſpicitur; circa proprium ergo centrum erit regularis: igitur aliud habet centrum, circa quod regulariter mouetur: & ita eccentricum.*

Eccentricus.

Placet hæc ratio Ptolemæo 3. dictione, cap.3.

3\. Epicycli.

Arguit præterea Ptolemæus ex lunæ eclipſium diuerſitate, epicyclos inueniri: diuerſæ ſiquidem apparentiæ, epicyclos complectuntur. at nonnunquam luna in eadem eccentrici parte, quandoq; eleuata, quandoq; depreſſa cernitur, quod ſanè per epicyclos fiat, neceſſe eſt: ſunt ergo epicycli. Retardatio præterea, & acceleratio in luna, & alijs in planetis di-

rectio

*rectio,& retrogradatio,& ſtatio:hoc idẽ proteſtantur.Hoc ergo modo Aſtronomi mo-
tuum diuerſitatem contingere affirmabant. His autẽ aduerſatur Auerroes 12.met:com:* Auerrois opi-
44.& 2.cœli 35.Si ad mentẽ philoſophi, ex omnibus motibus,vnus ſaltem cõgregatione, nio cõtraria.
*efficitur ; nulla ergo ratio eccentricos, aut epicyclos admittere debet. Reuera, ſi Epicy-
clus eſſet ; eius profectò motus circa terræ centrum nequaquam inueniretur, quod pla-
nè Ariſtoteli aduerſatur aſſerenti, omnem cœli motum circa medium mundi verſari,* 1.
omnemq́; leuium è medio, ad medium verò grauium. Amplius, vt ſcribit com: 32. eiuſ- 2.
*dem ſecundi: Si darentur eccentrici; tunc ſanè non omnia corpora cœleſtia eſſent perfe-
ctiſſimè rotunda ; eccentricus enim habet vnam partem tenuiorem, alteram verò craſ-
ſiorem , & ita non perfectè ſphæricus : quando autem pars tenuior, cum parte tenuiori
inferioris eccentrici moueretur; remaneret vacuum. Ne ergo detur vacuum ; aliqua er-
go corpora inter cœlos eſſent ponenda,quod eſt abſurdum: ergo quod priùs. Adhuc, in* 3.
*corporibus ſimplicibus, totius,& partis idem eſt locus. ſed locus totius cœli eſt centrum
mundi : ſimiliter etiam totius ſphæræ vnius planetæ : omnia igitur erunt concentrica.
Nec valet, quod de elementis adducitur, nempè plura eſſe elementorum loca, vtpote a-
lium terræ, alium aquæ &c. quandoquidem elementa per extrinſeca locentur, orbes ve-
rò per intrinſecum, hoc eſt, per centrum intra omnes orbes contentum. Peccant præte-
rea, à propoſitione plures cauſas veritatis habente arguendo, ad alteram illarum tan-* 4.
*tùm : nam etſi apparentiæ per huiuſmodi ſaluari poſſint eccentricos, & epicyclos ; per
alia tamen nondum inuenta, idem conſequi poſſent. Non ergo eſt perfecta demonſtra-
tio,in qua cauſa cum effectu non conuertitur. Adde,quòd nõ eſt legitimus procedendi,* 5.
*ſeu demonſtrandi modus, ab ignotis, ad nota proficiſci : at apparentiæ, notæ quidem,
eccentrici verò, & epicycli nobis incogniti ſunt. Non ergo eſt legitima demonſtratio;
Omnis enim demonſtratio, aut eſt ab effectu nobis noto, ad cauſam : aut cauſæ tantum :
aut cauſæ, & eſſe, ſiue ſimpliciter, quæ eſt per cauſam nobis notam, & naturæ. hac, &
ſimilia à Commentatore dicta ſunt. Res autem eſt ardua, & à ſenſibus remotiſſima :
vnde mirum eſt, quòd tanta antiqui illi ſapientes inuenire potuerint, quibus plurimùm* Cauſa motus
debitores ſumus, à quibus tanta accepimus rerum documenta, atque doctrinas. In hac à ſolo deo co-
autem materia, velle determinatã ferre ſententiam,non cuiuſuis eſt intellectus; ſed illius gnoſcitur.
*tantum arbitror, qui dixit, & facta ſunt, mandauit, & creata ſunt omnia. Nos autem
in medium adduximus, ex doctiſſimis viris, quæ in hac materia de diuerſitate motus,
adducenda eſſe iudicauimus : vnuſquiſq; autem abundet in ſenſu ſuo. Iam ad numerum
mobilium accedamus , vtrumnè ſint plura , quàm octo, & quid de hoc negotio dictum
ſit à ſanctis theologis , atque ſcripturis, palàm facere tentabimus.*

CAP. II.

Numerus ſphærarum cœleſtium.

V*Niuerſum mundum ex tota ſua materia conſtare , clariſſimè docet philo-
ſophus primo cœli tex : com : 98. Nam materia eius, inquit, erat natura-* Ariſtoteles.
*le, atque ſenſibile corpus ; quò fit, vt nec nunc plures ſint cœli, nec fuêre,
nec fieri poſſint ; ſed vnicum duntaxat eſt hoc cœlum, atque perfectum.
Platonem imitatur in Timæo ita ſcribentem : Ea ratione deus fecit hunc* Plato.
*mundum, ait, vt totũ hoc animal quàm maximè perfectum,ex perfectis partibus eſſet.
Deinde, vt eſſet vnum,cui nihil extra relictum fuerit, ex quo alterũ generetur. Mercu-
rius 9. Pymandri vocat coſmum:*Deus,*inquit,*coſmi,id eſt,mundi pater: coſmus Mercurius.
autem corũ,quæ in coſmo,& coſmus quidẽ dei filius.*ac iure coſmus appella-* Coſmus.
tus eſt; omnia ſiquidem varietate generationis. κοσμεῖ,id eſt,exornat. Cœlum autẽ apud

Orbium numerus.

Cœlum trifariè accipitur.

Situs Planetarum.

philoſophum tribus modis intelligitur primo cœli com: 96. Nam vniuerſus orbis, cœlum ab eo àppellatur, deinde octaua ſphæra, poſtremò ſeptem planetarum orbes, quos ita diſpoſitos eſſe affirmat, nempe ſupra Lunam, Solem eſſe poſitum, ſupra Solem autē, Venerem, ſupra Venerem verò, Mercurium, ſupra Mercuriū, Martem, ſupra Martem, Iouem, ſupra Iouem, Saturnum, ſupra Saturnū, ſtellas fixas: ſuper has verò nihil eſſe, niſi entia, optimam vitam habentia. Hæc autem clara habentur apud philoſophum libro de mundo cap. 2. Sydera non errantia cum vniuerſo cœlo voluuntur, ait: quorum multitudo inſcrutabilis eſt hominibus; quamuis in eadem totius cœli ſuperficie moueantur. Erraticorum verò, ſiue planetarum, in ſeptem partes comprehenſi ſunt, ſub ſphæra non errantium continuum ſitum habentes, orbis Saturni, deinde Martis, deinde Veneris, poſtea Mercurij, conſequenter circulus Solis, vltimus circulus Lunæ. Reuera, luna cæteros eclipſat, ipſa verò à ſolo terræ interuentu. Sol verò omnes condit, ipſe autem à luna tantùm. At

Ptolemæus.

Ptolemæus de trium ſuperiorum ſitu cum philoſopho conuenit, ſed de ſole diſſentit: in nona enim magnæ compoſitionis ſectione aſſerit, ſe non potuiſſe diſcernere, an duo inferiores ſint ſub ſole, vel ſupra ſolem: etenim ratio illa non valet: Non abſcondunt ſolem: igitur ſunt ſupra ſolem; poteſt enim fieri, vt illi inter noſtrorum oculorum obtutus, atque ſolem nunquam ſe diametraliter opponant, quod quidem in luna conſpicitur, quæ li-

Situs Solis.

cet ſæpiſſimè cum ſole conueniat, ac ſimul quodammodo coeat; quia tamen diametraliter non ſeſe opponit; ideo rarò à noſtris aſpectibus ſolis radios eripit, tollitq́. Quòd ſi diametrentur, vt idem author dicit in eodem lib: ſectione 3. & recto aſpectu inter nos, & ſolem fuerint interpoſiti, quia nimis lucidi ſunt, atque diaphani; ideo ſolem nobis eripere nequeunt. Proinde Ptolemæus, Petoſiris, Necepſo, Dorothæus, & Hipparchus, ſolē in medio planetarum ſtatuunt, poſt quem verſus terram Venerem ſtatuerunt, deinde Mercurium collocarunt. hæc autem longa obſeruatione, ſumma diligentia, arte, labore, atque induſtria ab illis deprehenſa ſunt, nobiſq́ fideliter tradita, quæ profectò obſeruatio ab Albumaſar coniecturis naturalibus in ſuarum eruditionum libro ſatis confir-

Plato ponit octo virtutes in cœlo.

matur, commendaturq́. Plato in Epinomide, octo in cœlo collocat virtutes, id eſt, octo ſphæras: Scitote, inquit, octo in cœlo eſſe virtutes, ſibi inuicem ſorores, quas ego inſpexi, nec magni aliquid feci; cuiuſuis enim hoc facilè eſt. harum tres hæ ſunt, Solis vna, Lunæ vna, Stellarum omnium vna: atque aliæ quinq́. viſibilem mundum ratio omnium diuiniſſima ſtatuit: hunc vir felix primum ſummoperè admiratur: deinde cupiditate ardet ea diſcendi quæcunq́ à natura mortali percipi poſſunt: ſic arbitratus optimè, atq́

Sol.

Venus.

Mercurius.

feliciſſimè ſe victurum, & cùm deceſſerit ad congrua virtuti loca venturum. Equidem affirmare audeo, nunquam nos in hoc mendaces fore. Iterum octo eſſe dicimus: quarum tres dictæ ſunt, quinque reſtant. Quarta verò, & quinta latio, & anfractus, æquali fermè velocitate cum Sole feruntur. Atq́ harum triū ſemper ſufficiens ductor eſt intellectus, Solis dico, & Luciferi, ſeu Veneris, & tertij illius, quod cùm ignoretur, nominari non poteſt. Stella verò, quæ æqualiter fermè cū ſole, & hoc ſcilicet Lucifero currit, Mercurij eſt.

Octauum.

Reſtant adhuc tres lationes eorum, qui ad dextram cum ſole lunaq́ mouentur. Octauum præterea circa vnum oportet dicere: quem iure mundum ſupernum quis nuncupabit, qui contrà, quàm cæteri mouentur, cæteroſq́ ſecum trahit. Reliquæ ſunt ſtellæ tres: qua-

Saturnus.

rum vna cæteris tardior, quæ Saturni nomine à quibuſdam cognominatur, quæ poſt hanc ſitu, & tarditate ponitur, Iouis eſſe dicatur. Deinde Martis, qui cæterorum maxi-

Laus Græcorum.

mè rubens eſt. Nos græci hæc tardiùs intelleximus. Verùm quicquid græci à barbaris accepêre, melius reddidêre. Illud cuilibet græco ſciendum eſt: nos regionem ad virtutem omnium penè optimam habitare: in hoc maximè laus huius regionis conſiſtit, quòd inter hyemalem æſtiuamq́ naturam media eſt. Primus autem cœleſtium inſpectator, barbarus fuit; antiqua enim regio illos aluit, qui propter æſtiui temporis ſerenitatem,

Ægyptus.

primi hæc inſpexerunt. Talis Ægyptus, & Syria fuit, vbi ſtellæ ſemper omnes, vt ita

dixerim,

Orbium numerus.

dixerim) clarè cernuntur, quia cœli aſpectum, nubes, & pluuia non impediunt. Inde huc, & alio quocunq; tempore, probata iſta manarunt. Quapropter magna cum fiducia hæc legibus ſanciãtur. Nolite ergo ignorare Aſtronomiam ſapientiſsimum quiddam eſſe, nempè neceſſe eſſe verum aſtronomum conſiderare, quomodo ſeptem ſub primo verſentur, quouè ordine circulos ſuos ſinguli peragant; quod nulla natura niſi mirabilis ſit, facilè vnquam inſpiciet. Itaque ex his Platonis verbis, & ſphærarum numerum, & Aſtronomiæ principium, & laudem intelligimus. Cæterùm apud diuinas ſcripturas, cœlum triplicem vſum habere videtur: interdum enim propriè, ac naturaliter accipitur, atq; ita eſt aliquod corpus ſublime, & luminoſum, natura incorruptibile. Porrò, ſic in triplicem ordinem diſtinguitur, nempè in empyrium, cryſtallinum, & ſydereum, quod octauam cum ſeptem planetarum ſphæris continet: aliquando ſpatium, quod ab aquis, ad lunam vſq; protenditur, cœlum vocatur; hoc autẽ cœlum aëreum Damaſcenus nuncupauit; atq; ita ſecundùm illius ſententiam tres cœli inueniuntur, aëreum ſcilicet, ſydereum, & ſupremum, ſiue empyrium, ad quod Paulum raptum fuiſſe affirmat. Quoniam autem huiuſmodi ſpatium, ignem, & aërem complectitur, atq; in vtroq; eorum, & ſuperior regio eſt, & inferior; hac de cauſa in quatuor regiones à Rabano diſtinguitur. Proinde ſupremam ignis regionem, cœlum igneum appellauit; inferiorem verò cœlum olympum, ab olympo monte ſic dicto, cuius vertex cœlum contingere videtur: ſupremam verò aëris regionem, propter crebras, quæ ibidem fiunt inflammationes, cœlum æthereum appellauit: inferiorem verò cœlum aëreum. ex quo ſecundùm Rabanum, quatuor, cum tribus ſuperioribus, ſeptenarium numerum conficiunt cœlorum. Interdum ipſa ſancta Trinitas cœlum appellatur, ob illius quidem ſublimitatem, & lucem, ad quod malignus ille aſcendere concupiuit: Aſcendam, inquit, in cœlum, & ero ſimilis altiſsimo. Augu. de gen. lib. 12. ca. 34. Primum cœlum, inquit, rectè accipimus quicquid eſt ſuper aquas, & terram. Secundum autem in ſimilitudine corporali, quod ſpiritu cernitur, ſicuti illud: Vnde animalibus plenus in extaſi Petro diſcus ille ſubmiſſus eſt. Tertium verò, quod mente conſpicitur ita ſecreta, & remota, & omninò abrepta à ſenſibus carnis, atq; mundata; vt ea, quæ in cœlo ſunt, & ipſam Dei ſubſtantiam, verbumq; per quod facta ſunt omnia, in charitate ſpiritus ſancti ineffabiliter valeat videre, & audire. Non incongruè igitur arbitramur, & illuc eſſe Apoſtolum raptum, & ibi fortaſſis eſſe paradiſum, omnibus meliorem, & ſi dici oportet, paradiſum paradiſorum. Tribus ſiquidem modis mens ad diuinorum rapitur contemplationem habendam: aut certè per quaſdam imaginarias ſimilitudines; cuiuſmodi fuit ille, qui ſupra Petrum cecidit mentis exceſſus: aut per intelligibiles effectus, diuinam contemplatur veritatem; ſicuti extitit extaſis Dauid, de qua in Pſal: Ego dixi in exceſſu meo. &c. aut ea contemplatur in eſſentia, & talis fuit raptus Pauli, atq; Moyſis. In illam autem non vehitur quiſpiam viſionem, niſi ab omni phantaſmate fuerit purus, & liber; Deus enim videtur, & cognoſcitur mente pura, ab omni phantaſmate purgata, gloriæ lumine ſuffulta, de quo in Pſa. In lumine tuo videbimus lumen, quod quidem in Paulo fuit non per modum formæ immanentis, ſed paſſionis potiùs tranſeuntis. Itaque illud lumen, & Paulum rapuit, & illuminauit, corporali lumine amiſſo: amor ſiquidem, ſiue furor ille diuinus, teſte Platone in Phedro, patriæ cœleſti nos reſtituit, copulatq; cum Deo; ex diuina enim pulchritudine excitatur, à qua anima rapitur, fitque vnus continuus attractus, à Deo incipiens, tranſiens in animam, & in Deum deniq; rediens. Proinde tractus huiuſmodi, quaſi circulo quodam, in idem, vnde manauit, remeat. Tribus autem nominibus appellatur: nam quatenus à Deo incipit, & allicit, pulchritudo; quatenus verò in animam tranſit, & eam rapit, amor; ſed quatenus in authorem remeat, atq; animam illi, & opus coniungit, voluptas nuncupatur. vnde apud Dionyſium de diuinis nominibus legitur, quòd amor ſit circulus à bono, in bonum perpetuò reuolutus. Hoc igitur modo Paulus raptus fuit in

Laus Aſtronomiæ.

Cœlorum numerus ſecundùm ſcripturas.

Damaſcenus.

Rabanus.

Cœlum ſpirituale.

Auguſtinus.

Tertium cœlum Pauli.

Triplex modus contemplandi.

Amor eſt circulus.

Dionyſius.

Orbium numerus. Baſilius. *tertium cœlum. Baſilius magnus homelia tertia de opificio : Nos credimus ſcripturæ aſ-*
ſerenti, cœlos cœlorum, & tertium cœlum Pauli. Septem dicimus eſſe orbes, in quibus
ſtellæ ſeptem ferè conſono omnium ore prædicantur ſuum peragere curſum ; quos dein-
de cœlos ita aſſerunt concinnè inſeri vnum alteri ; quemadmodum ſi cadi, aut vaſcula
in ſeſe inſerta ſint : hos proinde ſic inſertos, motu contrario ex aduerſo, vniuerſi in orbem
Ambroſius. *verſantur. Ambroſius lib. 2, hexameron cap. 2. Sunt nonnulli, inquit, qui vnum cœlum*
eſſe dicant : nec alterius faciendi, cùm eſſet vna hyle, potuiſſe ſuppetere ſubſtantiam :
quoniam cùm omnis ſuperiori cœlo eſſet expenſa, nihil reliqui fuit, quod ad ædificatio-
nem ſecundi cœli tertijuè proficeret. atqui Deo impoſſibile nihil eſt : potuit ergo, &
condidit multos cœlos. vnde Pſa. Dominus autem cœlos fecit. Tertium præterea cœlum
negare non poſſumus, cùm Apoſtolus raptum ſe ad tertium cœlum ſcriptorum ſuorum
teſtificatione confirmet. Dauid etiam cœlos cœlorum, in illo laudantium dominum con-
ſtituit choro, quem imitantes phiſolophi, ſeptem ſtellarum, ſolis & lunæ globorum con-
ſonum motum introduxerunt, quos ſibi connexos, & veluti inſertos verſari retro, &
Quid cœlum ſignificet. *contrario cæteris motu ferri arbitrantur. Cœlum οὐρανός græcè, latinè, quia impreſſa*
ſtellarum lumina, velut ſigna habeat, tanquam cœlatum appellatur : vranos autem di-
Chryſoſtomus *citur, quia lucidus eſt, tanquam viſibilis terræ, quæ obſcurior eſt. Ioannes Chriſoſtomus*
homelia 4. in primum caput geneſis his omnibus aduerſari videtur : & vocauit Deus
firmamentum cœlum: Et quomodo dicunt aliqui, factos multos cœlos ? ait: Non ex di-
uina ſcriptura hoc didicerunt; ſed ex ſuis opinionibus, vt ita dicant, impelluntur : beatus
autem Moyſes nihil his ampliùs docuit. Quis igitur poſt tantam doctrinam ferret eos,
qui ex ſuo capite loqui, & contra diuinam ſcripturā multos cœlos dicere audent ? quòd
autem cœli cœlorum in Dauide legantur, hoc contingit ob linguæ hebraicæ proprieta-
Firmamentū. *tem, in qua cœli nomen plurali numero ab hebræis vocatur, haſchamaiim. Cæterùm, fir-*
mamentum hebraicè, Rachia, extenſionem ſonat, aut id quod extenditur, vt vela, vel
cortinæ. Tota itaque cœli porrectio, ac quaſi effuſio, hebraicè vocatur Rachia, græcè
Homerus. *στερέωμα, id eſt, firmamentum, quo illius ſoliditas oſtenditur. vnde Homerus, æreum*
Theodoritus. *cœlum nuncupauit, hoc eſt, ſolidiſſimum. Quod ſentit etiam Theodoritus, qui cœlum ex*
aquis conflatum eſſe voluit: Quoniam, inquit, cœlum ex fluxa aquarum natura conſtitit,
& quæ priùs liquabilis eſſet natura, ſolidiſſima eſt effecta ; ea de cauſa, firmamentum
Gennandius. *eſt appellatum : Gennandius, firmamentum, inquit, ex ipſius rei opificio, ipſum appella-*
Damaſcius. *uit, eò quòd cùm priùs ſolubilis natura eſſet, ſolidam conſtipationem accepit. Damaſci-*
us : hoc eſt firmamentorum catena ; empyrium enim eſt firmamentum, eſt ætherium, eſt
Pſellus. *materiale. Pſellus : Septem, inquit, corporeos aſſerunt mundos, empyrium vnum, & pri-*
mum, idem igneum, & tres poſt ipſum, ætherios : deinde tres alios materiales, quorum
extremus terreſtris, & ſemilucidus vocatus eſt, qui ſublunaris locus eſt. vnde ſententia
extat apud Chaldæos de ſummo & omnipotenti Deo, ſeptem conglobauit firmamenta
mundi : hac ergo ratione à ſeptuaginta cœlum vocatum eſt firmamentum. Ex his ergo
Decem cœli. *patet ſatis, partim quidem ex philoſophorum doctrina, partim verò ex ſacrorum au-*
thoritate, decem cœlos inueniri, nempè ſeptem planetarum orbes, cœlum ſtellatum, fir-
mamentum, ſiue cœlum cryſtallinum, & cœlum empyrium. Aliqui verò vndecim eſſe
affirmant : ſed quilibet in hac re abundet in ſenſu ſuo, ſeruata fidei veritate.

MERCVRIVS.

Motus itaque animalis omnis (quod ex materia conſtat) nequaquam fit ab his, quæ ſunt extra mundum ; ſed ab internis ad externa, ſeu ab anima, ſiue à ſpiritu, ſiue ab ani-

 Motus cœli.

ab animo quodam incorporali. Corpus enim,corpus animatum minimè mouet;ſed neque totum ſimul corpus, etſi inanimatum exiſtat. Æſculapius : Qua ratione id aſſeris Triſmegiſte ? Triſm. Ligna, & lapides, & cætera omnia quæcunq. animam habent, non mouentur à corporibus ô Æſculapi. Quod enim intra corpus, mouens ipſum animatum, non vtique corpus illud eſt, quo mouentur vtraque. Et corpus eius quod fert, eiuſque quod fertur. Inde illud quoque quod dormit, animatum eſt, ob eam potiſsimùm rationem quod mouet. Nonnè ergo perſpicis animam tunc onerari maximè, quãdo ſola duo corpora ſuſtinet ? Quin etiam manifeſtum eſt, quidquid mouetur in aliquo, & ab ſtante moueri.

Commentum VI.

QVAESTIONIS PRIMAE. CAP. I.

MOBILIVM, atq; motuum diuerſitate, numero, ordineq; oſtenſo, motus illorum cauſam adducit, aſſeritq; ab anima intrinſecus comorante, motũ proficiſci: Quemadmodũ, *inquit*, corpora, & animata & inanimata (*quæ ex materia cõſtant*) nõ à ſeipſis, ſed ab anima, ſiue à ſpiritu, ſiue ab animo quodã incorporali mouentur; *ita & machina illa cœlorũ, à propriis animabus, ſiue ſpiritibus mouetur: eſt enim ipſe mundus animal magnũ ſic profectò à Mercurio deſcribitur in calce 8. dialogi:* Meditare ô fili, quid animal immortale, quid animal diſſolubile ; *nam tria animalia deſcripſerat, quorum primum Deum, ſecundum verò mundum, tertium autem animal, hominem appellauit.* Cœleſtium inſuper ait corpora, vnum, atque eundem ſeruant ordinem, quem ſcilicet primum à patre ſuo ſortita ſunt. *Et dialogo 9.* Mundus, ô Æſculapi, ſenſum, motumq́ue poſsidet, non humano ſenſui, motuiq́ue conſimilem, ſed potentiorem ſanè, atq. ad modum ſimpliciorem. Nam ſenſus & intelligentia mundi id vnum eſt, cuncta ſcilicet facere, ac facta reſoluere. *Et 10.* Mundus, *inquit*, pulcher quidem ; non tamen bonus. Etenim ex materia conſtat, paſsionibusq; ſubiicitur, primusq́ue eſt eorum, quæ patiuntur: ſecundus autem eorum, quæ ſunt. Indigus præterea ſuaptè natura, factus aliquando, ſemper exiſtens in generatione, atque genitus, qualitatumq́ue, & quantitatum omnium genitura, mobilis enim. Mundus eſt animal primum, homo ſecundum poſt mundum animal, primum autem animalium reliquorum. *Ex quo patet Mercurium mundo ſenſum tribuiſſe. Non temerè ergo dictum eſt à Mercurio, omnem animalis motum ab anima proficiſci. Cæterùm animalia, quæ ſub luna habentur, à ſeipſis moueri dicuntur, quia nimirum non mouentur à principio extrinſeco, ſed intrinſeco, hoc eſt, ab anima, & ab appetibili, quatenus eſt in anima: ſic enim ſcribitur 12. met. balneum mouere, quatenus eſt in anima. Non ergo ab appetibili externo, veluti ab agente, ſed potiùs, vt à fine animal mouetur.*

Vnde motus cœli proficiſcitur.

Motus animalis.

Etenim

Motus cœli.

Etenim anima ipſa mouet membra: & finis conceptus, animæ inſidens, mouet etiam effectiué. quatenus verò extra animam conſiſtit, vt legitur 12. met. 36. mouet vt finis.

Balneum mouet dupliciter

Res ſiquidem, quæ extra animam habentur, tum in anima, tum etiam extra animam eſſe habent; hac de cauſa, & effectiuè, & vt finis mouere dicuntur: nam & balneum intentionalem habet formam, qua à nobis percipitur, mouetq; effectiuè, & realem, qua ipſum eſt tale, atq; ita mouet, vt finis. Anima autem non mouet membra, ni ipſimet ſenſus ab ipſis ſenſibilibus acti, motique fuerint. 3 de anima, tex. comment. 48. At verò, inquit, neq; appetitus huiuſmodi motus princeps eſt: nam (teſte Auerroe) motui progreßiuo ſola ratio non dominatur: quippè, cùm perſæpè ſpretis, ruptiſque rationis habenis, à deſiderio moueamur. Nec appetitus tantùm: aliquid ſanè interdum ab aliquibus appetitur, quod tandem non perficitur, dominante in ipſis rationis imperio. hæc igitur duo ſe habent ex parte motoris.

Duo ex parte motoris.

Ex parte autem mobilis, eſt pars ſenſitiua, ſiue concupiſcibilis, quæ apta eſt à præconcepto fine moueri: & ipſum corpus mixtum in actu, huiuſmodi motibus ſubditum, quibus de loco in locum moueri poteſt. Hæc autem quatuor motui illorum conueniunt animalium, quæ ſub lunæ orbe degunt: quia, teſte Commentatore 2. de ſubſtantia orbis, mouens huiuſmodi ex duobus mouentibus componitur, ex anima videlicet, & re deſiderata extrinſecus mouente animam: & ideò motum inuenitur in eis compoſitum non ſimplex.

Motus animalis terreſtris.

Motus prætereà talium eſt cum labore, quippè, quæ duobus ſubſint contrariis motibus, quorum alter ad ſuperius, alter verò ad inferius pellit. Adde etiam motum localem progreßiuum, motui declinationis eſſentialis aduerſantem: Ideò accidit ei feßitudo (inquit Auerr.) & cogitur ad quietem; cauſa namq; laboris remotißima, eſt materia, remota principiorum mouentium contrarietas, proxima verò, & præcipua, ſpirituum reſolutio, his quia animalia cœleſtia carent: propterea abſq; labore mouent, laßitudinis tædio non tanguntur: nam principium motus cœleſtis corporis, eſt generis animæ tantùm: motumq;, quem habet circularem, animæ, ſecundùm quod eſt anima, proprium eſſe dicimus, atq; peculiarem.

Labor vnde.

Cœlum ſine labore.

Motus ergo animalis cœleſtis eſt ſimplex: terreſtris autem mixtus, & compoſitus; compoſitio ſiquidem (vt ſcribitur 2 cœli comme. 3.) motus compoſitus, ex mouentium prouenit differentia principiorum: anima namq; ſuaptè natura, teſte Platone, eſt numerus ſeipſum mouens, vt paulò antè declaraui, & Empedocles aſſerit, animam naturaliter in orbem moueri. ſed elementorum qualitates contrariæ, illi impedimento ſunt; vt animalis motus, nec circularis omninò, nec ſimpliciter rectus dici poßit; ſed mixtus potiùs ex vtroq;, qui in libro de cauſa motuum animalium à philoſopho, vocatur progreßiuus. Dicis, animam, corpori prædominari, ipſumq; regere, & gubernare, authore philoſopho 3. polit. Corpora præterea ob gratiam animarum inſtituta eſſe, 1. de anima, comment. 53. philoſophus, eiuſq; Commentator apertißimè docent. Entitas præterea, eſſe, & vnitas eſt à forma, 2. de anima, comment. 7. & 2. phy. comment. 26. & primo cœli comm. 72. clarè habetur, materias eſſe propter formas, & corpora propter animas. Ex quo videtur, corpus ad motum animæ moueri debere, atque ita ſemper circulariter. Verum quidem eſt, corpora propter animas eſſe principaliter quidem, ipſæ nihilominùs animæ ſunt propter corpora, cùm per illa in eſſe conſtituantur; ideòque motus animalis mixti, eſt mixtus, & à virtute regitur prædominantis.

Motus animalis eſt mixtus.

Motus cœleſtis ſimplex.

Porrò, in motu proceßiuo, plus eſt de circulari; ab eodem enim, in idem eſt: in aliis autem motibus, anima ex parte elementaria affecta, atq; grauata, mixto hinc inde motu raptatur, & afficitur. Atqui anima, corpori inſidens cœleſti, non eſt talibus paßionibus affecta, atq; ſubdita, tum quia corpori inſidet ſimplici, tum quia non eſt in eo, vt in corpore graui, aut leui; ideò ad ſuæ naturæ motum, ſuum agere, atq; mouere poteſt orbem: Et quia, inquit comm. 2. de ſubſtantia orbis, mouetur circulariter, ſcimus quòd proprium illius animæ, ſecundùm quod eſt anima, eſt mouere circulariter. Natura igitur iſtius corporis, non eſt niſi natura animæ mouentis

in lo-

Motus cœli.

Motus æquiuocè.

in loco. Porrò, mens mouens cœlum; & anima, & forma nuncupatur : anima ſiquidem, quatenus eſt actus illius corporis, forma verò, vt eſt actus illius materiæ. Quam ob cauſam illa pars cœli, & materia, & corpus à Commentatore nuncupatur. Itaque motus animæ intelligentiarum, ſi illi comparetur motui, qui ineſt, animalibus ſub luna degentibus, æquiuocus omninò reputabitur, vt ſcribitur 8. *Phy. comm.* 40. *Motus ſiquidem cœli, vt dicitur* 12. *met. comm.* 41. *eſt compoſitus ex anima exiſtente in eo, & potentia, quæ non eſt in materia. Illius præterea principium, non eſt ſenſus, neque phantaſia, ſed imaginatio per intellectum,* 12. *met. tex. comment.* 36. & 37. & 8. *met.* 12. *At motus animalium ſublunarium per ſenſum fit, & phantaſiam : non ergo ſunt idem. Potentia verò eſt in materia, non ſine materia : igitur, æquiuocè dicuntur. Motor præterea vt finis, & motor vt agens, in nobis duplex habent eſſe,* 12 *met. comm.* 36. & *primo de ſubſtantia orbis : non ſic autem in motore cœleſti : nam mouet, quia eſt agens, & quia eſt finis motus; quæcunque enim non ſunt in materia; eadem profectò, vt finis, vt agentia mouentur. ſed huiuſmodi ſunt orbium motores : nam ſecundùm eſſe intentionale, agentes quidem, ſecundùm verò eſſe reale, fines reputantur. Mouent autem propter ſe, quia illorum eſſe conſeruatur in motu, & propter res etiam materiales, quarum formæ habent eſſe potentiale in potentiis cauſarum, ſicuti artificiales in mente artificis, & eſſe reale, quando effectu iam exiſtunt. Motus autem illorum pro ſeipſis primò, deinde pro nobis diſponitur (inquit Commentator) quod planè, quemadmodum intelligi debeat, diximus in* 2. *Pymandri, vbi de motu angelorum loquuti ſumus, & poſthac dicturi ſumus. His ita excuſſis ad textus dilucidationem accedamus :*

Motor vt agens, & vt finis.

Textus.

Motus, *inquit*, animalis omnis, non fit ab iis, quæ ſunt extra mundum, *effectiuè ſcilicet : nam ſenſibile extrinſecum, ſe habet vt finis, non autem vt agens :* ſed ab internis, *inquit*, ad externa : *hoc eſt, corpora extrinſeca, ab intrinſeco motore agitantur, qui planè non eſt corpus, alioqui non eſſet principium mouendi alterius,* ſed anima, *vtpotè in animantibus, ſub cœlo degentibus,* aut ſpiritus, *vt in animalibus cœleſtibus*, aut quoddam aliud incorporale, *quouis nomine vocetur.* corpus enim, corpus animatum non mouet : *Siquidem omne quod mouetur, à ſtante mouetur, quod per ſe mouet; per ſe autem mouens non eſt corpus, ſed anima, aut ſpiritus.* ſed neque totum ſimul mouet, *quippè, cùm pars à parte moueatur*, etiamſi inanimatum exiſtat: Ligna, *inquit*, & lapides, & cætera omnia quæcunque animam habent non mouentur à corporibus, *nam corporis non eſt mouere.* Quod enim intra corpus eſt, mouens ipſum animatum, non vtique corpus illud eſt, quo mouentur vtraque; *anima enim inferiorum corporum, non autem ſuperiorum mouetur per accidens ad motum corporum.* Et corpus eius, quod fert, & eius quod fertur. Inde illud quoq; quod dormit animatum, ob eam potiſsimùm rationem quòd mouet, *dormit & mouet, quia principium mouendi non quieſcit; quia nimirum anima viuit in motu.* Nonnè perſpicis animam tunc onerari maximè, quando ſola duo corpora ſuſtinet? *mobilia namq; ſuperant vires mouentis. at motor, & mobile in proportione conueniunt. Vnde ſi vna ſtella adderetur cœlo Saturni, ab illius intelligentia moueri non poſſet.* Quidquid *ergo* mouetur in aliquo, ab aliquo ſtante mouetur : *hoc eſt, mouetur ab eo, qui eodem modo non mouetur, alioqui in motibus fieret proceſſus in infinitum. Et hæc eſt potiſſima apud ſapientes ratio, qua primū motorem, rerumque principem, & gubernatorem intellexerunt. Quoniam autem ſapientiſſimus Mercurius, corpora cœleſtia ab anima moueri, ait; poſthac igitur de anima cœleſtium corporum diſſeramus.*

Anima mouetur per accidens.

QVAESTIONIS SECVNDAE CAP. I.

Anima mundi.

Mercurius 10.

AB vna mundi anima, *ait Mercurius in 10. Pymandri,* vniuerſæ profluunt animæ, per omnem mundum, tanquam diſtributæ circumcurrentes. *In principio ſecundi Pymandri, ex multorum ſententiis philoſophorum, animam mundi, ſpiritum ſanctum nuncupaui: iam lubet vberiùs, copioſiusque hanc rem proſequi. Mercurius ait omnes animas profluere, vtique effectiuè, ſi ſpiritum ſanctum intellexit, quas dicit per omnem mundum eſſe diſtributas. vnam autem eſſe animam mundi in Aſclepio docet:* Mundus vnus, *inquit,* anima vna, Deus vnus. *Non quidem vna, vt quidam dicunt, quaſi omnes animæ ſint vna anima; ſed vna effectrix, & conſeruatrix omnium. hanc autem animam à Deo immediatè produci aſſerit:* Cœlum, *inquit,* quem ego Deum viſibilem appello, adminiſtrator eſt omnium corporum, quorum augmenta detrimentaq. ſol & luna ſortiti ſunt. Cœli verò, & ipſius, & omnium, quæ in mundo inſunt, ipſe eſt gubernator, qui eſt omnium effector Deus. *Itaq; anima mundi à Deo, ab anima verò mundi, cæteræ animæ diſtributæ, atq; ordinatæ, inſuper mundi totius adminiſtratio. Paulò poſt declarat, quid per animam mundi intelligi velit:* Spiritus, quo, *inquit,* plena ſunt omnia, permixtus cunctis, cuncta viuificat, ſenſu addito ad hominis intelligentiam, quæ quinta pars ſola homini conceſſa eſt ex æthere. *Deinde ait ſimplici mente, & anima, diuinitatem eſſe colendam, vnde ſubdit:* Fuit Deus & hyle, quem credimus mundum, & mundo comitabatur ſpiritus. *Deus autem æternus, nec naſci poteſt, nec potuit: ſpiritus, quamuis à Deo natus videatur à principio; tamen ex ſe procreandi vim poſsidet, atq; naturam fœcunditatis. Amplius, huiusmodi ſpiritu, omnia adminiſtrari, atq; vegetari voluit, quod profectò ſoli Deo conuenire poteſt:* Spiritu, *inquit,* miniſtrantur omnia, & vegetantur in mundo, & quaſi organum, vel machina ſummi Dei voluntati ſubiectus eſt: ſpiritu agitatur, ſeu gubernatur omnis in mundo ſpecies, vnaquæq. ſecundùm naturam ſuam à Deo diſtributam ſibi: ſpiritus implet omnia, cuiuſcunque naturæ qualitas eſt. Mundus nutrit corpora, ſpiritus animas, ſenſus autem, quo dono cœleſti ſola felix ſit humanitas, alit mentem. *Hunc autem ſpiritum in hymno 13. dialogi Pymandri, Deum nuncupauit, omnium opificem, omnium ſcientiam habentem.* O vita, totum quod eſt in me ſalua: ô lux, totum illumina: ſpiritus Deus, ſpiritifer opifex. *hanc ob cauſam in 8. Pymandri dicit omnia viuere, quia animam, ſeu ſpiritum habent omnia viuificantem:* Mundus, *inquit,* à ſuo opifice immortalitate donatus eſt, velut à proprio patre. Exornare autem voluit id, quod poſt ipſum eſt, quaſi immortalitate fulciens omne corpus, ne materia ab huius congreſſu diſcedere volens, in ſuam deformitatem iterum reſoluatur. *In primo dial. Pymandri, clariſsimè huius ſpiritus productionem deſcripſit:* Qui, *inquit,* eſt ſpiritus numen, *de quo in 2. Pymandri libro abundè, copioſeque à nobis diſputatum. Itaque animam mundi, ſpiritum à Mercurio appellari, ſatis probabiliter arbitrari poſsumus. Themiſtius, atq; Simplicius in 3. de anima, vnitatem mundi, qua mundus eſt vnus, animam mundi appellauerunt, vniuerſa rectè gubernantem. Hanc ad elementa, aiunt, eſſe naturam, ad cœlos verò animam, ad homines intellectum. Huius etiam ſententiæ in eo libro, quem de opinione Platonis, de anima mundi, ad Antobolum filium conſcripſit, Plutarchus Rhodius extitit. Reuera nō temerè anima mundi, vnitas appellatur: nam quemadmodum, ab vnitate numerus; ita planè ab anima mundi, rerum multitudo, atq; ipſemet mundus proficiſcitur: opifex ſiquidem mundi, ſi realiter conſideretur, per quandam (vt ita dixerim) æquiuocationem, anima vni-*

Anima mundi à Deo.

Spiritus.

Spiritu omnia fiunt.

Vnitas anima mundi.

Quare anima vocetur.

uerſi nominatur; conſtituit enim, & conſtitutum conſeruat mundum in eſſe, & ipſius quamlibet partem. at ſi intentionaliter; ſic omnium forma eſt intellectuum. à quo, teſte philoſopho primo cœli comment. 100. aliis quidem clariùs, aliis verò obſcuriùs communicatum eſt. Hac vnitate, Parmenides ait omnia eſſe vnum, ob vnitatem vtiq; illius primæ formæ, quæ nihilominùs propriis, ac peculiaribus formis diſtinguuntur: veluti membra hominis, vnum ſunt, communis vtiq; formæ vnitate, plura verò diuerſitate officiorum. Itaq; ſpiritus ſanctus eſt vnitas, forma, & anima mundi. Plotinus enneadis 2. lib. 2. cap. 1. Platonicorum ſectatur ſententiam, aſſerentium, vt quidam aiunt, cœlum eſſe animatum: Si anima, inquit, circumuoluat cœlum, nunquam defatigatur; neq; enim ipſa trahit, vel corpus præter naturam agitur: id namq; ipſum natura, quod ab anima vniuerſi eſt ordinatum. Præterea mundi anima vbiq; exiſtens, non diuiſa per partes, ſed vbique tota, dat & cœlo, vt ipſum, quôad poteſt, ſit vbiq;. Quum autem anima ipſa, quam appetit cœlum, totam ſe per totum fundat; ipſum quoq; paſſim ſequitur animam: ipſa verò cœlum ad ſe ſemper agens, ſemper agendo, mouet: & ſemper ad ſeipſam, & in eodem, idq́ circulo ducens. Quòd ſi quieuerit anima, quieſcet & cœlum: ſi autem vbique eſt anima; per omnia mouetur & cœlum: quumq́ non feratur extra; meritò retorquetur in orbem. Addit poſtea Plotinus, animam à Deo productam eſſe, eiusq; virtute potiſſimùm, cœlum immortalitate gaudere: cap: 4. eiuſdem libri: Quum anima vniuerſi, inquit, ſit mirabili potentia prædita; quanam via quicquam eorum, quæ in ea ſemel poſita ſunt, hanc ipſam verſus interitum ſubterfugere poterit? Si quis autem animam ex Deo manantem non iudicauerit; is profectò, cauſam omnia continentem ignorare videbitur: nihil enim vi quadam illata conſtitutionem mundi diſſoluere, ac veluti regnum, & principatum labefactare poteſt; quin etiam, ſi quandoq; corpus diſperderetur, nihil tamen ex hoc animæ accideret alienum. Et cap: 5. ait, Proximam poſt mundi architectum, animam eſſe cœleſtem, noſtrasq́ ſimiliter: ab ipſa verò cœleſti imaginem quandam produci, ac veluti à ſuperis defluentem, terrena animalia facere, quæ in vnum vix congrediuntur, & congreſſa in vita manent; idcirco non ſemper viuere poſſunt. Animaliũ præterea corporibus alia proximè anima dominatur: non ſic autem accidit corporibus cœleſtibus; ideo incorruptibilia ſunt. Deniq; addit in fine illius capituli: Nos, inquit, formati ab anima, quæ à diis cœleſtibus tradita eſt, ipſo cœlo ſecundùm illam corporibus cohæremus: alia namq; anima per quam ipſi ſumus, non ipſius eſſe, ſed bene eſſe cauſa eſt; accedit enim facto iam corpore, parum ratione ſimul ad eſſe conducens. Platonem imitatur in Timæo diſputantem, atq; aſſerentem, cœleſtia ab ipſo mundi patre facta eſſe, quæ verò apud nos animalia, à diis condita. Porrò, de hac re diſputaui in primo, & in 2. Pymandri, in quibus oſtendi ad mentem Platonis, omnia à Deo creata fuiſſe. In cap: 3. 2. lib: eiusdem enneadis apertè profitetur, huiusmodi animam ſenſu præditam eſſe: Anima, inquit, cœleſtis, bono proxima, effectaq; ſenſu ſagacior, mouetur circa bonum: corpusq́ pro natura ſua ſecundùm localem concitat motionem: ſenſualis virtus à ſuperiori rurſus concitata, ipſaq́ ſuum percipiens bonum, ſecum congratulans id proſequitur: cumq́ id vbiq; ſit; meritò ſe per omnia confert. Vnde hæc eſt cauſa apud Plotinum, quare anima mundi ſit vbiq; tota, mundumq́ cœleſtem, ac terrenum immortalitate impleat. verba ſunt authoris grauiſſimi, quæ ſolertem, ac prudentem exigunt, ſiue requirunt lectorem. Ego ipſe arbitror animam mundi ab eo id nequaquã intelligi, quod à Mercurio intellectum fuiſſe probaliter arbitrati ſumus. ſed Platonem potius fuiſſe ſequutum in Epinomide dicentem, aſtra, animam habere, & ſenſus: Cœleſtia, inquit Plato, putamus animalia, diuinum aſtrorum genus eſſe, corpore pulcherrimo, animaq́ beatiſſima, & optima conſtitutum. Deinde addit impoſſibile eſſe terram, cœlum, ſtellasq́ omnes, & quæ ex his conſtat moles, niſi anima ſingulis, aut adſit, aut inſit, adeò exquiſita ratione annis, menſibus, diebusq́ circumuolui, nobisq́ omnibus, om-

Anima mundi.

Parmenides.

Plotinus.

Anima vniuerſi ſecundũ Plotinum.

Anima mundi poſt Deum prima.

Duplex anima.

Anima cœleſtis.

Plato cœlum habere ſenſus.

nia bo-

nia bona facere: hominem verò docet, quò vilior eſt, eò minùs de ipſis nugari, ſed cona-
Aſtra Deos eſſe. ri potiùs certi aliquid dicere: ſi quis autem impetum corporum, aut naturas, aut huiuſ-
modi quicquam ordinis huius agitationisq; cauſam eſſe dicet, perſpicuum nihil adducet.
Quocirca ſi quis cœleſtia ab alio quoquam facta fuiſſe, nec ex anima & corpore (vt di-
ximus) conſtare contendat, ſtultus omninò imperitusq; habendus eſt. Duorum alterum
arbitrari oportet: aut deos eſſe hæc, & rectiſſimè quidem putabimus: aut deorum ima-
gines, & quaſi ſtatuas ab ipſis diis prudentibus digniſſimisq; artificibus fabricatas cre-
Reprehenditur Plato. dimus. Reprehenditur Plato ab Euſebio lib. 13. cap. 11. Præparationum: Cœlum, inquit,
ſicut alios dæmones, atq; deos honorare oportet. deinde poſt pauca: Deos itaq; viſibiles,
ſummopere honorandos, acutiſſimè vndiq; cuncta videntes. In Timæo poſt ſublimem
illam theologiam, qua patrem, & creatorem vniuerſi, vnum Deum eſſe conſcripſit, non
veritus eſt, Socratem in piræum ad ſoluenda deæ vota deſcendentem, laudare: Gallum
Si mundus habet ſenſus apud Mercurium. Æſculapio ſacrificari probè iuſſum à Socrate fateri videtur: & Delphicum dæmona,
paternum Græciæ interpretem appellat, & diuinis libenter laudibus proſequitur. Incon-
ſtanter ergo de Deo Platonem fuiſſe locutum, Euſebius affirmat. Cæterùm ex ſapien-
tiſſimo Mercurio diſcimus, quomodo cœleſti corpori, atq; mundano ſenſus inſit: ſic enim
ab eo ſcribitur 9. Pymandri dialogo: Mundus, ô Æſculapi, ſenſum motumq;
poſsidet, non humano ſenſui, motuique ſimilem, ſed potentiorem ſanè,
atque admodum ſimpliciorem. Nam ſenſus, & intelligentia mundi id v-
num eſt, cuncta ſcilicet facere, ac facta reſoluere. Clarè ergo docet, qualis ſen-
ſus ſit cœlo attribuendus: quo planè intellecto, fruſtra inſurgunt argumenta, quæ aiunt,
mundo, ſeu cœlo organa à Deo non fuiſſe conceſſa, quia omnis ſenſus expers erat futu-
Aſclepius. rus. In Aſclepio, vocat mundum ſenſibilem, quia videri, & ſentiri poſſit; non ideò quòd
ipſe ſentiat; de hoc enim an ipſe ſentiat, an non, alio dicemus tempore. vnde ſuæ promiſ-
Sẽſus quid ſit ſionis nequaquam oblitus, ſuam explicat mentem: Mundus, inquit, nutrit corpo-
ra, ſpiritus animas, ſenſus autem, quo dono cœleſti, ſola felix ſit huma-
nitas, alit mentem. Itaq; Mercurius ſenſum vocat donum cœleſte, quo alitur mens,
ſoli humanitati conceſſum: mundo verò alendorum corporum curam, officiumque con-
ceſſit. Senſus autem, ait, cùm ſemel fuerit animæ commixtus humanæ, fit
vna ex benè coaleſcente commixtione materia, ita vt nunquam eiuſmo-
di mentes caliginis impediantur erroribus. vnde iuſtè ſenſus, deorum a-
nimas eſſe dixerunt: nec eorum dico omnium, ſed magnorum quorum-
cunque, ac principalium. Senſus ſunt animæ deorum: id eſt, angelorum, qui
ſeſe communicant hominibus: de quorum angelorum natura, atq; ordine, abundè poſtea
proſequitur ſuum enucleare ſermonem. Quare, ſi Plato, & Plotinus hoc modo intellexe-
Alexander. runt, vt veriſimile eſſe videtur; tunc ceſſat omnis difficultas. Alexander Aphrodiſius,
tactum ſolùmmodo cœlo conceſſit, vnde animatũ, non autem animal appellauit. Simpli-
Simplicius. cius, tactum, viſum, & auditum attribuit: tactum quidẽ; alioqui infelix eſſet animal, ſi
tactu careret: viſum verò, & auditum, quia huiuſmodi ſenſus ad perfectionem attinent.
Reuera, ſi cœli dominio inferiora ſubdita ſunt; fas non eſſet illa ignorare, quorum regi-
men ſibi eſſet concreditum. atqui intellectus ſingularia non apprehendit, niſi ſenſu me-
Auicenna. diante: ſenſus ergo viſus eſt illi neceſſarius. Quam ob cauſam Auicenna tribuit illis vim
Auerroes. ſenſitiuam interiorem, nempè imaginatiuam. Aduerſus huiuſmodi arguit Auerroes: Si
1. cœlum, inquit, haberet ſenſus exteriores, & organa quoque; ſenſus enim eſt virtus par-
ticularis, quæ eſt organica: hoc ſanè intereſt inter ſenſum, & intellectum. Amplius
2. ſenſuum adminiſtratio, pro ſalute animalis paranda, conſeruandaque confertur. ſed cœ-
lum his opus non habet, cùm ſit corpus incorruptibile: non ergo eget pro ſui ſalute tuen-
da ſenſuum miniſterio. Adde Ariſtotelis rationem in lib. de plantis, ſenſum eſſe vitæ co-
3. æuum, cuius intereſt inter mortem, & vitam diſcernere. at cœli regimen nobiliori, ſu-
blimi-


blimioriq́; propagatur, conſeruaturq́; modo: ergo quod prius. Cœlum præterea ſenſuum
adminiſtratione nihilo melius redditur; ad ſublunaria ſiquidem regenda, cognitio ſuf- 4.
ficit vniuerſalis per intellectum, quæ nobilior eſt, atque perfectior. Deniq́;, omne cor- 5.
pus, ſenſibus copulatum, eſt mixtum, authore Philo: 3. de anima. ſed cœlum eſt corpus
ſimplex, ergo,&c. Tactus inſuper in temperatura quatuor qualitatum conſiſtit, quæ 6.
profectò cœlo tribui non poteſt: igitur cœlo ſenſus omninò tribui non poſſunt. Cæterùm Auerrois ſententia.
Auerroes putauit cœlos, intellectum, appetitum, & motum habere, atque ita anima-
lia appellari; habent ſiquidem dextrum,& ſiniſtrum, cæteraſq́; poſitionis partes: inſu-
per à ſeipſis mouentur, quod proprium eſt animalium: poſtremò, animas habent, &
corpora: omne autem huiuſmodi, animal eſſe probatur. Ptolemæus, cæteriq́; Aſtrono- Ptolemæus.
mi, non modò orbes, ſed ſigna quoque orbium, vtpote ſtellarum, planetarumq́; globos,
animalia vocauère. Cæterum, ſaluo tantorum virorum decore, cum ſapientiſſimo Mer-
curio audeo profiteri, corpora cœleſtia vocari animalia, effectiuè quidem non formali-
ter, quia ad modum animalis agunt, in hæc inferiora, lumine,& motu: ſenſus verò illis
tributus eſt, ob gratiam intelligentiæ, à qua mouentur, cui profectò ineſt ſenſus, id eſt,
cognitio nobiliſſima. Hæc dicta ſint de anima mundi,& ſenſibus cœli.

CAP. II.

Anima mundi ſecundùm Platonem.

PLato in Timæo ſic loquitur: Animam autem in eius medio collocauit, perq́; Plato de anima mundi.
totum tetendit, atque ea corpus ipſum etiam extrinſecus circumtexit,
mundumq́; hunc vnū, & ſolum ſolitariumq́; & circularem, volui in circu-
lum ſtatuit, qui propter virtutem ſecum ipſe facilè coercere poſsit, nullius
alterius indigens, ſatiſq́; ſibi notus, & amicus. Itaq́; priorem, antiquioremq́; Eſſentia.
animam corpore conſtituit, vtpotè quæ obedienti corpori eſſet imperatura, ex his vide-
licet, atque hoc pacto, ex ea ſubſtantia, & ſemper eadem, ſimiliſq́; eſt: & ex ea rur- Idem.
ſus quæ circa corpora diuidua ſit, tertiam ſubſtantiæ ſpeciem commiſcuit mediam. Vult Alterum.
namq́; diuinus Plato animam conſtare ex eſſentia, eodem, & altero, hoc eſt, ex re in-
diuidua, nempè rationali ſua differentia, & diuidua, id eſt, ſenſibili, quod alterum
vocat: Quoniam, inquit, ex tribus partibus, eodem ſcilicet, & altero, & eſſentia, conſla- Animæ circulus.
ta eſt anima, ratione proportionis diſtincta, atque compacta, nec non in ſeipſam orbe
reflectitur, quoties aliquid attingit, quod eſſentiam diuiduam habet, & quod indiuidu-
am, hoc eſt, rationale, & ſenſibile. in ſeipſam omninò conuerſa, quid ſit vtrumq́; di-
ſcernit tàm in ijs, quæ gignuntur, quàm in illis, quæ ſemper ſunt eadem. Ratio, por- Senſibile.
rò, ad ipſum quod idem vergens, atque veridica, tam circa alterum, quàm circa idem
verſata, & ſine ſono, ſtrepituq́; omni in eo quod ſeipſo mouetur reuoluta, quando ad
ſenſibile aliquid ſe conuertit, ſi tunc etiam alterius diuerſæq́; naturæ circulus, rectè per
omnem ipſius animam rem ipſam nunciet; opiniones, fideiq́; aſſenſiones firmas, veraſq́;
producit. Quando rurſus circa rationale ſe verſat, & ipſis quod idem eſt circulus ſe Rationale.
aptè reuoluens rem denunciat; intellectus neceſſariò ſcientiaq́; perficitur. Itaq́; eſſentia
per idem habet, vt ſecum ipſa, alijſq́; congruat: per alterum verò, vt quodammodo in
ſe diſtinguatur, & multò magis à cæteris. Porrò idem, & alterum, ab eſſentia eſſe, ſiue,
vt exiſtant, recipiunt. Eſſentia quid ſit vnumquodq́; definit, eodem quid ſimplex, &
compoſitum ſit, cognoſcit: altero verò rerum, loci, temporiſq́; diuerſitatem intelligit. Quid per hæc
Adde, quòd anima per eſſentiam rebus eſſe conferat, per idem verò eas, ſibi, alijſq́; operetur.
coniungit. at per alterum ſeiungit, & diſcernit, mouet, efficitq́;, vt inuicem moueantur,
& agant. Mirabili ergo compoſitione, optimoq́; harmoniæ numero, animam à deo com-

pactam, conflatamq́ eſſe, Plato elegantiſſimè, ſubtiliſſimèq́ in hoc ſuo Timæo affirmat, oſtenditq́. Quamobrem faber mundi formans illius animã, harmonica ratione vſus eſt, & in mixtione generum, & in earũ compoſitione, proportioneq́ rerum, quæ animæ cõdendæ neceſſariæ eſſe videbantur. Porrò, hæc ſub trianguli figura facilius intelliguntur. In apice trianguli poſita ſit vnitas, à qua terni vtrinque numeri profluunt, hinc pares, inde ſimiliter, impares. Poſt vnitatem duo, deinde quatuor, demum 8. Ex altera verò parte ſub vnitate, 3. deinde 9. poſtremò 27. Itaq́ prima portio, quæ inſtar fermenti ſe habet ad effingendam animam, eſt vnitas. Secunda binarius, primæ duplus. Tertia verò ternarius, cuius ratio tripla eſt primæ, hoc eſt vnitatis, ſeſquialtera verò ſecundæ, id eſt, binarij.



Quarta portio quaternarius, duplus ſecundæ, hoc eſt binarij. Quinta nouenarius, cuius tripla ratio tertiæ, id eſt, ternarij. Sexta octonarius, cuius eſt octupla ad primam, id eſt, ad vnitatem proportio. Septima viginti ſeptem: ratio quidem ad nouenarium tripla, vnitatem verò excedens partibus ſex, atque viginti. Cæterùm, in

Ratio harmonica. his numeris omnes propemodum cõprehendit harmonicas rationes. Nam in ſeſquioctaua inter nouem, & octo proportione, nouem tonum muſis obtemperantem progenuit. In

Diapente. ſeſquialtera, inter tria & duo Diapente, gratiam vocis. quintæ veneream. In ſeſquitertia

Diateſſeron. inter quatuor, atque tria: Diateſſeron Mercurialem vocis quartæ naturam, ſeſe conſonantijs accommodantem. In dupla inter duo, & vnum, item inter quatuor, & duo, &

Diapaſon. inter octo, & quatuor Diapaſon, id eſt, vniuerſam, & abſolutam octauæ vocis edidit melodiam Apollini dedicatam. In tripla inter tria, & vnum, nouem, & tria, viginti ſeptem, atque nouem. Diapaſon, diapente, hoc eſt octauæ ſimul, & quintæ, Iouialem

Diſdiapaſon. compoſuit ſymphoniam. In quadrupla inter quatuor & vnum, & octo atque duo, diſdiapaſon compoſuit, iterùm per ſonos quindecim Apollini concinentem: venuſtatem verò vocis tertiæ principijs inſeruit diateſſeron: vocis verò ſextæ, finibus coniunxit diapente; vt delicatiori vocis vtriuſq́ mollitie, hinc quidem ſecundæ vocis, inde verò ſepti-

Septem laus. mæ aſperitas leniretur Ita enim tertia vox, & ſexta ſunt mollitie ſimiles; ſicut ſecunda cadens à prima. Item ſeptima degenerans ab octaua, ſunt aſperitate perſimiles. Scitè ergo Plato in animæ conditione, ſeptenarium numerum adduxit: nam in Muſica ad ſeptimum vſq́ gradum, omnis vocum progreditur diſcrepantia: poſt quem fit eadem reuolutio. In naturalibus præterea per ſeptem, multa comprehenduntur: Septenarius namque vnitatem habet, vt geminæ trinitatis copulam. Eiuſmodi verò eſt vniuerſi ſimilitudo: nam in æterna, temporalia, horumq́ media diſtribuitur. Æterna eſſentia quidem ſimplicitatem, virtute verò ſtabilitatem, actione autem reflexionem poſſident, Temporalia viciſſim, habent compoſitionem eſſentiæ, virtutis mobilitatem, tranſitum

Triplex vultus animæ. actionis. Inter has verò temporalium, æternorumq́ trinitates, anima medium obtinens, gradum efficit ſeptimum, atq́ nonum, quoniam ipſa triplicem habet vultum, nempè ad ſeipſam, ad ſuperiora, atque inferiora. In ſeipſa manens, ad inferiora egreditur, veluti

Vnitas. ad effectus, quos ad ſuperiora, vti ad ſuas cauſas reducit. Itaq́ vnitas in figura trian-

Dualitas. guli, animæ ſignificat vnitatem, ſimplicitatemq́, ac diuinæ vnitatis imaginem. Duali-

Trinitas. tas verò, animæ in proprietatem vnitate inferiorem, progreſſum. Trinitas autem, tum

Quaternitas. in propriam, tum in diuinam trinitatem regreſſum. Quaternitas, animæ à ſe in quatuor

Septenarius. materiam elementorum, progreſſum. Septenarius, animæ virtutem, elementa recturam, per ſeptem planetarum ſphæras.

Octonarius. Octonarius, animæ vim, per octauam ſphæram planetas gubernaturam.

Nouenarius. Nouenarius, animæ munus, octo ſphæras, in vnam formam conciliaturum. Viginti ſeptem, omnium plenitudinem; eſt enim prædictorum ſumma numerorum: paribus quoq́ atq́ imparibus numeris, diuiſibilis, atque indiuiſibilis animæ na-

tura

Anima mundi.

tura oſtenditur. Aliam quoq; huius rei figuram Plato poſuit in Timæo, quæ patet intuenti: nos autem hæc ſufficere arbitramur. Poſtquam igitur ſecundùm creatoris illius mentem, tota animæ conſtitutio abſoluta fuit; mox omne corporeum intra ipſam effinxit, mediumq́; mediæ accommodans, apto modulamine copulauit. At illa à medio per omne vſque ad cœli extrema ſe porrigens, eiq́; extrinſecus circumfuſa, ſeq́; in ſeipſa conuertens, ita ſempiternæ ſapientiq́; vitæ in vniuerſum tempus diuinum dedit exordium. Et corpus quidem cœli ſpectabile factum eſt: anima verò, oculorum effugit obtutum: rationis, & modulationis compos ab authore ſuo, omnium quæ ſemper ſunt, & ad intelligentiam pertinent optimo, ipſa quoque optima omnium quæ genita ſunt, effecta. Sed de anima mundi ſatis.

Anima in medio.

CAP. III.

An cœlum moueatur ab intelligentia, ſecundùm eſſe ſeparata.

IN ſecundo Pymandri abundè de hac quæſtione locuti ſumus: item ſi cœlum mouetur à forma ſua naturali, ita, vt nobis opus non eſſet de hac re iterum ſcribere; quia tamen, locus iſte talia exigit, lubetq́; etiam, quæ ab Auerroe dicta ſunt in lib: de ſubſtantia orbis, perſtringendo colligere, præteritis laboribus, nouos addere, inutile fore minimè iudicaui; vt ſic vtrinq; collectis ſapientum ſententijs, rei veritas magis, magisq́; emineat. Dicamus igitur, quid ſit tenendũ, ex ſubſtantia orbis exordio aſſumpto: Corpus cœleſte (inquit in principio de ſubſtantia orbis) ex duabus naturis compoſitum eſſe, iam dictum eſt: mixtim autem Auer: de his loquitur: Ego autem operæpretium me facturum putaui, ſi priùs de intelligentia, vtpotè de digniori, deinde de illius materia, verba facerem; verba Auer: ſeligendo, diuidendoq́;. Inprimis autem non ignorare oportet duplicem formam inueniri: alteram quidem materiæ tranſmutabili coniunctam: alteram verò, intranſmutabili, materiam, id eſt, cœlum conſtituentẽ in eſſe: illiq́; ſpeciem, atq; eſſe actuale præbentem: quemadmodum primus phyſ: liber recitat com: 63. & octauus eiuſdem com: 79. Itaq́; forma cœli, quia à ſubiecto non accipit eſſe, ſed vice verſa, ſubiectum ab ipſa; ideò intranſmutabilis eſt, non potentialis, & receptiua, ſed purè actiua. Secus autem ſe habet forma tranſmutabilis, materiæ tranſmutabili coniuncta: hæc ſiquidem, quia in ſubiecto recipitur ad vtrumq; contingenti, potentialis vtiq; redditur, atque receptiua, ad eas nempè quas ſibi materia largitur conditiones. Quamobrem huiuſmodi forma, mouens eſt, & mota: non quidem vt quod, & per ſeſeorſum; ſed potiùs vt forma mouens, id eſt, vt principium motus, quo videlicet graue, vel leue ſeſe mouet. Etenim quatenus eſt forma, actus quoque eſt, atque ità agentis officium exercet. Mota autem dicitur, quatenus illud ſit, quo graue, atque leue mouetur, idq́; in materia: à materia namq; accipit, vt potentialis ſit, atque motus capax, & receptiua. at forma intranſmutabilis, mouens quidem, non autem mota eſſe dicitur, quia ſecus ſe habet ad ſubiectum: bene ergo dictum eſt à Commentatore 4. phy: id eſſe materiam, quo graue mouendi potentiam habet, ſiue potentiam habet ad motum, formam verò, qua graue mouetur: forma ergo cœli, id eſt, intelligentia eſt mouens non mota. Sequitur commen: Omne, inquit, quod mouetur, componitur ex duabus naturis, videlicet recipiente, & agente. Quoniam autem corpora cœleſtia, corruptioni, atque generationi non ſunt ſubdita; hac de cauſa eorum formæ, diuidi ad diuiſionem ſubiecti non poſſunt; non enim exiſtunt in materia, dimenſionibus mediantibus: neque materiam habent recipientem eas mediantibus di-

Duplex forma.

Forma cœli.

Forma mutabilis.

Eſt mouens non mota.

Forma ſine dimenſionibus.

menſionibus

Intelligentia mouēs

menſionibus neq; recipiunt magnum, & paruum. hæc quidem Auer. Cæterùm nō ignorare oportet, quandam inueniri formam, ſubiecti quidem conſtitutiuam, non autem à ſubiecto conſtitutam: quoties enim ſubiectum, à forma, veluti à cauſa formali dependentiam habet, forma verò à ſubiecto, vti à cauſa materiali non dependet; conſtituens quidem, non autem conſtituta forma appellatur. Ex quo diſcimus, ſubiectum, relatione dependentiæ cauſæ formalis, ad formam referri: formam verò ad ſubiectum relatione dependentiæ cauſæ materialis, minimè. Itaq; forma, & non relationis ſubiectum, terminus eſt dependentiæ, quæ ideò relatiua dicitur, quia nimirùm ad ipſam ſubiectum refertur: hoc autem modo, conſtituens, & non conſtituta forma appellatur. Ex quo patet, formam cœli non ſeparatam, ſed coniunctam dicendam eſſe, ob huiuſmodi vtiq; dependentiam. Itaq; intelligentia forma dicitur coniuncta; quia nimirum operationem largitur, & eſſe, non autem recipit: appropriata verò, quia aliud ab ipſa, non ipſa ab alio dependet: ſeparata autem, quia terminus, non ſubiectum eſt vnionis. Sed diceret aliquis, ſi intelligentia eſt forma cœli; tunc planè eſſet actus, ac prima cœli perfectio: igitur materialis, vtpotè educta de potentia materiæ. Non eſt præterea actus primus, alioqui poſſet eſſe ſine ſecundo, & ita abſq; motu, & intellectione. neq; ſecundus; tunc enim eſſet operatio: denique forma corporis, & non materiæ diceretur, quod omnibus modis eſt falſum. Dico, intelligentiam eſſe actum, primamq; cœli perfectionem, ideoq; conſtituentem, non conſtitutam formam, quippè cùm non ſit educta de potentia materiæ. Eſt etiam actus cœli primus, quatenus illi eſſe largitur, atque ſecundus, quia ſcilicet per ipſam cœlum operatur. Primus autem ſine ſecundo in animali cœleſti eſſe non poteſt. Eſt autem actus materiæ, vt ſubiecti perfectibilis, cœli verò, vt ſubiecti completi. Cæterùm Auer: primo cœli com: 95. Formam cœli aſſerit eſſe intelligentiam, materiam verò corpus recipiens illam, quæ profectò natura, ſecluſa intelligentia in actu eſſe non poteſt: nec ſine intelligentia intelligibilis, ſed Analogiam ad ipſam, ſicuti materia cōmunis ad formam habet. Nec inde ſequitur, corpus cœleſte eſſe in potentia tantùm, & ita poſſibile non eſſe: nam etſi vtraq; materia eſt potentia; diuerſimodè tamen: communis ſiquidem eſt potentia ad vtrumq;, nempè ad eſſe, & non eſſe: atque ideò materia illa in potentia eſt abſolutè: cœleſtis verò ad eſſe tantùm. Vnde reſpectu cœli materia eſt in actu: metaphyſica nihilominùs, non autem phyſica ratione ambæ eiuſdem ſunt ſpeciei. Ineſt tamen cœlo potentia ad vtrumq;, reſpectu quidem motus, non autem formæ. Itaq; intelligentia eſt forma cœli. Octauo phy: com: 52. ait motores animalium, ad motum ſubiectorum mutare ſitum, quia ſcilicet & in eſſe, & in conſeruatione ab ipſorum dependent ſubiectis. motores autem orbium ſecus ſe habent, vt dictum eſt: eſt ergo intelligentia forma cœli. Reuera, ſi cœlum diffiniretur; intelligentiæ eſſentiam tantummodò explicaret, cùm ſit illius ratio, & quod quid eſt: ergo illius forma: hoc enim modo arguit Ariſt: 2. de anima tex: com: 8. Hoc autem eſt quod quid erat eſſe tali corpori: ſicut ſi aliquod organorum phyſicum eſſet corpus, vt dolabra; erit enim vtiq; dolabræ eſſe ſubſtantia ipſius, & anima, hoc; diuiſa enim hac, non vtiq; erit amplius dolabra, niſi æquiuocè, nunc autem dolabra. Amplius, omnis ratio, quæ propter aliqua duo, alicui attribuitur enti, alterum illorum formæ, alterum verò materiæ rationem habebit. ſed cœlo attribuitur motus, & intelligere, idq; reſpectu intelligentiæ potiſſimùm: ergo quod priùs. Sic etiam arguit Auer: 2. de anima com: 24. Quando, inquit, duo attribuuntur nobis, oportet, vt alterum forma, & alterum materia, vel tanquam materia ſit. Itaq; intelligentia eſt forma cœli abſtracta in eſſe, ſicut dicit Auer: in primo de ſubſtantia orbis: Forma cœli, inquit, non diuiditur per diuiſionem ſui ſubiecti, in cauſa autem eſt, quia non exiſtit in ſubiecto, ſecundùm quòd eſt diuiſibile, quia non conſtituitur per ſubiectum; imò eſt abſtracta in eſſe, quoniam cùm in toto exiſtat, ſubiectum non diuiditur per eius diuiſionem; in eo enim non exiſtit, neque in toto, neque in

Forma conſtituens tantùm.

Intelligentia quomodo eſt forma.

Quod non ſit forma.

Solutio.

Quòd intelligentia ſit forma cœli.

Intelligentia non mouetur ad motum orbis.

Ariſtoteles.

Forma abſtracta in eſſe.

parte

Intelligentia mouẽs

parte: & vniuerſaliter nec in diuiſibili, nec in indiuiſibili. Sed dicet aliquis, nonnè prima
forma eſt in primo mobili, vt dicere videtur octauus phyſicorum? 1. cœli com: 12. tam
Græci, quàm barbari ipſum ſupremum locum deo attribuerunt. Prima igitur forma eſt
in toto, & in parte. Deniq; ait, formas cœleſtes eſſe totas in toto, poſtea negat eſſe in totó,
& in parte. Dico, primam formam, atq; cæteras huiuſmodi æquiuocè ineſſe ſuis orbibus,
hoc eſt, independenter, atq; idcirco totas eſſe in totis, non partes in partibus, ſed totas
in ſingulis partibus: hoc autem Auer: innuere volebat, formam cœli non eſſe in toto,
nec in parte, dependenter ſcilicet: Et cùm ita ſit, inquit, neceſſe eſt, vt forma qua mo-
uetur, ſit illa ad quam mouetur, hoc eſt, agens & finis. In formis autem conſtitutis per
ſua ſubiecta differunt; ſcilicet quia forma qua mouentur, non eſt illa, ad quam mouen-
tur ad ſeipſam perficiendam per formam aliam; neceſſe eſt, vt ſuum mouere ſit finitum,
cùm non mouet, niſi quando mouetur; finis enim, quod eſt eſſe differt ab illius formæ
poſſe: in formis autem ſeparatis, idem eſt eſſe, & poſſe. Vnde eo ipſo quòd ſunt, poſſunt,
& habent finem; ita & ipſa forma eſt agens, & ſuæ actionis finis. Sed ambiget aliquis.
Si res ita ſe habet: fruſtra ergo mouet. aut enim ob ſui mouet conſeruationem: aut ali-
cuius rei acquirendæ gratia. non quidem ob gratiam ſui, ſiquidem cùm ſit perpetua, 1.
his opus non habet: neq; ob gratiam alterius, alioqui finem nondum eſſet conſequuta.
Amplius, quodlibet genitum, eo ipſo quòd eſt, formam habet. ſed forma eſt finis: eo 2.
igitur ipſo, quòd eſt, habet finem. Item: ſi quælibet intelligentia eſt agens, & finis: 3.
quælibet ergo eſt ſua beatitudo, quod eſt falſum; hoc enim ad primam tantùm ſpectat
intelligentiam. Tenet conſequentia: nam finis, eſt creaturæ beatitudo. Ad primum re-
ſpondet Auer: intelligentiam mouere ob præſeruationẽ coexiſtitiuam, hoc eſt, vt coexi- 1.
ſtat. Vnde 2. phy: com: 88. ait, in ſempiternis quidquid eſt neceſſarium, eſſe ſimpli-
citer neceſſarium, ex fine quidem, non autem ex materia: atque ita in ſempiternis eſt
neceſſitas ex fine ſimpliciter. In naturalibus autem, quia finis eſt poſſibilis, & non in
actu; ideò neceſſitas ſimpliciter non poteſt ex fine haberi. In ſempiternis autem omne
poſſibile eſt in actu, & neceſſarium; idcirco neceſſitas pendet ex fine, qui impediri non
poteſt. Ad aliud dico, duplicem eſſe finem: generationis vnum, nempè ipſam formam: 2.
& rei genitæ, id eſt, perfectiſſimam illius formæ operationem, qua primo redditur
motori ſimillima, quoad fieri poteſt. Itaq; quando res fiunt, eo ipſo primum, non autem
ſecundum finem poſſident: nam illum quidem per operationem, hunc autem per motum,
ac mutationem acquirunt. at res perpetuæ ab æterno, & eſſendi, & operandi finem
habent. Cæterùm, fides catholica hoc primæ tantùm intelligentiæ dicit eſſe attribuen-
dum. Ad vltimum dico ſecundùm rei veritatem, intelligentias non mouere propter fi-
nem, id eſt, beatitudinem habendam, cùm illa potiantur; ſed in gratiam potiùs primi
motoris, cuius imperio, & iuſſibus parent: idq; ad hominum ſalutem procurandam.
Hæc quidem theologi: philoſophorum verò nonnulli aliter ſentiunt. Cæterùm, Auicenna
arbitratus eſt finem nobiliorem cauſam habere, quàm agens: ideò corporum cœleſtium
formas mouentes intrinſecas eſſe dixit, atque materiales: formas verò, quæ mouent, vt
finis, ſeparatas, atque abſtractas. hoc autem Auerroi non placuit: nam ſi ita eſſet, in-
quit; tunc illæ formæ exiſterent in ſuis ſubiectis, atq; ad motum ſubiectorum moueren-
tur, ſicq; ad diuiſionem ſubiectorum mouerentur: motum enim ſi mouetur eſſentiali-
ter, erit diuiſibile eſſentialiter, & ſi per accidens, per accidens. Quaſi diceret Auer:
Si ita res ſe haberet ſicut dicit Auicenna; tunc planè motores orbium ſuis in ſubiectis
eſſent, atque ad illorum motum per accidens mouerentur, & ſic per accidens ſaltem eſ-
ſent diuiſibiles: eo enim modo, quo vnumquodq; mouetur, eſt diuiſibile: vt ſi eſſentia-
liter, ſiue per ſe mouetur; ſic etiam ſit diuiſibile: ſi verò per accidens, per accidens.
Non ergo verum eſt, formas effectrices in ſubiecto eſſe. Nihil ergo eſt in corporibus, in-
quit Auer: cœleſtibus, quo forma, qua eſt motus, differat ab ea, ad quam eſt motus;

Quomodo prima forma ſit in cœlo.

Forma cœli eſt agens & finis.

Argumenta contraria.

Solutio.

Duplex finis.

Auicennæ opinio.

Reprehenditur.

Forma vt finis, & agens eadem.

imò ſunt eædem formæ, & non differunt, niſi in diſpoſitione, hoc eſt, diſtinctione rationis. Etenim forma, ſeu intelligentia, quatenus per motum quid conſeruabile intelligitur, habet rationem finis optimi, & appetibilis. At verò quatenus eſt intelligens, & appetens huiuſmodi diſpoſitionem, veluti eius eſſe; ſic certè eſt agens, mouens, ac motum efficiens. Sola ergo ratione, ſiue diſpoſitione diſtinguuntur. Amplius, intellectus, & in-

Intellectus & intellectum idem.

tellectum idem ſunt in corporibus cœleſtibus, vt dicit philoſophus: quod quidem verum eſſe in primo motore; in alijs verò per intellectum id intelligitur, quod per motum eſt conſeruabile, finis ſcilicet: per intelligentem verò, finem illum appetentem. Ex quo pa-

Theologi diſſentiunt ab Ariſtotele.

tet in idem recidere, quod proximè dictum eſt. Sequitur etiam apud Ariſtotelem, in corporibus cœleſtibus idem eſt finis & agens: igitur mouent motu æterno, quod planè theologis non probatur, qui motus æternitatem nõ admittunt. quam ob cauſam ait Auer:

Quomodo eſt æterna.

Si ita eſſet, inquit, vt dixit Auicenna; tunc ſuum mouere eſſet finitum: quod enim mouetur, impoſsibile eſt, vt ſit principium motus æterni; finis ſiquidem in mouentibus eſſet quid extrinſecum, atque extraneum, & ideò non æternum. Et quod dicunt incipientes philoſophari, quòd animæ iſtorum corporum cœleſtium ſint formæ in materijs, quæ

Epilogus.

ſcilicet acquirunt æternitatem ex formis immaterialibus, nihil eſt; natura enim generabilis, & corruptibilis non recipit æternitatem ab alio. Itaq; forma cœli non accipit eſſe à ſubiecto, ſed ſubiectum ab ipſa, eſt mouens non mota, dimenſionibus vacans, conſtituens, non conſtituta, coniuncta, appropriata, ſeparata, non mota ad motum orbis, abſtracta in eſſe, agens & finis, mouens motu æterno, ſecundùm Auerroem. Hæc ex primo de ſubſtantia orbis.

CAP. IIII.

An formæ cœleſtes moueantur per accidens.

Subiectiuè.

ALiquid moueri per accidens, bifariam dicitur, teſte Auer: 8. phyſ: com: 52. ſubiectiuè quidem, ſiue delatiuè, qualia ſunt omnia, quæ cum ſuis deferuntur ſubiectis, de loco ad locum, veluti albedo in corpore moto, & anima

Attributiuè.

cunctorum, quæ ſub cœlo habentur animantium. Alio modo attributiuè, ſiue reſpectiuè. quod planè fit non mutando ſitum; ſed potiùs ob motum extrinſecus aduenientem ſubiecto, quod ab ipſis mouetur. hac ratione intelligentias medias per acci-

Formæ cœleſtes non mouentur per accidens.

dens moueri dicimus, non quòd mutent ſitum, ſed quòd eorum mobilia, ſiue orbes, à primo moueantur motore, à quo vniuerſum, motu diurno mouetur, reliqui verò orbes, ſecundo, & tanquam partes. ſic enim recitat 12. met: lib: com. 44. & ſecundus cœli com: 71. Prima quidem latio, inquit, 2. cœli com: 71. vna eſt; plura tamen diuina cor-
1. pora fert. cætera autem multa quidem; vnum tamen vnaq; fert corpus. Ex quo patet,
non modò primum motorem; verùmetiam, nec cæteras intelligentias ſubiectiuè moueri:
attributiuè verò medias, primum verò neutro iſtorum; cum nullum ſupra ſe orbem ſeu
2. mobile habeat. Reuera, vt dicitur octauo phyſ: com: 36. & 37. Omne, quod eſt per acci-
dens tale poteſt non eſſe; omne ſiquidem accidens, eſt contingens, quod poteſt non eſſe.
3. omne præterea per accidens mobile, teſte Auer: primo de ſubſtantia orbis, ſicut anno-
tauimus paulò antè, eſt etiam per accidens diuiſibile: atq; ita eſſent formæ materiales.
4. Amplius, non mouentur per accidens, ſicut ambulans in naui: cùm enim non ſint corpora, ſeorſum moueri nequeunt: neque per aliud, alioqui eſſent formæ extenſæ, & accidentales. Formæ ergo cœleſtes non mouentur per accidens ſubiectiuè, niſi attributi-

Argumenta contraria.

uè tantùm, idq; mediæ: prima autem, ab omni modo eſt libera. Sed dicet aliquis, quælibet intelligentiarum eſt proprij orbis perfectio: igitur ad illius motum mobilis, ſaltem attributiuè. Reuera, quemadmodum mediæ ob motum primi mobilis per accidens mo-

ueri dicuntur; ita planè & prima ob planetarum motum, cùm ſubiectum primum ſit quoddam ex omnibus aggregatum orbibus. Quatenus igitur orbes, qui ſunt partes vniuerſi per accidens attributiuè mouentur: & ipſe quoque primus motor. Inſuper, ſi anima per accidens moueri dicitur, quia eius mobile mouetur ab alio; quam ob cauſam, non idem illi contingit, quando ſuum mouet orbem? Dico cum Auer: 9. met: com: 2. Formas cœleſtes non moueri ſubiectiuè ad motum orbium, quia ab illis eſſentialiter, aut accidentaliter nequaquam dependent. Anima præterea eſt in qualibet parte orbis, omnemq́ occupat ſitum: non ergo per accidens moueri poteſt. Adhuc, orbis, vt dicitur 6. phyſ: ſecundùm formam, non autem ſecundùm ſitum, locum mutare dicitur. at intelligentia eſt orbis perfectio quôad ſubiectum, non autem quôad formam; hac de cauſa per accidens moueri non poteſt. Ad confirmationem dico, primum motorem nullo modo per accidens moueri, quia eſt prima ars, cuius virtute cæteræ mouentur intelligentiæ: proinde illarum motu per accidens moueri non poteſt. Primus præterea in mouendo, aliquem ſuperiorem non imitatur; ideò non mouetur ad motum alterius. Denique partes reducuntur ad totum, non autem è diuerſo: quamobrem, quia cætera mobilia reducuntur ad vnum primum; idcirco illorum motores per accidens attributiuè moueri dicuntur: non ſic autem primum mobile, ac illius motor; ſpectat enim hoc, teſte Auer: 8. phy: com: 52. ad omnimodam primi motoris perfectionem, vt nullo modo per accidens moueri queat. at cæteræ intelligentiæ, quia ab huiusmodi perfectione deficiunt, propterea nonnihil ſimilitudinis cum cæteris habent animantibus, vt per accidens ſaltim attributiuè moueri dicantur. Ad aliud negatur ſimilitudo: animæ namque animantium non per ſe abſolutæ, ſed ab extrinſecis impelluntur rebus, atque incitantur. at animæ orbium, cùm ſint finis, & cauſa motus, propriè, verèq́ per ſe mouent. Sed quæret aliquis, an omninò ſit vera illa Auer: ſententia, quòd nullum corruptibile poſſit ab alio fieri perpetuum: nam potentia materiæ, qua poteſt recipere infinito quaſi tempore aliam, atque aliam formam, eſt quidem corruptibilis; & tamen æterna, ad mentem philoſophi. Dico aliquod ens eſſe ſuapte natura æternū: aliud verò per accidens, nempè potentiam materiæ; infinitarum ſiquidem ſucceſſione formarum, perſeuerat in eſſe. Itaq́ corruptibile ſecundùm proprias cauſas, neceſſariò corrumpi neceſſe eſt: perpetuitatem autem accipere poteſt, ex aliquo extrinſeco adueniente. Nonnulli aiunt illam Auer: ſententiam in ſubſtantijs tantùm æternis veritatem habere; ſiquidem omne æternum à parte ante, eſt etiam æternum à parte poſt; nihil enim in ſubſtantijs huiusmodi, ſimul eſt æternum, & corruptibile. at in accidentibus multa ſunt corruptibilia, quæ nunquam corrumpentur: nam ab alio æternitatem mutuant, veluti motus cœli, qui à ſuo motore, æternitatem recipit 12. met: com: 41. Atqui motus & lumen continuè generantur, & corrumpuntur, ſic etiam elementum ſecundùm totum manet, ſecundùm partes verò corrumpitur: præſtat ergo dicere illam ſententiam vniuerſaliter ex ſe veram eſſe.

Solutio.

Prima intelligentia nullo modo per accidens mouetur.

Si aliquod corruptibile poſsit eſſe æternum.

CAP. V.

Forma largitur cœlo motum, & eſſe, ex ſecundo de ſubſtantia orbis.

Forma vna cœli.

Forma (inquit Auer:) qua mouetur cœlum non eſt generis formarum quatuor elementorum, alioqui eſſet grauis, vel leuis, moueretur q́ per ſe, & per accidens. Natura ergo cœli eſt natura animæ; nullam enim præter animam illam, formam habet, à qua cœlum habet, vt ſit mobile corpus in actu. Porrò, illa intelligentia, & forma cœli dicitur, & ſubſtantia: for-

De formis cœleſtib9

ma quidem, quatenus eſt mouens in actu; ſubſtantia autem, quatenus illa, corpus cœle-
Differentia formarum. ſte reponitur in ſpecie, & eſt actu corpus. hæc autem inprimis largitur cœlo eſſe ani-
mal, deinde eſſe corporis: non ſicuti animal terreſtre, cuius anima ſecundùm rationem
ſaltem priùs largitur materiæ eſſe ſubſtantiæ, deinde eſſe corporis, tertiò eſſe vegetati-
uum, quartò ſenſitiuum, poſtremùm rationale. Cœlum itaq́ priùs eſt animal, quàm
corpus, atque ſubſtantia: nam ante animã nulla in cœlo forma præceſſit: ſicuti in ho-
mine ſaltem ſecundùm rationem, corporeitatem, atque ſubſtantialitatem, animæ aduen-
tum præceſſiſſe, dicimus: ex animæ ſiquidem vnione ad cœlum, corpus, quantum, fi-
Argumenta. guratum, & id genus, cœlum efficitur. Itaq́ priùs eſt animal quàm cœlum, ſicuti prio-
ritate naturæ, aut rationis, ſiue ſecundùm intellectum, non autem ſecundùm rem, priùs
1. eſt homo animal, quàm homo. Sed dicet aliquis: omne quod mouetur, in partem
motam in actu, & mouentem in actu diuidi, neceſſe eſt. ſed cœlum mouetur: igitur eſt
tale aliquid. at pars mouens in actu, eſt anima: pars ergo mota in actu, eſt alia for-
2. ma; alioqui anima cœli, eſſet mouens, & mota, quod ſupra negauimus. Amplius, cœ-
Solutio. lum eſt corpus: igitur habet formam corporeitatis. Dico, cœlum ab intelligentia, eſſe
mobile in actu, ſicuti homo ab anima rationali eſt mobilis in actu. Ex intelligentiæ au-
tem vnione, ſequitur cœli corporeitas, & quæ ſunt generis eiuſdem, quæ poſt animæ con-
iunctionem, conſequuntur. Rectè ergo dictum eſt à commentatore: cœli naturam, eſſe
naturam animæ. Sequitur Auer: Sed quoniam, inquit, nos inſpeximus animalia, quæ
Motus animæ circularis. ſunt hîc, & inuenimus duo principia duorum motuum, quorum alterum eſt principium
motus recti, & inuenimus motum iſtum eſſe contrarium motui inclinationis; neceſſe eſt,
vt motus animæ ſit circularis, à qua cœlũ mouetur in orbem. & ita ſequitur, quòd illa na-
tura, quæ facit ipſum eſſe corpus, neq́ leuis, neq́ grauis ſit, & quòd etiam mouetur circu-
lariter. Sanè, hoc in cœlo veritatem habet, cuius natura eſt ipſa intelligentia, nihilq́ aliud
principaliter, ſeu diſpoſitiuè inuenitur: in alijs autem corporibus non eſt ſimile; anima
Cœlum non eſt graue, aut leue. enim hominis non eſt grauis, aut leuis, corpus verò illius graue eſſe cognoſcitur. Cœlum
præterea, ſi tale quid eſſet, cum labore moueretur, quod profectò primo, & optimo non
conuenit corpori. Itaq́ natura corporis cœleſtis non eſt, niſi natura animæ mouentis in
loco; non enim eſt in eo de potentijs, niſi potentia in loco, & motus circularis, ac nobi-
Appetitus intellectiuus ineſt cœlo. liſſima figurarum, nempè ſphærica. Illa autem forma, anima quodammodo dicitur, pro-
pter appetitum exiſtentem in ea, cuius mouere eſt quodammodo intelligere, ſiue intelle-
ctus, & eſt forma ſimplex, per quam animal cœleſte componitur ex vno mouente, &
Anima. vno moto. Reuera, animalia, quæ hîc mouentur, cùm ex pluribus in vna eſſentia ſpe-
cie ſint compoſita; ad vnum primum mobile, quod mouetur à ſe primo, & eſſentialiter,
quodq́ conſtat ex moto primo, primoq́ motore, neceſſariò reducũtur. Quoniam autẽ pri-
mus motor, nõ eſt virtus ſimplex in corpore, per corpus conſtituta: alioqui ſuperius mo-
bile haberet, ad cuius motũ per accidens moueretur; hac de cauſa, anima cœli nominatur
Motus cœli intellectiuus vnde. intellectiua, & forma ſimplex. Vnde motus cœli intellectiuus dictus eſt: tùm quia eſt
maximè regularis, qui profectò procedendi modus, intellectus ſimilitudinem gerit:
tùm quia eſt ſine organorum adminiculo, ſicuti etiam fit intellectio; per nullam enim
determinatam corporis partem perficitur, atque completur: deniq́ à mobili proficiſci-
tur immateriali, atque motore: ſic etiam intellectus, atque ipſa intellectio. Vocatur quo-
que anima, ob virtutem appetendi: nam teſte Philoſopho 2. de anima, animatorum gra-
Appetitus. Intellectus. dum, appetitus conſtituit: intellectiua verò ob motum ordinatiſſimum: ſimplex autem,
quia nimirum ex illa, veluti ab vno motore, & cœlo, animal cœleſte efficitur, vtpotè
non per ſubiectum conſtitutum. Cœlum autem ex virtutibus animæ, appetitum, & in-
tellectum habere dicitur, idq́ ob ſuæ animæ gratiam. Porrò, prima intelligentia, ſe-
ipſam, reliquæ verò primam appetunt: omnes verò propter pulcherrimum mouendi or-
dinem, ſuis certè orbibus, quaſi motum intellectiuum largiuntur. Quomodo ergo inſit

appetitus,

Cœlum eſſe compoſitum.

appetitus cœlo, atq; intellectus, patet. Sequitur Auerr. è contrario de animalibus, quæ ſunt hîc; apparet enim, quòd mouens componitur, ex anima videlicet, & re deſiderata extrinſecus mouente animam; & ideò motum inuenitur in eis compoſitum, non ſimplex.

Motus animalium compoſitus.

Sed de hoc paulò antè diſputauimus. Itaq; corpus cœleſte non indiget anima ſenſibili, aut imaginatiua; ſed virtute, quæ non ſit corpus, nec in corpore, quæ ipſi largitur permanentiam æternam, ac motum æternum ſecundùm Auerroem.

Largitur eſſe æternum.

Reuera, non modò indiget virtute mouente ſemper in loco tantùm, ſed etiam largiente in ſe, & ſua ſubſtantia permanentiam æternam; ex ſe enim eſt finitæ actionis, quia ſcilicet eſt finitarum dimenſionum, ac terminatæ ſuperficiei ipſum continentis. Profectò, in ſeparatis à materia, forma, finis, & efficiens ſunt idem.

Finis efficiens Forma idem.

Cùm autem cœlum ſit ab intelligentia, vti à forma, & fine; erit etiam, vt ab efficiente: ſed hoc tantùm primæ conuenit intelligentiæ, ſecundùm ſcripturarum ſanctam veramque ſententiam; in ipſo enim omnia viuunt, mouentur, & ſunt. Sequitur Auerr. Cœlum, inquit, habet virtutem, & mouentem omnia, & agentem, & conſeruantem, ſicuti eſt diſpoſitio in corpore hominis, & in corpore facto propter finem proprium; finis enim ſignificat agens ſignificatione neceſſaria, ſicut mouens ſignificatur per motum; finis enim ad extra, effectus rationem habet, qui ſine agente non eſt.

Finis ſignificat agens.

Cauſæ inſuper, ſunt ſibi inuicem cauſæ: finis autem non diceretur, niſi moueret agentem: nec viciſſim agens, niſi moueretur à fine. Deniq; finis eſt vltimum in executione, quod abſq; agente fieri non poteſt. Quoniam igitur finis quo ipſius cœli, eſt motus, ac rerum conſeruatio; finis autem gratia cuius, eſt ipſamet intelligentia, quatenus per huiuſmodi motum conſeruatur; hanc ob cauſam putauit Auerroes intelligentiam cœli, cauſam eſſe effectricem. ſed aliud docet Catholicæ fidei veritas.

Finis quò.

Cæterùm, duplex eſt agens, quorum alterum, effectum tempore præcedit, ſicuti eſt in ſphæra iſtius mundi inferioris; diſponit enim materiam, formamque ex illius potentia educit: aliud verò, natura eſt prius, ſicut eſt diſpoſitio temporis cum orbe, & agentis cum orbe, ſcilicet facientis ipſum in diſpoſitionibus neceſſariis, in inueniendo finem, ob quem fit: intelligentia namque natura, ac cauſalitate orbem præcedit: nec refert, quòd cœlum, ad mentem Auer. exiſtens æternum, agente non indigeat ſibi coæuo, aut priori. nam etſi agente non indigeat de potentia ad actum educente; indiget nihilominùs conſeruante, id, quod actu talem obtinet diſpoſitionem.

Duplex agens.

Ex quo patet intelligentiam eſſe formam cœli, non quidem ab agente eductam, nec de nouo illi eſſe largientem; ſed ipſammet agentem, & conſeruantem, deniq; perficientem: & finem, cuius gratia cœlum eſt, & mouetur, cœlo nobiliorem, altioremq;. Sanè, hæc quæ à philoſopho, atq; Commentatore dicuntur, optimè congruunt primæ intelligentiæ. Itaque corpus cœleſte cùm non tranſmutetur ſecundùm ſubiectum; ex ſubſtantia in actu, & dimenſionibus in actu componitur. Patet ergo, quòd illius forma, & eſſe largiatur, & motum circularem, appetitum, atq; intellectum, quodque non ſit educta de potentia materiæ, ſed actu exiſtens, priùs cœlum, animal, quàm cœlum, ſeu corpus conſtituerit, ſicut dictum eſt. Et hæc quidem ex ſecundo de ſubſtantia orbis.

Forma non educta de potentia.

Sed iam ad tertium tranſeamus. Omnis virtus in materia eſt finita: at motor cœli non eſt finitus, ſiue finitæ, determinatæq; virtutis, alioqui non largiretur motum infinitum, ad mentem Auerr: igitur non eſt virtus in materia. Quare, ſi corpus cœleſte recipit mouere infinitum; non eſt compoſitum ex materia & forma; omne enim tale eſt finitæ receptionis, ſicut finitæ motionis in aliud.

Forma cœli ſi eſt infinitæ virtutis.

Circumſcripto ergo motore, cœlum non eſt compoſitum ex materia, & forma: ſic enim docet primo cœli comm. 5. nempè cœlum non eſſe compoſitum ex vera materia, & vera forma; ſed æquiuocè tantùm, quippè cùm intelligentia ſit natura cœli non vniuocè, ſed æquiuocè potiùs: nam etſi quatenus ſunt animæ, cœlum conſtituant in eſſe, ac propriis illi accidentibus, figura videlicet & motu; non tamen propriè ſunt illius naturæ, cùm à ſubiecto non dependeant: natura namq; ratione tantùm metaphyſica, quæ eſt potentiæ principiique ratio, non autem phy-

Cœlum non eſt compoſitũ ex materia, & forma.

Cœlũ eſſe compoſitum.

ſica, quæ eſt ratio potentiæ tranſmutabilis, de cœlo, atq; iſtis inferioribus prædicatur. Cùm autem intelligentia ſit forma abſtracta in eſſe, alicuius non dicit propriè corporis naturam; natura enim eſt principium, per quod res mouetur, & quieſcit per ſe; ideò de forma abſtracta dici non poteſt, quia natura per ſe ineſt enti naturali. Reuera, generationis corruptionisque principium eſt materia primi phyſ. comment. 9. at cœlum eſt incorruptibile: non ergo ineſt illi materia, ad mentem Auerro. & philoſophi: Non omnium, inquit, eſt eadem materia, ſed eorum, quorum eſt tranſmutatio ad inuicem. Sed

Quomodo cœlum dicitur compoſitum.

de hoc poſtea, cùm ſermo inciderit de materia cœli. Itaq; in cœlo ſecundùm Auerro. eſt compoſitio ex mouente, & moto, non autem propriè ex materia, & forma naturali. Cœlum ſiquidem circumſcripta intelligentia, non eſt ens in actu, quod agere poßit in hæc inferiora; motus enim tunc ſibi non ineßet, qui eſt tanquam vita omnium natura conſtantium. Itaq; cœlum, ſine intelligentia, non eſt ſubſtantia compoſita ex materia, & forma, alioqui corruptioni eßet obnoxium. nec etiam forma dici poteſt, formæ quippè eſt mouere, non moueri. 9. met. comm. 17. Nihil prohibet vt cœlum ſit materia, ſed prohibet vt ſit forma: materia, inquam, non ad vtrumlibet, ſed ad vbi tantùm.

Quæſtio.

Quando autem cœlum, vt quoddam animal ex ſe motum, intelligitur; tunc planè ex duabus naturis, nempè mouente, & moto, compoſitum eſſe dicitur, & eſſe in actu, atque agere in hæc inferiora. Sed dicet aliquis: Cœlum, ſecluſa intelligentia, aut eſt actus, & ſic eſt forma ſubſiſtens,

Solutio.

quod eſt falſum: aut eſt nihil, & hoc quoque eſt abſurdum: igitur eſt aliquid habens actũ, atq; ita, ſine intelligentia, motu tantùm & lumine, in his inferioribus virtutẽ haberet agendi. Peripathetici negarent cœlum ſine intelligentia eſſe in actu: Natura, inquit Auerr. huius, eſt natura animæ, & Themiſtius, Simplicius, Alexander 3. phy. aiunt: Corpus æthereum vi ſuæ naturæ, ſolo actu conſiſtere, idq; per intelligentiam ſui orbis; de forma enim, ac ſpecie ſua nequit mutari: quia autem vbiq; totum eſſe non poteſt; potentiæ, quæ eſt ad locum, particeps eße dicitur. hæc quidem illi. At nos ſalua

Propria opinio.

tantorum authoritate virorum, non videmus aliquod impoßibile, quominùs cœlum, ſicut alia corpora ſimplicia, ex propria ſit materia, & forma compoſitum, moueaturq; motu naturali, abſque vlla corruptione, ob formæ perfectionem, quæ omnem explet materiæ appetitum. Illam autem formam dicerem intrinſecam, naturalem, ab ipſo cœlo minimè abſtractam. Cæterùm ad mentem Auerr. cœlum eſt compoſitum ex materia & forma, hoc eſt, ex intelligentia, & materia, quæ eſt in actu per ipſam intelligentiam, quæ quidem materia eſt intelligibilis per hanc ſuam formam: ſicuti materia communis per analogiam ad formam: habet autem tantùm potentiam ad eſſe, & non ad non eße, ſicut materia communis, ideòq; vocatur materia in actu. Quôad verò ad motum, non autem quôad formam, habet potentiam ad vtrunq;. Ex quo patet ſecundùm Auerr. primo cœli comm. 95. cœlum phyſica ratione non eße compoſitum ex materia, & forma, alioqui eßet grauè, vel leue, & ita corruptibile.

CAP. VI.

Cœlum (ſecluſa intelligentia) eſt compoſitum ex materia & forma.

1. *QVidam contra Auerroem aliorumq; ſententiam ſic arguere ſoliti ſunt: Omne, inquiunt, ſenſibile, eſt indiuiduum demonſtratum, 3. de anima, & ex conſequenti compoſitum ex materia & forma. ſed cœlum, etiam ſine intelligentia, eſt aliquid tale: igitur eſt compoſitum ex materia & forma. Reuera, teſte Auerroe 3. de anima comment. 14. Omne ens, citra primum, aut ex materia & forma, aut ex potentia & actu componitur. ſed corpus cœleſte, citra Deum, & ab-*

ſque

ſque ſua intelligentia, eſt ens: igitur ex materia & forma compoſitum; eſt enim ens Cœlum eſſe compoſitum.
in actu. Sanè, cœlum, ſine intelligentia non eſt accidens: ſubſtantia ergo, non materia
abſolutè, nec forma ſimiliter: igitur compoſitum ex vtraq;. Amplius, cœlum (circum- 2.
ſcripta intelligentia) non eſt indiuiſibile, alioqui eſſet intellectus: diuiſibile ergo, & ita
eſt corpus, compoſitum vtiq; ex materia & forma. Sanè, ſi cœlum habet eſſe ab intelli-
gentia; eſt ergo in potentia ad eſſe; ex ſe enim eſſe non habet, atq; eadem ratione in po-
tentia ad non eſſe, & ita corruptibile. Adhuc, orbis ſolis (ſepoſita intelligentia) eſt e- 3.
iuſdem rationis cum aliis orbibus, aut diuerſa: ſi eiuſdem, plures ergo formas recipere
poteſt: ſi verò alterius; ad vnam ergo tantùmmodò formam habendam aptitudinem
habet, idque vel per ſuam eſſentiam, vel per aliquem actum medium. non per ſuam eſ-
ſentiam; eſt enim reſpectu intelligentiæ, pura potentia: igitur per aliquem actum me-
dium, atq; ita compoſitum ex materia, & forma. Deniq;, ſi intelligentia formaliter in-
eſt cœlo, per accidens vtique moueretur; alicuius enim compoſiti forma eſſentialis, ad
motum compoſiti per accidens mouetur. Ad primum, Auerr. reſpondet: Cœlum, ſine Solutio.
intelligentia, non indiuiduum, nec ſenſibile eſſe; omnia enim illa ſequuntur, non autem 1.
præcedunt intelligentiæ vnionem. Eodem modo ſoluitur confirmatio: cœlum namque ſo-
lùm eſt potentia ad vnum, vnde eſt materia ad vbi, & non ad vtrumq;. Ad 2. Si in illo 2.
priori pars cœli conſideretur; eſſet vtiq; indiuiſibilis, de facto tamen diuiſa, atq; ideò
non eſt intellectus, quippè cùm intellectus, & re, & ratione ſit indiuiſibilis. Ad confir-
mationem dico, cœlum, eſſe, actumque ab intelligentia accipere, ad quam habet poten-
tiam tantùm, non autem ad non eſſe, ſicut materia communis. Ad 3. Partes in cœlis, quæ 3.
materiæ locum occupant, vt motus, & formæ, ſunt alterius, & alterius rationis: quam
ob cauſam illarum quælibet, per ſuam ipſius potentiam, quæ eſt eius eſſentia, ad ſuum
quidem actum determinatè fertur. Ad confirmationem patet ſolutio: intelligentia ſi-
quidem non eſt forma cœli ſubſtantialis, tametſi cœlo eſſe largiatur; hac de cauſa inter
cœlum, & intelligentiam non eſt vniuoca compoſitio. Reuera, omnis forma vniuoca in Non eſt compoſitio vniuoca.
materia vniuoca recepta, de potentia materiæ extrahitur à naturali agente. ſed cœli
forma non eſt talis: igitur cœlum non componitur ex materia & forma. Amplius, cœ- Intelligentia eſt perfectio orbis.
lum, ſine intelligentia non eſt compoſitum ex materia, & forma alterius rationis, alio-
qui otioſa eſſet intelligentiæ copulatio: ſiquidem illa forma, cùm eſſet actus, ad cœli
motum ſufficeret. hanc profectò rationem mihi ſatis placere affirmo, eamque omninò
amplecterer, ni aliud omnium propemodum ſapientum doceret authoritas. Cæterùm ad 1.
mentem Auerr. intelligentia eſt perfectio cœli, cui largitur non modò operandi virtu-
tem; verùmetiam potentiam eſſendi, ſiue ipſum eſſe: omne ſiquidem conſtituens corpus
in eſſe, locat illud in ſpecie, atq; operationem largitur, & eſſe. Sed intelligentia ita ſe ha-
bet ad cœlum, quemadmodum docet primus phyſ. liber comment. 63. & octauus com.
52. Ergo. Adhuc, in ſeparatis à materia, finis, forma, & efficiens coincidunt, deſtru. de- 2.
ſtru. diſp. 3. ſolut: dubij 19. circa finem: ergo. Sanè, in tribus cauſarum generibus, ani-
ma eſt ſui cauſa ſubiecti. 2. de anima. ſed intelligentia eſſe cœli anima: igitur eſt illius
efficiens cauſa, forma, & finis. Profectò, forma, à qua fluunt accidentia omnia alicuius 3.
ſubiecti, non tantùm operationem; verùmetiam eſſe illi largitur. ſed intelligentia, vt di-
citur primo cœli comm. 5. & 2. cœli comm. 3. eſt propriorum omnium accidentium cau- Si cœlum ſit animatum.
ſa. Ex his ergo, atq; ſimilibus patet cœlum ab intelligentia, & eſſe, & operationem acci-
pere. Ex his autem ſequitur quæſtio, an ſcilicet cœlum ſit animatum, in 2. Pymandri ſa-
tis diximus, quo circa paucis me expediam. Secundo cœli comm. 61. tales à Commenta-
tore adducuntur rationes: Cœli, inquit, animatis præſtantiores ſunt: igitur animati: nã 1.
id, quod non eſt animatum, non eſt animato præſtantius. Amplius, omne, quod eſt de- 2.
terminatæ figuræ, motus quoque determinati, in partem determinatam, eſt animatum.
ſed tale quid eſt cœlum: igitur animatum. Denique, motor corporis cœleſtis non eſt in

mate-

Cœlum eſſe compoſitum.

materia: eſt ergo intellectus: atque ita cœlum intelligit, & eſt animatum. Sed nunquid animatum anima aſſiſtente? Sic enim quidam arbitrantur, cœlum ſcilicet propriam habere actualitatem, motorem verò cœli, alteram, atque ex ambobus, veluti ex naui, & nauta, vnam operationem fieri. Sed hæc ſententia Peripathetica aduerſatur doctrinæ: omne enim compoſitum per ſe mobile, & intelligens, per ſe etiam à ſua forma habet eſſe formaliter. ſed cœlum eſt huiuſmodi, 3. de anima comm. 14. Ergo. Nam ex aſſiſtente operatio non dicitur formalis: ſicuti nauis non vocatur formaliter intelligens, quia nauta intelligit. Amplius 2. cœli comment. 3. & in fine primi capituli de ſubſtantia orbis, cœlum eſt vnum eſſentialiter, & verius quàm homo. ſed homo eſt vnum animal formaliter: cœlum ergo ſimiliter.

Cœlum formaliter intelligit.

Solutio.

Dico, duplicem eſſe animam: alteram quidem ſubiecto eſſe largientem, atq; in eſſe per ſubiectum conſtitutam, cuiuſmodi ſunt multorum animalium animæ, quæ etſi ſpeciem illis largiantur; in eſſe tamen & conſeruari, à ſubiectis dependent: alteram verò, quæ licet præbeat eſſe; non tamen à ſubiecto, illius eſſe dependet, veluti eſt intellectus poſſibilis in homine, & intelligentia in corpore cœleſti. Intellectus ſiquidem poſſibilis, in eſſe ſpecifico, & vltimo, hominem conſtituit: quoniam autem eſt immortalis, ab eſſe hominis non dependet. Eodem modo cœlum quidem ab intelligentia conſtituitur in eſſe, ipſa nihilominus à cœlo non dependente. Ex quo patet, quòd quemadmodum ex intellectu, & corpore humano fit vnum formaliter; ita ex intelligentia, & corpore cœleſti.

Vnum formaliter.

Auerr.

Suffragatur huic ſententiæ Auerr. 1. phyſ. comment. 63. Fuit, inquit, neceſſe, vt forma eius eſſet libera ab hoc ſubiecto. id eſt, vt non dependeret à ſubiecto nec in eſſe, nec in conſeruari quidem, & vt non haberet conſtitutionem per corpus; ſed corpus cœleſte conſtitueretur per illam. ex quo patet cœlum eſſe animatum animatione æquiuoca, quia anima cœli eſſe illi largitur; non tamen dependet ab ipſo, atque ideò deeſt perfecta animati ratio. Sed iam eò redeat, vnde defluxit oratio, nempè, intelligentiã cœli motricem non eſſe virtutem in materia: Omnis, inquit Auer. 3. de ſubſtantia orbis, virtus in corpore eſt finita. Reuera, ſi eſſet in corpore, eſſet finita, & infinita: infinita quidem, quia æterno vigore, quo reſiſteret corrumpenti: finita verò quia in materia: Forma ſiquidem per materiam finitur. 2. phy. & Auerr. commen. 26.

Intelligentia non eſt virtus in materia.

Finita & infinita.

Si enim eſſet in compoſito corpore; eſſet vtiq; corruptibilis, atq; ita illi neceſſe eſſet, vt tempore æterno reſiſteret corrumpenti, quod abſq; vigore infinito fieri non poſſet. Eſſet ergo infinita vigore; & ita in non tempore, & tempore moueret. In non tempore, quia infiniti, in tempore quia finiti vigoris. Ex quo patet poſſe inueniri virtutem infinitam in tempore extra corpus finiti vigoris. Et nullam virtutem infinitam eſſe poſſe in tempore, quæ non ſit etiam vigore infinito. Porrò, Auer. 8. phy. comment. 79. arbitratur, quòd ſi virtus æterna ſit in corpore, vigore, & tempore infinitam fore: extra verò magnitudinem, nec finitam, nec infinitam eſſe. quod quidem ſic intelligendum eſt, motorem cœli, à ſubiecto, ſeu materia, finitudinem, ſiue infinitudinem non accipere. Nulla itaq; virtus infinita in extenſione, & duratione, ab aliquo corpore conſtituitur in eſſe, alioqui eſſet infinito vigore, & ex conſequenti moueret in non tempore: vel virtus finita in æquali tempore mouere poſſet; inter illas ſiquidem cadit comparatio. Dicet aliquis, quare virtus infinita in corpore moueret in non tempore? Dico, cœli potentiam, tum ex parte actionis, tum etiam paſſionis, finitam, atq; determinatam eſſe. Patet hoc ex philoſophi authoritate 2. cœli comm. 71. Si cœlo, inquit, adderetur aſtrum; aut tardiùs, aut nunquam moueretur. at virtus infinita agens ſecundùm vltimum ſuæ potentiæ, cùm contrarium ſibi æquari non poſſet in renitendo, obſiſtendoque, moueret vtique in non tempore.

Quare virtus infinita in corpore moueret in non tempore.

Auerr.

Sequitur Auerr: in 3. de ſubſtantia orbis: Si, inquit, conceſſerimus, quòd in corpore cœleſti ſit virtus finita, alia à virtute motiua, quæ non eſt in eo, nec conſtituitur per ipſam: & quod aggregatum ex illa virtute in materia, & ex materia ipſa, ſit corpus cœleſte, ſicut dixit Auicenna, in corpore cœleſti eſt, ſiue ipſum eſſet corruptibile, quod nunquam ta-

Auicennæ rationes.

men

men corrumperetur: Et hoc quidem reprobaui in vltimo tractatu de cœlo, & mundo, ait Commentator. Putauit autem Auicenna cœlum eſſe quidem ex ſe finitum, & in agendo, & in patiendo; infinitudinem, ſeu æternitatem tamen accipere ab æternitate motoris. Sed inſtabiles ſunt illius rationes: nam vt philoſophus loquitur primo cœli comment. 33. vſq; 76. eiuſdem, non tantùm cœlum eſt qualitate, ac quantitate finitum; verùmetiam virtutes cœlorum, ſicut patet per exemplum de aſtro nouo addito.

Cœlum eſſe finitæ actionis.

Infinitum duplex.

Infinitum autem duobus modis dicitur, quorum vnum eſt virtus infinitæ actionis, & paſſionis in tempore, & eſt finita in ſe, ſcilicet in velocitate, & vigore: ſecundum eſt virtus infinitæ actionis, & paſſionis in ſe, id eſt, infinitum duratione, extenſiuè agendo, ſiue patiendo: et infinitum actione, ſeu vigore. Cæterùm infinitum vigore, non congruit niſi corpori infinito, quod planè, vt narrat 3. phy. non inuenitur in rerum natura. Itaq; infinitum vigore corporibus ſublunaribus, vt patet, minimè conuenit. nec etiam cœleſtibus, quippè cùm ſtatis ordinibus, motibusq́ue ferantur.

Virtus infinita non eſt in corpore.

At infinitum duratione, corporibus competere poteſt cœleſtibus, quia corpora ſunt ſimplicia. at ſublunaria, quoniam compoſita ſunt, ac corruptioni obnoxia; ideò neutrius infiniti participia eſſe dicuntur. Virtus ergo infinita in actione ſua, non eſt in corpore. An autem ſit extra corpus, ex Auerroe hic non habemus. Sed de hoc negotio in primo Pymandri diſputatum eſt ſatis. Infinitum igitur in vigore, ait Commentator, cuius cauſa eſt corpus, ſecundùm quod corpus, impoſſibile eſt in corporibus ſiue cœleſtibus, ſiue aliis. Infinitum verò in tempore, neceſſe eſt eſſe in corporibus cœleſtibus, ex diuerſitate motoris, & moti in eis à corporibus generabilibus, & corruptibilibus; quia virtutes eorum motiuæ ſunt materiales, & corpora ſua, quæ mouentur ab eis, ſunt compoſita ex materia, & forma.

In quibus differunt, & conueniũt ambo.

Conueniunt autem in hoc, quòd actio, & paſſio in vtriſq; corporibus ſunt finatæ in ſe; diſſentiunt autem, quia virtutes corporum cœleſtium ſunt immateriales, corpora verò ſimplicia: at virtutes terreſtrium materiales, corporaq́; compoſita.

Obiectio.

Dicet aliquis, virtus cœli, eſt finita actione, paſſione, vigore: cœlum ergo eſt tempore finitum. Amplius, cœlum eſt actione, & paſſione finitum: igitur poteſt corrumpi.

Solutio.

Dico, cœlum, tempore quidem infinitum; actione verò, paſſione, atque vigore finitum eſſe. Infinitum autem tempore, quia ipſius forma non conſtituitur per ſubiectum, & eius materia, eſt ſimplex: actione verò, atq; paſſione finitum, quia nulla illi ineſt virtus vigore infinita.

Obiectio.

Nec ſequitur: eſt actione, atq; paſſione finitum: igitur corruptibile; poſſibilitas enim corruptionis ex eo maximè prouenit, quòd ſit virtus finita in tempore, & cœlum ſit compoſitum ex materia, & forma. Sed inſtabit aliquis: in ſempiternis eſſentia non eſt ſine actione. 9. met. comm. 7. ſed cœlum eſt finita actione, atq; paſſione: igitur finita eſſentia, & ita corruptibile.

Solutio.

Dico, cœlum intenſiuè quidem finitum eſſe, infinitum verò extenſiuè, atque ſempiternum, actione, atque eſſentia. Quomodo ergo intelligentia, quæ eſt forma cœli, non ſit virtus in corpore, iam dixi.

QVAESTIONIS TERTIAE CAP. I.

De motu aliarum formarum.

PRopoſiti noſtri eſt de motu abundè copioſèque loqui; hanc ob cauſam, poſteaquam de motu formæ cœli diſputaui, libet modò de aliarum motu formarum loqui, priùſquam ad aliarum rerum motum elucidandum, accedamus.

Forma eſt multiplex.

Auicenna.

Verùm, quia huiuſmodi negotiũ magnæ eſt & vtilitatis, & obſcuritatiſ; priùs ergò dicamus, quot modis accipitur forma apud philoſophiæ duces. Auicenna 7 ſuæ met. cap. 8. quinq; modos ponere videtur: primus quidem modus eſt talis: Forma, inquit, eſt ipſa intelligentia, quæ effectui aptata eſt, vt agat; atq; ita ſubſtantiæ ſeparatæ, formæ ſubſiſtentes appellantur. 1.

Deinde forma eſt illud, à quo materia con- 2.

quid ſit. ria conſtituitur in eſſe ; hoc autem modo ſubſtantiæ intelligibiles, atq; accidentia, for-
mæ dici non poſſunt. Item, forma id eſſe dicitur, à quo perficitur materia, tametſi ab illo,
3. eſſe minimè accipiat. hoc modo, ſanitas dici poteſt forma, & quidquid eſt, ad quod res
4. naturaliter mouetur. Amplius, forma eſt figura, & quidquid ſit per manum artificis
in materiam. Præterea, forma eſt ſpecies rei, & accipitur pro vniuerſali, materia verò
5. Varro. pro indiuiduo; ſic enim loquitur philoſophus 1. cœli, tex. comm. 92. Qui dicit, inquit, cœ-
lum, dicit formam tantùm: qui verò hoc cœlum, dicit materiam, id eſt, indiuiduũ cœli.
6. Reuera, forma id eſſe videtur, quod aliquid format, atq; perficit. hac ratione Varro ad-
ductus eſt, vt Deum formam appellauerit; non quòd ſit mundi pars conſtitutiua, ſed
ob id potiùs, quòd ſua mente, mundum formet, perficiat, atq; gubernet. Alio modo di-
citur, quòd vnà cum materia compoſitum conſtituat in eſſe: vnde forma ab informan-
do nuncupatur. Sic animæ animalium, formæ nuncupantur. Hoc pacto à Græcis dicitur
Idos. ειδος, ſpecies, aut idea, vel μορφι, latinè forma, ab informando; ſeparat enim infor-
Morphi. mando, atque diſtinguit: ſpecies autem, quia per ipſam eſſe habetur & cognitio. Inter-
Logos. dum appellatur logos, ſiue ratio, quia illius tantùm per ſe eſt diffinitio. his igitur, atque
Prima formæ diffinitio. ſimilibus modis, forma depingitur, atq; vocatur à ſapientiæ cultoribus. Sed iam quid ſit
forma audiamus: Forma eſt compoſitioni contingens, ſimplici ac inuariabili eſſentia
conſiſtens, id eſt, adueniens compoſito, id eſt, indiuiduo ſubſtantiæ; aduenit enim for-
ma ſubſtantialis compoſito in fieri, accidentalis verò in facto eſſe: vniuerſalis forma, vt
Forma eſt ſimplex & inuariabilis. humanitas, & animalitas, quoniam ſunt formæ totius, & formam, & materiam com-
plectuntur: non ita congruè ſub hac diffinitione comprehenduntur. Forma ergo ſubſtan
tialis vnitur materiæ in compoſitione totius: ſimplex, vtpotè quæ ex aliis non componi-
tur, nec in alia reſoluitur, nec addita ſubiecto, maius reddit: inuariabili eſſentia; habet
enim forma ſuam latitudinem, cuius terminos non tranſgreditur: inuenitur in anima al-
teratio iuſtitiæ, & gaudij, non autem aliqua illius eſſentiæ varietas, quippè cùm illius
ſimplex eſſentia varietati, ſeu commutabilitati ſubiecta non ſit. Cæterum, author iſtius
diffinitionis, ab ea ſecludit animam rationalem, atque animam mundi; loquitur enim de
anima à corpore ſeparata: nam coniuncta non ipſa, ſed coniunctum mutatur, 1. de anima
2. comm. 64. Nihil, inquit, aliud eſt dicere animam gaudere, & triſtari, quàm animam
Forma eſt quid diuinum texere. Porrò, ſeparata per diuinam potentiam, mutationi ſubditur: mundi verò animã,
Deum eſſe opinatur, qui compoſitionem non ingreditur. Itaq; forma eſt inuariabilis, quia
nimirum non eſt ſubiectum, ſed terminus variationis. Albedo enim clara, ſi fiat obſcura,
vtræq; ſunt termini tranſmutationis. Amplius, forma eſt quoddam diuinum, optimum,
& appetibile: diuinum, inquam, quia eſt participata ſimilitudo, ſiue imago Dei, dum
3. compoſito eſſe largitur: optimum, quod ſemper appetit materia appetitu naturali. Item,
Forma dat eſſe rei. forma eſt, quæ dat eſſe rei: eſſe quidem ſubſtantiale, ſi forma fuerit ſubſtantialis, vti
anima hominis: accidentale verò, ſi fuerit accidentalis, vt albedo, albo. Adhuc, forma
4. Forma eſt principium generationis. (ſicut legitur 1. Phyſ.) eſt principium generationis per ſe, & priuatio per accidens, Com.
64. 67. terminus enim generationis ſub ratione exiſtentis eſt forma, quippè cùm ipſa
propriè verè ſit. 2. de anima, compoſitumq; per eam ponatur extra cauſas ſuas: ratio-
ne verò ſubſiſtentis, eſt compoſitum: nam ipſum propriè ſubſiſtit, cùm nec alterius acci-
dens, nec per ſe alicuius ſit: ſecundùm autem rei veritatem, materia generatur: impro-
5. Eſt actio agentis. priè autem forma, aut compoſitum generari dicuntur; illud enim propriè generari dici-
tur, quod generationem recipit: vt paries dicitur albeſcere, non albedo. at materia re-
cipit formam. Ergo. Amplius, forma eſt actio agentis, & eſt illud quod exiſtit in reci-
piente, 2. de anima, com. 24. Anima, inquit, qua viuimus, ſentimus, & intelligimus primò,
ipſa profectò ratio quædam erit, & forma, ſed non vt materia atque ſubiectum. Reuera,
omne illud, quo primò inſunt nobis actiones, eſt forma. ſed anima eſt huiuſmodi: eſt
ergo forma, & ex conſequenti forma eſt actio agentis. Item, forma eſt exemplar, quia
definita,

 Forma quid ſit.

definita, præſcriptaq́; eſt omnium forma, quæ à natura proueniunt. 12. met. comment. 18. 6.
Nam vt dicitur 3. phyſ. forma eſt cauſa terminationis, & continentiæ: comm. 67. Nam Forma eſt cauſa terminationis.
infinitum intus, quemadmodum materia continetur, forma verò continet; ſiquidem augeri, eſt ire ad formam, quæ terminus eſt, & finis. at diminui, ire ad materiam, quæ
eſt poteſtate infinita. Amplius, forma eſt cauſa, quòd omnis res ſit vna, forma eſt indi- 7.
uiſibilis per ſe. 3. phyſ. comment. 66. & 2. de anima comm. 7. Vnde, inquit, non oportet Forma eſt cauſa vnitatis.
quærere, ſi vnum ſint anima & corpus, ſicut neq; ceram, & figuram, ſi ſint vnum. Nam
cùm vnum, & eſſe multifariam dicatur, actus eſt id, quod propriè vnum eſt, atq; pro-
priè eſt. Cauſa ergo, qua animatum, eſt illius forma. Vnde non eſt quærendum cur ex a- 8.
nima, & corpore fiat vnum: in tertio de anima; anima enim eſt actus, corpus verò po- Forma eſt ſubiectum vniuerſalitatis.
tentia, atq; ita vtraq; pars, cauſa eſt compoſiti: forma verò cauſa eſt præcipua, quia
eſt vnum, & ens principaliter. Forma igitur eſt cauſa, qua vnaquæq; res ſit vna. Ampli-
us, forma eſt ſubiectum vniuerſalitatis, primo cœli, comment. 92. eſt enim fundamen- 9.
tum ſimilitudinis, & conuenientiæ, in quo præcipuè conſiſtit vniuerſalitas. Eſt etiam Forma eſt ſcopus naturæ.
fundamentum intelligibilitatis: vnumquodq; enim per ſuam formam intelligitur. Deni-
que hoc maximè ſpectat ad ipſam, quòd ſit apta nata prædicare de pluribus. Amplius, 10.
forma eſt ſpecies, & exemplar, ratio, & quod quid erat eſſe rei, id eſt, ſecundùm Ale- Forma eſt cauſa eſſe omnib9
xandrum, forma eſt ſcopus & intentio naturæ. vnde 5. met. comment 22. forma eſt fi-
nis materiæ, & compoſiti ex materia & forma. Amplius, forma eſt cauſa ipſius eſſe o- 11.
mnibus. 2. de anima, comm. 37. Omne enim eſſe, eſt à forma: nam eſſe nihil aliud eſt, Forma eſt à qua res eſt.
quàm exiſtentia formæ in materia; cauſa enim ipſius eſſe omnibus ſubſtantia eſt, viue-
re autem viuentibus eſt eſſe, cauſa autem, & principium horum eſt anima Amplius,
forma eſt à qua res eſt id, quod eſt non à ſubiecto. 2. phyſ. 11. Alio verò modo, inquit,
forma & ſpecies, quæ eſt ſecundùm rationem: nam vt ars dicitur ad id, quod per ar-
tem eſt, & artificioſum; ita natura dicitur ad id, quod per naturam eſt naturale. Itaq;
forma eſt, cuius præſentia naturalia ſunt naturalia; ſicuti præſentia artis, artificialia
ſunt artificialia. Etenim ſicuti quidditas artificij eſt in arte; ita quidditas naturati eſt in
natura, id eſt, in forma, quæ eſt magis natura quàm ipſa materia. Reuera, forma, eſt rei Epilogus.
cauſa quantùm ad eſſe, materia vero quantùm ad fieri: nam ſicut à forma res habet vt
ſit; ita etiam vt ſit vnum forma ſiquidẽ eſt, à qua vnumquodq; eſt id, quod eſt: & diffe-
rentia rei eſt per formam, non per materiam. Eſt igitur forma ſimplici, & inuariabili
eſſentia compoſitioni contingens, diuinum, & appetibile bonum, dans eſſe rei, genera-
tionis principium, actio agentis, terminationis cauſa, vltimum rei, vnitatis ratio, ſubie-
ctum vniuerſitatis, ſcopus, & intentio naturæ, exemplar, & rei diſſinitio, cauſſa eſſe o-
mnibus, à qua quodlibet eſt, & vnum eſt, & ab aliis diſtinguitur, agendi, patiendique
ratio, atq; principium. Quoniam autem forma quædam eſt naturalis, ſiue ſubſtantialis, Forma eſt natura.
quædam verò artificialis, ſeu accidentalis: ſubſtantia autem ordine, natura, & tempore
præcedit accidens; rationi conſentaneum eſt, de illa primùm loqui, quæ cæteris eſt præ-
ſtantior atque antiquior. Porrò, hæc à philoſopho 2. phyſ. comment. 12 vocatur natura:
Quare alio modo, inquit, natura erit forma, & ſpecies eorum, quæ in ſeipſis motus prin-
cipium habent, quæ nullatenus ſeparabilis exiſtit, niſi ſecundùm rationem: atq; natura
magis hæc erit, quàm materia. Commentator 7. met. commen. 7. & 8. & 2. phy. com. 4. Quare forma eſt magis ens.
ait, formam ſecundùm illum modum, ſecundùm quem eſt prior materia, eodem modo,
priorem eſſe compoſito. Simplicius, & Alexander putauerunt compoſitum eſſe magis
ens, quàm formam; quamuis ipſa forma ſit magis ens, quàm materia. Cæterùm, authore
philoſopho in met. vnumquodq; eſt maximè tale, propter quod aliis ineſt vniuocatio. vn-
de 10. met. comment. 7. ait: In omni genere eſſe vnum principium, quod eſt metrum, &
menſura omnium in illo genere exiſtentium. in genere ſubſtantiæ, eſt Deus benedictus, perfectio diuina quid.
à quo communicatur eſſe, & viuere omnibus. 1. cœli. comm. 100. Quoniam autem forma

 ſubſtan-

ſubſtantialis, eſt prima quidem formæ imago quædam & participatio, ob ſuam vtiq; a-
ctualitatem: Exiſtente, inquit philoſophus primo phyſ. comment. 81. quodam diuino,
& optimo appetibili, & eſt hæc perfectio diuina, cui omnia appetunt aſsimilari; hanc
Magis ens quàm compoſitum. ob cauſam forma non ſolùm magis ens, quàm materia, verùmetiam quàm ipſum compo-
ſitum dicitur. Sanè, ſi forma eſt prior, id eſt, perfectior materia: non enim eſt prior
tempore, cùm ſint ſimul: neque prior natura, mutuò ſiquidem ſibi cauſæ ſunt. 2. phyſ.
comment. 30. Materia autem eſt principium compoſiti: igitur forma eſt prior, id eſt,
perfectior compoſito, & ex conſequenti magis ens; quidquid enim eſt prius priore, eſt
etiam prius poſteriore. Amplius, perfectum, vt dicitur 2. phyſ. comm. 7. In tantum eſt,
in quantum poteſt operari: ſic etiam 4. meteo. comme. 7. & 3. de anima, comment. 4.
Intellectus agens præſtantior eſt intellectu poſsibili, quia illum vincit operationis nobili-
Quare forma eſt magis ens. tate, modoq; operandi: quemadmodum docet Auerr. commen. 19. Itaq;, quoniam nobi-
litas ſubiecti, à formæ nobilitate proficiſcitur, cuius participatione operatur: omne au-
tem quod eſt tale per participationem, eò inferius reputatur, quòd per ſe eſt aliquid ta-
le: igitur forma eſt nobilior ſubiecto. forma igitur, perfectione materiam vincit, proin-
de eſt magis ens; quia perfectiorem habet operationem, modumq; operandi; omne enim
quod operatur, operatur vt in actu, qualis eſt forma. Deinde, licet forma à materia de-
pendeat, & viciſsim materia à forma; non tamen ſimiliter: materia enim à forma ſim-
pliciter dependet, forma verò à materia, velut à cauſsa, ſine qua non. Amplius, licet
vna eadem ſit formæ & compoſiti operatio; non parum tamen inter vtrumq; intereſt:
ſiquidem forma per eſſentiam eſt operandi principium; compoſitum verò participa-
tione formæ. Minùs præterea forma à compoſito, quàm compoſitum à forma dependet.
Ex his ergo, atque ſimilibus patet, formam, & materia, & compoſito perfectiorem eſſe,
idq; ſecundùm Ariſtotelis, atq; Commentatoris doctrinam.

CAP. II.

Formam non eſſe compoſito perfectiorem.

1. CVI inſunt plures perfectiones, cæteris præſtat nobilitate naturæ, ac modo
operandi. ſed huiuſmodi eſt compoſitum, ad formam; ſeſe enim habet, vt
totum ad partes: plures autem toti ineſſe, quàm parti perfectiones, con-
ſtat ſatis; compoſitum igitur eſt perfectius, ac magis ens quàm forma. Am-
plius, totum & perfectum, idem eſt primo cœli, comment. 3. igitur quod
magis eſt totum, magis eſt perfectum. ſed compoſitum magis eſt totum, quàm forma:
ergo magis perfectum. Sanè, cui inſunt plures imperfectiones; plus cæteris non ſimili-
bus, imperfectionis habet. ſed formæ ineſt carentia materiæ, & totalitatis: magis ergo
2. imperfectum ens dicitur, & eſt. Profectò, totum intenditur à natura per ſe, partes ve-
3. rò per accidens: igitur quod prius. Adhuc, compoſitum eſt per ſe, forma verò per ac-
cidens, vtpotè pars compoſiti: igitur compoſitum magis per ſe ens. Reuera, compoſitum,
quidquid forma habet perfectionis, complectitur, additq; materiæ perfectionem, quæ
4. formæ deficit: ergo quod prius. Item, finis eſt nobilior his, quæ ſunt ad finem. ſed mate-
ria & forma ſunt propter compoſitum; iſta enim eſt intentio agentis. Proinde Commen-
tator 2. de anima, com. 37. ait: animam, & corpus eſſe propter corpus animatum. Et 12.
met. comm. 15. profitetur, compoſitum maiorem, forma, atq; materia nobilitatem habere.
Deniq;, forma à compoſito perficitur, quippè cùm præter ſuum eſſe, compoſiti eſſe recipi-
at: igitur compoſitum eſt forma perfectius. Item, 2. de anima com. 3. ait Commentator:
Cùm demonſtraſſet, inquit, nobis ſubſtantiarum numerum, incepit declarare nobis, quæ
earum eſt magis digna: & dixit, quòd corpora compoſita habent hoc nomen ſubſtantiæ,

De formæ productione.

magis propriè: vnde in prædicamentis primam ſubſtantiam eſſe propriè, principaliter,
& maximè dicit. ſed prima ſubſtantia eſt compoſitum: igitur eſt magis ſubſtantia.
Reſpectus præterea totius ad partes, eſt reſpectus formæ, authore commentatore 7.
met: com: 35. ad materiam: & reſpectus partium ad totum, eſt reſpectus materiæ ad 5.
formam; ſic enim partes dicuntur priores toto: & viciſsim totum prius reſpectu par-
tium: ergo ſubſtantia compoſita, perfectione formam, atque materiam præcedit. Re-
uera, ratio & diffinitio primæ ſubſtantiæ, perfectiùs toti compoſito, quàm partibus:
conuenit: igitur eſt prius ipſa forma, & magis ſubſtantia. Item, forma non eſt magis ens, 6.
quàm materia: quod ſic oſtendi poteſt. Quod pluribus ſubſtat, eſt magis ſubſtantia, &
magis eſt ens, vt in prædicamentis dicitur. ſed materia eſt huiuſmodi, nempè in poten-
tia ad plura: forma verò eſt indiuiſibilis, & plurium minimè capax: materia ergo eſt
magis ſubſtantia, quàm forma, atque prior; poſterius enim eſſentialiter, ſine priori eſſe
non poteſt: bene tamen è conuerſo? Quare, ſi forma eſt prior materia, ſine forma, ma-
teria eſſe non poſſet; ſed magis è conuerſo, quod eſt abſurdum. Iterùm, potentiam, actū,
præcedere, nonus met: teſtatur: ergo materia eſt prior forma. Tenet conſequentia: ma- 7.
teria enim eſt potentia, forma verò, illius actus. Reuera, forma, determinata materiæ
diſpoſitione indiget, quippè cùm actus actiuorum ſint in patiente, bene diſpoſito. ſed
materia non poteſt diſponi in inſtanti, ſed in tempore: quia nimirum motus non fit in
inſtanti: materia ergo, formam tempore præcedit. Præterea, genus, ordine naturæ, ſpe-
ciem præcedit; prius enim fœtus viuit vitam plantæ, quàm animalis, & animalis, quàm 8.
rationalis. Sed genus ſumitur à materia, ſpecies verò à forma: materia ergo, formam
præcedit. Præterea, ad perfectam attinet ſubſtantiam, eſſe hoc aliquid, atque ſepara-
bilem: ſed compoſitum eſt huiuſmodi, non autem forma: igitur, compoſitum eſt magis, 9.
& perfectius ens ſubſtantiale, quàm ipſa forma. Sanè, ſubſtantiæ rationi conuenit ſub-
ſiſtere, quod proprium eſt compoſiti, & non formæ, præſertim materialis. Compoſitum
ergo eſt magis ens, quàm ipſa forma.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

AD primum dico, formam continere omnem perfectionem compoſiti, & ma- 1.
teriæ etiam, ſi quam fortaſsis habeat; eſt enim totum contentiuum, quia
verò eſt pars compoſitionis dependenter; aliquo compoſito imperfectior re-
putatur. Ad 2. Forma eſt totum contentiuum, quod per ſe intenditur, com- 2.
poſitum verò propter formam. Ad confirmationem reſpondeo: formam non conti-
nere priuationem, niſi actualis tantùm compoſitionis, quæ illius imperfectio dici non
poteſt: ſicuti irrationalitas dicenda non eſt naturæ humanæ defectus, ſiue priuatio,
ſi eam humana natura non habeat. Ad 3. Quando dicis formam eſſe per accidens re- 3.
ſpectu ſubiecti, quia fieri, & generari eſt per ſe via ad eſſe: illud ergo quod per ſe fit,
eſt per ſe, & quod per accidens, eſt per accidens: forma autem, vt ſeptimo phyſ:
habetur, eſt per accidens. Quidam ſic reſpondendum eſſe arbitrantur, nempè formam,
duplex eſſe habere, proprium, id eſt, eſſe eſſendi, & eſſe ſubſiſtendi, quod eſſe compo-
ſiti, cuius reſpectu dicitur eſſe per accidens, ſicuti pars reſpectu totius. Cùm ergo
dicitur, quod fit, eſt per accidens, ſed forma eſt talis: verum quidem eſſe dicunt de eſſe
compoſiti, ad quod per ſe generatio terminatur: negant autem de eſſe formæ. Verùm,
ſi res acutè intelligatur, vnum eſt formæ, & compoſiti eſſe; omne enim eſſe in rebus
creatis, authore Boetio in lib: de vno, & vnitate eſt à forma: eſſe quidem eſt exiſtentia
formæ in materia, vt dictum eſt: à forma namque eſt eſſe, & vnum. Eſſe igitur actu, quod

Vnum eſt eſſe formæ & cōpoſiti.

Formæ perfectio.

in materia, atque compoſito inuenitur, ab ipſa forma proficiſcitur: vno ergo, eodemq́
eſſe forma exiſtit, & compoſitum, ſicut calor, & lignum calore calens. hoc tantùm in-
tereſt, quòd calor per ſe, lignum verò per caloris participationem calet. Quamobrem
rectiùs diceretur: Calor eſt calor, quàm calore calet. Sic etiam, forma eſt ſubſiſtentia,
quàm ſubſiſtens. Falſa ergo eſt imaginatio, quæ putat compoſitum, alio eſſe diſtincto à
forma ſubſiſtere, quamuis non ſit eadem entitas, ſicuti diuerſa eſt entitas materiæ ab
entitate formæ, non tamen diuerſum eſt eſſe actuale. Ex his ergo patet, quid ad argu-
mentum 3. & eius confirmationem ſit dicendum. Perfectio ſiquidem materiæ, à forma
ortum habet, quandoquidem perfectio inſequatur actum, qui eſt forma, & quidditas,
non autem actum entitatiuum. Quidquid ergo perfectionis eſt in materia, à forma pro-
fluit, atque deſcendit in materiam, vel virtualiter, ac nobiliori modo continetur in for-
4. ma. Ad 4. Dico, formam & materiam eſſe propter ſubſtantiam compoſitam, tanquam
propter finem, non quidem cuius gratia, ſed cui; anima enim & corpus ſunt propter
corpus animatum, non quidem vt perficiatur forma ab ipſo, ſed potiùs, vt à forma per-
ficiatur, & ipſum compoſitum. Ad authoritatem commentatoris, dico ipſum loqui ſe-
cundùm modum loquendi communiorem, famoſioremq́, qui compoſito eſſe tribuit. 7.
met: com: 8. antiquorum refert ſententiam, negantium formam eſſe ſubſtantiam: ſoli
ſiquidem materiæ hoc ſubſtantiæ nomen, laudemq́ tribuerunt. Ad authoritatem de præ-
dicamentis, reſpondeo, philoſophum non cõparaſſe ſubſtantiam compoſitam formæ, ſed
5. ſubſtantijs ſecundis, ideò non eſt ſimile. Ad 5. dico, Philoſophum de toto integrali ex
partibus eiuſdem rationis, veluti ſunt partes quantitatiuæ, & non de toto eſſentiali, ſiue
integrali ex partibus diuerſarum rationum integralibus reſultante, fuiſſe locutum. Cæ-
terùm, eſſentia, & quidditas, authore philoſopho 7. met: com: 41. in conceptu cum mate-
ria diſtinguũtur. vnde ſubſtantia compoſita, quôad eſſentiam, plus denotet quàm forma:
quia tamen perfectio, quidditatem primò ſequitur, quæ propriè ad formã ſpectat; hanc
6. ob cauſam, forma, tùm materia, tùm etiam compoſito eſt perfectior. Ad 6. dico, Sub-
ſtantiæ perfectionem in hoc maximè conſiſtere, quòd ſcilicet non dependeat, non autem
quòd ſubſtet alijs, ſubſtare namq́ materiæ conuenit: per ſe verò exiſtere, atque ſepa-
rabilem eſſe, & ab alijs non dependere, formæ eſt proprietas. Ad confirmationem di-
co, quòd vbi eſt ordo naturæ, cum quadam cauſalitate, poſterius ſine priori eſſe non poſ-
ſe; bene tamen ſi ſine cauſalitate extiterit. Quare, licet forma, materia prior ſit, quia
tamen eius cauſa non eſt, ideò ſine illa eſſe poteſt. quod poſtmodum clariùs declarabi-
7. tur, quando agemus, an materia poßit eſſe ſine aliqua forma. Ad 7. Quamuis in vno

Actus prior potentia.

eodemq́ quod interdum eſt in potentia, interdum verò in actu, potentia, actum tempo-
re præcedat; ſi tamen forma, quatenus eſt in cauſa agente conſideretur, natura, ac tem-
pore, id eſt, generatione, materiam præcedit. Reuera, ſi ſpectes formam in materia re-
ceptam; ea quidem via generationis, poſterior, natura verò prior inuenietur. At ſi, vt eſt
in agente conſideretur; tunc planè & tempore, & natura cenſebitur prior; actus enim
naturaliter eſt prior potentia, & ſimpliciter loquendo prior tempore; ſiquidẽ potentia
ad actum, non niſi per ens in actu mouetur: ſed forma eſt actus, materia autem eſt po-
tentia: igitur ad actum, per ens in actu, id eſt, per formam deducitur, atq; ita for-
mam, materiam præcedere, patet ſatis. Certè, propter vnumquodq; tale, & illud magis.
ſed materia eſt in actu per formam: forma ergo eſt nobilior, perfectior, atque prior.
8. Ad 8. Duplex eſt naturæ ordo, generationis alter, alter verò perfectionis: itaq́, quam-
uis ordine generationis genus priùs cenſeatur; poſterius tamen eſt perfectionis ordine,
niſi fortaßis vt principium conſideretur. Deniq; à materia non ſumitur, alioqui de ſpe-
cie prædicare non poſſet, ſed à forma potiùs, quæ alij comparata, materiæ, atque deter-
9. minabilis modum habet. Ad 9. patet ex dictis reſponſio. Sanè, compoſitum eſſe habet à
forma formaliter: Socrates enim eſt ens in actu per animam. forma autem dicitur eſſe

per

Formæ ſicut numeri.

per compoſitum; ſubiectiuè vtiq; atq; fundamentaliter: ſicut in quo ſubſiſtit, non à quo effectiuè, ac formaliter dependeat: nec ſicut ex quo habeat eſſe. Forma igitur eſt prior compoſito.

CAP. IIII.

Formæ ſunt ſicut numeri.

Formæ nobilitatem, perfectionemq; qua cæteris præſtat, nempè materiæ, atq; compoſito, præcedenti diſputatione demonſtraui: deinceps inquirere ſtatui, an forma ſubſtantialis ſit ſeipſa præſtantior: hoc eſt, an ſuſcipiat magis, & minùs. Platonicorum nonnulli dixêre, formas eſſe ideas, de quibus in fine primi libri Pymandri, abundè diſputaui. Alij verò faſſi ſunt, formas numeros eſſe, de quibus phyloſophus 8. met: com: 10. diſputando aſſerit, quo nam pacto formæ, numeri dici poſſunt: Palam, inquit, quoniam ſi ſint quidem numeri ſubſtantiæ, per quandam certè ſimilitudinem, & non abſolutè numeri nuncupantur; diffinitio enim numerus quidam eſt, quatenus ſcilicet diuiſibilis eſt in genus, & differentiam, & ad indiuiſibilia reducibilis. ſic etiam numerus ad vnitatem. Deinde, quemadmodum à numero, ablato aliquo, aut addito, ex quibus numerus eſt, non adhuc numerus eſt, ſed alter, quamuis minimum auferatur, aut addatur; ſic nec definitio, nec quod quid erat eſſe, erit adhuc, ablato aliquo, aut addito. Reuera, quemadmodum quando alicui numero additur vnum, vel adimitur, numeri naturam, ſpeciemq; commutat; ita profectò diffinitioni contingit. Itaq; ratio diffinitionis formalis, eſt vltima differentia; atque eſſe vniuscuiusq; eſt vnum, intenſionem, ſeu remiſſionem minimè ſuſcipiens: Sex ſemel, inquit Philoſophus 5. met: com: 19. eſt ſex. non eſt bis, tria, neque ter duo. Ex quo patet ſpecies rerum, ſicuti etiam ſpecies numerorum in indiuiſibili conſiſtere; ſiquidem ab vnitate pares non defluunt numerorũ ſpecies, ſed ſingulæ à ſingulis propria, ac naturali differentia diſtinguuntur; ita etiam & ſpecies rerum, quæ à primo ente manant, primo cœli com: 100. his quidem clariùs, his verò obſcuriùs. Quare, ſicut numerorum ſpecies, æquales vnitates non continent; ſic etiam ſpecies rerum, inæqualibus perfectionum gradibus adornantur. Sanè, fieri non poteſt, vt duæ ſpecies æquè eſſentialiter ſint perfectæ. In cauſa autem eſt, quia genus in ſpecies per contrarias diuiditur differentias 10. met: com: 24. Talis autem contrarietatis oppoſitio, ad eam, quæ ſecundùm habitum, priuationemq; eſt, oppoſitionem, reducenda eſt, com: 15. quam ob cauſam differentia vnius ſpeciei conſtitutiua, ad oppoſitam, ſicuti habitus ad priuationem comparatur. Eſſe ergo æqualis perfectionis huiusmodi differentias, fieri nullo modo poteſt. Non temerè ergo eſſentiæ, ſeu ſpecies rerum, numeris comparantur. Amplius, quemadmodum minor numerus, in maiori cõtinetur; ſic vtiq; vna ſpecies imperfecta, in maiori, perfectioriq; virtualiter cõtinetur, ſic vegetatiuum in ſenſitiuo, ſicut trigonum in tetragono 2. de anima com: 31. Itaq; forma ſubſtantialis non recipit magis, & minùs: Homo enim, inquit commentator 8. met: com: 10. non eſt maioris humanitatis, quàm homo, & ſi fuerit, erit ſecundùm quod eſt forma in materia: hoc eſt, ob materiales quaſdam, & accidentales diſpoſitiones. anima ſiquidem, eiusq; potentiæ per ſe non recipiunt magis & minùs, niſi ob cauſam inſtrumenti, quia huiusmodi potentiæ organis vtuntur corporeis, in quibus eſt complexio, compoſitio, & vnitas, quarum diſpoſitionum cauſa, formæ expeditiores, impeditioresq; redduntur. Intellectus quoq; authore philoſopho 3. de anima com: 10. à virtute dependet cogitatiua, quæ eſt organica, vt ſuo intelligendi munere fungi poſſit: ſecundùm ergo cogitatiuæ organi perfectionem, nobilitatemq; nobilitas attenditur intelligentis. Ex his ergo patet, formas ſubſtantiales in indiuiſibili conſiſtere, magis, ac minùs non eſſe ſuſceptiuas.

Quomodo formæ ſint numeri.

Vltima differentia eſt ratio formalis.

Species rerum in indiuiſibili conſiſtunt.

Duæ ſpecies rerum non poſſunt æquè perfectæ eſſe.

Quare vnus expeditior altero.

Formæ ſicut numeri.

ſceptiuas. Amplius, forma intendi, & remitti dicitur, quia diuerſimodè à diuerſis participatur ſubiectis; quæcunq; enim eſt huiuſmodi, apta eſt diuerſimodè, atque diuiſibiliter per motum in ſubiecto recipi, atque ipſum magis, minuſq; actuare, denique actione agentis educi de imperfecto ad perfectum, vnitate non ſolùm ſpecifica; verùm etiam numerali ipſius formæ perſeuerante. Cæterùm, forma, quæ non acquiritur per motum, nec eſt diuiſibilis, aut diuerſimodè participatur à ſubiecto, augeri, aut minui non poteſt, quemadmodum eſt, vt diximus, forma ſubſtantialis. De cauſa autem intenſionis, atq; remiſſionis nonnulli ſic loquuntur: Intenſio, inquiunt, fit per gradus additionem ad gradum in eſſe formæ; non enim, aiunt, calori addi calorem, cùm in eſſentia caloris gradus non dentur; ſed addi eſſe perfectius calidum, eſſe minùs perfectè calido. hæc profectò eſſe diuerſa, ſubiecto magis, minuſq; receptiuo à calore formaliter dantur. Intenſio, inquiunt, & remiſſio, aut fit ſecundùm gradus in eſſentia formæ, aut in eſſe formæ: non quidem in eſſentia, quia forma ſimplici, & inuariabili eſſentia conſiſtit, quippè, quæ numero comparatur, ſitq; determinatæ naturæ: indiuiſibilis ergo ſecundùm eſſentiam; id enim, à quo res habet certitudinem, authore philoſopho 10: met: debet eſſe minimum, & indiuiſibile, veluti eſt menſura reſpectu menſurati. Si præterea forma intenſa, eſt maior, & perfectior ſecundùm gradus in eſſentia, quàm qualitas remiſſa: forma ergo remiſſa, virtute continetur in intenſa, veluti ſenſitiuum in intellectiuo, aut præexiſtenti additur alius gradui. ſed primus modus ſtare non poteſt; gradus namq; eſſentiales, quorum vnus in alio continetur, ſpecie diſtinguuntur: ſicuti ſenſitiuum, & intellectiuũ. at forma intenſa, & remiſſa eiuſdem ſunt ſpeciei: igitur graduum diuerſitas in eas cadere non poteſt. His autem, atque ſimilibus ſic obuiare poſſumus: in omni tranſmutatione, terminus vel eſt à quo, vel ad quem. non à quo, hoc eſt, à forma, alioqui ſubiectum
1. *non fieret magis per illam, ſed minùs. Ad illam ergo, atq; in termino intenſionis, illam magis habet: perfectior ergo in ſubiecto facta eſt; ſiquidem effectus nobilitas formalis, ex cauſæ formalis nobilitate proficiſcitur. Quare, ſi gradus intenſionis dandi ſunt,*
2. *illi vtiq; eſſentiæ formæ attribuentur. Amplius, quemadmodum in ſimilitudine inuenitur latitudo, quia nimirum in fundamento, hoc eſt, in qualitate inuenitur; ita planè res ſe habet in intimæ rei proprietate, quæ latitudinem in re conſiſtentem, conſequitur; eſſe enim eſt formæ intima proprietas, vtpotè immediatus eius formalis effectus. Quare, ſi eſſe vni magis, quàm alteri ineſt; ex maiori vtiq; formæ participatione, emanare dice-*
3. *re audemus. Sanè, eſſe à forma naturaliter fluit: igitur qualis eſt forma, tale vtiq; eſt eſſe eius, cui ineſt. ſed forma eſt indiuiſibilis, nullam habens latitudinem: vnum ergo eſſe largitur, magis, ac minùs nequaquam receptiuum: formæ ergo ſubſtantiales perfectæ, tum in ſe, tum etiam in ſuis indiuiduis non ſuſcipiunt magis, & minus, alioqui in eis poſſet eſſe motus; quippè, cùm ſecundùm Commentatorem 5. phy: com: 4. motus eſt generatio partis poſt partem, donec perficiatur, ſitq; in actu. Auicenna quoque in 3. ſuæ ſufficientiæ. cap. 1. ait, in ſubſtantia non eſſe motum, quia non eſt magis, neque minùs. Itaq; in formis ſubſtantialibus ſpecialiſſimis, æqua eſt indiuiduorum, vel ab indiuiduis, participatio; omnes enim homines, participatione ſpeciei ſunt vnus homo, vt ait Porphyrius. Et 3. met: com: 11. In indiuiduis, inquit, non eſt hoc prius, & illud poſterius. Itaq; formæ ſubſtantiales perfectæ, non ſuſcipiunt magis, & minus; ſed formæ per ſe contrariæ, nempè qualitates, aut relationes in formis contrarijs fundatæ, vel formæ, quas per ſe contraria conſequuntur: vtpotè formæ elementariæ, aut habitus, vt virtutes, lumen, & quæ ſint generis eiuſdem. Ex his autem patet ſolutio ad rationes; illa enim diffinitio conuenit formæ ſecundùm ſe, & in ſuo eſſe ſpecifico, non autem vt diuerſimodè ſubiectum actuanti. Similiter reſpondendum eſt ad alias duas rationes. Ad aliam, negatur aſſumptum, quippè cùm veritatem non habeant, niſi ex parte formæ ſecundùm ſe ſumantur. at ſi ex parte formæ, quatenus materiam, quam actuat, reſpicit, falſum eſt.*

Quoniam

Margin notes:

Intenſio & remiſsio formarum, vnde oriatur.

Quòd dentur gradus in forma.

Quòd non dentur gradus.

Commen:

Auicenna.

Porphyrius.

An fiat per additionem graduum.

Formæ ſicut numeri.

Quoniam autem forma non intenditur, niſi vt reſpicit ſubiectum; ideo magis, & minus non differunt ſpecie. Caeterùm, formam ſpecificam non ſuſcipere magis & minus, pro explorato habent cùm philoſophi propemodum omnes, tum etiam theologi: formam autem indiuidualem, aliquam habere latitudinem conſtat ſatis: videmus enim in niue, & in pariete, ſecundùm aliam, atque aliam rationem, albedinem eſſe. Modus autem iſtius latitudinis non idem eſt apud omnes: quidam enim aſſerunt, per graduum additionem fieri, graduſq; inter ſe realiter, ac ſignatè eſſe diſtinctos, atque ex illis vnam per ſe formam conſtitui: nonnulli verò, intenſionem fieri dicunt, per graduum ſucceſſionem; hoc tamen modo, vt ſecundo adueniente, prior corrumpatur: alij, formam non intendi aſſerunt, per partis formæ, vel gradus ad præexiſtentem formam, additionem, idq; ad mentem philoſophi, eiuſq; commentatoris 4. phyſ: com: 84. conſtare aiunt: Calidum, inquiunt, fit magis calidum abſq; eo, quod aliquod in eo calidum efficiatur, quod antè calidum non extiterit: Materia, inquit commentator, ex hac caliditate demonſtrata, veniet ad maiorem caliditatem, nullis partibus calidi in actu aduenientibus; ſed ex intenſione caliditatis, ad maiorem trãsfertur caliditatem. Similiter materia de minori quantitate, ad maiorem transfertur, nulla quantitate in actu adueniente. Intenditur ergo forma, nulla re noua adueniente ſubiecto, à præcedenti forma realiter diſtincta. neque forma intenditur, quia magis radicatur; alioqui perfectior eſſet in eſſentia: maior ſiquidem radicatio, ſignum eſt maioris virtutis in eſſentia exiſtentis. Intenditur ergo, vt iſti dicunt, quia ſcilicet de imperfecto, ad perfectum educitur: calor enim intenditur, quia, qui priùs erat imperfectus actus, actione calidi, fit perfectior, quia magis in actu, magiſq; ſubiectum calidum reddit: agens namq; intendit, de potentia ad ſua ſimilitudinis actum, quòad poteſt, patiens reducere. vnde poſtquam calidum in potentia, ad imperfectum deduxit calorem; illius augendi ſatagit, non quidem calori, calorem addendo, ſed de imperfecto, ad perfectum ſemper inducendo, de potentia ad actum. Etenim, quemadmodum per actionem calidi, de non calido, efficitur calidum; ita de imperfecto, perfectius calidum, atque ita vſque ad ſummum calidum, in quo profectò ordine, præcedens calor ſe habet ad ſequentem, veluti potentia ad actum; quodlibet enim imperfectum, reſpectu perfectioris, vice potentiæ fungitur. Itaq;, formam intendi, eſt illam de potentia ad actum magis, magiſq; adduci, eamq; magis in ſubiecto radicari, ac à ſubiecto participari, cui de imperfecto, ad perfectum progrediendo, maius eſſe largitur: non per nouos gradus realiter diſtinctos, ſed per nouos modos habendi ipſam formam: nam per gradus realiter diſtinctos, forma intendi non poteſt. Si enim calor in aqua, per additionem gradus caloris fieret, realiter diſtinctos; duo igitur calores graduales inuenirentur in aqua, ex quibus planè formæ intenſio fieri non poſſet, quia ſpecie eſſent diſtincti: per ſuum autem ſimile fit intenſio: quæ autem ſpecie diſtinguuntur, ſimilia dicenda non ſunt. Quòd ſi dixeris, non ſpecie, ſed numero diſtingui; tunc aliud ſequetur abſurdum, nempè duo accidentia eiuſdem ſpeciei, per motum acquiri poſſe, ac neceſſariò ſubiecto diſtingui: idem namq; ſubiectum, atque eadem ſubiecti pars ſecundùm calorem intendi poteſt. Eidem ergo ineſſe duos quidem calores numero diſtinctos, eſt impoſſibile. Siquidem duo accidentia abſoluta, de potentia materiæ per motum educta, ſolo numero differentia in eodem ſubiecto eſſe non poſſint, quia nimirum termini motus ſe inuicem non compatiuntur: quod profectò, neceſſariò contingeret, ſi intenſio per gradus realiter diſtinctos fieret. hæc quidem illi. Quomodo ergo forma ſit, ſicut numerus, & quæ ſuſcipiat magis, & minus, moduſq; ſuſcipiendi, ſecundùm quorundam ſententiam qualis ſit, dixi.

Quod ſine additione graduum.

Quomodo intenditur forma.

Contra diſtinctionem graduum.

Duo accidentia abſoluta non ſunt ſimul.

CAP. V.

Formam ſubſtantialem habere gradus intrinſecos.

QVoniam huiuſmodi quæſtio non parua eſt obſcuritatis; ideò acuta ſapientum ingenia ad ſuæ allexit ſpeculationis indaginem, inquiſitionemq́ grauem, minimèq́ contemnendam. Inter ergo alios, huius rei ſpeculatores,
Formam ſubſtantialē habere gradus intrinſecos. *quidam præclaro, & acuto ingenio de hoc quidem negotio, talia ſenſêre, ac docuère, nempè formam ſubſtantialem, gradus habere intrinſecos eſſentiales, quorum cauſa, ſuſcipit magis, & minus, intrinſecamq́ diuiſionem; arbitrantur enim generationem eſſe motum, & ſucceſſiuam, quatenus eſt generatio, nec ex eo, quòd ipſa ſit inſtantanea, motus autem ſucceſſiuè fiat, à motu diſtingui; ſed ex termino,*
Rationes. opinionis. *potiùs, quàm ex ſubiecto; ſiquidem generatio propriè eſt ad ſubſtantiam, motus verò ad accidens. Subiectum præterea generationis, eſt ens in potentia, motus verò ens in actu. Dixerunt ergo, quòd licet ſpecifica forma, intenſionem, remiſſionemq́ non recipiat; indiuidua tamen forma intenditur, & remittitur, continetq́ intrinſecos gradus*
1. *plures indiuiduales, quibus diuerſimodè, ac ſucceſſiuè poteſt informare materiā. Hanc autem ipſorum ſententiam plurimis rationibus muniêre: Calidum, inquiunt, intenditur in igne: igitur & forma ignis. Antecedens patet in igne, qui ex denſa, vel rara conficitur materia. Conſequentia autem manifeſta eſt; effectus enim naturalis, cauſam ſequitur naturalem: omnis quippe cauſa naturalis agit quantùm poteſt. ſed calor ignis, qui eſt effectus naturalis formæ ignis, recipit magis, & minus; maior certè eſt ignis in quercu,*
2. *quàm in palea: forma ergo ignis recipit magis & minus. Amplius, in alteratione, quæ aquæ præcedit corruptionem, calor in ignem introducitur: erat ergo forma ignis remiſſa. Antecedens ſatis patet. cōſequentia ſic probatur: nullū proprium accidens, abſq́ ſui proprij forma ſubiecti conſiſtit, ipſam ſiquidē conſequitur. ſed calor eſt proprium accidens ignis: ergo. Cæterùm, impoſſibile eſt duas formas ſpecificas repugnantes, ſecundùm eſſe intenſum, in eodem ſimul conſiſtere. ſed forma ignis, & forma aquæ, vt ex illarum contrarijs diſpoſitionibus patet, ſunt inuicem contrariæ: in alteratione ergo præcedente cùm introducatur forma ignis, aquæ forma in materia exiſtente; vel vtramq́ eſſe remiſſam, vel ſaltem, formam ignis remiſſam eſſe, neceſſe erit omninò. Igitur ſuſcipit magis & mi-*
3. *nus. Præterea, omne quod mutatur, partim quidem eſt in termino à quo, partim verò in termino ad quem: ſicut ſextus recitat phyſicorum liber. Quare, aut illud intelligen-*
8. Phy: *dum eſt, pro formæ, ſecundùm quam motus fit, diuiſibilitate; aut certè pro ſubiecti, quod mouetur. non quidem pro diuiſibilitate ſubiecti, contingit enim aliquod totum ſimul alterari: pro formæ ergo eſt intelligendum diuiſibilitate, atque ita forma ſubſtan-*
4. *tialis erit diuiſibilis. Adhuc, omnis perfectio, quæ in pluribus numerari poteſt, maiorem vtiq́ in pluribus, quàm in vno, perfectionem oſtendit. ſed forma ignis, in pluribus indiuiduis, vt patet, numerari poteſt. Si ergo duo ſimul ignes iungantur, fiatq́ vnus è duobus, quoniam duo perfecta ſimul iuncta, aliquid perfectius efficiunt, quàm vnum tantùm, cæteris paribus: ille ergo ignis forma intenſiore, reliquis duobus, erit potentior,*
5. *atque ita habetur propoſitum. Item, omnis forma, quæ non reſpicit materiam indiuiſibiliter, habet partem extra partem, quia ſcilicet extenditur ad extenſionem materiæ. ſed quædam forma ſubſtantialis, vtpotè anima bruti, eſt huiuſmodi; diuiditur enim, ad diuiſionem corporis. Patet hoc in animalibus anuloſis, quæ diuiſa in partes, & mouentur, & ſentiunt. Illorum ergo anima eſt per partes diuiſibilis: ex quo patet formæ ſubſtantialis generationem ſucceſſiuè fieri: cùm enim habeat gradus, & ſit extenſa; in inſtanti induci non poteſt. Præterea, in omni motu requiritur tempus: ergo in omni mu-*
Formam habere gradus. *tatione, & ex conſequenti omnis mutatio erit ſucceſſiua. Porrò, formam habere gradus ſuos eſſentiales, ſic ſtatuere conantur: Duplex inquiunt, eſt quidditas, quædam ſcilicet ſpecifica, indiuidua altera; proinde in hac albedine indiuidua, tria veniunt conſideranda,*

Formæ gradus.
Gradualis forma.

*randa, inprimis natura ſpecifica, deinde gradus indiuidualis eſſentialis; alicuius enim
formæ partes, aut graduales ſunt, aut quantitatiuæ: graduales quidem, quibus in eadem
ſubiecti parte, maior, vel minor forma dicitur: ex quantitatiuis verò, ſecundùm diuer-
ſas partes ſubiecti, nempè ad ſubiecti extenſionem: gradualis autem forma eſt, quæ gra-
dibus conficitur. poſtremò, differentia indiuidualis, quam vocant haccceitatem, quà in-
diuidui albedo, eſt hæc albedo: gradus præterea aliquam denotant quantitatem, aut
molis, aut perfectionis, quæ rei inſequitur eſſe. Ex his autem apparet modò, quibusdam
formis gradus ineſſe; omnis enim forma, quæ à diuerſis ſubiectis, diuerſimodè participa-
tur, pluralitatem graduũ contineat, neceſſe eſt. ſed ita ſe habet albedo in diuerſis indi-
uiduis: ergo. Reuera, cùm gradus illi non ſint partes integrales, nec ſubiectiuæ; erunt* 1.
*igitur partes eſſentiales, atque ita forma illa eſſentialiter eſt ſuſceptiua augmenti, &
decrementi. Amplius, quidquid ſeſe ſecundùm magis, & minus alijs communicat; in ſe* 2.
*proculdubio, varios habet gradus diſtinctos, alioqui eodem modo ab illis participaretur:
atque nulla inter illa eſſet gradus, naturaq; diſtinctio. ſed aliqua forma diuerſimodè
diuerſis ſe communicat: habet ergo ſua in eſſentia, gradus diuerſos atq; diſtinctos. Ad-* 3.
*huc, alicui formæ ratio contrarietatis conuenit; aliqua enim forma habet contrarium:
igitur habet gradus ſuos, quorum virtute, ac diuerſitate, contra gradus contraria for-
mæ pugnat. ſed contrarietatis ratio, ad eſſentiam ſpectat: eadem ergo ratione, gradus
ad eſſentiam ſpectabunt. Sanè, forma gradualis per ſuam eſſentiam, alteri formæ aduer-
ſatur graduali. ſed aduerſatur per partes graduales: igitur partes graduales ſunt in eſ-
ſentia, quæ ſe habet vt totum, gradus verò, vt ipſius partes. Cæterùm, gradus vocant
portiones eiuſdem formæ ſpecificæ, proinde graduum diuerſitas, ſpeciem diuerſam non
efficit; forma enim ſpecifica eſt indiuiſibilis, idq; quantùm ad gradum ſpecificum; quô-
ad verò ad gradum perfectionalem, diuiſibilis: horum igitur pluralitas graduum, infra*
Qui ſint gradus ſpecifici.
*conceptum poſitiuum ſpecificum poſitiuè non continetur, ſed potiùs infra poſitiuum in-
diuiduorum conceptum. Huiuſmodi ergo gradus in indiuiduo ex forma ſpecifica, &
proprietate indiuiduali compoſito, continentur. Itaq; aiunt, gradus non eſſe partes for-
mæ eſſentiales, ſed perfectionales, quia nimirum non formæ, vt forma, ſed potiùs, vt
quædam perfectio. Quòd ſi ita res ſe habeat; tunc planè gradus caliditatis, non eſſet
caliditas formaliter; ad eſſentiam enim caliditatis non ſpectarent. Calefactio præterea,*
Verior opinio.
*ad caliditatem formaliter minimè terminaretur, ſed ad gradum, qui non eſſet calidi-
tas formaliter. quæ omnia pro abſurdis habentur. Dicendum ergo eſt, gradus eſſe par-
tes eſſentiales, vnius rationis, à quibus eſſentia conſtituitur ſecundùm vnam rationem,
ideò partes ſunt eiuſdem rationis, quælibet namq; illarum eſt forma: nam omnis gradus
caliditatis, eſt caliditas. Gradus ergo ſunt partes eſſentiales eiuſdem rationis, ſiue ſimi-
lares, perfectionales, actuales, quæ ita ſe habent ad formam intenſibilem; ſicuti par-
tes quantitatiuæ, ad ipſum quantum. His viſis, ſoluuntur argumenta.*

CAP. VI.

Soluuntur Argumenta.

AD primum. Negant conſequentiam, & ad probationem reſpondent: caloris 1.
*intenſionem, ex materiæ ſolidæ proprietate defluere, quæ igni fomentum
præſtat, atque vigorem. Ex quo patet, quòd diſsimilitudo caloris in diuer-
ſis indiuiduis, intenſiorem, aut remiſſiorem formæ eſſentiam non indicet.
Ad 2. Negatur prima conſequentia, & ad probationem reſpondetur: non* 2.
*pro quolibet gradu, ſed pro tanto, ſub quo ſtare poteſt forma ignis, eſſe proprij ignis ac-
cidens. Itaq;, calor in alteratione productus, pro ignis generatione, & corruptione aquæ,*

 eſt ſubie-

Formæ gradus.

eſt ſubiectiuè in aqua, mediante forma aquæ, quæ profectò ipſi calori, uiſi pro tali gra-
du, ſub quo aquæ forma ſaluari non poteſt, minimè repugnat; pro illo verò tunc in ma-
teria, aquæ tantùmmodo forma, nou autem ignis habitat. Non ergo valet conſequentia:
3. forma aquæ pro tanto gradu, ergo pro omni, repugnat calori. Ad 3. philoſophi autho-
ritas, mutationi conuenit locali, atque alterationi, quæ inter contraria mediata habetur,
veluti quod mutatur de albo in nigrum, prius attingit fuſcum. Mutationibus verò, quæ
huiusmodi medium non habent, reſpectu principalis termini, nequaquam congruit, ſed
potiùs reſpectu alicuius adiuncti. hoc eſt, ratione diſpoſitionum, quæ ſunt pro alicuius
formæ introductione: Toto namq; tempore, aiunt, manere materiã ſub forma aquæ, vſq;
ad vltimum inſtans. Ad argumentum ergo dicitur: illam authoritatem formæ ſubſtan-
4. tiali per ſe nou congruere, ſed ratione diſpoſitionum tantùm. Ad 4. dicitur non oſtendi,
formam ſubſtantialem intendi, & remitti; ſed vnam eſſe altera perfectiorem, quam-
5. uis vnius ſint ſpeciei. Ad 5. & ad alia dico, aliquam formam habere gradus ſecundùm
eſſentiam, ac poſſe referri ad illa, de quibus eſſentialiter prædicatur, & ita nullum gra-
dum admittere: etenim merè quidditatiuè, ac indiuiſibiliter illis comparatur. atſi ad
Quòd generatio non ſit mutatio ſucceſsiua.
illa referatur, quibus ineſt; ſic forma intenſibilis, gradus habere dicitur. Ad aliam di-
co, duplicem eſſe contrarietatem, metaphyſicam, quæ ad formarum eſſentias pertinet,
graduumq; diuerſitate opus non habet: aliam verò phyſicam, quæ ſubiectum reſpicit,
gradusq; varios requirit. ex his patet ſolutio. Quoniam autem uonnulla dicta ſunt, quæ
adhuc clariori indigent lumine; hanc ob cauſam huiusmodi quæſtionem inſerere curaui,
nempè, ſi generatio, & corruptio ſit mutatio ſucceſſiua. Porrò, uonnulli contrariam te-
1. nuêre partem, idq; non ſine efficacia argumentorum: Si generatio, inquiunt, eſſet ſuc-
ceſſiua: aut hoc contingeret ex parte materiæ quæ ſubijcitur, quæ cùm ſit indiuiſibilis,
ex illa ergo nihil tale accidere poteſt: aut ex parte formæ. ſed forma eſt ſicut nume-
rus: ergo indiuiſibilis. Succeſſio præterea in motu, authore commentatore 4. phy: cap:
de vacuo: vel ex reſiſtentia mobilis ad motorem, vel medij ad mobile proficiſcitur. ſed
in generatione non datur primum; mobile enim eſt ipſa materia. quæ vnde reſiſtat, ex
ſe non habet; forma namq;, materiæ ſummè & vltimatè diſpoſitæ vnitur: nou ergo ex
reſiſtentia mobilis ad motorem: neque etiam ex reſiſtentia medij, quippè cùm nullum
in formæ generatione medium inueniatur; forma ſiquidem immediatè vnitur materiæ,
& agens paſſo immediatè connectitur. Item, generationis termini, vt dicitur 11. met:
ſunt contradictorij, vtpotè eſſe, & non eſſe. ſed inter contradictoria non datur medium:
2. in generatione ergo nõ erit ſucceſſio. Amplius, ſi ita res ſe haberet; tunc forma ſubſtan-
tialis ſuſciperet magis, & minus. Reuera, ſi talis formæ generatio eſſet ſucceſſiua, habe-
ret vtiq; gradus, ac diuerſimodè participari poſſet. at, ſubſtantia non ſuſcipit magis
3. & minus, vt dicitur in prædicamentis: ergo. Adhuc, tunc ſubſtantia haberet contrari-
um; vbi enim eſt motus propriè dictus, ibi eſt contrarietas 5. phy: com: 10. ſed in ſub-
Solutio.
ſtantia uou eſt contrarietas: igitur nou eſt motus: & ex conſequenti non eſt introdu-
ctio formæ ſucceſſiua, deniq; intenſio, atque remiſſio. Verùm huiusmodi rationes ſic ſol-
1. ui poſſunt: & prima quidem hoc modo, ſucceſſio ex vtriusq; ratione poſſet contingere,
materia autem licet ex ſe ſit indiuiſibilis, ratione tamen quantitatis, diuiſionem ſuſcipit.
Materia, quomodo eſt diuiſibilis.
Similiter etiam forma eſt indiuiſibilis ſecundùm eſſe ſpecificum, quatenus ab omni gra-
du abſtrahit: gradus nihilominùs habet indiuiduales eſſentiales. Ad aliam probatio-
nem dico, ſucceſſionem ex parte vtriusq; contingere poſſe: materiam quoque habere
vim reſiſtendi, quatenus eſt ſub forma, ac contraria formæ inducendæ diſpoſitione. Cùm
autem dicitur, formam immediatè materiæ vniri, verum quidem eſt, poſt primæ cor-
ruptionem; prius enim ex natura rei, neceſſe eſt, priorem corrumpi, quàm ſecunda in-
troducatur: vnde illud prius medium eſt inter formam, & formam, agens & paſſum.
Ad aliam probationem dico, generationis terminos eſſe priuationem, & habitum.

Ad 2.

 Formæ gradus.

Ad 2. dico, illam authoritatem intelligi debere de eſſe ſpecifico, non autem de eſſe indi-
uiduali. Ad 3. dico, ſubſtantiæ aliquo modo aliquid eſſe contrarium. Cæterùm, philoſo- 2.
phus 5. phyſ. comm. 10. ait : In ſubſtantia nullum eſſe motum, cùm nihil ſit ſubſtantiæ 3.
vlli contrarium. in 2. de gen. comm. 48. dixit aërem & ignem terræ eſſe contraria. &c. Si ſubſtantia
Alexander, & Themiſtius, teſte Auerroe, arbitrati ſunt, ſimplici ſubſtantiæ elemen- habeat con-
taria, non quidem ſecundùm ſubiectum, ſed ſecundùm formam, ſubſtantiam eſſe con- trarium.
trariam; putarunt enim elementorum qualitates, eſſe illorum ſubſtantiales formas. vn-
de in prædicamentis, & in 5. phyſ. de ſubſtantiis perfectis, quibus nihil eſt contrarium,
in lib. de ſubſtantiis elementariis locutus eſt. Alexander arbitratus eſt nihil eſſe contra-
rium ſubſtantiæ ſecundùm ſubiectum, quia ſcilicet in materia conueniunt, nihil autem
referre ſecundùm formam, contrarium habere. Arguit Auerroes : Tunc, inquit, ſermo Auer. rationes
Ariſtot. non eſſet vniuerſalis; ſed ſolis congrueret ſubſtantiis compoſitis, atque ita in 1.
ſubſtantia ſimplici elementari eſſet motus, quia illi aliquid ſecundùm formam aduerſa- 2.
tur. Item, inter elementa non eſſet vera contrarietas per ſe, quippè, quia ſecundùm quali-
tates tantùm. At contrarietas eſt oppoſitio inter aliqua per ſe, & non per accidens. De-
niq; non arbitratur qualitates elementorum eſſe illorum ſubſtantias. Sed de hac quæſti-
one diſputaui in primo Pymandri, vbi de elementis locutus ſum. Quôad vero ad Ariſt. Quòd genera
ſententiam dico, in ſubſtantia non eſſe motum, quia non eſt diſtantia. quòd ſi non ſit tio ſit mutatio
motus; nec etiam contrarietas propriè dicta. Et hæc quidem ad argumenta Cæterùm, ſucceſsiua.
quemadmodum adduximus ſententiam aliquorum, qui partem contrariam tutati ſunt;
ita & affirmatiuam partem adducamus, non ſine grauium virorum authoritate, atque
ratione : inprimis hoc modo arguendo. Si generatio formæ ſubſtantialis introducendæ,
non eſſet ſucceſsiua; tunc planè accidens naturaliter ſine ſubiecto inueniretur; alteratio
enim formam præcedens, aliquo certè indiget fundamento, nempè forma ſubſtantiali : 1.
nam in aquæ materia, non per medium formæ aquæ, quæ ſibi contraria eſt, ſed ignis
conſiſtit : non quidem generandæ, quæ nondum eſt : accidens præterea, forma ſubſtanti-
ali, qua fundatur in ſubiecto, poſterius eſt. Quare, ſi calor præcedit formam ignis; erit 2.
accidens naturaliter ſine ſubiecto. Item, in generatione formæ, priùs in parte propinqua,
quàm remota, diſpoſitiones corrumpi, neceſſe eſt; forma enim ſine diſpoſitionibus, eam
conſeruantibus, ſtare non poteſt, nec materia ſine forma. Priùs ergo in parte propin-
qua, quàm remota, ſequens forma eſt inducenda. Quare, ſicut ſucceſſiuè præcedens cor-
rumpitur; ita etiam ſucceſſiuè ſequens introducitur. Antecedens autẽ patet ſatis, quip-
pè cùm omne agens, priùs in partem propinquam agat, quàm in remotam. Amplius, 3.
materia, in qua præcedens forma conſeruatur, ſi æqualis ſit diſpoſitionis, agens corrum-
pens, proximiorem priùs, quàm remotiorem partem corrumpit. ſi verò non æqualem per
totum diſpoſitionem habeat; minus ergo ad vnum punctum, quàm ad alium erit diſpo-
ſita, atque ita agens priùs ad vnum, quàm ad alterum punctum, formam corrumpere
incipiet : & ex conſequenti, priùs vnum, quàm alterum punctum forma introducenda,
attinget : ſucceſſiua ergo erit eius introductio. Præterea, ſi forma ſubſtantialis non in- 4.
ducitur ſucceſſiuè; igitur dabitur minima in materia, in quam forma æquè primò indu-
citur, alioqui minorem partem occupabit, & ita ſucceſſiua erit ipſius introductio. Sed
conſequens eſt falſum : materiæ namq; partes ſine forma conſiſterent, quod eſt impoſſi-
bile. Tenet conſequentia : daretur enim minimus ignis, cuius forma, minorem materiam
informare poſſit, quàm aliorum formæ elementorum, atq; ita forma ignis, tales partes ſe
orſum informare non poſſet, aliter daretur minimus minimo : abſq; forma ergo illæ par-
tes remanebunt. Formæ ergo ſubſtantialis introductio, eſt mutatio ſucceſſiua. Amplius, 5.
ſi motus non eſſet vnus, & continuus; tunc planè nullo toto motu, pars aliqua eſſet pri-
or, quod Ariſtoteli aduerſatur in 6. phyſ. diſputanti, toto motu medietatem eſſe prio-
rem. Tenet conſequentia : quod enim ſit in inſtanti, non habet prioritatis rationem. Deni-

 que,

gradus.

que, ſi motus eſſet in inſtanti; in eodem eſſet nunc, motus, & quies. vt dicitur 6. phyſic. Sanè, ante omnem motum eſt motus, vt dicitur 6. phyſ. igitur omnis motus eſt vnus, & continuus. Generatio præterea, & motus, non penes ſucceſſiuum, ſed penes terminos diſtinguuntur; ſic enim 5. phyſ. loquitur philoſophus, vbi diſtinguens generationem à motu, mutationem à non albo, in album ſub generatione conſtituit; quæ tamen mutatio, eſt alteratio, & abſque dubio ſucceſſiua. vnde omnis motus eſt generatio, quatenus illius termini ſunt habitus, & priuatio, vt ex non albo fit album, & è conuerſo. Et omnis generatio eſt motus, quatenus ambo termini ſunt affirmatiui: vt ex nigro fit album, & ex aqua fit ignis. Cauſa autem, quare in ſubſtantia ſpecialiter negatur motus, eſt propter ſubiectum generationis ſubſtantialis; nempè materiam, quæ minùs quàm in aliis mutationibus ens eſſe dignoſcitur: vnde frequenter à philoſopho materia vocatur non ens. 11. met. 2. de gen. Propterea magis in ſubſtantia, quàm in aliis generibus mutatio fieri dicitur à non ſubiecto in ſubiectum. Denique, motus, qui inter duos terminos poſitiuos coaleſcit, minùs illi aptari poteſt. Itaque, diſtinguendo motum à generatione penes terminos, in ſubſtantia eſt motus, & generatio illius eſt mutatio ſucceſſiua. Hæc ſint dicta pro altera parte defendenda.

Quare in ſubſtantia non fit motus.

CAP. VII.

Soluuntur argumenta:

Communis opinionis rationes.

HActenus nonnulla adducta ſunt, ingenioſè quidem dicta, & peracutè ſatis, quæ ſanè in generatione ſimplicium, atque mixtorum inanimatorum defendi poſſunt. Verùm, quia propoſiti noſtri eſt communiores quaſque adducere ſententias, & etiam imitari; propterea communiorem de hac re ſententiam in medium adduxi, eiusque rationes palàm propoſui, vt vnuſquiſque accipiat, quod ſibi libuerit. Sit ergo hæc prima communioris ſententiæ ratio.

1. *Quemadmodum in omni generatione eſt dare primum generatum; ita planè & in omni alteratione primum alteratum: quod quidem ſecundùm ſe totum incipit alterari (teſte Auerr. 8. phyſ. comm. 23. & 3. phyſ. comm. 60.) Conſtat ergo, quòd ſicut in ſubſtantia datur minimum generatum; ita in qualitate minimum alteratum. Datur ergo minimus ignis, qui ſecundùm ſe totum incipit alterari ab aqua. Nulla ergo forma ſubſtantialis, per viam generationis producenda, quoad omnes partes quantitatiuas ſubiecti, ſucceſſiuè producitur, alioqui non daretur primum generatum: cuiuſlibet ergo formæ ſubſtan-*

2. *tialis producendæ datur primũ inſtans in quo eſt. Amplius, in qualibet ſpecie rei naturalis, datur minimum, potens in illa ſeorſum exiſtere. 1. phyſ. comment. 38. Carnis, inquit, determinata eſt quantitas in magnitudine, & paruitate. Et 2. de anima comm. 41. Omnium natura conſtantium, terminus & ratio eſt magnitudinis & augmenti. Arguit autem ſic 1. phyſ. comment. 36. contra Anaxagoram: Si contingit partem, quæ ſeorſum poteſt exiſtere, quantumcunque eſſe in magnitudine, & paruitate; contingit & totum quantumcunque eſſe. Ratio ergo philoſophi non concluderet, ſi in qualibet ſpecie non daretur minimum naturale, vtpotè minimus ignis in minima terra, & huiuſmodi. Igitur forma non inducitur ſucceſſiuè. his autem, & ſimilibus hanc communem ſententiam ſtatuere poſſumus, ſicut paulò antè probauimus. Ad rationes contrarias, & primùm quidem ad primam, ſic reſpondemus: accidens non eſſe ſine ſubiecto, ſed manere in forma aquæ*

Soluuntur rationes contrariæ.

1. *remiſſa; formæ enim remiſſæ ſe inuicem compatiuntur.*
2. *Ad 2. Non priùs corrumpuntur diſpoſitiones in parte propinqua, quàm remota, ſignato minimo in quod agit. Neque agens naturale, velociùs agit in partem propinquam, quàm remotam; agit enim in minimam materiam: non ergo priùs in vnam, quàm in aliam partem: neque ex conſequenti velociùs. Præterea, forma produci non poteſt per minus, quàm per minimum extenſiuè,*

vel

 Formæ gradus.

vel intenſiuè : nec agens poteſt agere vna actione in maius, quàm in minimum. Quare a-
gens naturale æquè effectum, in propinquam, ac in remotam partem producit; infra e-
nim minimam ſphærā ſuæ actionis, æquè bene applicatur cuilibet parti in tota ſua ſphæ-
ra. Dicis, agens naturale meliùs propinquæ, quàm remotæ parti applicari : ergo meliùs Obiectio.
agit in propinquā partem, quàm in remotam. Reſpondeo, agens naturale non meliùs ap- Solutio.
plicari parti propinquæ, quàm remotæ minimi; imò æqualiter ad illas potiùs applicatur,
virtutis quidem, non corporis contactu. Dicis, naturalis agentis actio, de extremo pro- Obiectio.
pinquo minimi, ad extremum ipſius remotum tranſiens, ad medium priùs venit : ergo
primùm in illud agit. Dico, verum eſſe in tranſitu ſucceſſiuo, non autem in tranſitu ſu- Solutio.
bito, vbi ſimul tempore hæc omnia contingunt. Dicis, ſi agens naturale in totum mini- Obiectio.
*mum æquè primò ageret; in eodem ergo inſtanti actio illius eſſet in principio, medio, & * Solutio.
fine, quod eſt abſurdū. Nego conſequentiam; non enim eſt eadem actio : nam actio agen-
tis primò cauſat aliam actionem in medio; & illa aliam in extremò, & hæc in inſtanti.
Ad 3. Dico materiam eſſe æqualiter diſpoſitam, nec agens agere magis in propinquam, 3.
quàm in remotam partem, quia æquè ad illas partes ſuas eſt applicatum. Ad 4. Non 4.
eſt neceſſe, vt partes ſine forma maneant, quia reſoluuntur in cōtinens : huiuſmodi nam-
que materia, cum materia coniungetur continentis, à cuius forma informatur. Ad 5. 5.
Quamuis formæ ſubſtantialis introductio fiat in inſtanti; non ob id tamen ſequitur, nullo
toto motu partem aliquam non eſſe priorem, cùm circa diſpoſitiones formæ introducen-
dæ prioritatis ratio inueniri poſsit. Itaq; communis, magisq; philoſophi rationi affinis, at- Communis
que cognata eſt ſententia, quæ aſſerit formæ ſubſtantialis introductionem fieri in inſtan- via tenenda.
ti, non autem eſſe mutationem ſucceſſiuam, niſi reſpectu diſpoſitionum præcedentium.
Cæterùm, quod dicitur à philoſopho 5. phy. com. 3. quòd in omni motu ſit tempus : ergo Ariſt.
ſucceſſio. ſed generatio eſt motus communiter dictus : ergo in generatione eſt tempus,
& ex conſequenti ſucceſſio. Igitur forma ſubſtantialis, ſucceſſiuè acquiritur. A Com- Omnis motus
mentatore 5. phy. comm. 3. exponitur : Omnem, inquit, motum eſſe in tempore, declara- eſt in tempore
bitur perfectè in lib. 6. vbi philoſophus dicit, omnem motum eſſe in tempore, tàm mo- Si in aduentu
tum propriè dictum, quàm mutationem in ſubſtantia : non quidem ratione inſtantaneæ formæ, acci-
introductionis formæ ſubſtantialis, ſed præuiæ alterationis : ideò dicet, quòd omne quod dentia cor-
generatur, priùs generabatur. Sed dicet aliquis : ſiue forma in inſtanti, ſiue ſucceſſiuè rumpantur.
introducatur; vellem ſcire, ſi in aduentu formæ omnes diſpoſitiones corrumpantur, an
remaneant etiam poſt formæ aduentum. ſi remanent : ergo dant eſſe ipſi mnteriæ; om-
nis enim forma dat eſſe ei in quo recipitur. ſed non dant eſſe ſimpliciter; hoc enim for-
mæ ſubſtantiali congruit, cuius eſt dare eſſe ſimpliciter; eſt enim ens ſimpliciter, acci-
dens verò ſecundùm quid. 7. met. accidens præterea præſupponit eſſe, vnde iſta eſt ve-
ra : homo eſt albus, quia homo eſt. Igitur ens ſecundùm quid, id eſt, accidens, quod lar- Diſpoſitiones
gitur eſſe ſecundùm quid, eſſe ſimpliciter præſupponit. Quare materia, mox formam corrūpuntur.
ſubſtantialem receptura, ab omnibus expolianda eſt accidentibus, vt fiat actu ſimplici-
ter per formæ ſubſtantialis aduentum. In aduentu ergo formæ, aliquas præſupponi di-
ſpoſitiones, quæ non corrumpantur, fieri non poſſe, aiunt Peripathetici. Sanè, ſi naturalis
materiæ appetitus eſt ad formas habendas : conuenit ergo illi, vt priùs formam ſuſcipi-
at, à qua eſſe accipit, quàm diſpoſitiones, è quibus eſſe ſecundùm quid illi communicatur.
Vt autem res clariùs pateat, ſit nobis exemplo, ignis in ligno generatus, in cuius gene-
ratione, materia ſub forma ligni conſiſtens per agens calidum, cum caliditatis ſiccita-
tisque introductione, ad formam ignis recipiendam diſponitur. Cùm autem caliditas,
atque ſiccitas ita creuerint, vt cum eis forma ligni cohabitare nequeat; illicò à materia
extruditur, ſimulque caliditas, atq; ſiccitas, quæ pro forma ligni excludenda, fuerant
introductæ, propulſantur; atque eo in inſtanti, quo ligni forma abijcitur cum diſpoſiti- Diſpoſitionū
onibus omnibus, in materia nuda, forma ignis introducitur; ſicq; materia accipit à for- neceſsitas.

ma no-

Forma generanda.

ma nouiter introducta, eſſe ſimpliciter. Porrò, ſi illæ diſpoſitiones non adeſſent, quàmdiu res corrumpenda alteratur, & materia ad formæ iam præſentis expulſionem, abſentis verò receptionem diſponitur. Denique, ſi formam introducendam conſimiles non comitarentur, quales antè inſtans formæ introducendæ fuerant cauſatæ; proculdubio materia indiſpoſita remaneret. verùm quia cum forma corrumpenda, priores abierunt; defecit enim illarum ſubiectum, quod in actu eſſe debet; vnde uon remauet materia in actu, ſed per formam nouam introducendam, fit in actu ſimpliciter, nouis etiam conſimilibus concomitantibus; remanet vtique ſufficienter, diſpoſita ad formam recipiendam: talis autem eſt corruptionis generationiſque ordo uaturalis, couſimiles quoque diſpoſitiones concomitantes, formæ in materia conſeruandæ deſeruiunt. Itaque, diſpoſitiones præceden-

Obiectio.

tes, uoua aduenıente forma, abeunt, atque receduut. Sed dicet aliquis hoc aduerſari philoſopho 2. de gen. comm. 25. diſſerenti atque diſputanti inter elementa ſymbolica, faciliorem eſſe transmutationē: Quia facilius eſt, inquit, vnum, quàm multa transmutare. Re-

Solutio.

manet ergo in illis aliqua præcedens diſpoſitio. Dico, quòd licet tot in ſymbolica, quot in non ſymbolica generatione corrumpautur; perinde tamen eſt, ac ſi vnum tantùm corrumperetur; ſymbolica enim qualitas ſine reſiſtentia, corrumpitur: in non ſymbolicis autem, non abſque reſiſtentia corrumpuntur: propterea ait philoſophus, quòd facilior ſit vnius cum reſiſtentia, quàm multorum cum reſiſtentia tranſmutatio. Quomodo ergo diſpoſitiones corrumpantur, dictum eſt ſatis.

Qvaestionis qvartae. Cap. I.

Si in materia ſit forma, vel aliqua pars formæ producendæ.

De modo formæ introducendæ, & de diſpoſitionibus quoque eius, iam dixi: quibus congruere id video, quod à multis in dubium vocatum eſt, nempè, ſi forma producenda ſiue aliqua illius pars, ſit in materia. Porrò, noſtra inquiſitio non eſt de potentia merè paſſiua, hoc eſt, an omnes formæ, naturaliter receptibiles in materia, in ipſa præexiſtant in potentia merè paſſiua: quandoquidem in materia aptitudo exiſtat, atque potentia eſſentialis ad formas recipiendas. nec quæſtio eſt, quin in materia diſpoſita, ratione diſpoſitionum, non autem ſecundùm eſſentiam, forma recipienda præexiſtat. neque etiam quæſtio eſt, quin in ſe-

Formam non præexiſtere in materia.

mine, ex quo res animata gignitur, aliqua præexiſtat virtus actiua, quæ ad productionem rei animatæ operetur. Sed quæſtio eſt, an in materia, in quam per ſubſtantialem generatiouem, forma ſubſtantialis introducenda ſit, ſiue animatæ, ſiue inanimatæ rei,

Prima ratio.

ipſa præexiſtat forma actu ſecundùm eſſe imperfectum. Ad quam quidem quæſtionē, ſecundùm communem ſapientum ſententiam dicimus, neque formam ſecundùm ſe totam, neque ſecundùm partem, quæ cooperetur agenti, in materia præexiſtere. Reuera, ſi forma præexiſtat actu, ſed imperfectè ſecundum ſe totam: generatio ergo hominis, accidentalis potiùs, quàm ſubſtantialis erit dicenda: hoc enim modo, à philoſopho generatio ſimpliciter, à generatione ſecundùm quid, 5. phy. commen. 7. diſcernitur, atque diſtinguitur. Sanè, generationis ſubſtantialis terminus à quo, eſt non ens in actu, idque neque perfectè, neque imperfectè, alioqui ſi eſſet actu imperfectè; non rectè dici poſſet non ens ſimpliciter: ex non ente autem ſimpliciter in ſubſtantiam, eſt generatio ſubſtantialis. nec poteſt dici, aliquam formæ partem præexiſtere; forma enim eſt indiuiſibilis, atque ſua na-

2\. tura ſimplex. Amplius, ſi aliqua pars præexiſtat, vt cooperetur agenti, ad eius productionem, aut vtique ad productionem partis præexiſtentis, & tunc eſſet contradictio;

præexi-

De forma generãda, ſiue producenda.

præexiſteret enim; & non præexiſteret. aut alterius, & tunc in generatione, non tota forma producitur, quod eſt abſurdum; ſiquidem non pars, ſed tota ipſa forma producitur, alioqui, ſi ex imperfecto ad perfectum duceretur, ſubſtantia ſuſciperet magis & minus. Dicis, philoſophum 7. met. comm. 29. dicere, partem rei præexiſtere: igitur, aut tota, aut aliqua pars formæ præexiſtit in materia. Reſpondeo, illud eſſe intelligendum de aliqua virtute actiua materiæ intrinſeca, non autem de ipſa forma, aut aliqua eius parte. Siquidem animata mouentur, ſeu generantur ab agente intrinſeco materiæ, quia nimirum virtus formatiua, quæ eſt in ſemine, mouet materiam ad formam; ſicuti virtus augmentatiua animæ, ipſi quanto intrinſeca, ipſum ad maiorem mouet quantitatem. Et in alteratione eſt aliqua virtus in corde, quæ cæteras partes mouet, totumq́; animal ad ſanitatem, quæ quidem virtualiter pars ſanitatis, non autem formaliter dici poteſt. Sermo ergo philoſophi eſt de rebus animatis, in quibus dicit aliquam partem præexiſtere, hoc eſt, aliquam virtutem actiuam materiæ intrinſecam, vt in ſemine, ad formam mouentem, quæ profectò virtualiter aliquo modo illius pars eſt appellanda. Cæterùm, ſemen non eſſe principium generationis actiuum, quod formalem generationis terminum, nempè ipſam formam attingere poteſt, conſtat ſatis: quod enim non eſt, principium ſubſtantiæ productiuum eſſe nequit, quippè cùm eſſe, agere præcedat. at ſemen, non eſt in inſtanti generationis; illius enim corruptio, eſt generatio alterius: nec refert, quandiu eſt, eſſe principium; ſiquidem proximè eſt conuertibile, in id, quod eſt generandum. Quidquid autem eſt huiuſmodi, paſſiui, non autem actiui rationem ſubire, neceſſe eſt: ergo. Amplius, nullum imperfectum, eſt principium perfectioris producendi: omne namq; principium vniuocum eſt, vel æquiuocum, æquè perfectum, vel perfectius termino producto, imperfectius autem minimè. ſed ſemen eſt imperfectius re producenda: ſiquidem (authore Auguſtino 11. de Trinit. cap. 17.) omne viuens eſt præſtantius non viuente: res autem generanda eſt viuens, non autem ipſum ſemen: ipſius ergo principium perfectè productiuum eſſe nequit. Nec habet quicquam virium, ſi quis dixerit ſemen agere, non propria, ſed decidentis virtute: virtute namq; non entis, nihil producitur. ſed decidens, vtpotè pater, caſu non ſit in viuis, aut ſi fuerit, non adſit corpori, ex ſemine gignendo: ideò velut non ens reputatur. Semen ergo non eſt ſufficiens principium actiuum generationis; ſiquidem vniformis agentis virtus actiua, in paſſo vniformi, difformem nequit producere effectum. ſed virtus ſeminis eſt vniformis, & materia quoque ſimiliter. Vnde ergo tanta in animalium organis difformitas? vtiq; ab agente difformi, nempè cœlico calore, ſiue influentia: huic autem difformi ſemen actioni, vt concomitans cauſa deſeruit, atq; cooperatur. Ratio præterea ſeminalis, eiſdem rationibus, ac ipſum ſemen, ſubſtantialis formæ eſſe nequit productiuum principium, neque ſufficiens alterans, abſq; cœli influentia; verùmtamen vtraq;, etſi non ad formam ſubſtantialẽ, ad ipſam tamen præuiam alterationem coactiua ſunt. Cùm ergo hæc ita ſe habeant: vnde ergo forma introducenda? non à ſemine, neq; à decidente, nec etiam ab angelo; non enim poteſt educere formam de potentia materiæ; ſiquidem agit cœli motu mediante. ſed cœlum non poteſt, nec ergo angelus, mediante illius motu: à virtute ergo diuina animalium formæ profluunt. Porrò, generatis ſine ſemine, vt ignis ex igne, huiuſmodi rationes non congruunt. Hæc quidem de formæ in animatis productione dixêre nonnulli, & quidem non temerè, cùm formarum productio, ſiue cùm corporibus pereuntium, ſiue poſt corporum diſſolutionem, permanentium, ad ſolum pertinere videatur opificem, ac mundi parentem. verùm aliqui arbitrati ſunt, quòd ſicut in genere ſunt differentiæ in habitu confuſo, & eſſe indiſtincto; ita planè in materia ſint formæ contrariæ ſecundùm eſſe confuſum, quæ quidem formæ ſic conſideratæ, tranſmutationis phyſicæ principia ſunt. Quoniam autem huiuſmodi formæ ſub eſſe confuſo conſiſtentes, aptæ ſunt eſſe perfectum conſequi, quamuis eædem ſint, ſub vtroq; eſſe; ſub imperfecto tamen, priuationis modũ

Margin notes, in order down the page: Obiectio. — Solutio. — In ſemine nõ præexiſtere formam. — 1. — 2. — Semen non eſt ſufficiens principium actiuum generationis. — Vnde ſit forma introducenda. — Formæ animalium à Deo immediatè. — In materia eſſe formas ſub eſſe confuſo.

De forma generāda, ſiue producenda.

obtinent. Is autem priuationis modus, non indicat in materia formæ negationem cum aptitudine; ſed formam potiùs cum negatione eſſe perfecti. Sed diximus vnicum eſſe, formam habere, nec ſuſcipere magis, & minus, quod certè ſaluari non poteſt; ſi ab imper-

Reprehenditur talis opinio.

fecto, ad perfectum proficiſceretur. Itaq́, quoniam ab imperfecto, perfectior effectus produci non poteſt: & omne quod eſt in producto, actu, ſeu virtute continetur in producente; ideò perfectius eſt producto, aut æquè perfectum. Adde, quòd omnis cauſa, eſt perfectior ſuo effectu, ſemen autem reſpectu animalis, non poteſt eſſe illo imperfectius: ergo. Etenim quando duæ cauſæ, vniuoca ſcilicet, & æquiuoca, ad eundem effectum producendum concurrunt; æquiuoca effectu ſemper cenſetur nobilior: multo ergo magis, ſi in vno effectu producendo ſola extiterit. Inſuper, quia nulla forma perfectius alteri, quàm ſibi eſſe largiri poteſt. ſed eſſe ſeminis eſt imperfectius eſſe animalis: ergo. Denique, quia in momento generationis, teſte Auerr. 1. phy. commen. 62. ſemen non

Quid ſit ſemē.

eſt, id autem quod non eſt, non eſt cauſa alicuius, vt ſit: has ob cauſas igitur, atq; conſimiles, rationi videtur eſſe conſentaneum, formam in ſemine non præexiſtere. Cæterùm,

1. Diſpoſitio.

operæpretium fuerit ſcire quid ſit ſemen, & an ita ſe habeant, quæ dicta ſunt. Inprimis non ignorare oportet, ſemen intelligi poſſe id, cui adeſt virtus alicuius effectus productiua, ſiue ab agente particulari fuerit productum, ſiue aliquod aliud extiterit, veluti diſpoſitio qualitatiua in ligno à ſole, vel igne inducta, ſemen quodammodo dicitur ignis

2. Proportionale.

generandi. Amplius, quod eſt proportionale vero ſemini, ſemen vocatur; vnde corpuſculum illud in carne vaccina, apis generandæ, ſemen dici poteſt, quod quidem à ſolis, cæterarumq́ ſtellarum in aëre, vel in aqua diffuſo calore gignitur, teſte Auerr. 12. met.

3. Superfluum alimenti.

comment. 8. Denique, ſemen propriè vocatur corpus ex ſuperfluo alimenti deciſum in loco generationis, in quo eſt virtus productiua eius, quod eſt ſimile generanti. Si primo modo ſemen intelligatur, eſt ratio ſeminalis, vt inſtrumentum principalis agentis ad ignis, vel alicuius generationem: ſecundo verò, & tertio modo, eſt pars totius corporis ſpiri-

Tria in ſemine.

tualior, atque ſubtilior. Porrò, in ſemine eſt forma ſubſtantialis ſeminis, qua ſemen conſtat, ſubtilior quoq; ſeminis pars, & quædam qualitas, quæ eſt calor ſeminalis: hic autem & animalis, & cœleſtis calor appellatur; animalis vtiq; quatenus eſt ab animali deciſus; cœleſtis verò, quatenus ſolis atq; ſtellarum eſt inſtrumentum: hæc quidem in vero ſemine inueniuntur, in aliis autem non ita plenè, atque completè, ſed per quandam potiùs ſimilitudinem. His ita elucidatis, quærimus, quid philoſophus de hac materia ſenſerit, quid deniq; illius Commentator, in lib. de animalibus 15. aſſerit ſolum intellectum de foris accedere, cæteras verò animalium animas, ex ſemine ortum habere. Auerr. 2. de genera-

Soluuntur argumenta.

tione animalium cap. 1. ait, ſemen agere in virtute ſeminantis; retinet enim motum, quem à primo motore accepit, nec eget præſentia ſeminantis Quare, qui huiuſmodi ſunt ſententiæ ſectatores, ita ad ſupra poſita argumenta reſpondere conſueuêre: & ad primum

1. *quidem ſic. Ab imperfectiori poteſt produci perfectius, quatenus inſtrumentum eſt principalis agentis: etenim forma ſeminis, vt particularis, & vniuerſalis inſtrumentum*

2. *agentis, ſimul cum calore animali, virtutem habet perfectioris producendi. Ad illud de producto dicunt, in ſemine contineri virtualiter inſtrumentaliter, atq; hoc ſufficere, nec oportere, ipſo animali, ſemen actualiter eſſe perfectius. Ad aliud, verum eſt cauſam*

3. *æquiuocam principalem, non autem inſtrumentalem, ſuo effectu perfectiorem eſſe; ſa-*

4. *tis enim eſt, ſi inſtrumentum ſit ſuperioris agentis. Ad aliud, forma, nobilius largiri poteſt eſſe, quàm ipſa habeat, non quidem ex ſuæ nobilitate naturæ, ſed quia inſtrumentū eſt nobiliſſimi agentis. Ad vltimum iam reſponſum eſt, nempè ſemen non egere præſentia ſeminantis; ſed ſufficere ſemel à ſeminante motum accepiſſe. Dicunt ergò formæ agens in fieri, ſemen eſſe, in eſſe verò conſeruando, cœlum, ac primum motorem, qualitatiuis, ac quantitatiuis diſpoſitionibus mediantibus. In primo ergo inſtanti forma eſt à nullo effectiuè, conſeruatiuè verò à cœlo: nec eſt impoſſibile effectum eſſe ſine agente, à quo dependet in fieri: ſufficit illi ſi ab actione conſeruantis defendatur.*

 Forma in ſemine.

CAP. II.

Quòd forma ſit in ſemine.

*QVI Peripatheticam viam ſectari ſe putant, animalium formas in ſemine,
ſiue in materia latitare, aiunt, ſic arguendo: Si nihil, inquiunt, in materia
præfuit, quod in formam naturalem non ſit tranſmutandum: formæ vtiq;
naturalis productio, creatio potiùs, quàm generatio eſſet appellanda:* 1.
*cratio enim eſt de nihilo productio, forma inſuper naturali corrupta, in
nihilum abiret: eôdem namq; vnde venit rem redire, atq; reſolui neceſſe eſt. Sed hoc eſt
falſum: ergo & antecedens, alioqui agens naturale annihilare poſſet, atq; creare, quod
planè dici non poteſt. Iterum, ſi nihil formæ generandæ in materia præceſſit: naturalis* 2.
*ergo formæ productio, generatio naturalis dicenda non eſſet: A natura, inquit philoſo-
phus 7. met. fiunt, in quorumcunq; materia, eſt aliqua pars formæ, quæ ſic mouet ma-
teriam; ſicut mouetur ab extrinſeco. Reuera, cuilibet generationi naturali, principium
ineſt naturale intrinſecum actiuum, quippè, cùm natura ſit principium motus & quie-
tis eius, in quo eſt, 2. phyſ. ac naturalia ſic ab artificialibus diſtinguuntur. Porrò, illud
primum non eſt forma inducenda, quia nondum eſt, nec materia; ad ipſam enim non at-
tinet agere: aliquid ergo eſt, quod in formam erit tranſmutandum. Sanè, 6. met. na-
turalem ſcientiam, ab arte, & ſcientia practica hoc modo dixit eſſe diſcretam, quia na-
turalium principium in nobis, non eſt, ſed in rebus ſcitis: artificialium verò, atque par-
ticularium in nobis, vel in ſciente. hæc profectò nihil virium haberet, ſi in rebus natura-
libus, ſuæ tranſmutationis actiuum non eſſet principium: propterea ibidem ſubdit prin-
cipium naturalium eſſe in moto, quod planè de principio actiuo eſt intelligendum. Am-
plius, ſi in materia non eſſet principium actiuum formæ generandæ: igitur omnis gene-* 3.
*ratio eſſet violenta: violentum namque eſt, teſte philoſopho 3. eth. cuius principium eſt
ab extra nō conferente vim paſſo. Si ergo paſſum nullam vim habet in forma producen-
da: omnis ergo generatio eſt violenta, quod eſt abſurdum. Ex oppoſito igitur naturale
principium eſt actiuum, atque intrinſecum rei producendæ. Sanè, 7. met. aliqua dixit
eſſe à natura, & aliqua ab arte: nonnulla verò à natura, & arte, quædam verò à caſu.
Porrò, quæ à natura fiunt, illa eſſe aſſeruit, quorum materia principium in ſe motiuum
habet: igitur in materia rei generandæ eſt principium intrinſecum motiuum, atq; acti-
uum rei, quæ erit producenda. Amplius, formæ viuentium ab agentibus intenduntur,
atq; procurantur naturalibus, alioqui caſu, præter illorum intentionem fierent: igitur ab* 4.
*illis generantur, aliter fruſtra procuraretur, quod illorum poteſtatem effugeret. Reue-
ra, ſecundùm Peripatheticos, formæ animalium, rationali tantùmmodo excluſa, tum in
eſſe, tum etiam in conſeruatione à cauſis dependent naturalibus: illorum ergo generatio
ab eiſdem pariter dependeat, neceſſe eſt. Sanè, ſi huiuſmodi animæ, potentia in prima
continentur materia, ſicut dicit Commentator, actu verò in primo motore, ſi à Deo pro
ducantur: ex materia ergo Deum illas extrahere diceremus, quod eſt falſum, & ab-
ſurdum. Itaq; formam, aut aliquid formæ in materia præfuiſſe, conſonum eſt rationi.*

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

*AD primum dico, creationem, productionem eſſe inter ens, & nihil ſimpli-
citer: generationem verò inter ens, & priuationem, quæ etſi nihil ſit for-* 1.
*maliter; aptitudinem nihilominùs, atq; inclinationem in ſubiecto præſuppo-
nit naturalem. Quam ob cauſam forma producenda, propter huiuſmodi in-*

 clinatio-

De formę productione.

clinationem naturalem ſubiecti, in quo eſt recipienda, qua profectò ipſa creatio caret, generationem habet naturalem. Ad 2 uegatur couſequentia: modus enim naturalis generationis, ex parte paſsi ad formam naturaliter tendentis, non autem ex parte principij actiui in mobili exiſtentis, eſt obſeruandus. Itaq́, authoritas philoſophi intelligenda eſt de potentia formæ virtuali, non autem formali: ſicuti ſolemus dicere, calorem eſſe partem ſanitatis. hoc etiam modo ratio ſeminalis, pars dicitur formæ generandæ. Quod autem adducitur, omnem generationem naturalem, habere principium actiuum: minimè placet: & cùm additur, quòd natura ſit principium motus eius, in quo eſt, dico, paſsiuum, non autem actiuum eſſe principium, atq́ ita naturalia ab artificialibus eſſe

Naturalia.

diſcreta; naturalibus enim principium paſsiuum, determinatam tribuit inclinationem ad formam habendam: artificialibus autem minimè; imò inductio formæ cum illorum naturali inclinatione pugnat: ſic grauia in ſublimi loco interdum artis inuentione collocantur: vel materia, ad formas artificiales, in neutra eſt potentia.

Artificialia.

Artificialia ergo, agens habent liberum, & potentiam neutram, naturalia verò, agens naturale, & naturæ potentiam determinatam. Ad confirmationem dico, non haberi, in 6. met. principium naturalium actiuum eſſe in moto, ſed id tantùm, quod ſciens naturalia ſpeculatiuè, ſicut nouit phyſicus, non ſit actiuum ipſorum principium: ſicuti ſciens aliqua particularia, ipſorum quodammodo, propter ſuæ artis peritiam, principium dici poteſt actiuũ. Ad 3. philoſophi authoritas ita eſt intelligenda, nempè illud, quod patitur vim, non conferre potentiam naturalem, nec inclinationem quidem habere, ad illud, quod vi ſuſtinet; imò oppoſito modo ſe habere. Ex quo patet, non poſſe inferri ex philoſophi authoritate, paſſum habere oportere potentiam actiuam formæ producendæ, vt naturalis, & non violenta dici poſsit generatio. Ad authoritatem, 7. met. dico id tantùm haberi, quod naturaliter fit, principium eſſe naturale paſsiuum, quod ad actum, abſq́ arte cooperante reducitur, atque reuocatur: non autem quod neceſſe ſit, eſſe principium intrinſecum actiuum formæ generandæ. Ad 4. dico, formas intendi, procurarique ab agentibus naturalibus, diſpoſitiuè tantùm, non autem effectiuè; nec ideò caſſo labore fatigari; alioqui homo, qui hominem generare intendit, eodem modo fruſtra laboraret; ad animæ enim productionem nequit attingere. Ad confirmationem reſpondeo, formas eſſe in materia in potentia paſsiua, in primo autem motore in actu, quia actu illas producere poteſt, non quidem extrahendo, ſed infundendo, mediantibus materiæ diſpoſitionibus, atq́ inclinationibus ad formam nouam recipiendam. Ad materiæ ergo, ſiue ſubiecti tranſmutationem naturalem, non eſt neceſſarium principium actiuum rei motæ, ſiue tranſmutatæ; ſed ſufficit principium paſsiuum naturale, ad talem tranſmutationem, motum, ſiue terminum inclinatiuum.

Sufficit principiũ paſsiuum

videtur etiam hoc philoſophi doctrinæ conuenire; ſic enim 8. phyſ. loquitur: Alia, inquit, mouentur ab extrinſeco, puta violenter: alia verò ab intrinſeco naturaliter, quia ſic ſunt nata moueri; vnumquodq́ enim tunc naturaliter agitur, atq́ mouetur, cùm ita, ſicut natum eſt agi, agitur atq́ mouetur. Denique addit aliqua moueri naturaliter; quæ habent principium patiendi tantùm, non autem agendi. Amplius, quod alicui ſe habet per accidens, eidem per ſe conuenire non poteſt, alioqui inter accidens, & ſubſtantiam, nullum eſſet diſcrimen: ſed principium actiuum intrinſecum, per accidens congruit ſubiecto ad formam producendam, authore philoſopho 2. phyſ. Per accidens, inquit, medicus ſanat ſeipſum; accidit enim illud ſanari, quod in ſe habuit principium actiuum ſanitatis: non ergo eidem per ſe conuenit ſubiecto. Igitur, in ſemine, ſiue in materia non eſt aliquod principium actiuum, coagens extrinſeco agenti, ad generationem naturalem propagandam, alioqui omnis actio, in paſſo ab extrinſeco immiſſa, violenta, aut artificialis diceretur, quod conſtat eſſe falſum: illuminationamque aëris à corpore luminoſo, eſt naturalis; ab extrinſeco tamen. Hæc quidem dixi, ſecundùm meliorem modum intelligendi.

CAP. IIII.

Formam non fieri ex aliquo exiſtenti in materia, & ab ipſa materia diſtincto.

*QVoniam quàmplurimis philoſophis viſum eſt impoſſibile, animalium for-
mas ab extrinſeco accidere, & creationem effugere poſſe; hac de cauſa
nonnulli arbitrati ſunt, creationem effugere cupientes: aliquod poſitiuum* Formam fieri ex aliquo in materia exiſtente.
*reale, materiæ eſſe concreatum, & ab ipſa materia eſſentialiter diſtin-
ctum, ex quo forma producitur: Si in materia, inquiunt, non eſt aliquid
ab ipſa materia diſtinctum, ex quo forma eſt producenda; tunc planè materia eſſet in* 1.
*pura potentia receptiua ad formam: ſicuti corpus ad animam rationalem, & anima ad
gratiam. ſed hæc per creationem habentur: formæ igitur productio ſola creatione ac-
quireretur. Amplius, quod fit per ſe primò, & non de aliquo ſui, creari omninò, neceſ-* 2.
*ſe eſt. ſed forma per ſe fit, & non per accidens, ſicut album: ergo. Item, forma primò
fit, quia priusquam compoſitum; cauſa enim præcedit effectum. ſi ergo non fit de ali-
quo ſui: aliquid certè non conuertitur in ipſam: atque ita ſequitur, vt ipſa forma cree-
tur. Adde, quod generans teſte commentatore 8. met: perfectionem, non autem
multitudinem largitur. Quare, ſi forma, vel aliquid illius non præceſſit in materia: ge-
nerans vtiq; multitudinem largiretur, nempè formam, quæ priùs non habebatur: ergo
quod prius. Amplius, aliqua a caſu fieri aſſerit philoſo: 7. met: cùm per agens extrin-* 3.
*ſecum aliquid fit, quod eſt, pars formæ in materia. In materia ergo aliquid aliud præ-
cedit, ab ipſa diſtinctum, de quo forma fit, aut in ipſam cõuertitur. Verùm huiuſmo-* Reprehenditur.
*di ſententia, cùm veritati, tum etiam rectæ philoſophiæ minimè conſona eſſe videtur.
Etenim, ſi pars formæ præexiſtit in materia: aut eadem pars ad omnes propemodum
formas reſpicit, atq; ita idem numero in omnibus formis quantùmlibet contrarijs, & in-
compoſſibilibus clauderetur, quod eſt abſurdum: aut, cuilibet formæ correſponderet ſua* 1.
*propria pars, ab alia numero diſtincta. ſed tunc aliud ſequeretur abſurdum, nempè
infinita actu in materia extra intellectum, ſimul coaleſcere, quod ſic patet: Quem-
admodum diuerſis formis ſpecie, diuerſæ etiam partes ſpecie reſpondent; ita planè
diuerſis numero, diuerſæ etiam numero. At materia cùm ſit in potentia ad infinitas
formas numero, ſub qualibet etiam forma ſpecifica: infinita ergo actu ſimul erunt in
materia. Amplius, aut illæ partes diuerſarum rationum ſimul omnes ſimul ſunt in ma-* 2.
*teria, aut non. Si autem ſimul: contrariis ergo atque incompoſſibilibus, diſparatis deniq;
pluribus eiusdem rationis materia informabitur; quælibet enim illarum partium eſt ali-* Materiam non informari pluribus formis.
*qua forma: à qualibet ergo materia informabitur. Quòd ſi dixeris, non omnes mate-
riæ ineſſe: illæ ergo quæ non inſunt, ſeparatæ ſunt, ac per ſe ſubſiſtentes, quod eſt fal-
ſum, à generante ſanè attingi non poſſent. Dicis, fieri poſſe plures formas ſecundùm eſſe* 1.
completum, & partiale, eidem materiæ ineſſe. At hoc eſt impoſſibile; repugnat enim 2.
*illarum rationi formali, quæ ita in parte, ac in toto, eandem poteſtatem obtinet. forma
præterea ſubſtantialis, quia ſpecifica eſt, ſecundùm ſpeciem ſpecialiſſimam, neceſſariò
vnum naturale conſtituere debet ſuppoſitum. Quare, ſi tales formæ, aut illarum partes,
eidem ſimul ineſſent materiæ; vna profectò eademq; materia, in pluribus ſimul ſuppo-* Soluuntur rationes primæ
*ſitis naturaliter ſubſiſteret, alterius, & eiusdem rationis, quod eſt falſum. Ad rationes
autem ſic reſpondere valemus. Ad primam dicimus, materiam non eſſe puram potenti-* 1.
*am receptiuam ad formam naturalem, ſed eſſe in potentia tranſmutabili ad ipſam, quip-
pe cùm per tranſmutationem materiæ haberi non poſſit. Ad 2. Licet forma ſit prior or-* 2.
dine naturæ; per mutationem tamen acquiritur: non ergo creatur; differt enim muta- Creationis & mutationis differentia.
tio à creatione, vt diximus in 2. lib: Pymandri, creatio ſiquidem non præſupponit ſub-

De formæ productione. iectum: at mutatio, eſt actus ſubiecti in potentia. Ad authoritatem commentatoris dico, quod generans, perfectionem, non autem multitudinem compoſito largiatur; non enim duo, ſed idem generat compoſitum, quippe, quod erat in potentia, in actum deducit.
3. nec vult excludere, formam, quæ priùs non erat, de nouo per generationē haberi. Ad 3. dico, illam partem formæ non debere intelligi aliquid formæ intrinſecum, ſed proximam ad ipſam formam diſpoſitionem: ſicut ſolemus dicere, calorem præuiam eſſe diſpoſitionem ſanitatis, licet formaliter non ſit ipſa ſanitas. Motus præterea, quem producit operans à caſu, eſt cauſa partialis ſanitatis effectiua. Quomodo ergo in materia nō exiſtat
Secunda ſententia quòd forma ſit in materia in eſſe imperfecto. aliquid ab ipſa eſſentialiter diſtinctum, ex quo forma ſit producenda, ſatis dixi. Caterùm, nonnulli dixêre in materia totam præeſſe eſſentiam formæ; ſub eſſe tamen incompleto, atque imperfecto, ipſamq́; per agens extrinſecum excitari, atque ita excitatam, ſeipſam mouere: ab agente verò extrinſeco, ad maiorem perfectionem, actualitatemq́; deduci, quæ profectò actualitas ab ipſis vocatur, eſſe actualis exiſtentiæ. Itaq́;
Reprehenditur. qui talis fuêre opinionis ſectatores, arbitrati ſunt, formam ſecundùm eſſe exiſtentiæ in materia præeſſe. Verùm hæc opinio non videtur ſatis tuta, atque rationi conformis: nam illud formæ augmentum, ſeu complementum, ſi ex nihilo fiat; tunc neceſſe eſt, creationem concedere: ſi ex materia, aut ex ipſa forma eſſentia manente, & idem neceſſe eſt
1. contingere: aut tranſeunte, & tunc de aliquo gradu: nec propter hoc euadere poterimus quod quærimus, cùm nihil plus in ipſam formam conuertatur, ac ſi ex ſola materia
2. fieret. Illud præterea, ex quo, tanquam ex ſubiecto aliquid fit, alterius eſt rationis. at omnes partes gradus formæ, eiuſdem ſunt rationis: vnus ergo ex alio, veluti ex ſubiecto
3. fieri non poteſt. Adhuc, aut fit ex illo gradu obiectiuè præcedente, ſicuti homo in actu, fit ex homine in potentia, quod planè fieri non poteſt; alioqui vnum alicuius formæ indiuiduum, virtute naturæ in alterum eiuſdem rationis totaliter conuerteretur, quod
4. certè ſoli conuenit virtuti diuinæ. Præterea, illud complementum ab illo, quod præſupponitur, eſſentialiter diſtinguitur; in re enim ſine illo conſiſtit. ſed eſſentia, vel forma, à ſuo eſſe, ſiue exiſtere in actu, non differt: igitur forma non habet in ſubiecto eſſe incompletum. Sanè, alterum illorum in effectu, ſine altero poneretur, quod eſt planè
5. contradictio. Item, ſi forma ſub eſſe incompleto exiſtens ſubſeruit agenti ad perfectam ſui productionem: eſt ergo ratio in eſſe actuali, atque ſubſtantiali, ſeipſam producendi. atqui nihil generat, aut producit ſeipſum: nec ergo in eſſe ſubſtantiali ratio eſſe poteſt
Formam fieri ex puro poſſibili. ſuipſius producendi. Formam ergo non præceßiſſe in materia ſecundùm eſſe incōpletum, ſatis patere puto. Alij, idem abſurditatis periculum effugere cupientes, in materia quædam pura poßibilia actualitatis propriæ vacua, collocârunt; tametſi entia ſint
1. extra intellectum. Addiderunt inſuper quodlibet illorum minus ens eſſe, quàm ipſa
2. materia: Materia, inquiunt, ſemper manet: poßibile verò illud, minimè. Deniq́; illius poſſibilis, materiā ſubiectū eſſe. hæc autem pura poßibilia, ad formarū actus tranſmutari
3. aiunt, actione generantis, ſingula ſingulis. Deniq́;, ad formam ſubſtantialem ſe habere, in potentia obiectiua, vel terminatiua, non autem ſubiectiua: ſicuti etiam poßibile in ſubiecto ad formam accidentalem, eſt accidens in potentia non in actu. Porrò, hoc mo-
Reprehenditur opinio. do, tùm creationem, tùm etiam annihilationem formarum euitare ſe putant. Addunt
1. inſuper impoßibilia illa ſecundùm numerum ſpecierum, non autem indiuiduorum augeri, ſeu multiplicari; ideoq́; idem numero corruptum, ad vitam reuocari non poſſe. Verùm hæc quoque opinio multis patet argumentis: etenim velle aſſerere, illa poßibilia
2. eſſe entia extra intellectum poſitiua, & nullam habere actualitatem, aperta eſt contradictio; ab actu enim, & potentia ens ſufficienter diuiditur: omne ſiquidem ens extra intellectum, eſt actu ens. at nihil poſitiuum actu eſſe poteſt, niſi ſua propria actuali-
3. tate ſic conſtitutum: non ergo eſt ens, ſuæ propriæ actualitatis vacuum. Amplius, aut illud eſt materia, aut forma, aut deniq́; compoſitum: materia autem eſſe non poteſt,

cùm

De formæ productione.

*cùm ab illa eſſentialiter diſtinguatur. Quodſi forma, aut cōpoſitum extiterit; tunc pla-
nè maioris erit entitatis, quàm ipſa materia. Quid ergo erit illud poßibile? Amplius, ſi
illud purum poßibile, eſt forma extra intellectum: omnis forma ergo priusquàm gene-* 3.
*retur, eſt in materia, atque ita fruſtra eſt generatio. Adde, quod eadem materia in
pluribus ſuppoſitis, non ſolùm alterius, ſed etiam eiuſdem rationis ſuppoſitaretur. Ad-
de, quod illud poßibile, aut eſt aliquod corpus coextenſum materiæ, ſecundùm eius di-* 4.
*menſiones, atque ita omnia eſſent in materia ſecundùm proprias quantitates, ſicq́ omnia
eſſent in quolibet: aut eſſet aliquod ſpirituale. at tunc ab agente corporali, ſua actione
attingi non poſſet: ad quid ergo neceſſe eſt illud ponere? Nec valet, ſi dixeris eſſe cor-
poreum in potentia; agens enim naturale, quantum actu exigit, in quod agere valeat.
Iterum, illa tranſmutatio, qua forma propagatur, aut præcisè eſt in materia: & ita* 5.
*purum illud poßibile non tangit, & ex conſequenti ex illo forma non producitur: aut eſt
in illo puro poßibili, veluti in ſubiecto; tunc planè illud poßibile, eſſet in actu: tranſ-
mutatio namq́ cùm ſit accidens; & de genere actionis, in actu ſit, oportet. Eius ergo
ſubiectum, hoc eſt, purum poßibile erit in actu, & ſic non plus conuertetur in formam,
quàm ipſa materia: vnde per hoc poßibile, creationis negotium minimè effugiemus. Ex
his ergo, atque ſimilibus rationibus conſtat, illa pura poßibilia non eſſe admittenda. Cæ-
terùm, quomodo forma non fiat de aliquo; & tamen non creetur, loquor de formis corru-
ptioni ſubditis; ſic quoquo modo intelligere poßumus. Fieri ex aliquo bifariam intelligi
poteſt. vno quidem modo, veluti ex aliquo ſibi intrinſeco: atque ita fieri, ſeu factum eſſe
dicimus compoſitum ex materia, & forma, idq́ per materiæ tranſmutationem. hoc mo-
do forma non ſit de aliquo, quippè, quæ non fiat de aliquo, tanquam ex partibus ſibi in-
trinſecis. alio modo, aliquid fieri dicimus ex aliquo, non quidem ex partibus ſibi intrin-
ſecis, quæ in ipſum conuertantur, ſed quia per alicuius tranſmutationem naturalem,
modo ſibi conuenienti fiat, illudq́ neceſſariò præſupponit: ſicuti etiam ipſa tranſmuta-
tio, ipſum cuius eſt terminus, velut ſuum præſupponit ſubiectum. hoc autem modo for-
mam de aliquo fieri, non autem creari, dicimus. Itaq́ tum formam, tum etiam compo-
ſitum de aliquo fieri dicimus: compoſitum quidem de aliquo, nempè de materia & for-
ma, tanquam de partibus ſuis intrinſecis, per tranſmutationem materiæ: formam verò
de aliquo non certè de aliquo intrinſeco, quod in ipſam conuerteretur, ſed per tranſmu-
tationem materiæ, quam ipſam neceßariò præſupponit: non ſic autem creatio, quæ iſta
non requirit. Quomodo ergo formæ animalium corruptibilium non fiant de aliquo, & ta-
men non creentur, dixi: res certè eſt obſcura, & vix intellectu perceptibilis.*

Quomodo forma non fiat de aliquo, & tamen non creetur.

Fieri ex aliquo dupliciter dicitur.

Quomodo cōpoſitū fiat de aliquo.

CAP. V.

Forma an producatur ab agente naturali, ſiue ſeparato.

*Quamuis hactenus de hac quæſtione nonnulla dicta ſint; quia tamen vnde-
quaq́ magnos habet fautores, libet pro elucidanda quæſtionis veritate, non-
nihil addere, quod ad huius rei negotium, iure ſpectare videtur. Sanè, quia
nobis, diſputando oſtenſum eſt, formam non fieri ex aliquo in materia exi-
ſtente, tametſi, propter materiæ tranſmutationem fiat, modò ſciſcitando, ſcire cupimus,
an ab intelligentia ſeparata, forma, ſiue compoſitum fiat: vel ab ipſo ſemine per virtutem
naturalis agentis. Etenim, cùm ſemen ſit corpus imperfectum, à generante productum,
cuius forma propter ſe à natura non intenditur, ſed propter alterum potiùs, vt ex ipſo
aliquid generetur ſimile gignenti. natura ſiquidem in proceſſu generandi à ſemine in-
cipit, & ad formam ſpecificam inducendam tendit, in qua negotiantis naturæ intentio
quieſcit.*

Quid ſemen.

Formæ ſeminis.

De formæ productione.

quieſcit: ſemen ergo via eſt proficiſcendi, perueniendiq; ad formam vltimò intentam, atque ſecundùm ſpeciem ſuam perfectam; ſunt enim media ſeminis formæ plurimæ, ſanguinis ſcilicet, embrionis, deniq; equi, vel leonis, in qua eſt ſtatus virtutis ſeminalis. Porrò, ſemen eſt diſpoſitionum actiuum, quibus materiam diſponit ad formæ geniti receptionem. vnde & membrorum animalium eſt figuratiuum, vt concauſa quidem, non autem vt ſufficiens actiuum: formæ verò ipſius geniti minimè productiuum, ob cauſas paulò ſuperiùs recitatas. Huic ſententiæ aduerſatur commentator 7. met: com: 31. In ſemine, inquit, eſt virtus communicata à generante, à quo deciditur, per quam, vt per inſtrumentum, generans producit ſibi ſimile: ſicut formæ ſubſtantiales elementorum, per qualitates actiuas, vt per inſtrumenta agere dicuntur; ſic calor naturalis tanquam animæ vegetatiuæ inſtrumentum, ex cibo carnem generat. hæc autem virtus ideò ſecundùm diuerſorum formationem organorum materiam diſponit, formamq; animati producit, quia nimirum eſt virtualiter ipſum generans, ſeſeq; habet vt ars in mente artificis, per quam artifex diſponit materiam, & inducit formam artificialem: quoniam autem huiuſmodi ſeminis virtus in membris, figurisq; formandis, captum quodammodo intellectus ſuperat, cùm nullam in ſe partium difformitatem, varietatemq; contineat; hac de cauſa à philoſopho, & commentatore diuina appellatur; latenter enim, inſtar virtutis diuinæ, ſuas exerit vires, quæ nobis cognitu difficillimæ ſunt. Sanè, hoc intereſt inter diſputantes, quod quidam dicunt, virtutem diuinam, ſeu cœleſtem, per ſemen illa operari: alij verò, agens naturale, per ſeminis inſtrumentum, cuius virtutem, diuinæ potentiæ præſeferre ſimilitudinem, aiunt. Itaq;, ſemen potentia non actu, ac membra omnia continet generantis. Quam ob cauſam pro formarum eductione conſeruanda, ad ideas, vel ad deum confugere non oportet, ſecundùm iſtorum ſententiam. Addunt, quòd ſi agens naturale per virtutem ſeminis, non attingit animam, animæ viiq; intellectiuæ productio ab anima bruti non differret; ſiquidem vtraq; à deo immediatè produceretur: ſunt ergo formæ actiuæ ſeminum, ſecundùm iſtorum dogma, rationes producendi actiuæ illa, quæ ſecundùm rationes ſeminales producuntur; virtutem enim ſeminalem, ad genus cauſæ efficientis ſpectare dicunt. Vnde ſemen ad menſtrua, ſecundùm eos, ita ſe habet, ac artifex ad materiam. ſed contra huiuſmodi opinionem ſuperius argumentum eſt, & quidem rationabiliter ſatis. Dicam ergo quid ſentiam de virtute, ſiue ratione ſeminali. Ratio ſeminalis eſt forma ſeminis, quæ ideò ratio dicitur, quia ſicut forma eſt ratio habentis formam; ita ipſa ſit ratio eſſendi. Semen autem, eſt corpus quoddam naturale imperfectum, à ſeminante productũ, non propter ſe, ſed propter ens perfectius, mediante ſemine producendum: ſemen ergo concurrit alterando, non autem generando, proinde rationes ſeminales ſunt potentiæ proximæ in ſeminibus, vt illa haberi poſſint, quorum reſpectu, ſemina appellantur. Sunt etiam potentiæ ad actum virtute naturali reducibiles. Ex quo patet, rationem ſeminalem non eſſe potentiam remotam, quæ eſt potentia materiæ primæ, quippè cùm ad diuerſa organa, ſint ipſæ rationes ſeminales, diſtinctæ, diuerſæ, atque determinatæ. At, in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum; potentia ſiquidem materiæ primæ, reſpectu omnium eadem eſt, ſicut eius eſſentia. Proinde, ſicut diuerſorum effectuum, & determinatorum, diuerſæ ſunt, & determinatæ proximæ, vel propinquæ potentiæ: ſic etiam diuerſæ rationes ſeminales: quæ profectò proximæ ſunt potentiæ naturales, atque in his rebus inueniuntur, quarum generatio ſine ſemine fieri non poteſt. Ex quo patet inanimatorum, atque ſimplicium corporum generationi rationes ſeminales non eſſe attribuendas, neque illorum animalium, quæ per putrefactionem generantur. Illis ergo animalibus ſunt cõcedendæ, quæ per propagationem, & mediante ſemine generantur; ſemen enim aliquid plus nobilitatis, quàm huiuſmodi corpora, habet; eſt enim corpus mixtum, & ex conſequenti, non poteſt eſſe medium ordinatum ad corpus ſimplex; non enim in ſui generatione, ſemine indiget.

Marginal notes:

Commenta: dicit ſemen producere formam.

Virtus ſeminis diuina.

Forma quid diuinum.

Ratio ſeminalis quæ ſit.

Vera ſententia de virtute ſeminali.

Diuerſæ rationes ſeminales.

In quibus ſint rationes ſeminales.

 De formæ productione.

Alijs autem rebus improprie rationes ſeminales attribuuntur; nempè potentijs gene-
rabilium proximis, ex aliquo elementorum temperamento, vel quorumcunq́ corporum
ſimiliter ſe habentium. Sunt etiam rationes primordiales in mente primi artificis, quas Rationes primordiales.
ideas appellamus: obedientiales autem, materiæ inſunt, ac deo ſoli obtemperant: natura- Obediētuales.
les, quæ in actum virtute agentis naturalis, egredi poſſunt: ſeminales, quia à principio
indiuiduis inditæ ſunt. Ceterùm, Diuus Auguſtinus 12. de ciuit: dei, cap. 25. ipſas natu- Auguſtinus.
ras, ſeu formas, non ſeminalibus cauſis, ſed deo ſoli attribuit: Qualibet igitur, inquit,
corporales, vel ſeminales cauſæ gignendis rebus adhibeantur; ipſas tamen naturas non
facit, niſi ſummus deus. Priori ſanè ſententiæ fauere videtur, aſſerenti formas à deo fie-
ri: hæc quidem de ratione ſeminali. Sed iam ad præpoſitam redeamus quæſtionem, quæ
planè ex dictis non parum lucis accepit. Diuus Plato, à forma ſimpliciter ſeparata, ve- Plato.
luti à vero, vnicoq́ agente, indiuiduum nouum proficiſci poſſe, putauit. Hanc Platonis
ſententiam ſectatur Auicenna, Alexander, Themiſtius quoque rationibus confirmat, Themiſtius
atque corroborat. 1. de anima cap. 23. Videmus, inquit, mures fieri, & non ab aliquo a- rationes.
gente particulari: non poteſt autem horum propagatio, accidenti attribui: omne ſiqui-
dem quod fit, à ſimili in genere, vel ſpecie fiat, neceſſe eſt. ſed accidens non eſt huius-
modi: igitur ab eo talium generatio eſſe non poteſt. Animalia præterea non fiunt ab
agentibus particularibus, cùm illis non exiſtentibus, generari poſſint: nec à ſeminibus,
quod enim generatur, ab vniuoco gignitur. ſed ſemen non eſt vniuocum ipſi genito: igi-
tur, vnum eſt agens, à quo hæc omnia fiunt. Sanè, ſi hæc rectè intelliguntur, à veritate
minimè diſſentiunt; ſiquidem ſecundùm Auguſtini ſententiam, iam adductam, natu-
ras, ſeu formas ſolus deus facit, licet rationes ſeminales plurimæ adhibeantur. Ipſe igi-
tur eſt verus genitor, & pater legitimus, ſecundùm Mercurium. Id autem dixerim, non Deus creat
de generatione naturali, in qua gignens, & genitum eiuſdem ſunt naturæ; ſed de gene- formas.
ratione vniuerſali, qua à deo omnia procreantur. Neq́ ex hoc genita, naturalia dicenda
non ſunt, cùm per præuias diſpoſitiones naturales fiant; tametſi, illarum naturarum con-
ditor ſit deus. hæc, inquam, ſi ita intelliguntur, Platonis doctrina conſona eſt catholicæ
ſcripturarum authoritati. Qui finxit ſingillatim corda eorum: id eſt, animas eorum, in- Pſal. 32.
quit Hieronymus. Et illud Iſa: Omnem flatum ego creo: id eſt, omnem ſpiritum, formam
ſiue animam. Verum ergo eſt, ſecundùm Platonis ſententiam, indiuiduum, ſicut dixi, à
ſeparata intelligentia fieri. Porrò, Auer: 7. met: com: 31. multis argumentis, Platonis, Auer: pugnat
aliorumq́ non contemnendam doctrinam, euertere conatur, fortaſſis, quia illorum contra platonem.
mentem non percepit, aut percipere noluit: vnde ſic arguere conſueuit: Si generatio, in-
quit, fieret à forma ſeparata; tunc planè, ſine materia, genitum fieret; agens enim ſepa- 1.
ratum, non præſupponit materiam, in agendo. ſed conſequens eſt falſum: ergo & antece-
dens; indiuiduũ enim, de quo loquimur, ex materia, & forma conſtat. Sed conſequentiam Solutio.
ipſe negarem: agens enim ſeparatum, ob congruentem, quem rebus inſeruit, naturæ or-
dinem, non quidem ob ſuæ potentiæ paruitatem, in rerum propagatione, atque genera-
tione, materiam præſupponit: ſic panem nobis præbet, miniſtrantibus elementis. Am- 2.
plius, inquit, genitum ſimile debet eſſe generanti. ſed agens eſt ſeparatum, & genitum:
ergo ſimiliter, quod eſt abſurdum, ne dicam impoſsibile; ex nihilo enim, nihil fit. Di- Solutio.
co, geniti formam, quandam dei ſimilitudinem habere: forma namq́ tum ab ipſo,
tum à philoſopho, quoddam diuinum appellatur. Iterùm arguit: Vel idem agens ſepa- 3.
ratum eſt diſponens, & generans, vel aliud. Si idem: agens ergo huiuſmodi, eſt cor-
pus, quia diſponens eſt corpus, atque ita non eſt forma ſeparata. Si verò eſt aliud; tunc
planè genitum non eſſet vnum in actu: generantis enim actio, ad ens in actu termina- Solutio.
tur: & actio diſponentis ſimiliter. Reſpondeo, ad generationem naturalem illa perti-
nere, non ad illam, qua deus cuncta diſponit, atq́ producit; non enim, vt corpus illa fa-
cit, ſed vt conditor omnipotens. Sanè, ipſe formas producit, & materiam mouet, vt Rationes contra Auerro.

Compoſitum vnde fiat. *congruis diſpoſitionibus ſeſe præparet ad formam recipiendam. Adde, quod omne agens, citra primum, materiam requirit, in quam agit: deinde deus creat materiam; non*
1. *eſt tamen illi ſimilis: non ergo omne agens per omnia ſimile eſt rei à ſe genitæ, ſiue pro-*
2. *ductæ. Deniq́, quidquid poteſt cauſa ſecunda, idem poteſt & prima. ſed ſecunda cauſa*
3. *poteſt tranſmutare materiam: igitur & prima. Omne præterea tranſmutans eſt in actu: igitur, quod maximè eſt in actu, veluti forma ſeparata, maximè habet virtutem tranſ-*
4. *mutandi. Item, vnus, atque idem effectus numero, eſt ab omnibus cauſis eſſentialiter ordinatis; & tamen eſt idem numero. Non ergo quod fit à diuerſis cauſis, eſt plura in actu. Itaq́ ex forma ſeparata poſſe fieri hoc aliquid, patet ſatis.*

CAP. VI.

Ex materia, & forma fit vnum per ſe compoſitum.

AVdiuimus à ſubſtantia ſeparata poſſe fieri hoc aliquid: iam quærimus, & non quidem temerè, ſi à forma, & materia fiat vnum per ſe. Cùm enim compoſitum ex materia, & forma conſtare ſciamus; iure quærimus, ſi il-
Vnum per ſe. *lud ſit vnum per ſe, deinde ſi primum à natura intendatur. Porrò, vnum per ſe eſſe dicimus illud, quod ex ſui natura eſt indiuiſibile, ſicuti punctus,*
Vnum per ſe fieri. *& intelligentia, & in ſupremo gradu, prima cauſa: fieri verò vnum per ſe, quando ex pluribus ſimul iunctis, vna reſultat natura, generis, ac ſpeciei determinata, alioqui non diceretur vnum per ſe fieri. Itaq́, ex materia & forma vnum per ſe fieri, rectæ conſo-*
Quare ex materia & forma fit vnum. *nat rationi. Etenim, ſicut ſubſtantia ſimplex, ſeipſa eſt vna per ſe, vtpotè, quæ non habeat principia intrinſeca, ex quibus vna conſiſtat; ita planè per oppoſitum, ſubſtantia compoſita ſit vna, quia nimirum ex principijs intrinſecis conſtituta eſt vna, nempè ex materia & forma, quæ ſunt cauſæ intrinſecæ ipſius compoſiti. Ex his autem cauſis vnum fit compoſitum, quia ſcilicet, materia eſt potentia, & forma eſt actus, ad quorum na-*
Ex ſubiecto & accidente non fit vnum per ſe. *turas ſpectat, vt ſimul coaleſcentibus, vnum per ſe producant compoſitum. Non ſic autem ex ſubiecto, & accidente vnum fieri dicimus; quia ambo ſunt in actu: duo autem ſic in actu, teſte philoſopho 7. met: com: 49. nunquam ſunt vnum: actus enim ſeparat. Ex materia præterea & forma fit vnū per ſe, nullo medio interpoſito: nam ſecundùm philoſophum 8. met: tex. vlt. ſicut forma adueniens materiæ, per ſe ipſam dat eſſe, atq́ ens*
Forma facit vnum. *in actu conſtituit, materia diſpoſita ab agente, ad illius receptionem; ita etiam ſeipſa facit vnum. Nam cùm ens, & vnum ſint idem, eodem planè res fit ens, & vna. At forma dat eſſe: igitur dat, vt compoſitum ſit vnum. Cæterùm, fieri vnum ex aliquibus, contingit dupliciter: vel quia illud vnum eiuſdem eſt rationis, cum his, ex quibus ſit, ſicuti eſt totum homogeneum: aut alterius rationis, vt totum hetherogeneum, & hoc modo ex materia, & forma fit vnum: non quòd illa fiant vnum, ſicut ex duabus aquis, fit aqua*
Vnum per ſe fit ex rebus diuerſæ rationis. *vna, alioqui magis homogenea, magis ſunt vnibilia; ſed quia ad conſtituendum vnum tertium, duo, quæ maximè diſtant, quorum vnum eſt vt perfectibile, alterum verò, vt perfectiuum, maiorem habent aptitudinem, quàm ſi ambo eſſent homogenea. Itaq́ fieri vnum per ſe, ex aliquibus, quorum vnum eſt, vt potentia, alterum verò, vt actus, his tantùm conuenire dicimus, quæ non ſunt eiuſdem, ſed alterius rationis, alioqui ex duabus lineis cubitalibus, vna linea bicubitalis nequaquam fieret. Præterea, non eſt mirum ſi ex materia, & forma, ſine aliquo medio, fiat vnum per ſe, quandoquidem diuerſum eſſe ſeorſum non habeant, ſicut duo corpora ab inuicem diſtincta, ſed vnum actus eſt alterius; hanc ob cauſam alterius medij ope non indiget. Quomodo ergo ex materia, &*
Compoſitum per ſe primò generatur. *forma fiat vnum, iam dixi. His ita intellectis, quærimus ſi compoſitum propriè, & per ſe primò generetur. Sanè, illud propriè generari dicitur, ſecundùm philoſophum 7. met:*

quod

Compoſitum vnde fiat.

quod eſt à natura, aut ſecundùm naturam. ſed compoſitum eſt huiuſmodi: materia au-
tem & forma ſunt natura, vtpotè naturalis generationis principia : compoſitum igitur
propriè generatur. Amplius, generationes ſunt ſuppoſitorum, teſte philoſopho in pro- 1.
emio met. ſed ſuppoſita, ſunt compoſita ex materia & forma in his corruptibilibus: 2.
ergo quod prius. Adhuc, fieri, ordinatur ad eſſe : illis ergo propriè conuenit fieri, qui- 3.
bus competit eſſe. ſed eſſe propriè conuenit ſubſiſtentibus, ſiue ſimplicia extiterint, vt
ſubſtantiæ ſeparatæ, ſiue cōpoſita, vt ſubſtantiæ materiales compoſitæ: compoſitum ergo

Quomodo per ſe primò.

propriè generatur, quia propriè ſubſiſtit. Cæterùm, per ſe primò generari bifariam intel-
ligi poteſt: aut ſicut loquitur philoſophus, 5. phyſ: cap. 1. vbi diſtinguit moueri per ſe pri-

Moueri primò dupliciter

mò, & moueri ſecundùm partem, & per accidens. & 6. phyſ : eodem modo loquitur : Si
inquit, aliquid mouetur primò in aliquo tempore; in qualibet illius temporis parte mo-
uetur, aliter non mouetur primò in illo tempore : alio modo, præciſam, atque abſolu-
tam cauſalitatem ſignificat. ſic dicimus triangulum habere per ſe primò tres angulos:
ſic quoq; loquitur philoſophus primo Poſt: de vniuerſali. Itaq;, compoſitum ex materia
& forma, non generatur per ſe primò, ſicut triangulus per ſe primò habet tres angulos;

Generatio ineſt compoſito per formam.

generatio ſiquidem, ratione formæ ineſt compoſito: per partem ergo, & non per ſe pri-
mò. Sanè, nihil compoſiti ſimpliciter, habet eſſe poſt non eſſe, niſi forma tantùm : hoc
ergo modo per ſe primò compoſitum non generatur. verùm, quemadmodum riſibile in-
eſt homini per ſuam propriam formam; ſic generationem compoſito ineſſe dicimus,
quia per formam, vtpotè per aliquam ſui partem. Adhuc, compoſitum habet materiam,
vt alteram ſui partem: ergo primò generatur; id enim, quod per ſe ſit, intrinſeca qui-
dem potentia, & eſſe, & non eſſe poteſt. ſed tale eſt compoſitũ, habens materiam, prin-

Generari dupliciter, ſubiectiuè, & terminatiuè.

cipium ſui potentiale, formam verò, actuale: ergo quod prius. Adhuc, aliquid generari
duobus modis dicitur, ſubiectiuè ſcilicet, aut terminatiuè. Reuera, cùm generatio ſit quæ-
dam mutatio, tum ad ſubiectum in quo eſt, & quod tranſmutatur ; tum etiam ad ter-
minum, ad quem eſt, & qui producitur, eſt comparanda. Si autem ſubiecto compare-

Materia primò generatur ſubiectiuè.

tur; tunc planè materiam primò generari, affirmabimus. Etenim omnis mutatio eſt a-
ctus entis in potentia, quatenus eſt ſubiecti ex 3. phyſi : ſed generatio eſt mutatio, vt
diximus : ergo actus entis in potentia, id eſt, ipſius materiæ, quatenus eſt generationis
ſubiectum. Hoc ergo modo, materiam primò generari, atq; corrumpi profitemur. Am- 1.
plius, philoſophus 5. phyſ : ſic arguit: Generatio, inquit, non eſt motus, quia quod gene- 2.
ratur, non eſt, quod autem mutatur, eſt. hoc autem de termino intelligi non poteſt: nam
ſicut non adeſt terminus motus ; ita etiam, nec generationis : ſubiectum ergo intellexit,
quæ eſt materia. Sanè, ſi generatio eſt de non eſſe ad eſſe, vt dicitur, 5. phy: & materia 3.

Materia non generatur terminatiuè.

mutatur de non ſubiecto in ſubiectum, vtpote de non igne, ad ignem : materia ergo ge-
neratur ; ſubiectiuè quidem, non autem terminatiuè; omne enim, quod generatur, &
corrumpitur, vt terminus, habet vtiq; materiam partem ſui ; materia enim, vt dicitur 1.
7. met : & prim: phy : eſt ex qua ſit res, cùm inſit. Omne præterea quod generatur, & 2.
corrumpitur, vt terminus, vt recitat 2. lib. de gen: potentia intrinſeca, poteſt eſſe, & non
eſſe : igitur, quod per ſe generatur, aut corrumpitur, habet per ſe principium, quo po-
teſt eſſe, & non eſſe, quæ eſt materia, alioqui in materijs eſſet proceſſus infinitus. Ad- 3.
huc, omne generabile, & corruptibile, vt terminus, eſt in alicuius ſubiecti potentia. ſed
materia cùm ſit primum potentiale, in alicuius potentia eſſe non poteſt, alioqui primum
potentiale dici non poſſet : ergo quod prius. Reuera, quod in omni actione naturali præ-
ſupponitur, & ad quod ſtat omnis generationis reſolutio ; illud planè corruptionis, ge-
nerationiſq; capax eſſe non poteſt. ſed materia, vt dicitur primo phy : eſt in omni a-
ctione naturali, & ad illam tandem reſoluitur generatio omnis : prim : de gen : igitur,

Forma eſt terminus generationis.

hoc modo materia, eſt inſcia, atque ignara generationis, corruptioniſq;. Iterùm, terminus
generationis poteſt eſſe vt quo, vel vt quod : exempli gratia : filius patris dependentiam

Compoſi- tum vnde fiat. terminat, vt quod, filiatio verò, vt quo. Sic igitur terminus generationis, vt quod, eſt
ipſum compoſitum, vt quo verò, ipſa forma; illud enim, quo formaliter eſt, & exiſtit
Quod. terminus generationis per ſe primò, eſt terminus formalis quo generationis. ſed forma
Quo. eſt huiuſmodi: ergo &c. non autem eſt per ſe primò generationis terminus, quippè cùm
quidquid eſt tale, materiam habet, vt partem ſui. at forma, non habet materiam, vt
partem ſui, alioqui in formis, & in materijs eſſet proceſſus in infinitum: hoc ergo modo
Eſſe exiſtentiæ, & ſubſiſtentiæ. forma, non eſt generationis terminus. Alio modo: omnis generatio eſt ad eſſe: eſſe verò
duplex, exiſtentiæ videlicet, atque ſubſiſtentiæ: eſſe vero exiſtentiæ eſt, quo res eſt a-
ctu ens extra nihil, atque eius cauſas: ſubſiſtentiæ verò, quo res eſt extra nihil, & cau-
ſas ſuas, deniq; non eſt pars alicuius, aut accidens. Itaq;, ſi generatio conſideretur, qua-
tenus ad eſſe tendit exiſtentiæ; tunc abſque dubio, formam primò producere intendit:
forma enim eſt actu ens, atque verè propriéq; exiſtens: ſi verò, vt ad eſſe cupit per-
tingere ſubſiſtentiæ; tunc proculdubio, eſt ipſum compoſitum. at ſi, vt eſt in ſubiecto,
Democritus. materia eſt: alijs verbis in idem recidit. Democritus, & Empedocles breuiter ſeſe ab
Empedocles. hoc negotio abſoluerunt; ſeparatione enim, atque congregatione omnia fieri arbitrati
ſunt. Quare è medio compoſitorum, formarumq; generationem abſtulerunt. Sed iam pri-
Themiſtius. dem eorum ſententia exploſa eſt. Themiſtius, Alexander, atque Auicenna, formas
Alexander. propriè, ac per ſe fieri, compoſita verò participatione formarum, firmiter ſtatuerunt.
Auicenna. Generatio, dicebant, eſt ad eſſe, ſed id, quod verè eſt, vtiq; eſt actus. forma autem eſt
1. actus: igitur generatio eſt propter formam. Item, generatio, & corruptio fiunt circa i-
2. dem. ſed corruptio propriè ad formam attinet, teſte Auer: prim: phy: com: 68. ergo
3. quod prius. Amplius, compoſitum generatur propter formam: magis ergo ipſa forma:
4. Deniq; illud propriè generari affirmabant, quod planè extrahitur de potentia ad actū:
ſed huiuſmodi eſt forma, & compoſitum propter formam: ſola ergo forma propriè, ac
Auer: rationes. præcipuè generatur. Porrò, has rationes Auerroes 12. met: com: 18. funditus euertere,
atque auferre conatur: Si forma, inquit, fieret; tunc planè crearetur: creatio ſiquidem
eſt productio, nulla eius parte præſuppoſita. verùm abundè ſuperiùs de hac materia
Obiect: quòd ſola forma generetur. diſputauimus. Sed aliquis argueret, quòd ſola forma generetur hoc modo. Mutatio de-
nominatur à termino per ſe, alioqui denominaretur à re cuiuslibet generis. ſed generatio
1. naturalis denominatur à natura, forma autem eſt natura: ergo &c. Sanè, generatio 2.
2. phy: eſt via in naturam, hoc eſt, in formam. Deniq; quod de nouo habet eſſe, poſt non
Solutio. eſſe, per ſe vtiq; generatur. ſed ſola forma ita ſe habet; materia enim tota præſupponi-
tur: in compoſito verò forma tantùm eſt, & materia: forma ergo tantùm generatur. Di-
co, generationem dici naturalem, quia eſt via in ens naturale, primò quidem in compo-
ſitum, deinde in formam: aut ſi eſſe exiſtentiæ intellexeris; tunc planè generatio pri-
mò eſt ad formam. Ad confirmationem dico, compoſitum habere eſſe poſt non eſſe: for-
mæ verò eſſe, quatenus eſt forma, generatione non haberi: ſed quatenus eſt compoſiti
tantùm. Præterea, quamuis compoſitum non ſit niſi materia & forma; tamen totum
compoſitum realiter diſtat ab vtroq;, ſicut mox dicturi ſumus. Itaq;, quomodo compo-
ſitum primò generetur, materia, ac forma, dixiſſe me arbitror. Ad aliam ergo quæſtio-
nem, ex ſupradictis naſcentem, accedamus, atque in medium illam afferre curemus.

QVAESTIONIS QVINTAE. CAP. I.

Totum nihil aliud eſſe, quàm ſuæ partes ſimul iunctæ.

Auditis

Totũ non eſt extra ſuas partes.

AVditis his, quæ ad totius, atque partium, generationem ſpectare videbantur; congruum eſt ſciſcitari, ſi totum, ſeu compoſitum idem ſit omninò cum ſuis partibus, aut aliquo modo ab illis diſſentiat; ſic enim clariùs præcedens quæſtio intelligi poteſt. Porrò, compoſitum ex ſuis partibus eſſentialibus, Compoſitum multiplex.
nempè ex materia, & forma, quæ ab Auerroe 4. phyſ. commen. 20. & 3. cœli, comm. 22. partes vocantur ſecundùm qualitatem, 1. phyſ. comment. 17. & 4. phyſ. comment. 43. & 3. cœli, comment. 8. nihil eſſe videtur ſecundùm Auerroem, quàm congregatio partium: Totum, inquit, nihil aliud eſt, quàm congregatio partium; eſt enim ſophi- Totum eſt idem cum partibus collectiuè.
ſma compoſitionis, & diuiſionis: quoniam vnaquaque partium dicitur eſſe aliud à toto, diuiſiuè vtique: ſed omnes in ſimul non poſſunt dici eſſe aliud à toto, nempè collectiuè; bene autem diuiſiuè. nam ſi totum eſſet ſuæ partes diuiſiuè; tunc planè homo eſſet materia, & homo eſſet forma, vt habet primus elenchorum, paralogiſmo diuiſionis, vbi docetur, quòd ex propoſitione de extremo plurali diuiſiuè tento, liceat inferre duas categoricas, illi correſpondentes. ſimiliter è contrà, ſi partes eſſent ſuum totum diuiſi-
uè. Accipitur autem terminus diuiſiuè, quando propoſitio, cuius eſt ſubiectum, vel præ- Diuiſiuè.
dicatum, per vnam exponitur copulatiuam: exempli gratia: Homines viuunt, ſic expo-
ni debet, homo viuit, & homo viuit. Collectiuè verò per vnam categoricam de extremo Collectiuè.
copulato; vt iſti ferunt lapidem, quia iſte, & iſte ferunt lapidem: quæ eſt vna categorica de ſubiecto copulato. Itaq; à propoſitione de ſubiecto, vel prædicato plurali diuiſiuè tento, licet inferre duas categoricas illi correſpondentes, per notas copulationis coniunctas. Porrò, totum eſt ſuæ partes collectiuè, & è diuerſo: materia ſiquidem & forma
ſunt totum. Itaq;, vt dicit Auerroes 7. met. comment. 60. totum, cuius partes ſunt eſ- Rationes Auerrois quod totum ſit idē cum ſuis partibus.
ſentialiter ordinatæ, nihil aliud eſt, quàm partium collectio; addit tamen præter partes ordinem eſſentialem, 3 de anima, comme. 39. & 41. Animal nihil aliud eſſe dicit, quàm animam, & corpus. Reuera, nihil ab alio realiter diſtinguitur, ni aliquod reale habet,
ſupra quàm illud. ſed totum nihil præter partes includit, nec aliquid habet, quod parti- 1.
bus non inſit: nam ſi aliquid eſſet, illud profectò eſſet vnio. at vnio eſt relatio, relatio ve-
rò, abſoluti rationem non ſuſcipit: igitur à ſuis partibus realiter non diſtinguitur. Am- 2.
plius, ſi totum differt à partibus, vel ſeipſo, vel aliquo alio. non ſeipſo, alioqui à ſeipſo differt, cùm nihil aliud ſit, quàm collectio partium: neq; aliquo alio; nam illud aliud, non eſt accidens, aliter per accidens, & non per ſe differret. neq; illud erit ſubſtantia, quippè cùm materia, forma, aut compoſitum eſſet. ſed nullum iſtorum eſſe poteſt: ergo
quod prius. Amplius, ſi totum diceret illam tertiam entitatem, ſupra quàm partes; diſ- 3.
finitio vtique non diceret totam eſſentiam diffiniti; ſed tantùm diceret materiam, & formam, & non illud tertium: ergo. Sanè, ſi ita res ſe haberet; forma profectò medi-
ante, illa tertia entitate, materiæ vniretur. Item, non valet illud, quod aliqui inducere 4.
conſueuerunt formam totius, & formam partis: ſiquidem apud Auerroem 7. met. com. Forma totius idem cum forma partis.
36. idem eſt rectum, & forma recti. Nam, ſi ita res ſe haberet; tunc materia eſſet forma; quidquid enim eſt de eſſentia alicuius, ad illius conceptum formalem pertinet. ſed materia ſpectat ad formæ totius eſſentiam: illius ergo forma dici poteſt, quod eſt abſurdum. Adde, ſubſtantiam vbiq; à philoſopho diuidi in materiam, & formam, & in compoſitum ex illis: compoſitum ergo non eſt forma, quippè cùm nullum diuidens, ſit ſuum condiuidens. Inſuper, materia non eſt pars eſſentiæ, neque quidditatis. ſed forma totius eſt eſſentia, & quidditas: materia ergo non eſt pars totius, atq; ita forma totius non eſt aliud, quàm forma partis. Sanè, idem eſt rationalis anima, & homo, ſenſibilis a-
nima, & animal; ſic forma totius, & forma partis. hoc tantùm intereſt, quòd forma to- Confutatio.
tius eſt nomen de compoſitis ſingularibus prædicabile: forma verò partis de nullo compoſito. Verùm, licet hæc videatur fuiſſe Commentatoris ſententia; ſalua tamen illius au- Forma totius differt à forma partis.
thoritate, vnam ab altera realiter videmus eſſe diſtinctam. Etenim, quando duo ſic ſe

 habent

Totũ non eſſe extra ſuas partes.

habent, quorum vnum manet, altero corrupto; realem vtiq; habent differentiam. ſed ra-
tionalis anima, quæ eſt forma partis, manet poſt obitum hominis, humanitate corrupta,
quæ eſt forma totius: ab inuicẽ ergo realiter diſtinguuntur. Amplius, quando ſunt ali-
qua duo, quorum alterum includit aliquod reale, quod alteri deeſt, realiter proculdu-
bio inter ſe diſcrepant. ſed forma totius includit materiam, quam non includit forma
partis, id eſt, anima: realiter ergo diſtinguuntur. Itaq; licet vnius, & eiusdem non poſ-
ſint eſſe plures formæ totius, à quibus totum eſſe rei fluat; benè tamen vnius rei, plures
eſſe poſſunt formæ ſubordinatæ: per modum ſiquidem partis, & totius, à quibus idem
eſſe fluit; diuerſo tamen modo: mediatè quidem à forma partis; immediatè verò à for-
ma totius: forma enim partis actuando materiam, non influit primò ſibi eſſe; illius enim
eſſe ſuſceptiuum eſt compoſitum ex materia, & forma. Hæc quidem dicta ſunt, multaq;
eſſent dicenda pro rei difficultate, atq; grauiſſimorũ virorum authoritate, & controuer-
ſia. Cæterùm, ad præcipuas Commentatoris rationes ſic reſpondere poſſumus: totum i-
Soluuntur rationes Auerr. deò diſtingui à partibus coniunctim, atque diuiſim ſumptis, quia ſcilicet ex natura ſua
eſt alia entitas ab entitate partium, vtpotè tertia ex partibus reſultans entitas; partes
verò non reſultant ex partibus. Et cùm dicitur: ergo totum differret à ſeipſo, negatur:
& quum probatur, quòd totum non eſt aliud, quàm congregatio partium, negatur; to-
tum enim dicit tertiam entitatem. Et cùm dicitur, 2. de anima, comme. 10. ſicut oculus
eſt pupilla, & viſus, & ibi anima, & corpus animal; ſic hæc eſt vera, animal eſt corpus,
& anima, cùm animal ſit totum, & illæ partes eſſentiales: totum ergo eſt ſuæ partes.
Dico, philoſophum ſic intelligi debere, ſicut oculus eſt compoſitus ex pupilla, & viſu; ſic
animal, ex corpore & anima: ſic etiam exponit Commentator, atq; ita ceſſat argumen-
Quòd totum non ſit ſuæ partes. tum. Totum ergo non eſt ſuæ partes nec diuiſim, nec etiam coniunctim, alioqui non eſſet
vnum ſimpliciter: quod enim eſt plura, non eſt vnum ſimpliciter, tametſi poſſit eſſe ex
1. pluribus; non tamen eſt plura. Sed ſi totum eſſentiale eſt ſuæ partes, quæ vnitæ, & non
2. vnitæ ſunt plura: ipſum igitur erit plura, atque ita non ſimpliciter vnum. Iterùm, ſi ita
res ſe haberet; tunc generationis, corruptionisque ſubſtantialis non eſſet proprius termi-
nus: materia enim per ſe non generatur, nec forma, niſi tantùm per accidens, ſcilicet ad
generationem compoſiti. 7. met. comm. 26. nec vnio partium; partium enim reſpectum
indicat. Tertiam ergo ex partibus vnitis entitatem ſurgentem dari, neceſſe eſt, quæ ſit
3. generationis, corruptionisq; terminus. Item, ſi huiusmodi totum eſſet ſuæ partes; tunc i-
dem eſſet, quod totum vniuerſale; eſt enim ſuæ partes, & non ex ſuis partibus: ſiqui-
dem genus ex ſpeciebus non componitur: habet enim partes ſubiectiuas, non autem inte-
grales, aut eſſentiales. at totum eſſentiale, componitur ex ſuis partibus: multùm ergo
4. intereſt inter vtrumq;. Amplius, entitates partium per ſeipſas ſubſiſtere poſſunt, ſine
totius entitate, ſicut exemplicat Ariſtoteles, 7. met. de ſyllabis &c. partes ergo reali-
ter à toto diſſentiunt. Reuera, materia, & forma aliquid cauſant, non vna alteram, quia
principia ſunt, quæ non fiunt ex alterutris: tertium ergo cauſant, quod à ſuis partibus re-
aliter diſcrepat. Illa autem tertia entitas eſt abſoluta, tum quia generatio per ſe non eſt
ad relationem, tum quia abſoluta principia non cauſant relationem, nec ſunt relationis
5. partes. Adde, quòd tunc omnia compoſita eiusdem eſſent generis, quippè, cùm omnis
talis reſpectus ſit eiuſdem generis; reſpectus enim à reſpectu intrinſecus aduenien-
6. te, qualis eſſet iſte, genere non diſtinguitur. Denique, tunc omnia entia eſſent for-
maliter reſpectiua, quod tanquam abſurdum reputat philoſophus 4. met. Præterea, ſi
non diſtinguitur realiter à partibus; tunc nullum compoſitum eſſet per ſe vnum, quod
eſt falſum. Conſequentia patet: nam etſi ille reſpectus ſit eſſentialis dependentiæ: quia
tamen vni ineſt per accidens; non ſufficit ad vnitatem per ſe efficiendam. Sanè, acci-
Soluuntur aliæ rationes Auerrois. dens eſſentialiter dependet à ſubiecto, cum quo facit vnum per accidens. Qui huiusmo-
di ſunt ſententiæ ſoluunt argumenta priùs poſita. Ad primum dicunt, Commentatorem
1. non

 Totum quid.

non diſtinguere inter illud, quod eſt per ſe, & quod neceſſariò concurrit: nam etſi par-
tes neceſſariò ad compoſiti vnionem concurrant; non tamen neceſſariò ſunt idem cum 2.
compoſito. Ad 2. tota diffinitio, totam indicat ſubſtantiam diffiniti; tametſi diffinitum
ſit aliud à ſuis partibus; diffinitio enim eſt quoddam totum: vnde, ſicut totum differt à 3.
ſuis partibus; ſimiliter etiam & diffinitio. Ad 3. negatur conſequentia; forma enim non
vnitur materiæ, mediante forma totius: illa namq; entitas, cauſarum ſequitur vnionem, Obiectio.
ſicuti effectus, cauſam; ipſa enim anima per ſe corpori vnitur. Dicis, omne abſolutum,
ſine illo, à quo realiter diſtinguitur, per Dei potentiam, poteſt conſiſtere. Quare ſi com-
poſitum eſt abſolutum; ſine ergo materia, & forma poteſt conſiſtere, quod nullo modo Solutio.
fieri poteſt. Dico, maiorem eſſe veram, ſi illud abſolutum, ab aliis eſſentialiter non de-
pendeat. ſed compoſitum poſterius eſſentialiter dependet: non ergo eſſe poteſt ſine ma-
teria, & forma. Dicis, ergo accidens non poteſt eſſe ſine ſubiecto, quia poſteriùs, ac eſ- Compoſitum
ſentialiter à ſubiecto dependet. Negatur ſimilitudo: accidens enim pro ſua cauſa in- non conſiſte-
trinſeca, ſubiecto non vtitur, ſicuti compoſitum, materia, & forma. Sanè, nullum effe- re ſine ſuis
ctum ad cauſam extrinſecam, præter quàm ad primam, dependere dicimus, quippè, partibus.
cùm omnis cauſalitas cauſæ ſecundæ à Deo ſuppleri, ſeu præſtari poſſit. at de cauſis in-
trinſecis non eſt ſimile iudicium; imperfectionem enim, id eſt, eſſe partem cauſati, in-
cludunt. Quando ergo poſteriùs eſt eſſentialiter, & intrinſecè ab aliquo priori abſoluto,
eſt conſtitutum; ſine illo vtiq; conſiſtere nequit: huiuſmodi autem eſt totum eſſentiale,
quod quidem eſſentialiter differri à ſuis partibus coniunctis, & diuiſis, vt mea, & mul-
torum eſt ſententia, ſatis clarè dictum eſt.

CAP. II.

Soluuntur Argumenta.

PORRÒ, qui Auerr. ſententiam tenendam omninò eſſe arbitrati ſunt; ſic ad
argumenta oppoſita reſpondere conſueuerunt: Si totum, inquiunt, terti- Rationes con-
am indicat entitatem, à partibus ſimul ſumptis diſtinctam; tunc planè il- tra tertiam
la tertia entitas, eſſet res, aliam habens exiſtentiam à partibus, quod eſt entitatem. 1.
abſurdum, ac illius ſententiæ fautoribus minimè gratum. Amplius, quæ- 2.
cunq; ſunt eadem formaliter, apud eoſdem ſunt eadem realiter; identitas enim formalis,
realem infert. ſed totum, & partes ſunt idem formaliter; partes enim, vt ipſi dicunt,
ad totius ſpectant eſſentiam, atq; rationem formalem: partes ergo inter ſe ſunt eadem 3.
realiter. Adhuc, quæcunq; realiter differunt apud Peripatheticos, re ſubiecti, atq; diſ-
finitionū ſeparantur. ſed partes ſimul ſumptæ, re ſubiecti à compoſito, ſeu toto non di-
ſtinguuntur; neq; enim totum eſt ſine partibus; neq; re diffinitionis, quippè cùm ad totius
diffinitionem, atq; eſſentiam ſpectent: totum ergo non differt realiter à partibus ſimul
ſumptis. Reuera, ſi totum non poſſet eſſe ſine partibus, nec partes ſimul ſumptæ ſine toto: 4.
partes ergo hoc modo ſunt eædem ipſi toti; neq; enim ſecundùm rem eſſentiæ, & naturæ
diſcrepant, alioqui ex natura rei tantùm differrent, non realiter, vt ipſi volunt: neque
ſecundùm rem exiſtentiæ, aliter partes ſimul ſumptæ, ſine toto conſiſtere poſſent, quod
planè falſum eſt, atque abſurdum: igitur quod priùs. Ad rationes ſic reſponſum eſt ab Ad rationes
illis, & ad primam dixerunt: Partes totius, diuiſiuè quidem ſumptas, non autem colle- reſponſio.
ctiuè, ſine toto conſiſtere poſſe. Ad 2. Materia, & forma, vt partes diuiſiuè, ſunt cauſa 1.
ipſius compoſiti, ſiue totius, quod quidem eſt collectiuè forma, atq; materia. Ad 3. Ge- 2.
neratio non eſt ad illud tertium additum, ſed ad ipſum totum, quod eſt ſuæ partes col- 3.
lectiuè. Ad 4. Compoſita non differunt per illum ordinem, ſed quia vnum eſt ſuæ par- 4.
tes vnius generis; aliud verò aliæ partes alterius generis: vnde partes diuiſiuæ cauſant
totum, quod eſt ſuæ partes collectiuè. Ad 5. Compoſitum eſt per ſe vnum abſolutum, 5.
propter

Totum quid.

*propter formam vnam abſolutam : partes autem collectiuæ non ſunt reſpectus, ſed ſub-
ſtantia. Itaq;,totum idem eſt,quod ſuæ partes collectiue, tertium quoddam habens,hoc
eſt,ordinem eſſentialem, non autem tertiam entitatem ex partibus reſultantem ; diuiſi-
uè verò à ſuis partibus differt.Hæc dicunt Commentatoris beneuolt,atq; ſcientiæ imitato-*

Auicennæ rationes.

*res. Porrò, addendæ ſunt Auicennæ rationes, quas lib. 3. met. cap. 4. poſuit, quibus to-
tum , à ſuis partibus, etiam ſimul ſumptis diſtinctum eſſe , putauit : Humanitas, inquit ,*
1. *quæ eſt totum, non eſt materia, neque forma : igitur , non eſt materia, & forma. Tenet
conſequentia : ad veritatem enim copulatiuæ, neceſſaria eſt vtriusq; partis veritas. Sa-
nè, generationis terminus, eſt totum. at , partes ſimul ſumptæ non ſunt generationis ter-
minus ; etenim non ſunt ens abſolutum, per ſe vnum, ſicut docet eſſe generationis termi-
num, ſed ſunt plures , adduntque relationem : realiter ergo ab ipſo toto diſtinguuntur.*
2. *Amplius, quod prius natura capit eſſe , ab eo, quod ab ipſo accipit eſſe, realiter diſſen-
tit. ſed compoſitum per ſe,partes verò per compoſitum accipiunt eſſe ; materia enim,&
forma non generantur, 7. met. niſi quatenus ſunt partes compoſiti. Realiter ergo ab in-
uicem diſtinguuntur. Profectò, conſtituens , realiter diſcrepat à re conſtituta. ſed par-
tes ſimul ſumptæ , conſtituunt totum : igitur realiter diſtinguuntur à toto. Adde , quòd
in hominis corruptione , aliquid corrumpatur , non quidem materia , nec etiam forma ;*
3. *ambæ namq; ſunt æternæ : igitur tertia entitas. Iterum , cauſæ per ſe , & eſſentiales ali-
cuius , à cauſato eſſentialiter , atque cauſaliter diſtinguuntur. ſed materia , & forma
ſunt per ſe eſſentiales cauſæ totius : igitur eſſentialiter à toto ſeparantur. Reuera , totum
eſt quædam relatio , cuius fundamentum non eſt materia, neq; forma ; neutra enim illa-*
4. *rum eſt totum : erit ergo aliquod tertium. Amplius,compoſitum differt à partibus,vt-
potè à materia ſeorſum , & ſimiliter à forma : vel differt à materia ratione formæ, aut
tertiæ vtriſq; additæ entitatis. ſi verò ratione formæ ; tunc planè totum à materia , ſola
formæ differentia diſcreparet , quod eſt abſurdum. Ratione ergo tertiæ entitatis ab illa*
5. *diſtabit. Sanè, ſi ſint eadem ipſi toti, ſeu compoſito : erunt ergo realiter inter ſe. Am-
plius, illa non ſunt idem, quorum alteri, aliquid verè conceditur , quod ab altero remo-
uetur. ſed toti , ſeu compoſito , conuenit per ſe eſſe cauſatum, materiæ autem , & formæ
nequaquam : non ſunt ergo idem realiter. ſi enim idem eſſent; tunc planè omnes partes
vniuerſi eſſent idem numero, ſubſtantia quoq;, & accidens, & quatuor eſſent mille , &*

Totum non dicit aliquid ſeparatū , ſed aliquam entitatem.

*ſimplicia eſſent compoſita. Porrò , hæc omnia argumenta à Peripatheticis vnica ſolent
reſponſione abſolui , nempè illa vera eſſe diuiſiuè , falſa autem collectiuè. Cæterùm , ad
mentem Auerr. & philoſophi,totum dicit aliquod tertium,non quidem loco,& ſubiecto
ſeparatū, ſed rei identitate diuiſum; ſic enim loqui videtur Auerr.3. de anima com: 5. in
ſolutione ſecundæ quæſtionis : Eſt , inquit, manifeſtum quod materia & forma copulan-
tur adinuicem, ita quod congregatum ex eis ſit vnicum, & maximè intellectus materi-
alis, & intentio intellecta in actu ; quod enim componitur ex eis , non eſt aliquod terti-
um , aliud ab eis , ſicut eſt de aliis compoſitis ex materia & forma. Clariſſimè docetur*

Auerr. Ariſt.

*ab Auerroe , compoſitum ex materia & forma , dicere aliquod tertium. Amplius , 5.
met. comment. 19. philoſophus ait : Bis tria , non eſſe ſex. & com. 15. Hoc autem verum
non eſſet, ſi totum eſſet ſuæ partes. & 7.met. commen. 8. Quæ non ſunt vnum ſicut acer-
uus , oportet ponere aliam cauſam vnitatis : vbi apertè aliam indicat entitatem. Primo
phyſ. ait philoſophus, non valere illud Parmenidis,quòd ſi infinitum ſit immobile ſecun-
dùm totum , quòd idem quoq; ſit ſecundùm partes : nam (teſte Commentatore ibidem
comme. 24.) ſtat totum quieſcere, & ſingula parte moueri : totum ergo aliud eſt à par-*

Auerr.

*tibus. Item 7. dicitur, quòd ſyllaba, ba, diſtinguitur ab a, & ab b, quod ſic Commen-
tator comment. 60. intellexit : Quia ex illis, inquit, ſit aliquid additum,aliud à compo-
nentibus. ſed hæc intelligenda ſunt de aliquo ordine eſſentiali , non autem de aliquo ter-
tio reſultante , ſicut ſupra annotauimus. Itaq;, ſi totum addat aliquid ſupra ſuas partes*

ad v-

 Formæ partiales.
ad vtrumque diſputatum eſt, & ita vtrinq; benè ratiocinantur, vt cui ex illis mihi ſit
adhærendum, planè ignorem; quamquam illam, quæ dicit addere tertiam entitatem ex
partibus reſultantem, probabiliorem eſſe putem.

CAP. III.

De formis partialibus.

Viſum eſt mihi non incongruè, ſupradictis adiungere quæſtionem illam fa- Non eſſe plu-
moſam de pluralitate formarum partium animalis, vtrùmne ſingulis ani- res formas
malis partibus, ſingulæ ſint formæ diſtributæ. Nam poſteaquàm de com- partiales.
poſiti natura diſputauimus, ſatis aptè illi conuenire putaui, ſi ſingulæ com-
poſiti partes, ſingulas formas habeant; an vna tantùm ſit totius compoſi-
ti forma. Auerr. in lib. de ſubſtantia orbis: Vnum, inquit, ſubiectum, habere niſi vnam Auerr.
formam, eſt impoſsibile. Sanè, vnius rei eſt vnum eſſe, quod quidem eſt vnum, per vni-
cam formam, nempè ſubſtantialem, per quam vtiq; res eſt hoc aliquid, & in actu 2. de
anima, commen. 2. Vnde 1. phyſ. comm. 63. & 69. Si materiam, inquit, haberet aliquam;
formam propriam ſubſtantialem, nullam ſuſcipere poſſet. 7. met. comme. 35. 39. 43. 76.
Ariſtotelem ſequitur aſſerentem, partibus à toto diuulſis, veluti oculo abſciſo, ſiue eru- Ariſt.
to, æquiuocè tantùm partes vocari: quod planè non diceret, ſi ſingulis partibus, ſingu-
læ ineſſent formæ. Primo de anima comme. 90. dicit, animam eſſe cauſam complexio- Rationes,
nis, & formam vnam in toto animali. & com. 58. & 89. & 91. corpus habere plures for- quod ſufficit
mas membrorum, reputat impoſsibile. Reuera, ſi agens naturale puræ eſſentiam mate- vna forma.
riæ attingere nequit, niſi ſubſtantialem prius formam corruperit, quæ iam præceſſe- 1.
rat: cùm ergo vltimam formam induxerit, priores corrumpat omnes, neceſſe eſt; alio-
qui generatio vnius, non eſſet corruptio alterius. introducta ergo forma vltima, reliquæ
conſiſtere nequeunt. Amplius, quod duæ ſimul formæ inducantur, in cauſa eſt, quod à 2.
duobus procurētur agentibus at forma animalis vltima producitur agente: plures ergo
eidem eſſe nequeunt. Sanè, diuerſa potentiæ, ad eandem formæ productionem non per- 3.
tinent. ſed vnius agentis, vna eſt potentia: igitur, plures formæ in eodem animali, ſe in-
uicem non compatiuntur; vnum enim agens non deſtruit actionem alterius. at materia,
eadem potentia reſpectiua non intuetur vltimam, & alias formas partiales: igitur quod
prius. Iterum, corporis organizatio, atq; hetherogenearum diſtinctio partium, animæ 4.
productionem quoquomodo præuenire videntur; eſt enim anima actus corporis phyſici,
organici: igitur, non ſunt plures formæ in eodem animali; alioqui huiuſmodi formæ, ip-
ſam animam præuenirent. Tunc ſic, aut illæ, anima adueniente corrumpuntur, & ſic ha-
betur propoſitum: aut ſimiles inducuntur, & tunc illæ fruſtrà corruptæ: aut manet, &
tunc vera erit alicuius ſubſtantialis generatio, ſine cuiuſq; ſubſtantiali corruptione, quod
philoſophi euertit doctrinam. Amplius, congenerat alia membra, vt dicitur in lib. 5.
de morte: igitur omnia membra vnius ſunt ſpeciei, & ita vnius formæ. Tenet conſequen-
tia: quippè cùm omnis generatio perfecta ſit vniuoca. 7. met. comme. 22. 23. 27. & 12.
met. comme. 18. & 13. Reuera, ſi forma carnis differret ſpecie à forma oſsis; tunc planè
pars animæ educta in carne, ab ea, quæ educta eſt in oſſe, ſpecie diſtingueretur, quod
eſt falſum. Ergo quod prius. Iterùm, perfectior forma, virtute continet imperfectam. 6.
ſed anima eſt huiuſmodi: virtute ergo continet alias formas partium; omnes enim for-
mæ, quæ inuicem poſſunt in eodem ſubiecto tranſmutari, ſunt eiuſdem generis phyſici,
quarum vna eſt perfectior aliis. Non ergo poſſunt æquè primò materiam perficere, alio-
qui ambæ eſſent vltimæ, & ſic mixtum duabus vltimis formis eſſet informatum. ſi ve-
rò vna, mediante altera; tunc materia non eſſet omnium immediatum ſubſtantialium

partiales. *formarum ſubiectum, quod eſt falſum. Amplius, quemadmodum idem ſubiectum in v-*
7. *na, eademque ſui parte, non eſt capax albi, ac nigri recipiendi; eiuſdem enim generis*
ambæ illæ formæ eſſe creduntur; ita planè nec duas formas ſubſtantiales eiuſdem gene-
ris. Sanè, formæ contrariæ, vt colores, & ſapores, quatenus ſunt eiuſdem generis, ſimul
coaleſcere nequeunt; ſic etiam & huiuſmodi formæ. Adde, quod vnum ſubiectum, pri-
uationem, & habitum ſimul ſuſcipere nequit; hæc ſiquidem ſe inuicem non compatiun-
tur: ſed forma perfecta eſt habitus, imperfecta verò priuatio: non ergo ſimul, & ſemel
eidem poſſunt ineſſe ſubiecto. etenim forma cùm ſit actus, ſua intereſt, perficere, ac
terminare materiam, quæ ſic occupata, alterius non eſt formæ ſuſceptiua, niſi priore ex-
8. *truſa, atque abiecta: ergo quod prius. Iterùm, pluralitas non eſt ponenda, niſi maxima*
cum ratione, atque neceſsitate. ſed pluralitas formarum partium, nullam indicat neceſsi-
tatem, cùm ab vna eademque forma, totum compleatur ſubiectum: non ergo eſt neceſſa-
ria huiuſmodi formarum pluralitas. Certè, ſicut diuerſitas ſenſuum, non cogit diuerſa in-
ducere animas ſenſitiuas; ita nec in mixto corporeo ponendæ ſunt diuerſæ animæ partia-
les, propter diuerſa organorum, membrorumque functionem. Sanè, diuerſa ſpecie, ſi-
mul continuari non poſſunt. ſed animal eſt vnum verè continuum: non habet ergo partes,
ſpecie differentes. nam ex diuerſis numero, non fit vnum numero: nec igitur ex diuer-
9. *ſis ſpecie, poteſt fieri vnum animal ſpecie. Amplius, ſi vermis diuidatur; qualibet cer-*
tè eius pars viuit: vel ergo eſt vna anima ſpecie in vtraque eius parte, & tunc ante diuiſi-
onem, vna, eademque inerat illis partibus omnibus: vel altera, & tunc vermis diuiſus erit
plura alia ſpecie. Profectò, ſi animal eſt verius ens, quàm elementum: igitur eſt verius
vnum. ſed elementum eſt vnum, ab vna tantùm forma: & animal ergo ſimiliter. Inſu-
per, ex pluribus exiſtentibus in actu, non fit vnum per ſe, 2. de anima, comm. 7. ſi ergo
10. *membra animalis ſpecie differrent: vnum animal non conſiſteret. Præterea, aut illæ plu-*
res formæ ſubſtantiales ordinem habent, atque ita in ſubſtantia erit ordo, quod planè
Philoſophi rationes. *philoſopho non probatur, 7. met. aſſerenti, in ſubſtantia rei, ordinem non eſſe, ſiue ordi-*
ne carent: ex ipſis ergo aliquod vnum per ſe produci non poteſt. ſiquidem ex diuerſis
formis non ſubordinatis, non fit aliquid vnum per ſe, ſicut abundè docent 5. & 7. met. In
Adde, quod 3. met. ſic diſputat contra Platonem: Si, inquit, alia eſſet idea animalis, &
alia bipedis; non eſſet vtique vnum animal bipes. Sic etiam arguit primo de anima con-
tra antiquos, formarum pluralitatem ſtatuentes, vbi apertè formarum pluralitatem ne-
gare videtur, cauſam adducens, formarum pluralitatem impedimento eſſe, quominus
11. *compoſitum, vnum per ſe eſſe non poſsit. Amplius, qualibet forma ſubſtantialis cum ſua*
materia, ſubiectum de genere ſubſtantiæ conſtituit: animal ergo vnum eſſet plura ſup-
poſita, tot planè, quot haberet formas ſubſtantiales, ſpecificè diſtinctas. Hoc etiam mo-
do philoſophus arguit contra eos, qui aiebant elementa in mixto, ſecundùm perfectas
formas conſiſtere: tunc ſanè mixtum, plura eſſet ſuppoſita. Quomodo ergo vna tantùm
ſit forma vltima in animali, virtute continens reliquas formas, dixiſſe me puto.

CAP. IIII.

Soluuntur Argumenta.

Quomodo animal eſt vnũ cum multis formis. NON ignorare oportet, quemadmodum docet Auerr. primo de anima, com. 54. *nonnullos ex veteribus, animam eſſe harmoniam, credidiſſe, atque pro-*
inde in animali plures eſſe formas putauiſſe, ſicuti plura ſunt harmonica
inſtrumenta, ex quibus ſuauis melodiæ concentus conſurgit. Itaque, quam-
uis multæ ſint in animali formæ partium; non ob id tamen putandum eſt,
non eſſe vnum, cùm huiuſmodi formæ, ſub actu primo vltimæ formæ contineantur, illique

con-

Formæ partiales.

Soluuntur rationes Auerr.

coniunctæ, diſtinctis ſuis actibus, ac membrorum miniſteriis, ſubſeruiant. Hoc autem modo ſi res intelligatur, non magnam certè patientur difficultatem, qui præpoſita argumenta ſoluere voluerint: vnde illud de ſubſtantia orbis, vnum ſubiectum habet, vnam formam, ſcilicet vltimam, & ſpecificam, cui aliæ famulantur, atq; obſequuntur. eodem modo intelligendum eſt illud, quod adducitur de forma materiæ. Ad illud ex 7. met. innuit ſolutionem, partem ſeparatam à toto, remanere æquiuocè talem, æquiuocatione vtique ſumpta ab actu ſecundo, non autem ab actu primo; eandem enim, quam in toto ha-
buit, per multum temporis, retinet formam. Ad primum ergo ſimiliter eſt reſponden- 1.
dum, omnia illa intelligenda eſſe de forma vltima: quæ ſi remaneret, altera forma ſpecifica adueniente; tunc verum eſſet, quòd generatio vnius, non eſſet corruptio alterius.
Simili facilitate ſoluitur. 2. & 3. Ad 4. Quamuis omnes diſpoſitiones ſpecie differant; ex 2.
omnibus tamen vna propria communis reſultat: quam ob cauſam non opus eſt, vt par- 3.
tes animæ differant, cùm non recipiantur partes in partibus per ſe; ſed totum in toto per 4.
ſe, & partes in partibus per accidens. Quamobrem illæ rationes bene oſtendunt, carnes, & oſſa, diuerſas quidem accidentales, non autem ſubſtantiales formas habere. Ad 5. Si
cor generet, hoc autem fit virtute primi agentis vniuocè; in lib. tamen de morte hoc tan- 5.
tùm habetur, quòd cor eſt primum, quod viuit, & vltimum, quod moritur: non autem
ſcribitur, quòd generet; ſed potiùs virtutem generatiuam, eo mediante generare. Ad 6. 6.
Quamuis perfectum, virtute contineat imperfectum; non ob id tamen imperfectum eſt ocioſum: ita quamuis tota anima, partiales contineat formas; illæ tamē non ſuperfluunt, neq; ſunt iudicandæ ocioſæ; ab anima namq; partiales operationes non profluerent, niſi præſto eſſent partiales formæ, actionem totalis animæ determinantes: vnde, licet aſſerere omnes illas formas eiuſdem eſſe generis phyſici, quia nimirum in eodem ſubiecto recipiuntur, neq; ob id impediri, quominùs in eadem materia, ordine, & ratione diſtinctæ inueniantur; vna ſiquidem non eſt terminus, ſed diſpoſitio alterius: neq; æque primò in materia recipiuntur: nam materia, totalem formam mediantibus partialibus, recipit,
vti immediatum receptionis, non autem diſpoſitionis ſubiectum. Quapropter ſimilitudo 7.
adducta negatur: album enim, & nigrum non ſunt formæ in inuicem ſubordinatæ: & ſic ſoluitur 7. argumentum. Ad confirmationem dico: Priuationem, vno modo eſſe puram carentiam· proinde quæ ſe ita habent, in eodem, reſpectu eiuſdem eſſe non poſſe. Alio autem modo imperfectionem quandam innuere, ſicq; poſſe quidem eſſe, cùm vna
ordinetur ad aliā. Ad 8. dico: Neceſſitate vitandæ contradictionis, plures formas ſta- 8.
tui debere, alioqui pars ſeparata ab animali, eſſet, & non eſſet, ſiquidem ſine propria forma eſſe non poſſet. Ad primam confirmationem negatur ſimilitudo: non enim ibi apparet neceſſitas contradictionis vitandæ. Ad 2. dico, diuerſa ſpecie non poſſe continuari, quando alterum, velut diſpoſitio ad alterum non eſſet præponendum. Atqui formæ partium, vt diſpoſitiones præponuntur ad vltimam formam, veluti ad omnium vnitatem, atq; coniunctionem; idcirco illa ratio nihil roboris habere poteſt. Similiter ſoluitur tertia confirmatio: ex diuerſis namq; ſpecie, vel numero, non fit vnum numero, quando vnum ad alterum non ordinatur: nec ambo ad tertium, quod non eſt in propoſito ſimile;
quandoquidem ad vltimam formam, omnes illæ diſpoſitiones ordinem habeant. Ad 9. 9.
Reſpondeo, non eſſe impoſſibile, formam per ſolam diuiſionem fieri, ſi potentia proxima in materia contineatur: partes ſiquidem diuiſæ animam habent eiuſdem ſpeciei. Ad primam confirmationem dico, animal eſſe verius ens, & verius vnum, quam elementum, eò quòd illius vnitatē cæteræ formæ partiales impedire nequeunt: nō enim eſſe principale largiuntur, ſed diſpoſitiones tantùm ad vltimam formam, vnde vnitas compoſiti dependet: maior namque vnitas non eſt ſemper magis ſimplex. Ad aliam confirmationem reſpondeo, quòd ex pluribus exiſtentibus in actu, quorum quodlibet in materia per ſe recipitur, & non vt diſpoſitio ad alterum, non fit: at illæ formæ, vt vltimæ formæ diſpo-

Formæ partiales. ſitiones recipiuntur, propterea non eſt ſimile; cæteræ ſiquidem formæ non ſunt in actibus
Obiectio. bus vltimis, ſiue vltimatis; proinde perfectiori indigent actualitate. Dicis, aut caro eſt
caro propter eius formam, aut propter animam vltimam. ſi propter formam carnis: il-
læ ergo formæ præcedentes, non tantùm diſpoſitiones, verùmetiam ad vltimam formam
eſſe largiuntur. ſin minus: tunc planè aliqua in materia forma latitaret, quæ conſtitu-
Solutio. endi indiuidui aptitudinem haberet, non tamen conſtitueret Dico, illam formam, vt ma-
teriam diſponentem ad vltimam formam, non autem vt principale agens, eſſe illi largi-
19. ri. Ad 10. patet reſponſio ex ſupradictis: ſiquidem omnes illæ formæ ordinantur ad vl-
timam formam, ſicut dictum, nec philoſophum loqui de hoc formarum ordine. ſimiliter
11. reſpondeo ad alias eiuſdem authoritates. Ad 11. dico argumentum procedere contra il-
lam opinionem de mixtione: nam cùm quælibet pars mixti, ſit mixta: in qualibet ergo
parte mixti, eſſent quatuor ſuppoſita, atque quatuor formæ, quarum vna non ordinare-
tur ad aliam, vtpotè ab illa perficienda. At in eodem plura eſſe ſuppoſita, veluti plures
ſunt partes in compoſito, ſecundùm diuerſas materiæ partes, nullum eſt inconueniens.
Patet ergo, ſi plures ſint formæ ſimilares, nec ne.

CAP. V.

Quòd plures ſint formæ partiales, ſeu ſimilares.

1. QVI alteram partem tueri videntur, his argumentis ſeſe munire ſatage-
runt: Si, inquiunt, pars aliqua, ab animali ſeparata fuerit, remaneatque
actu poſt huiuſmodi ſeparationem, non quidem totius, cùm iam ſit ex-
tra totum, nec per formam de nouo genitam, ſiquidem ab agente natu-
rali, ſine præcedente alteratione, noua introduci generatio non poteſt.
at quomodo in inſtanti ita fiet? Remanet ergo per propriam formam, quam antequam
2. eſſet diuulſa, in toto poſſederat. Amplius, vna forma mixti, materiam contrariis, ac re-
pugnantibus mixtionibus diſpoſitam informare non poteſt. ſed in corpore animalis ſunt
huiuſmodi mixtiones contrariæ, vtpotè cerebrum frigidum, & cor calidum: ergo quod
3. prius. Item, cor animalis prius tempore generatur, authore philoſopho in lib. de anima-
libus, quàm aliæ partes animalis: multæ ergo ſunt mutationes completæ, quarum vna
3. præcedit alteram in generatione animalis; quod quidem, ſine pluralitate formarum
contingere nequit: igitur in animali plures eſſe formas ſimilares, rationi conſonare vi-
4. detur. Item, diuerſæ temperationes, diuerſas vtique formas oſtendunt, (vt dicunt medici)
Solutiones. ſed in animali apertè apparent huiuſmodi complexiones: ergo. &c. Porrò, ad has rati-
1. ones, ſic alij reſpondere conſueuerunt, & ad primam quidem ſic: Diuiſionē ſcilicet non
fieri ſine alteratione, etiamſi paruo in tempore fiat, quæ vt præuia ſufficit pro generati-
one nouæ formæ, ab agente naturali in parte diuiſa introducendæ, cùm illa forma ſit ca-
daueris, quæ propter ſui vilitatem, ad ipſius generationem, non multo tempore indiget,
2. nec plurimis diſpoſitionibus, aut ordinata alteratione. Ad 2. Maior in ea forma verita-
2. tem habet, quæ ita eſt vna, vt virtute multiplex eſſe nequeat, veluti eſt forma elemen-
ti. at forma mixti animati eſt multiplex virtute: ideòque ſicut forma ignis eſt principi-
um calefaciendi; ſic forma mixti, in diuerſis partibus mixti ad diuerſas operationes ex-
ercendas. Eodem modo ſoluitur illa ratio, quæ ſic arguit. Actiones ſpecie diſtinctæ, ſunt
à formis ſpecie diſtinctis: cùm enim actio det eſſe, & agere; actio notificat formam,
ſed in partibus animalū ſunt actiones ſpecie diſtinctæ; cor enim calefacit, & cerebrum
infrigidat: ergo Sic reſpondeo, actiones ſpecie diſtinctæ, ſunt à formis ſpecie diſtinctis,
3. vel à forma æquiualente. Ad 3. dico, per generationem cordis, illius figurationem phi-
loſophum intellexiſſe: quippè cùm illud eſſentialiter ante aduentum formæ anima-

ti, im-

Formæ partiales.

ti, minimè exiſtat: forma ſiquidem illa, & totum, & ſingulas eius partes informat. Ad 4 Medicè eſt reſpondendum: medici namq; arbitrantur complexionem eſſe formam membri, ob cuius cauſam, operationem prouenire arbitrantur: philoſophus autem complexionem ſciens ex qualitatibus conſurgere, qualitatem illam appellat potius quàm formam. Porrò, quod alij dixerunt, manum mortuam dupliciter conſiderari poſſe, vt manum, & vt organum officioſum, non videtur ſatis probabile eſſe; nam æquiuoca propriè dicuntur, quorum ſolum nomen eſt commune, & ratio ſubſtantiæ diuerſa. philoſophum autem 2. de anima com: 9. de vera æquiuocatione fuiſſe locutum, conſtat ſatis: Dicit enim: Quòd ſi oculus eſſet animal, anima eius eſſet viſus: quo deficiente, non eſſet adhuc oculus, niſi æquiuocè, vt lapideus. Itaq́; ſi oculus mortuus eſt ſicut oculus lapideus: nullam ergo, quam habuit in corpore animato, formam retinere ſubſtantialem poteſt; ſed figuram tantùm, vt ibidem diſputat commentator. hæc illi reſpondere conſueuerunt ad huiuſmodi argumenta. Res planè obſcura eſt, & ex vtraq; parte magnos, ac graues habet fautores. Verùm, vt quæ dicta ſunt, clarius intelligi poßint, dignum eſt ſcire, ſi in compoſito plures ſint formæ ſubſtantiales: ex huius enim quæſtionis veritate, ad aliarum formarum difficultatem cognoſcendam, patebit aditus intelligendi. Auicenna in primo libro ſufficientiæ cap. 2. putauit formam corporcitatis, quæ eſt ſubſtantia, materiæ inſeparabiliter ineſſe: dimenſiones verò permutari: materia ſiquidem ſub corporeitate inſeparabiliter perſeuerans, alias, atque alias, pro formarum congruitate ſpecificarum, dimenſiones extrudit, & recipit. Sic prioribus ceræ figuris obliteratis, dimenſiones quoque priores abeunt, atque nouæ ſubingrediuntur, corpore illius in ſua corporeitate perdurante. Cùm enim videret partes materiæ diſtingui, neceſſe eſſe, quo diuerſas formas, ſecundùm partes diuerſas, recipere poſſet: corporeitatem de genere quantitatis, materiæ ineſſe non poſſe putauit; niſi priùs corporeitate de genere ſubſtantiæ ibidem habitante, ſeu inhærente. Etenim, accidens ſubiectum, in quo erit recipiendum, in actu eſſe præſupponit. Diſtinxit ergo Auicenna corporeitatem in genus ſubſtantiæ, & in genus quantitatis, quæ eſt trina dimenſio: & alteram quidem dixit materiæ eſſe congenitam, alteram verò ſeparabilem. Sic multi arbitrantur formam ſpeciei, mediante forma generis, quæ eſt alia numero à forma ſpeciei, in materia recipi: vnde alia forma, ignis eſt ignis: alia verò eſt corpus. Aſſerunt quoque corporeitatis formam coæternam eſſe materiæ, omnesq́; formas ſpecificas in potentia eſſe in materia, per formam quidem generis: omne ſiquidem inferius in potentia eſt in ſuo ſuperiori, non autem in actu, quippè cùm ab agente naturali forma corporeitatis in actum completum deducatur, pro illorum formatione indiuiduorum, quæ habuerat in potentia. Cæterùm aduerſus huiuſmodi ſententiam, ſic rationabiliter arguere valemus: Si poſt eſſe generis conſtitutum, forma adueniret ſpecifica: illa ergo eſſet accidentalis. tenet conſequentia: nam omnis forma quæ aduenit (vt dicunt ipſi) poſt aliquod eſſe ſubſtantiale, eſt accidentalis. Amplius: ſi talis forma generis eſſet coæterna materiæ, recedente etiam forma ſpecifica; indiuiduum ſanè de genere ſubſtantiæ remaneret, quod profectò legem corruptionis euertit, in qua, vt dicitur primo de gen: ad primam vſque materiam fit reſolutio. Dicis, indiuiduum generis, non autem alicuius ſpeciei determinatæ remanere. Atqui philoſophus in Topicis expreßè docet, non inueniri indiuiduum generis, niſi ſub aliqua contentum ſpecie. ſi ergo eſt indiuiduum generis: erit vtique & alicuius indiuiduum ſpeciei. Adhuc, vnam eandemq́; rem, duo habere eſſe ſubſtantialia, implicat contradictionem: alioqui vna res eſſet duæ res. Sed quælibet forma dat eſſe. Quare ſi prima materia, eſſe accipit à forma corporeitatis, quæ eſt illi congenitæ: aliam ergo formam recipere non poterit; vel forma vltima accedens, accidentalis eſſet computanda, quod eſt abſurdum. Adde, quod tunc res ſignificata per genus, pars eſſet ſpeciei, per formam ſuperadditam conſtitutæ; atque ita de ſpecie prædicare non poſſet:

Margin notes: 4. — De manu mortua. — Si in compoſito ſint plures formæ ſubſtantiales. — Auicennæ opinio de corporeitate. — Rationes oppoſitæ. — 1. — 2. — 3. — 4.

Formæ partiales.

Non ergo eſt ponenda forma corporeitatis, à qua res dicitur corpus, & alia, à qua res
eſt res. Item, aut illa corporeitas eſt vniuerſalis, quod eſt falſum; vniuerſalia enim non
5. dant eſſe, nec habent eſſe niſi per ſingularia. aut ſingularis, quod etiam eſt abſurdum;
aliter idem indiuiduum ſub duplici ſpecie in genere ſubſtantiæ, eſſet repoſitum; omnis
enim forma ſubſtantialis, ſingularis, & indiuidua, materiæ coniuncta, compoſitum de-
terminatæ conſtituit ſpeciei: Quare, ſi corporeitas inſeparabilis exiſtens à materia, ineſt
materiæ Platonis, adueniente vtiq; anima, Plato eſt in alia determinata ſpecie. Dico, hoc
conuenire formæ perfectæ, non autem imperfectæ, cuius eſt corporeitas, quæ eſt velut
fundamentum ſuperuenientium formarum. Dico quamlibet formam ſubſtantialem,
quantumcunq; imperfectam facere hoc aliquid, ac conſtituere compoſitum in ſpecie de-
terminata. Quapropter, licet forma imperfecta, perfectæ comparata, non ita perfectè
ſuum indiuiduum conſtituat, proportionaliter tamen, ita perfectè in genere ſuo, ac per-
6. fecta in ſuo, hoc aliquid conſtituit. Adhuc, ſi forma ſuperueniens trahit materiam ex-
tra ſuam potentialitatem: materia ergo per corporeitatem erat in actu: atq; ita ſecun-
dùm illam non eſſet generatio ſubſtantialis: ſubiectum enim mutationis ſubſtantialis, eſt
ſubiectum in potentia 5. phyſ: tex: 8. Velle ergo aſſerere, formam aduenire materiæ per
corporeitatem actuatæ; eſt funditus euertere ſubſtantialis generationis fundamentum.
At ſi non extrahit: ita ergo materia eſt ens in potentia ſub corporeitate, ſicut antè, quod
7. planè Auicennæ non probatur. Iterùm quælibet forma naturalis, qualitatiuis, ac quan-
titatiuis, ab agente inductis diſpoſitionibus opus habet, primo cœl: com: 21. Igitur cor-
8. poreitas, aut non erit forma, aut generabilis erit, & ita non æterna. Sanè, omnis forma
naturalis extrahitur de potentia materiæ ad actum, 8. met: com: 13. At intranſmutabi-
le, non extrahitur de potentia. quare corporeitas, aut nō eſt forma naturalis, aut non eſt
pars rei tranſmutabilis. ſed quodlibet eſt abſurdum, & falſum. ergo &c. æternum e-
nim, vt dicitur 1. met: com: 31. 35. & 3. met: com: 9. non eſt forma rei generabilis. Corpo-
9. reitas igitur non poteſt eſſe materiæ coæterna. Præterea, ſi illa forma eſt ab agente in-
troducta: igitur ex potentia materiæ extracta: & ita eſt genita, & non æterna. ſi verò
ſine agente, ineſt materiæ: eſt ergo de ſubſtantia materiæ. nam ſi materiæ contingeret;
in potentia vtiq; contradictionis ſeſe haberet ad illam, atq; ita, poſſet aliquando illa ſpo-
liari. Certè, authore philoſopho 12. met: com: 39. omne compoſitum eſt nouum: corporei-
10. tas ergo non eſt materiæ æterna; ex ipſa enim, & materia fit vnum compoſitum. Item,
Auer: contra Auicennam. Auer: 1. de ſubſtātia orbis cap: 37. quatuor rebus factu impoſſibilibus arguit cōtra Aui-
cennam: Illa, inquit, forma eſſet ſimpliciter indiuiſibilis, æterna, nullum in eodem ſubiecto
ſuccedens habens contrarium: deniq; nullam aliam reciperet formam. vnam ergo tan-
tùm, & non plures habet formas. Conſentit autem his, illa quæ dicta ſunt 7. met: com: 8.
& primo phyſ: com: 63. 66. 69. Adde, quod compoſitum iſtud eſſet generabile; eſſet
enim in genere, ideoq; generabile, vt recitat 2. liber cœli com: 49. Deniq;, omne compo-
ſitum ex materia & forma eſt corruptibile, primo cœli com: 20. 95. forma ergo corpo-
11. reitatis non ineſt materiæ æternaliter. Adhuc ſecundùm Auer: prius recipiuntur di-
menſiones interminatæ: non ergo prius recipitur forma corporeitatis. Reuera, vt dicit
Auer: 3. cœli com: 28. & 4. cœli 22. com: & 4. phyſ: com: 71. Tunc elementum diui-
deretur in partem motam, & mouentem in actu. etenim per formam corporis, materia
prima eſſet in actu, forma verò elementi eſſet mouens, ex quo elementum diuideretur,
in partem motam, & mouentem in actu. Adde, quòd tunc materia eſſet ens in actu:
nec via eſſet primæ materiæ inueniendæ; ſiquidem, vt dicitur 12. met: com: 6. & primo
phyſ: com: 52. ſi haberet formam corporeitatis, alias formas recipere non poſſet. Hæc di-
cta ſint contra Auicennæ ſententiam.

CAP. VI.

Forma corporeitatis.

Rationes, quibus oſtenditur neceſſitas formæ corporeitatis.

Formæ corporeitatis neceſſitas, quibuſdam rationibus nõ facilè contemnen- Formam corporeitatis eſſe
dis, à nonnullis prudentia, ac ſcientia præclariſſimis viris, ſic probatur & oſtenditur. Si, inquiunt, non datur corporeitatis forma; tunc planè neceſſe eſt, creationem conſiteri: formæ enim ſpecificæ nihil præſupponerent formæ, atq; ita illas creari diceremus. Non immeritò ergo, corporeitatis formam, inchoationem vocant generalem, confuſam quidem, ac potentialem; quæ, omnes propemodum formas potentia continet ſpecificas, ab agente naturali ex huiuſmodi habitu confuſo extrahendas. Item, huiuſmodi forma, materiam diſponit, ad formarum ſuſceptionem: ex ſui enim natura à formis remota iacet. Deniq; dimenſio eſt coæterna materiæ, vna numero: accidens autem vnum numero, ſine forma, æternum eſſe non poteſt. Ab Auer: 3. cœli com: 31. vocatur prima forma: Principia, inquit, rerum ſenſibilium remota, non ſunt ſenſibilia, vt prima forma, & prima materia. Et 2. phyſ: com: 15. forma duobus modis dicitur, inquit, de habitu, & priuatione exiſtente: corporeitas enim eſt quędam priuatio generalis, de qua omnes formæ educuntur. Cæterùm, Auicenna in omni

Auicennæ opinio de corporeitate.

compoſito putauit formam corporeitatis, à forma ſpecifica realiter eſſe diſtinctam; alioqui rationem reddere non poſſet, quare non ſolùm elementata, verùm etiam elementa ipſa non corrumperentur. Nam ſi forma eſt inſeparabilis à materia, & nõ differt à forma ſpecifica realiter: ſimul igitur cùm illa corrumperetur. Illa certè corruptio ſubſtantialis vocanda eſt, in qua forma, quæ eſſe præſtat ſubſtantiale, à materia remouetur.

Alia opinio.

Alij verò rationabilius loquentes, in ſolo viuente, formam corporeitatis, à forma ſpecifica dicunt diſtingui realiter. Cùm enim viderent animam eſſe formam inextenſam, atque ideo non poſſe cauſare rem quantam, & extenſam; ſunt enim corporeitatis opera; hac de cauſa inter vtramq; realem diſtinctionem ſtatuerunt. Porrò, formam corporeitatis vocarunt formam mixti, vtpote ex mixtione elementorum conſurgentem: in elementis

Forma mixti.

autem, atque elementatis inanimatis, formam mixti non collocarunt diſtinctam à forma ſpecifica; vtraq; enim forma, cùm ſit materialis, largiri poteſt eſſe ſpecificum, quantum ſcilicet, & extenſum. Sanè, cui plura eſſe debentur, ſi illa ab vnica poſſunt forma cauſari; fruſtra formarum pluralitas non eſt admittenda. Secus autem eſſet, quando ab vnica forma illa præſtari non poſſent; tunc certè in vno eodemq; ſubiecto, formæ ſunt multiplicandæ. At in rebus inanimatis, æqua propemodum eſt vtriuſq; formæ operatio: nulla ergo inter vtramq; ponenda eſt realis diſtinctio. Addunt præterea, formam

Formam corporeitatis nõ eſſe æternam.

corporeitatis non eſſe æternam, & à materia inſeparabilem: nam quando homo generatur, per naturalis agentis additionem, ante ſpecificæ formæ ingreſſum, forma corporeitatis in materia introducitur, qua homo eſſe habet corporeum, quamq; poſt obitum retinet, quouſq; paulatim in elementa regreditur. Itaq; hæ duæ formæ ſic in quolibet ſe habent animato; vt ex materia, & prima forma, quæ eſt mixtionis, vna per ſe fiat ſubſtantia incompleta, hoc eſt, corpus pars animæ, ex quo, & ipſa anima fiat vnum indiuiduum completum.

Quomodo ex duabus formis fiat vnũ compoſitum.

Porrò, à tota quidditate, vel eſſentia animati, genus generaliſſimum ſubſtantiæ ſumitur, quatenus in ſe rationem habet formalem, vel conceptum ſubſtantiæ, quæ eſt ratio formalis, & prima ratio ſimpliciter, qua primò continet aliquod genus per ſe. Ab hac autem tota & perfecta quidditate animati, ratio differentiæ accipitur, quæ eſt corporeum, ſeu ſibi conueniens ratio corporeitatis: vel ratio formalis diſtincta in ipſa, ad quam rationem formalem corporeitatis, ipſamet vt habens & includens rationem ſubſtantiæ eſt in potentia, ſicuti genus ad differentiam. Sic autem deſcendere licet ſecundùm alias generum rationes formales ad ſpeciem ſpecialiſſimã vſq;, vnde &

Prædicatio generis, differentiæ.

Forma corporeitatis.

de & genus, & differentia, & ſpecies à tota quidditate immediatè ſumitur: atq; quodlibet ex ipſis totam indicat quidditatem, indifferenter tamen; genus enim, immediatè determinateq́; totum dicit ſecundùm profectò gradum, rationemq́ue formalem, qua eſt in potentia ad differentiam: differentia verò ſecundùm eam rationem, qua ipſa ad genus comparatur, veluti actus ad potentiam. vtrumq; autem in conceptu ſpeciei quidditatiuo, ſicuti in diffinitione includitur. Itaq́; ſicut ex genere & differentia fit per ſe vnum genus ſubalternum, quamuìs genus à differentia diſtinguatur, vnum enim non includitur in conceptu alterius, nec eſt formaliter idem illi: & ex illo genere ſubalterno, & differentia diuiſiua, aliud conſtituitur genus ſubalternum, & ſic deinceps, vſque ad proximum ſpeciei ſpecialiſſimæ genus: ex quo cùm differentia ſpecifica, vna per ſe ſpecies conſtituitur; ita planè ex prima materia, & prima forma fit per ſe vnum compoſitum in potentia ſubſtantiali ad animam: & ex ipſo, & anima fit vnum per ſe in effectu, atque in re ſubſtantialiter: tametſi vtraq; forma ſit actus per ſe: prima tamen actus eſt incompletus, vltimæ quidem formæ cõplendus aduentu. Cæterùm, quamuìs forma mixtionis in corpore humano, cuiuſuis forma elementi præſtantior ſit; eſſe tamen ſpecificum, atque completum minimè largitur; hoc ſiquidem ſolius eſt ſpecificæ formæ; perfectius tamen, quàm forma elementi dat eſſe ſubſtantiale. Illud ergo, quod dicitur, perfectiorem formam perfectius eſſe largiri, ad ſpecificas attinet formas tantùm. Patet ergo, quomodo ex duabus formis, vnum per ſe ſubſtantiale compoſitum fiat. Ex hoc autem intelligimus, quodlibet animatum ex duabus ſubſtantialibus formis conſtare: altera quidem corporea, & imperfecta: altera verò ſpecifica, atque perfecta; plures enim bis eſſe, cùm corpori, tùm etiam animæ minimè congruit. Sanè, in homine anima intellectiua, & vegetatiuam, & ſenſitiuam, identitate eſſentiali continet. Etenim ſicut penthagonum, teſte philoſopho 2. de anima, Tetragonum continet, nec ſunt formæ eſſentialiter diſtinctæ; ſic vegetatiuum, ac ſenſitiuum, ſub ipſo intellectiuo continentur, à quo eſſentialiter non diſtinguuntur; alioqui plures animæ in homine inuenirentur, quarum qualibet eſſet actus corporis phyſici organici in potentia vitam habentis, quod eſt falſum. Dicis, nihil referre, duas formas eſſentialiter diſtingui, cùm inſtar vnius ſe habeat ad totius cõpoſitionem. Dico, eadem facilitate, formam corporeitatis negandam fore: vni enim perfectæ totali æquipollent. Præterea, quemadmodum ex pluribus, quæ ſub eodem genere continentur, vnum per ſe ſub illo genere minimè conſtituitur; ita ex duabus animabus eſſentialiter diſtinctis, non fit anima vna. Adde, quòd tunc anima eſſet corruptioni obnoxia, ſicut & ipſemet homo; pars enim, nempè ſenſitiua, corruptibilis eſt. deniq; operatio vnius, alteram impedit: ſubſtantia ergo non ſeparantur. Ex parte igitur animæ patet plures formas non eſſe neceſſarias; ſed vnam tantùm, id eſt, ſpecificam ſufficere. Corpori quoque vna tantùmmodo forma ſufficit: genus ſiquidem, & differentia, ſiue ſubalternum, ſiue generaliſſimum non à forma partiali, ſed à tota quidditate ſumitur; alioqui non prædicaretur de alio in primo modo dicendi per ſe: ponerenturq́; plures formæ in quolibet ente per ſe in genere, & ſpecie. Neque etiam ibi ſunt quatuor elementorum formæ, cum forma mixtionis: formæ enim elementorum, ſubſtantialiter non manent in mixto; ſicuti in primo Pymandri diſputauimus. Neque, vt quidam dicunt, forma carnis, & oſsis alterius ſunt ſpeciei: alioqui ex pluribus diuerſarum ſpecierum ſpecialiſſimarum entibus, fieret vnum ens per ſe, quod eſt falſum. Etenim, ex pluribus eſſentijs, ſiue ſpecificæ extiterint, ſiue diuerſarum, aut non diuerſarum ſpecierum, modò alterius ſint rationis, aliquod vnum per ſe conſtitui non poteſt; niſi altera illarum ſe habeat vt actus, reliqua verò vt potentia 7. met. at neutra iſtarum, reſpectu alterius, aut coniuncti ex ambabus, eſt actus, vel potentia: vna ergo eſt forma corporis, & altera animæ. Hæc cùm ita ſe habeant, facilè eſt reſpondere ad argumenta, quæ corporeitatis formam auferre videntur omninò. Ad primum, negatur conſequentia: forma enim corporeitatis, ad

Prima forma eſt actus incompletus.

In quolibet animato duæ formæ ſubſtantiales.

Forma intellectiua continet alias formas.

Forma corporis eſt vna.

Soluuntur argumenta cõtra formam corporeitatis.

Forma corporeitatis.

*tis, ad formam tendit ſpecificam, in qua eſt ſita eius perfectio: propterea illa non ad-
uenit, vt accidens, ſed potius, vt vltima eius perfectio. Ad 2. iam dictum eſt, ſecun-
dùm veriorem ſententiam, formam corporeitatis tandem reſolui in elementa. Ad 3 di- 2.
cimus formam corporeitatis, eſſe completum minimè largiri, vtpote, quæ complemen- 3.
tum expectet ab eſſe ſpecifico. Eadem facilitate quartum ſoluitur argumentum. Ad 5. 4.
dico, formam corporeitatis eſſe particularem, imperfectam tamen. Et cùm dicis, quam- 5.
libet formam, pro ſua proportionis conditione, eſſe largiri completum: dico, corporeita-
tis formam, à ſpecifica hoc præſtolari, ſiue ſperare complementum, cùm ex ſeipſa ha-
bere non poßit. Ad 6. dico, non ita materiam per formam eſſe actuatam, vt vlteriorem 6.
perfectionē non expectet: alioqui verum eſſet, quod in argumento aſſumitur. ſed ſic ma-
teriam actuare; vt vltimam tandem perfectionem, à forma ſpecifica accipiat. Ad 7. 7.
maior, formis conuenit ſpecificis, quæ certis qualitatibus, ac quantitatibus, ſuas limi-
tant actiones. at genericæ, præcipuè generaliſſimæ, vt corporeitas, nullas ſibi limitat
quantitates, qualitatesq́. Ad primam cōfirmationem reſpondeo, illud verum eſſe de for-
ma ſpecifica, non autem generica. Ad 2. confirmationem. Antecedens intelligendum eſt
de æterno ſimpliciter, qualis non eſt corporeitas, cuius natura eſt diſpoſitio ad formas
generandas. Ad 8. reſpondeo, corporeitatem non ineſſe materiæ ab agente naturali; ſed 8.
eſſe ab eo potius, qui materiam condidit. Quamobrem ad materiæ ſubſtantiam non at-
tinet: nec materia eſt in potentia contradictionis ad illam; quippe cùm eam, per dimen-
ſionem interminatam non recipiat. Ad confirmationem dico, compoſitum eſſe nouum,
quando ex materia conſtat, & forma ſpecifica, vel quod ad generationem diſponit. Ad
9. Auerroes loquitur ſecundùm Auicennæ ſententiam, qui corporeitatem putauit pro- 9.
priam, ac ſpecificam eſſe materiæ formam: hac de cauſa, corporeitatem indiuiſibilem
eſſe dixit; quippe, quæ eſſet ſpecifica, & ante dimenſiones recepta. Modum ergo poſi-
tionis confutauit. Simili quoque ratione dixit, vnum ſubiectum, vnam tantùm formam
habere, id eſt, ſpecificam. vel vnum ſubiectum, vnam habere formam: alioqui ſi eſſet,
vt Auerroes ait; vna forma duo haberet ſubiecta, nempè formam corporeitatis, per
quam materiam recipit, & ipſam materiam. Auerroes verò putauit non recipere, ſed
diſponere tantum. Vnde ſecundùm Auicennam ſequeretur, quòd omnis forma adueniens,
eſſet accidens, quia ſcilicet poſt ſpecificam adueniret. Ad confirmationem dico, illud in-
telligi debere de compoſito ex materia, & forma ſpecifica, cuiuſmodi eſſet cœlum apud
Auicennam: vel generabile eſſet ſaltem diſpoſitiuè. Ad 10. dico, Auerroem intelligen- 10.
dum eſſe de forma ſpecifica, quæ ante dimenſiones recepta, eſt indiuidua, vt dicit Aui-
cenna. Auerroes autem vult illam eſſe genericam, diuidiq́ per dimenſionem ſequen-
tem. Propterea voluit, eorum, quæ de nouo in materia recipiuntur, dimenſionem eſſe
principium, ſaltem diſpoſitiuum. Ad confirmationem reſpondeo, Auerroem per motum
in actu, illud, quod per ſe motori reſiſtit, intelligere, quale profectò in mixtis inuenitur,
4 phy: com: 71. At tale quid in elementis nequaquam inuenitur. ſiquidem forma
corporis, cùm ſit generica, nullius ſibi limitat locum; ſed velut materia, ita quoque &
ipſa eſt ad omne vbi. Ad vltimam confirmationem dico, illud verum eſſe ad mentem,
ſeu ſententiam Auicennæ, non autem Auerrois, diſpoſitiuam enim non autem recepti-
uam eſſe profitetur corporis formam. hæc quidem dicta ſunt pro corporeitatis forma tu-
enda: verùm quia hæc etiam inquiſitio ſæpè dimenſionum meminit, Auerrois quoq́ ſen-
tentia eſt in medium adducenda, vt clarius fiat, de quo diſputamus.*

QVAESTIONIS SEXTAE CAP. I.

Dimenſio an præcedat formam ſubſtantialem in materia.

Dimenſio præcedit formam ſubſtantialem ſecundùm Auerroem.

POſtquàm Auicennæ, aliorumq́; ſententias de forma corporeitatis, adduxi; huic dicendi diſputandiq́; inſtituto, Auerrois ſententiam contexendam eſſe putaui, quippè, qui de hac re admodum ingenioſè copioſèq́; diſſeruerit; vt ſic ex multorum grauiſſimorũ virorum ſententijs, obſcuriſſima quæſtio lucidius, clariusq́; intelligi poſſit. Auerroes lib: 1. de ſubſtantia orbis cap. 1. quantitatẽ materiæ putauit eſſe coæuam, ita, vt quantitati in materia quantitas nunquã ſuccederet: Materia, inquit, prima nunquam denudatur à dimenſionibus interminatis: dimenſiones namq́; ſimplices, quæ appellantur corpus ſimplex, non denudantur à prima materia. Reuera, ſi in rei corruptione, ipſa quoq́; quantitas corrumpitur; dimenſio vtiq́;
1. *ex non dimenſione, & corpus generandum, ex non corpore fieret, quod patet eſſe falſum. Adde, à quo quantitas lapidis, ſeu alicuius eſſet corrumpenda. non certè à ſuo contrario:*
2. *quantitati enim nihil eſt contrarium. nec concomitanter, quia ſcilicet forma lapidis corrumpitur: quantitas ergo ſimiliter; quantitas enim non ſolùm obeſt, verùmetiam prodeſt magis, vt in materia forma recipiatur. Quare non eſt neceſſe, vt ſi forma corrumpatur,*
3. *quantitas quoq́; corrumpi debeat. Manet ergo quantitas, materiæ coæua. Amplius, diuerſæ formæ ſubſtantiales, in diuerſis, atq́; diſtinctis materiæ partibus recipiuntur. in materia autem huiuſmodi partiũ diſtinctio, à quantitate proficiſcitur: quantitas ergo in materia, formam ſubſtantialẽ præcedit; alioqui quælibet forma ſubſtantialis, totam informaret materiam; atq́; ita formæ contrariæ ſimul eſſent, vel tota materia vnicam tantùm formam haberet: ſed neutrum iſtorum eſt admittendum, vt iam patet ad ſenſum.*
4. *Sanè, ſicut dictum eſt, ſi formam ignis, qui eſt ſubſtantia corporea, quantitas, ſeu dimenſiones non præcederent; tunc planè ignis fieret ex materia nõ quanta, & forma non quanta, quod eſt abſurdum: dimenſiones ergo, formam ſubſtantialem præcedunt.*

Dimenſio determinata.

Porro, dimenſio determinata, illa dicenda eſt, quæ certum habet terminum quantitatiuum, ad modum alicuius naturæ ſic determinatæ: omnium enim natura conſtantium, determinatus eſt augmenti, atque magnitudinis terminus. Dimenſio ergo terminata, ſecundùm certum magnitudinis gradum, ad certam formam reſpicit naturalem, à qua quodammodo determinari videtur: non quidem cauſaliter, ſed correſpondenter potius.

Dimenſio interminata.

Dimenſio autem interminata, eſt quantitas, quæ certum non habet gradum, nec ad vllam formam determinatè refertur, ſed indifferens eſt ad quemlibet magnitudinis gradum: ſicuti eſt materia ad formas recipiendas, ad quas profectò indeterminatam habet potentiam. Ex quo patet, quòd quamuis in naturalibus, non inueniatur dimenſio abſque forma, cùm materia, abſque forma, naturaliter exiſtere nequeat; dimenſio tamen ex ſui natura eſt quid abſolutum, nullumq́; ſibi certum gradum perſcribit; hanc ob cauſam, interminata vocatur, atque materiæ eſt coæua, ſiue coæterna, ſi materia eſſet æterna.

Eſt materiæ coæterna.

Reuera, ſicut materia eſt vna numero omnium formarum, quia nulla determinata perſcribitur forma; ita trina dimenſio nullo præſcribitur termino: Porrò, dimenſio huiuſmodi in potentia eſt ad eſſe in actu: ſicut enim calidum, vt ſcribitur 12. met. com: 18. calorem in materiam extrinſecum non inducit; ſed calidum quidem in potentia, reddit calidum in actu; ſic profectò generans, non extrinſecam adducit dimenſionem; ſed eam prorſus, quæ præfuit in potentia. Sic loquitur 4. phy: com: 15. & 3. com: 17. Si ergo dimenſio non præeſſet, in materia vna numero; dimenſio fieret ex nihilo, vtpote, quæ nec actu, nec potentia præfuiſſet.

Dimenſio præcedit formas.

Itaq́; dimenſio vna numero, quatenus eſt actu dimenſio, & potentia ad terminos, formas generabiles præcedit. Etenim quemadmodum materia eſt actu per ſe actualitate entis; ita dimenſio eſt actu, actualitate quidẽ materiæ, & entis. Et quemadmodum eſt in potentia ad eſſe in actu, actualitate formæ: ita dimenſio eſt in potentia ad terminos, quibus diſtinctè actuatur. Vnde materia per dimenſionem eſt in loco, in numero formarum, & menſura, non autem ad certum aliquod ipſorum. Sic 4. cœli com: 40. & 3. cœli com: 29.

Auerroes.

Itaq́; dimenſionem materiæ eſſe coæuam Auerroes omninò ſentire videtur.

Dimenſiones.

videtur. 3. phyſ: com: 69. Vnde eſt, inquit, quòd augmentum quantitatis non poſsit creſcere in infinitum? quia ſcilicet mundus ex tota ſua conſtat materia, tota quoque quantitate. hac de cauſa cùm augmentum erit vſque ad mundi molem; noua profectò quantitas minimè generabitur. Tanta ergo eſt quantitas, quanta ab initio materiæ. Hoc idem 4. phy: com: 84. docet: vbi manifeſtè oſtendit augmentum, propter noui termini, non autem nouæ quantitatis acquiſitionem, fieri, atque haberi, & 4. phy: com: 15. docet philoſophus dimenſionem non ſeparari à materia in magnitudine, nedum in eſſe. Ex his ergo, quæ dicta ſunt patet, dimenſiones interminatas, omnem præcedere ſubſtantialem formam. Verùm ad Auerrois rationes ſic reſpondere poſſumus. Et ad primam quidem dicimus, corpus fieri ex non corpore actu; ex corpore tamen in potentia: nam etſi materia per ſe non ſit corpus actu; eſt tamen in potentia, ad corporeitatis formam. Ad 2. dico, nullam formam corrumpi per ſe primò, niſi à ſua forma contraria; per accidens tamen, ad corruptionem ſubiecti. vnde dicimus, dimenſiones, formam introducendam præcedentes, adueniente huiuſmodi forma, corrumpi, quia illarum ſubiectum corrumpitur. Dicis, formas materiales indiuiduari, atque diſtingui per materiam: materia ergo eſt diuiſibilis, idq; per quantitatem. In materia ergo dimenſiones interminatæ præcedunt formam ſubſtantialem introducendam. Dico, materiam, in qua eſt forma introducenda, per quantitatem, quæ eſt in materia, mediante forma abijcienda, eſſe diuiſam. quare, dum forma introducitur, prior quantitas per accidens corrumpitur, ac noua adducitur. Ad 3. dico, quòd cùm in aliqua parte materiæ eſt forma ſubſtantialis introducenda; toto tempore præcedente introductionis inſtans, materia eſt quanta, quantitate quæ eſt cum forma abijcienda: in vltimo verò inſtanti illius temporis, quod eſt inſtans introductionis, eſt quanta, quantitate, formam generandam concomitante. in eodem enim inſtanti, forma corrumpenda, & ſua quantitas habent primum ſui non eſſe: forma verò generanda, & ſua quantitas, primum ſui eſſe. ſiquidem in permanentibus, ex parte corruptionis, non datur vltimum ſui eſſe, ſed primum ſui non eſſe: ex parte verò generationis, datur primum ſui eſſe, non autem vltimum ſui non eſſe. Cùm igitur inter tempus, & inſtans non detur tempus, nec inſtans medium, & idem inſtans ſit, in quo materia deſinit eſſe quanta, quantitate formæ corrumpendæ, & incipit eſſe quanta, quantitate formæ generandæ; patet ſatis, pro diſtinctione quantitatiua in materiæ partibus conſeruanda, ponendam non eſſe quantitatem à materia inſeparabilem, nec eandem ingenito, & corrupto remanere. Ad argumentũ igitur negatur conſequentia. & ad probationem dico, non dari inſtans, in quo materia non ſit in partes quantitatiuas diuiſa. Dicet aliquis: Subſtantia eſt prior natura accidente 7. met: tex: 4. forma ergo ſubſtantialis generanda eſt prior natura in materia, ſua quantitate. In illo ergo priori naturæ, ſi materia non eſt quanta, non remanet ergo diuiſa; atque ita in hac parte, non hanc, & in illa, illam recipit formam. Si verò eſt quanta, non quidem quantitate formæ corruptæ, ſiquidem in illo introductionis inſtanti, non eſt amplius: nec quantitate, quæ ſequitur formam generandam; prior enim natura eſt ſua quantitate. Neceſſariò ergo ponenda eſt quantitas à materia inſeparabilis; vt diſtinctio quantitatiua, in materiæ partibus ſeruari poſsit. Dico, in illo priori naturæ, materiam eſſe diuiſam, non tamen quantam quantitate formæ corruptæ, nec formæ generandæ; ſed extrinſeca quantitate ab hac materia, quæ ſcilicet, eſt in alia materia, hoc eſt, hæc materia eſt diuiſa in ſe, & ab alia materia; quia ſcilicet habet quantitatem, quam hæc materia non habet. Itaq; talis diuiſio in illo priori erit per habere, & non habere, in inſtanti autem introductionis erit diuiſio per habere: quia enim hæc materia in hoc inſtanti habet hanc quantitatem, hanc formam ſubſtantialem concomitantem, alia verò, aliam; idcirco ſunt quantæ, & diuiſæ ab inuicem. Dicis iterùm: Si ita res ſe haberet, tunc certè duæ formæ diſparatæ, & ſpecificæ, & duæ quantitates eiuſdem ſpeciei in eodem inſtanti, atque in eadem materia ſimul eſſent. Etenim, ſi in eodem

Marginal notes: Quantitatem augeri non poſſe. — Soluuntur rationes Auer. 1. 2. 3. — Obiectio. 1. — Solutio. — 2. Obiectio.

Dimenſiones. *dem inſtanti forma præcedens, & ſua quantitas corrumpuntur, quod autem corrum-*
pitur eſt, corruptio namq; eſt entis exiſtentis: & in eodem inſtanti forma ſequens, &
ſua quantitas generantur. ſunt ergo in illo inſtanti, quippe cùm in permanentibus in pri-
mo inſtanti generationis dent primum ſui eſſe. Sed hæc ſunt manifeſtè falſa, ergo &c.
Solutio. *Dico conſequentiam non eſſe bonam. & cùm dicis, quod corrumpitur eſt, concedo in al-*
teratione præuia ad non eſſe; non autem pro definitione rei in vltimo inſtanti, altera-
tionem terminante. Itaq;, duas formas diſparatas, & duas quantitates eſſe ſimul pro eo-
Obiectio. *dem inſtanti in materia, fieri non poteſt; ſiquidem rei permanentis corrumpendæ, non*
1. *datur vltimum ſui eſſe. Iterùm aliquis arguet: Potentia & actus diuidunt ens, & quod-*
libet genus entis 5. met. Igitur in quolibet genere, præter ſubiectum commune, eſt vnum
proprium receptiuum; diuerſæ namq; contrarietates diuerſorum generum, diuerſa vtiq;
propria appetunt receptiua. Sed proprium receptiuum quantitatis, eſt dimenſio inter-
2. *minata: ergo quod prius. Amplius, genito, & corrupto, eandem ineſſe quantitatem ne-*
ceſſe eſt, & quidem interminatam: dum enim ex aere fit ignis; illico forma ignis intro-
ducitur. at in primo inſtanti eſſe ipſius ignis, materia ipſius, eſt ſub tota illius quanti-
tate. ſi ergo non præeſſet quantitas: extenſio ergo quantitatiua fieret in inſtanti. cùm au-
3. *tem talis extenſio, ſine motu locali eſſe non poſsit: motus ergo localis fieret in inſtanti.*
Si præterea dimenſiones non adeſſent materiæ inſeparabiliter; nulla vtiq; in rebus fieret
augmentatio, quod planè ad ſenſum conſtat eſſe falſum. Tenet conſequentia. In augmen-
tatione ſiquidem, ſola aduenit materia, quæ cùm ſecundùm ſe ſit indiuiſibilis, indiuiſi-
bile autem ſi addatur indiuiſibili, maius illud minimè reddit: augmentatio ergo fieri
non poteſt, niſi aliquo corporeo aduenient. Dimenſio ergo materiæ inſeparabiliter ad-
Solutio. *hæret. Dico, in genere ſubſtantiæ inueniri potentiam ſuſceptiuam à proprio actu generis*
1. *eiuſdem, realiter diſtinctam. At in generibus accidentium, nõ eſſe aliquod ſuſceptiuum*
reale, à formis illorum generum realiter diſtinctum; formæ enim accidentales, quia ſunt
ſimplices, materiam non habent, ex qua fiant. ſed ipſarum receptiuum eſt ſubiectum
2. *ſubſtantiale: ſic ergo intellige de dimenſionibus. Ad 2. Dico, extenſionem quantitati-*
uam nõ fieri in inſtanti, ſed ſucceſsiuè ſub forma abijcienda. Sanè, cùm ex aëre fit ignis;
materia aëris, à propria quantitate ac diſpoſitionibus materialibus, continuè recedit, a-
gens ad formæ ignis diſpoſitiones. Vnde quemadmodum non datur vltimum inſtans eſſe
formæ aëris, ſed primum ſui non eſſe, quod eſt primum eſſe ignis; ita planè non da-
tur vltimum inſtans, in quo materia ſit ſub propria aëris quantitate; ſed primum, in quo
actu eſt ſub propria quantitate ignis. Ex quo patet, huiuſmodi extenſionem per ſe in in-
ſtanti nequaquam fieri, tametſi noua quantitas, ſine motu locali, ad nouæ formæ ingreſ-
3. Formam ſubſtantialẽ immediatè recipi in materia. *ſum, per accidens introducatur. Ad 3. reſpondeo, quod indiuiſibile actu, pariter & po-*
tentia, ſi indiuiſibili additum fuerit, non facit ipſum maius: ſecus autem, ſi fuerit a-
ctu quidem indiuiſibile, potentia verò diuiſibile, cuiuſmodi eſt materia, quæ addita al-
teri, virtutem habenti actiuam, talis potentiæ ad actum reducendæ, alterum maius red-
dit. Dicunt ergo iſti, in generatione ſubſtantiali, formam immediatè recipi in materia,
nullamq; quantitatem, nec qualitatem rei generandæ, formam præcedere ſubſtantialem;
ſubiectum enim formæ ſubſtantialis eſt ens in pura potentia, ſimiliter & corruptionis.
Ad corruptionem verò formæ, omnia corrumpuntur accidentia: cuiuſcunq; enim acci-
dentis, ſubiectum eſt ens actu, forma ſubſtantiali expulſa; non remanet ens actu. Se-
parata ergo forma ſubſtantiali à materia, omnia abeunt accidentia, deniq; ipſa quanti-
tas, quæ in illorum numero haberi poteſt. Ex quo apertè colligitur, nullam quantitatem,
materiæ eſſe coæuam, atque indiſcretam ſed cum res generatur, nouam quantitatem in
materia recipi, prioremq; corrumpi. Hæc quidem diximus ſecundùm Auerrois ſenten-
tiam, quàm nonnulli confutare, atque inutilem reddere ſtuduerunt. Nunc reliquum eſt
videre, quibus rationibus oſtenderunt, dimenſionẽ, formam ſubſtantialem non præcedere.

CAP

 Dimenſiones.

CAP. II.

Dimenſiones non præcedere formam ſubſtantialem.

*QVI formam ſubſtantialem, materiæ immediatè vniri aiunt, dimenſiones
illam præcedere dicunt, atq; pro huius rei veritate ſtatuenda, ſic argumen-
tantur. Ad id materia primùm reſpicit, quod eſſentiali potentia, atq; per ſe* 1.
*primò reſpicit, & cuius commercio, vnum per ſe facit, quàm ad quoduis ac-
cidens: huius enim actus, cùm ſit primus, eſſe largitur ſimpliciter, accidens verò, eſſe
ſecundùm quid. ſed ita ſe habet forma, ad materiam, eſt enim illius actus primus: pri-
ùs ergo ineſt materiæ, quàm dimenſio, quæ eſt accidens. Reuera, ſi dimenſio præcede-
ret formam ſubſtantialem; tunc planè forma ſubſtantialis, mediante aliquo accidente,
materiæ ineſſet, nempè dimenſione. At, quod ineſt alteri, mediante aliquo accidente,
non facit vnum per ſe, ſed potiùs per accidens. ergo. &c. Amplius, priùs eſt ens per ſe,* 2.
*quàm ens per accidens. ſed materia, & forma conſtituant vnum ens per ſe: materia
verò & dimenſio, vnum ens per accidens: forma ergo ſubſtantialis, prior eſt dimenſio-
nibus materiæ. qualis enim inter aliquas mutationes, ordo habetur; talis profectò inter
ipſarum terminos reperitur. At, reſpectu eiusdem rei, generatio, augmentationem ſem-
per præcedit; priùs namq; aliquid generatur, quàm augeatur: forma ergo ſubſtantialis
quantitatem, atq; dimenſionem præcedit. Adhuc, in eſſentialiter ordinatis, à primò per
medium fit tranſitus, ad vltimum. ſed materia eſt primum, forma verò ſubſtantialis,* 3.
*eſt ſecundum, dimenſio autem tertium: non poteſt ergo materia ad dimenſionem per-
uenire, niſi per formam ſubſtantialem. Sanè, in fundamento naturæ, hoc eſt, in mate-
ria, ante formæ ſubſtantialis aduentum, nihil eſt diſtinctum: dimenſio ergo formam nõ
præcedit; alioqui materia eſſet in actu, ante formæ ſubſtantialis aduentum. Iterùm, om-
ne accidens, fundamentum habet in ſubſtantia: deſtructis enim primis ſubſtantiis, acci-* 4.
*dentia non remanent. vnde 2. de anima commen. 4. dicitur, accidentia fundari in ente in
actu. & 7. met. comment. 4. palàm docetur, ſubſtantiam eſſe priorem accidente, diffi-
nitione, & tempore. Prior ergo eſt forma ſubſtantialis, quàm dimenſio. Profectò, pri-
ùs eſt compoſitum per ſe, quàm compoſitum per accidens, cuiusmodi eſt materia, & di-
menſio. ergo quod prius. Præterea, ſi dimenſiones, coæuæ eſſent materiæ; tunc ſanè for-
ma ſubſtantialis primam materiam nequaquam immediatè perficeret, quod eſt falſum:* 5.
*forma enim ſubſtantialis medium eſt inter materiam, & formam accidentalem. proin-
de corrupta forma ſubſtantiali, dimenſionem quoque corrumpi neceſſe eſt. Reuera, ac-
cidentis eſſe, eſt inhæſſe. Eadem ergo accidentis inhærentia non manente, accidens quo-
que idem non manebit. At corrupta forma ſubſtantiali, non manet eadem dimenſionum
inhærentia: nec ergo eadem dimenſio. Amplius, quando ex aëre fit ignis, maior eſt
quantitas ignis generati, quàm aëris corrupti. illa ergo quantitas non præfuit in corru-* 6.
*pto; alioqui aliquid reſpectu ſuipſius maius dici poſſet: eſt ergo noua aliqua quantitas,
atq; ita dimenſiones non ſunt æternæ, quia ſcilicet generabiles, & corruptibiles. Nam
quando aliqua ſunt eiusdem rationis, vt dicitur 10. met: quidquid eſſentialiter competit
vni, competit omnibus: quare ſi aliqua pars generatur, qualibet igitur generabitur. Sa-
nè, relatio noua fit ob gratiam noui fundamenti. ſed æquale & inæquale ſunt nouæ re-
lationes: propter nouum igitur contingunt fundamentum, nempè nouam quantitatem;
vt ſi aër trium graduum ei ſimilis fiat, qui quatuor gradus continet. Noua ergo quan-
titas generatur, ſicq; quantitas non eſt materiæ coæterna. Iterùm, aut quantitas termi-
nata, & interminata ſunt vna quantitas, aut duæ. ſi vna, igitur non ſemper maneret in-* 7.
*terminata quantitas: ſi verò duæ, tunc in eodem ſubiecto eſſent duæ quantitates, quod
eſt falſum. Profectò, materia prima non plus ſibi dimenſionem, quàm illius priuationẽ*

 perſcri-

Dimenſi-
ones.

perſcribit: etenim, cùm ſit potentia purè paßiua ad omnes formas: eſt ergo in potentia
contradictionis: atq; ita dimenſio non eſt materiæ coæterna. Sanè, omnis forma materi-
alis educitur de potentia materiæ. ſed dimenſio eſt huiuſmodi: igitur de potentia mate-
8. riæ educitur, & ſic non eſt æterna. Adhuc, corrupto immediato accidentis ſubiecto, cor-
rumpitur quoq; & accidens. ſed corrupto compoſito, corrumpitur omnium accidentium
immediatum ſubiectum, ſola enim materia prima remanet, quæ non eſt immediatum
accidentium ſubiectum, quia non immediatè terminat accidentis dependentiam, caret
enim actualitate, ad quam ſpectat horum determinatio: quantitas ergo, ſiue dimenſio ad
corruptionem ſubiecti, ſeu compoſiti corrumpitur. Denique, quod generatur, quatenus
generatur non eſt in loco, & ſic non eſt quantum. ſed materia prima generatur: igitur
in eo quod generatur, quanta dici non poteſt. Ex his ergo, atq; ſimilibus apparet, dimen-
ſiones, formam ſubſtantialem non præcedere.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

1. AVerrois ſententiæ æmulatores, ad præpoſita ſic reſpondere conſueuerunt
argumenta, & ad primum ſic: quòd materia ſecundùm naturæ inten-
tionem, formam ſubſtantialem, vtpotè rem perfectiorem, prius intue-
atur; origine verò ipſam quantitatem, veluti diſpoſitionem, ad formarū
receptionem. Ad confirmationem autem dicunt, quòd quamuis dimen-
ſio interminata, formæ ſubſtantialis ingreſſum in materiam præcedat; quia tamen non
medium inhærentiæ eſt, ſed diſpoſitionis tantùm; hac de cauſa non ita eſt impedimento,
quominùs ex materia, & forma ſubſtantiali, vnum per ſe fieri non poßit. etenim for-
ma ſubſtantialis, quantitati, ſiue dimenſioni non ineſt, ſed ambæ potius ſimul materiæ
inſunt; dimenſio quidem priùs origine, vt formæ ſubſtantialis diſpoſitio; forma verò
2. ſubſtantialis, priùs certè perfectione, poſteriùs verò origine. Ad 2. Patet ſolutio, quam-
uis ens per ſe ſit priùs perfectione ente per accidens; non tamen quodlibet ens per ſe,
eſt priùs origine, quàm ens per accidens. Ad confirmationem dico, verum eſſe de quan-
titate terminata, ſic enim eſt terminus actionis naturalis. falſum tamen eſt de quantitate
3. interminata, quæ hoc modo prior eſt forma ſubſtantiali. Ad 3. dico: Ordinem eſſentialē,
ſecundùm originalem proceſſum, priùs habere materiam, deinde dimenſionem, poſtre-
mò formam ſubſtantialem: ſecus autem ſe habet dimenſio terminata, quæ abſq; dubio,
ipſa forma ſubſtantiali poſterior eſt reputanda. Ad confirmationem dico, in materia,
ſecundùm rationem ſuæ eſſentiæ, nihil eſſe ſpecificè diſtinctum; nullam enim formam
ſubſtantialē ſibi ſpecialiter perſcribit, aut includit: habet nihilominùs ſuas dimenſiones,
4. quæ illam diſponunt ad formarum receptionem. Ad 4. Omnia illa vera ſunt de acciden-
te perfecto, non autem imperfecto, cuius ſubiectum poteſt eſſe ens in actu, ſed ratione
entis in potentia, atq; diſpoſitiuè, non autem eſſentialiter formā præcedere ſubſtantialē.
Eodem modo ſoluitur illud de compoſito argumentum: accidens enim (ſicuti dictum eſt)
5. diſpoſitiuè, ſiue origine, formam præcedit ſubſtantialem. Ad 5. dico: Formam ſubſtan-
tialem immediatè materiam perficere, vt ſubiectum receptiuum; quantitatiuis verò, ac
qualitatiuis diſpoſitionibus mediantibus, quatenus medij, diſpoſitiui munere funguntur.
Ad confirmationem reſpondeo, dimenſionū perpetuitatem, ex eo maximè cōſtare, quòd
modus formarum ſibi inuicem ſuccedentium ſit perpetuus; proinde eadem perpetuò per
6. ſe remanet inhærentia, vnde dimenſio interminata materiæ ſemper inhæret. Ad 6. dico:
Quòd illa dimenſio interminata, quæ in materia præfuit, terminata, & in actu effici-
tur: atq; ita interminata erit æterna; terminata verò corruptibilis. Neq; ob id differunt

ſpecie:

Dimenſiones.

ſpecie: quæ enim differunt ſpecie, ſunt in actu ſic diſtincta. ſed quantitas interminata,
& terminata ex ſui natura, eiuſdem ſunt rationis, licet ob gratiam formæ, terminata
eſſe dicatur, ac limitibus concluſa. Illa præterea 10. met. authoritas, ſubſtantiis, non au-
tem accidentibus conuenit. Ad confirmationem dico, quantitatem eſſe æternam ſecun-
dùm totius perfectionem. Ad aliam confirmationem reſpondeo, quòd illius fundamen-
tum ſit quantitas in actu terminata, quæ reſpectu nouæ formæ introductæ, noua vocatur:
ex ſui autem natura eſt interminata, atq; æterna. Ad 7. Dictum eſt vtramq; quantita- 7.
tē vnius eſſe ſpeciei, nec ex ſui natura diſcrepare: quapropter ſimul coaleſcere poſſunt.
Ad confirmationem dico, materiam eſſe in potentia contradictionis, reſpectu formarū,
quæ viciſſim illi ſuccedunt, non autem dimenſionum, quæ ſibi inſeparabiliter inhærent.
Ad aliam confirmationem, negatur minor: dimenſio enim eſt coæua materiæ, potentiæ
nequaquam determinatæ; ideòque ex potentia materiæ minimè educta. Ad 8. Dicunt, 8.
quòd quamuis materia ex ſe non ſit in actu, accidentis nihilominùs poteſt terminare de-
pendentiam, imperfectè tamen. Ad confirmationem dico, materiam non eſſe in loco
terminato, ſed interminato, atque ita eſſe quantam, interminata, non autem terminata
quantitate. Cæterùm, hæc omnia ſic breuiter intelligi poſſunt; vt dimenſiones intermi-
natæ, formam ſubſtantialem diſpoſitiuè, atq; origine præcedant: forma verò ſubſtanti- Dimenſiones
alis, perfectione, atq; naturæ intentione: atque ita omnis ceſſat controuerſia. Cum ergo realiter diſtin-
hæc ita ſe habeant: non parua eſt inter aliquos contentio, an dimenſio realiter diſcrepet gui à materia
ab ipſa materia. Huic autem inquiſitioni ſic breuiter reſpondeo, nempè realiter diſtin- 1.
gui. Illa enim non ſunt eſſentialiter idem, quorum alterum eſt ſubſtantia, alterum verò
accidens. ſed ſubſtantia corporea, ſiue materia, eſt ſubſtantia, dimenſio autem, ſiue
quantitas, eſt accidens: eſſentialiter ergo ab inuicem diſtinguūtur. Amplius, illa non ſunt 2.
dicenda eſſentialiter idem, quorum vnum manet, alterum verò variatur. ſed ſic ſe ha-
bent quantitas, & materia: quantitas enim, motu rarefactionis augetur, non autem ip-
ſa materia, ſimiliter & in motu condenſationis. Sanè, ſi ſubſtantia corporea eſt idem eſ-
ſentialiter, quod ſua quantitas: generatio ergo, & augmentatio coinciderent, atque ita 3.
quidquid augeretur, pariter generaretur, quod eſt abſurdum. Denique, ſi materia, ſiue 4.
ſubſtantia extenſa, eſt idem eſſentialiter cum ſua extenſione, ſeu quantitate: ſimiliter
ergo ſe habebit qualibet forma extenſa, ſicque qualibet propriam habebit extenſionem.
& cùm in eodem ſubiecto ſint plures ſimul, ſicuti color, ſapor, & ſubiectum ipſum, &
omnia in eodem loco: plura ergo corpora erunt ſimul naturaliter. Adde etiam Augu- 5.
ſtinum, 5. de Trint ſic diſſerentem: Magnitudo, inquit, & figura, & color non ſunt i- Auguſt.
dem: vno enim variato, ſeu non manente, manet alterum; quod profectò ſubſtantiæ
corporeæ, atq; quantitati optimè congruit. Vnde ibidem ſubdit: Quidquid in creaturis non
dicitur ſecundùm ſubſtantiam, ſecundùm ſubſtantiam dicatur, neceſſarium eſt. ſed eſ- Rationes op-
ſe quantum in creaturis, accidens dicit, non autem ſubſtantiam: quantitas ergo à ſubſtan poſitæ.
tia eſſentialiter diſtinguitur. Verùm aliquis contra prædicta ſic poſſet arguere: Quod ha- 1.
bet partem, & partem, coincidit cum quantitate; habere enim partes, ad quantitatem
attinet. ſed ſubſtantia corporea eſt huiuſmodi, alioqui ex materia, & ſubſtantia ſpiritu-
ali fieret vnum compoſitum; indifferenter enim ſe haberet ad omnium receptionem for-
marum: ſubſtantia ergo corporea, & quantitas ſunt eſſentialiter idem. Item, quemad- 2.
modum res ſpiritualis non eſt ſubiectum rei corporalis; ita nec indiuiſibile, rei diuiſibi-
lis. ſed materia eſt ſubiectum rei diuiſibilis, id eſt, quantitatis: igitur eſt diuiſibilis, ha-
betq; partem poſt partem: atq; ita eſt idem eſſentialiter cum quantitate. Sanè, dimen-
ſio, per quam materia eſt formaliter extenſa, præſupponitur à forma in materia: eſt er-
go idem eſſentialiter cum ipſa materia. Amplius, quod inuenitur in materia corporea, 3.
non quidem vt eius, aut agentis naturalis effectus, proculdubio idem eſt eſſentialiter cum
ipſa materia. ſed dimenſio eſt huiuſmodi, præſupponitur enim actioni naturalis agen-
tis:

ones. *tis : materia verò eſt tantùm compoſiti cauſa, cuius eſt pars : ergo quod prius. Reuera,*
ſubſtantia corporea non ſubeſt tota cuilibet parti diuiſibilis formæ , nec tota toti : ex ſe-
ipſa ergo eſſentialiter , atq; intrinſecè habet partes, hoc eſt, eſt quanta ; quantitati enim
cõuenit habere partem, & partem : ſubſtantia ergo corporea eſt idem eſſentialiter quod
Soluuntur argumenta. *ſua dimenſio. ſed ad huiuſmodi rationes, ſiue argumenta, ſic reſpondemus. Ad primũ ,*
quamuis ſubſtantia corporea ex ſui natura habeat partem, & partem, non tamen habet
1. *partem extra partem , quippè cùm illi hoc conueniat per quantitatem : non ſunt ergo i-*
2. *dem eſſentialiter. Ad 2. Quamuis ſubiectum dimenſionis, habeat partes ; non tamen eſt*
quantitas , quippè , quia non habet partem extra partem : non ſunt ergo idem realiter.
Ad confirmationem dico , quòd licet dimenſio præſupponatur à forma in materia ; non
3. *tamen eſt idem cum ipſa materia. Ad 3. dico : Materiam eſſe cauſam ſuæ dimenſionis ,*
non quidem effectiuè, ſed diſpoſitiuè. Ad confirmationem , licet ſubſtantia corporea ex
ſe non ſit quanta ; non opus eſt tamen, vt tota ſubſit quantitati, vel formæ toti diuiſibili,
aut tota cuilibet parti ; ſed ſat erit, vt tota toti , & pars ſubſit parti. Quomodo ergo di-
Dimenſio eadem ex parte ſubiecti, & ex parte formæ. *menſio, ſiue quantitas à ſubſtantia corporea eſſentialiter diſcrepet , atque diſſentiat ; ex*
his , quæ iam raptim dixi , patet ſatis. Patet etiam ſubſtantiam corpoream habere par-
tem, & partem ; non tamen partem extra partem , hoc eſt , non eſſe quantam, quippè
cùm eadem ſit dimenſio tùm ex parte ſubiecti, tùm etiam ex parte formæ : eadem enim
eſt forma, & idem actus, qui materiam actuat, & quo materia actuatur ; ſicut vnica eſt
huiuſmodi formæ in materia priuatio. Habet autem ipſa ſubſtantia corporea partes al-
terius rationis, alioqui per quantitatem non poſſet extendi. Proinde, ſicut tota ſubſtan-
Rationes quod ſit vna dimenſio. *tia prior eſt ſua quantitate ; ita partes ſubſtantiæ priores ſunt partibus quantitatis. &*
ſicut tota ſubſtantia, per quantitatem extenditur ; ita planè partes ſubſtantiæ per partes
quantitatis. In ſubſtantia ergo corporea non eſt alia dimenſio, ſiue extenſio ab ipſa quan-
1. *titate, quæ eſt accidens, à quo formaliter extenditur. Sanè, duo corpora virtute agentis*
naturalis in vno loco ſimul eſſe non poſſunt ; idq; propter dimenſionum circa eundum lo-
cum incompoſſibilitatem, atq; reſiſtentiam : agens ſiquidem naturale in vno loco corpus
aliquod collocare, aut ſiſtere nequit, niſi prius altero excluſo. At ſi ſubſtantia corporea,
ſiue forma extenſa, aliam haberet à quantitate, propriam extenſionem ; tunc planè duo
corpora eſſent ſimul : longùm enim & latum, atque profundum vtrinq; conuenirent , &
2. *ſubſtantiæ , & quantitati, atque ita corporeitates haberent diſtinctas. Amplius, ſi ſub-*
ſtantia corporea , aliam à quantitate haberet extenſionem ; tunc illa extenſio , ſicut &
ſubſtantia prior eſſet, quàm quantitas , quod eſt falſum ; alioqui prius natura eſſet ſub-
ſtantia extenſa , quàm habens quantitatem ; ſicq; ad ſubſtantiæ extenſionem , non opus
3. *eſſet ponere quantitatem , quod eſt abſurdum omninò Adde , quòd ſi ſubſtantiæ corpo-*
rea propriam, ac diſtinctam à quantitate haberet dimenſionem ; aut illa profectò eſſet
accidens, aut ſubſtantia : non quidem accidens, aliter eſſet quantitas , & ita ab illa non
eſſet diſtincta : neq; ſubſtantia, alioqui ſubſtantia diceretur eſſe albedo, ſicut extenſio.
4. *Præterea, aut illa propria dimenſio ſubſtantiæ, ſemper eadem manet, aut non : ſi manet,*
tunc planè ipſius ſubſtantiæ quantitati adæquatè reſpondere non poſſet ; quantitas enim
ſecundùm maius, minusq; variatur , manente eadem ſubſtantia ; ſicq; propria ſubſtan-
tiæ dimenſio ſeipſa eſſet maior, & minor, quod eſt falſum. ſi verò non manet, ſed varia-
tionem ſuſcipit : eſt ergo accidens, & ex conſequenti, quantitas, quod redit in idem. Sub-
Quòd ſit duplex extenſio. *ſtantia ergo corporea non habet propriam dimenſionem à quantitate diſtinctam. Sed*
dicet aliquis, in ſubſtantia extenſa per quantitatem, quæ eſt accidens, duplicem eſſe ex-
tenſionem : vnam quidem ex parte ſubſtantiæ, alteram verò ex parte quantitatis ; ſicuti
ſuo modo panni quantitatem, vlnæ, ſeu menſuræ quantitatem correſpondentem. vnde ſic
1. *argumentantur Omne diuiſibile (authore philoſopho 3. phyſ.) ſecundùm ſe , eſt magnũ,*
vel multum. ſed materia ex natura ſui, eſt diuiſibibilis : igitur eſt magna, atq; ita pro-
priam

 Formarū pluralitas

priùs habet extenſionem. Sanè, corpus non eſt organicum per quantitatem eſſentialiter
diſtinctam à materia, quia illa eſt actus; ſicque corpus quantum per aliquod accidens
cum anima faceret vnum per ſe, quod eſt falſum: eſt ergo organicum per extenſionem
ſibi conſubſtantialem. ſicq; intelligenda eſt illa Ariſt. ſententia: Anima eſt actus cor-
poris phyſici, organici. Amplius, ſubſtantia corporea ex ſe habet partem extra par-
tem, alioqui quantitatem, habentem partem extra partem, nunquam reciperet: habet 2.
ergo propriam extenſionem; aliter non haberet partem extra partem. Reuera, accidens
diuiſibile, ſubiecto congruit diuiſibili. ſed quantitas eſt huiuſmodi: materia ergo per
propriam extenſionem eſt diuiſibilis. vnde bene dictum eſt à Commentatore *de ſubſtan-*
tia orbis, quòd ſi forma adueniret materiæ ante quantitatem; tunc indiuiſibile adueniret
indiuiſibili; & ita fieret vnum incorruptibile. Item, ſi materia non haberet propriam
extenſionem; eſſet vtiq; inſtar puncti indiuiſibilis, quod eſt falſum; ſubſtantia enim cor- 3. Solutio.
porea, & actu, & potentia coniuncta, extenſionem habet: materia ergo propriam
habet extenſionem. Ad hæc autem ſic reſpondemus. ad primum: Quamuis omne diuiſi- 1.
bile ſecundùm ſe, ſit quantum; nulla tamen natura propriè loquendo, diuiſibilis eſt, niſi
per quantitatem. vnde materia licet habeat partes; quantitate tamen eſt diuiſibilis. Ad
confirmationem: anima eſt actus informans corporis ſubſtantiam, non autem eius quan-
titatem; tametſi quantitas, veluti diſpoſitio, huiuſmodi informationem præcedat, ne-
ceſſe ſit: non ergo aliqua alia ſubſtantialis diſpoſitio eſt inquirenda, cuius medio corpus
informetur ab anima. Ad 2. Quamuis materia ſit receptiua, rei habentis partem extra 2.
partem; per quantitatem tamen eſt quanta, & eſt in actu formaliter: vnde non eſt ne-
ceſſe ſubſtantiam eſſe albam, quia eſt receptiua albedinis. Ad confirmationem: ſubſtan-
tia corporea ex ſeipſa diuiſibilis eſt in potentia, non autem actu. & ex conſequenti, quan-
titatis eſt receptiua, per quam ſit actu diuiſibilis; tametſi ex ſeipſa nullam habeat di-
uiſionem. Ad Commentatoris *ſententiam dico, formã recipi in materia mediante quan-*
titate: proinde ſi ante quantitatem reciperetur, indiuiſibiliter quidem in actu; diuiſi-
biliter tamen in potentia reciperetur; ineſſet enim hoc modo quantitas. Ad 3. Si mate-
ria non haberet partes illas ſibi intrinſecas, inſtar puncti, & actu, & potentia eſſet in- 3.
diuiſibilis: ſed cùm habeat illas partes, non ſequitur conſequentia. Ad confirmationem,
ſubſtantia incorporea, quia illis caret partibus intrinſecis, tum actu, tum etiam poten-
tia eſt indiuiſibilis. at, quia ſubſtantiæ inſunt corporeæ, ideò potentia eſt diuiſibilis. Hæc
quidem de dimenſionibus diximus. Sed eò redeat, vnde defluxit oratio, nempè in cor-
pore animato plures eſſe formas ſubſtantiales, ſicut paulò antè excurſi ſumus.

CAP. IIII.

Formas ſubſtantiales in animato plures eſſe.

CVM ageretur negotium de formarum pluralitate, erat mihi animus hanc,
quam modò propoſui explicandam, abſoluere quæſtionem; verùm ob inci-
dentes paſſim grauiſſimorum virorum ſententias, aſſequi non valui, quod
volebam. Illis autem aliquo modo excuſſis, atq; abſolutis, ad præpoſitum Formas plures ſubſtantiales ſimul eſſe in animato.
reuerſus ſum certamen, in quo legitimè pugnandum mihi eſſe cenſeo, vt glo-
riæ compos efficiar legitimæ, quod profectò tunc fieri puto, ſi veritatis amor cæteris o-
mnibus præponatur. Inprimis igitur hæc ſit huius quæſtionis ſumma, ſiue veritas: cuili-
bet, ſcilicet animato, plures ineſſe formas ſubſtantiales. Sanè, ſi anima eſt actus corporis 1.
phyſici, organici, potentia vitam habentis: igitur in animato ſunt duæ formæ ſubſtanti-
ales, anima ſcilicet, & forma ſubſtantialis corporis; corpus enim non ſolam indicat cum
quantitate materiam, alioqui eſſet vnum per accidens, ab anima vtiq; minimè informan-

*dum. Dicit ergo materiam cum forma ſubſtantiali: duæ ergo in animato ſunt formæ ſub
ſtantiales. Sed diceret aliquis, animam quoq; ſub hac diffinitione concludi: vnde philo-
ſophus ait, quòd talis potentia non eſt abiiciens animam: nam ſicut calor eſt actus cali-
di, & lumen actus lucidi; non quidem quòd ſeorſim ſit lucidum ſine luce; ita corpus or-
ganicum, non per aliam formam, quàm per ipſam animam habet eſſe. & ita non ſunt*
Solutio. *plures in corpore animato formæ ſubſtantiales. Dico, hoc expreſſè aduerſari Ariſtote-
lis ſententiæ, ſic rem exemplificantis: Sic, inquit, ex corpore, & anima fit vnum; ſicuti
ex cera & figura, & ex pupilla, & viſu. ſed cera figuram, aut figura ceram non in-
cludit: nec ergo pupilla oculi viſum, nec corpus ipſam animam. Anima præterea diffini-
tur, vt res perficiens atque complens ſubiecti imperfectionem: ſubiectum autem intra
ſe huiuſmodi perfectionem non claudit; alioqui ſeipſo intrinſeca perfectione abſolu-
tum eſſet atq; perfectum, nec aliunde ſuam perfectionem expectaret: Ariſtoteles ergo
quando diffinit formas naturales, non ita diffinit, vt ille arguendo conatur oſtendere: er-*
2. *go. &c. Amplius, accidentia terminata ſunt in materia per aliquam formam ſubſtan-
tialem: nam licet quantitas interminata præcedat; terminata tamen ſequitur formam
ſubſtantialem: igitur ſunt duæ formæ in animato ſubſtantiales. Tenet conſequentia: poſt
receſſum ſiquidem animæ, remanent huiuſmodi accidentia: ergo & forma ſubſtantialis.*
3. *Item, in vltimo inſtanti, quo anima eſt introducenda, aut manet forma præcedens, eiuſ-
q́ue accidentia diſpoſitiua: aut non. ſi manent: plures ergo formæ ſubſtantiales vni in-
ſunt animato, prior ſcilicet, & ſequens. ſi verò corrumpuntur: non ergo diſpoſitiones
extiterunt reſpectu formæ introducendæ. deniq; in illo inſtanti, materia nuda remane-
bit, quæ ex ſui natura indifferens eſt ad cuiuſq; formæ receptionem: quæ ergo præceſſe-
runt, inania exiſtimanda ſunt, quippè cùm non habeatur finis naturæ, nempè aliquod a-*
Obiectio. *nimatum. Sed dicet aliquis, formam priorem diſpoſitionem in fieri extitiſſe, ideóq; non
oportere ipſam cum ſuis accidentibus manere. Inſuper, ſi res ita ſe haberet, hoc idem &*
Solutio. *aliis rebus conuenire poſſe. Dico, non ſolùm in fieri; verùm etiam in eſſe illas diſpoſitiones
appellari debere: ſiquidem Ariſtoteles diffinit animam ſecundùm diſpoſitiones neceſſa-
rias in eſſe, aliter non eſſet actus informans corpus. Præterea huiuſmodi diſpoſitiones
ad genus cauſæ reducitur materialis, quæ eſt in eſſe, non autem in fieri. Ad aliud dico,
in ſolis rebus animatis illud eſſe tenendum, in quibus anima eſt actus corporis phyſici:
in rebus autem inanimatis ſat eſt, accidentia non eſſe interminata; nunquam enim carent
aliqua forma. at in rebus animatis decet illa eſſe terminata priuſquàm veniat anima, ſi-
cuti neceſſaria eſt aliqua forma ſubſtantialis, qua ſit corpus, ante animæ aduentum; a-*
4. *nima enim eſt actus corporis phyſici organici. Præterea, omne animatum, eſt animatũ,
& corporeum. ſed hoc ab vnica forma haberi non poteſt, alioqui anima identicè for-
mam contineret corpoream, quod eſt falſum: duæ ergo formæ ſubſtantiales cuilibet in-*
In homine duæ formæ ſubſtantiales. *ſunt animato. Reuera, quodlibet animatum duplicem habere videtur productionem: al-
teram quidem, qua ſecundùm formam corporis producitur à generante naturali: alterã,
qua ſecundùm formam animæ producitur à Deo: ex quo clariſſimè conſtat in animato*
1. *duas eſſe ſubſtantiales formas. Cæterùm, in homine duas eſſe formas ſubſtantiales, cla-
riſſimè conſtat. Sanè, in homine generante, aliqua eſt forma ſubſtantialis, quam per ſe,
atque directè attingit, nempè corpoream mixtionis formam, quæ eſt diſpoſitio animæ
introducendæ: alioqui producti ad producentem, nulla vera eſſet relatio; relatio ſiqui-
dem in ſubſtantia fundatur, non autem in accidente. deniq;, omnis potentia generatiua,
ſubſtantiam, vt ſuum terminum producibilem reſpicit: potentia verò alteratiua, acci-
dens: igitur in homine duæ ſunt formæ ſubſtantiales, quod profectò ſatis patet ad ſen-*
2. *ſum. Amplius, homo eſt corporeus: igitur duas habet formas ſubſtantiales. Tenet con-
ſequentia: corpus enim non dicit ſolam materiam: habet ergo formam ſubſtantialem.
neque enim eſt corporeus per animam intellectiuam; etenim oppoſitum ſui proprij eſſe,*

nulla

 Formarũ pluralitas.

nulla forma largitur. ſed eſſe corporeum opponitur, eſſe animæ intellectiuæ: in homine ergo eſt anima intellectiua, & forma ſubſtantialis. Sed dicet aliquis, anima intellectiua, Obiectio.
virtute continet illam formam corpoream: ergo poteſt illam producere. Dico, cauſam Solutio.
efficientem largiri eſſe diſtinctum eſſentialiter; cauſam verò formalem, ſeipſam, vel ſuum eſſe: anima ergo intellectiua cùm ſit ſimplex, ſpiritualis, & incorporea forma, eſſe corporeum præſtare non poteſt. Dicis, homo per animam intellectiuam eſt corpus, quod Obiectio.
dicit genus, & totum: igitur per eandem eſt corpus à corpore parte eius. Reſpondeo, & Solutio.
nego ſimilitudinem de corpore parte, quod reductiuè eſt in genere ſubſtantiæ, & de corpore, quod dicit totum, & eſt genus ſubſtantiæ ſubalternum; corpus enim pars habet partem & partem, ac quælibet illius pars eſt extenſa: corpus verò genus, ſecundùm aliquod commune corporeũ nominatur, non autẽ ad aliquod particulare relatum. Quare, quemadmodum homo per animam rationalem eſt ſubſtantia, animal, & corpus, quod eſt genus; ita per formam ſubſtantialem corporalem, eſt corporeus: ergo quod prius. Amplius, homo eſt quantus: ergo habet duas formas ſubſtantiales. Antecedens patet:
conſequentia probatur; materia enim non eſt in actu, niſi per aliquam formam ſub- 3.
ſtantialem; non quidem per animam intellectiuam, alioqui eſſet quanta, & extenſa ſaltem per accidens ad extenſionem totius, ita ſicut materia, quod eſt falſum; alioqui diuidi poſſet in partes per accidens ad diuiſionem totius, eſſetque tota in toto, & pars in
parte, quod eſt abſurdum, ne dicam impium, & erroneum. Iterùm, ſi ita res non ſe ha- 4.
beret; tunc virtute nutritiuæ de alimento, in humanæ virtutẽ naturæ conuerteretur nihil. Etenim niſi aliquid educatur neceſſariò de forma alimenti, conuerſio fieri non poteſt. ſed materia hominis non educitur de potentia materiæ, nec etiam anima intellectiua ſecundùm aliquid ſui: ergo. &c. Dicet aliquis, nutritiuam diſponere alimentum, vt hoc mo-
do conuertatur, non quòd aliquid de potentia aliti; ſed quia forma alimenti corrumpi- Obiectio.
tur, eiusq́ materia, aliti materiæ vnitur, illudq́ totum ab anima informatur. Dico, ge- Solutio.
nerationem naturalem per ſe, ac directè formam ſubſtantialem attingere. cùm ergo alimentum ſimpliciter corrumpatur, nihilq́ de ipſo remaneat, niſi materia: forma ergo, quæ non præerat ſubſtantialis, acquiritur, idque mutuatiuæ operatione; nutritio enim quædam eſt generatio. ſed hoc non eſt anima, alioqui, ſi materiam alimenti, propria forma ſpoliare poſſet, nihil educendo, materiam quoq; ſine aliqua forma efficere poſſet,
ex quo patet duas eſſe formas ſubſtantiales in homine. Item, homo eſt ens generatum, 5.
non quidem ob gratiam materiæ, cùm illa ſit ingenita, neq; animæ rationalis, quippè, quæ ab extrinſeco accedat: igitur propter aliam formã ſubſtantialem. Reuera, non ſolùm in quantum eſt homo; verùmetiam in quantum eſt corpus, eſt compoſitus ex materia & forma: nulla autem forma corporalis, ſpiritualis effici poteſt; corporale namq;, ac ſpirituale pluſquàm genere diſſentiunt: igitur, quatenus eſt corpus habet formam diſtin-
ctam ab ea, qua homo eſt, ſicq́ duæ inſunt illi formæ ſubſtantiales. Præterea, intereſt 6.
principalis agentis, non tantùm materiam diſponere; verùmetiam vltimam inducere formam, in quo ſua conſiſtit perfectio; tunc enim vnumquodque perfectum dicitur, cum poteſt ſibi ſimile gignere: igitur duæ ſunt in homine formæ ſubſtantiales. Tenet conſequentia: animam namq; intellectiuam inducere nequit, cùm ab extrinſeco veniat: formam ergo aliam ſubſtantialem inducat, neceſſum eſt, alioqui homo erit planta dete-
rior. Amplius, Embrio, authore philoſopho in lib. de naturalibus, priùs viuit vitam ani- 7.
malis, quàm hominis. ſed viuere in viuentibus eſt eſſe. 2. de anima, comment. 37. eſſe autem eſt à forma: Embrio ergo priùs eſt forma animalis, quæ adueniente forma hominis non corrumpitur, quia nihil naturaliter diſponit, ſiue ordinat aliquid ad corruptionẽ ſui: duæ ergo formæ ſubſtantiales ſunt in homine. Sanè, ſi intellectus, vt dicitur, 2. de anima, comment. 22. differt à ſenſu, ſicut perpetuum à corruptibili; perpetuum autem, & corruptibile non dicunt eandem naturam. in homine autem ambæ inueniuntur: igi

Formarũ pluralitas tur ſunt in homine diſcretæ, atque diſtinctæ formæ ſubſtantiales. Fauet huic ſententiæ
Commentator primo phyſ. aſſerens inter materiam primam, & primam formam, omnia
8. media eſſe materias ac formas compoſitas. Item, ſi materia, ſecundùm Commentatorem
2. met formas magis vniuerſales, deinde minùs vniuerſales, vſque ad indiuiduales, pri-
ùs recipit: plurimæ ergo formæ in vna, eademq́ue exiſtunt materia compoſita. Sanè, vt
ipſemet dicit de ſubſtantia orbis, & nos quoque paulò antè recitauimus, dimenſiones in-
terminatæ, formam ſubſtantialem in materia præcedunt. at, nullum accidens, formam
præcedit introducendam, niſi aliam in materia præexiſtentẽ ſequatur: duæ ergo omni-
nò ponendæ ſunt in homine formæ ſubſtantiales. Quòd ſi iſtæ naturales non ſufficiant ra-
tiones; addam etiam theologicas. Amplius, ſi in homine non ſint duæ formæ ſubſtanti-
9. ales; tunc corpus Chriſti pars, ante, & poſt obitum non fuit idem numero: corpus enim
ſubſtantia non manet idem numero, niſi eadem manente forma ſubſtantiali. ſed anima
illa beatiſſima, illo triduo, in corpore non manſit, alioqui non fuiſſet mors Chriſti
vera: corpus igitur Chriſti non fuit idem numero. at hoc aduerſatur ſacris ſcriptori-
bus. Ambroſius de Con: di: 2. Hæc, inquit, caro mea eſt pro mundi vita. non alia pla-
nè, quàm quæ nata eſt de Maria virgine, & paſſa in cruce, & ſurrexit de ſepulchro:
eadem ergo caro fuit & ante, & poſt obitum Pſal. 16. Caro mea requieſcet in ſpe. ſed
Obiectio. caro non dicit ſolam materiam, ſed etiam formam ſubſtantialem: ergo. &c. Dicet ali-
quis, corpus Chriſti fuiſſe idem ſuppoſitaliter, non autem eſſentialiter. ſuppoſitaliter, in-
Solutio. quam, quia à verbo fuit aſſumptum in vnitatem ſuppoſiti. Dico, materiam, anima rece-
dente, ſine forma conſiſtere non poſſe: quare, aut quæ priùs inerat, manſit: aut noua
forma ad Chriſti corpus acceſſit, vtpote forma cadaueris. ſi prior manſit, habetur in-
tentum: ſi verò denuò acceſſit forma cadaueris, non manet eadem caro; materia ſiquidẽ
cum forma cadaueris, ſiue quantitate, abſque forma ſubſtantiali, non eſt eadem caro:
nec etiam aſſumptio à verbo, præſtat materiæ eſſe corpus, ſiue carnem. Nec valet, ſi
dixeris, quòd manſit eadem caro partialiter, quantum ad materiam, alioqui in quo-
libet generato, eadem maneret natura corrupti in eadem materia. Ex his ergo apparet
10. duas eſſe omninò formas ſubſtantiales in homine. Iterùm, ſi iuxta Ambroſii ſententiam,
panem iſtum, quem ſumimus in myſterio, illum vtiq; intelligimus panem, qui manu ſan-
cti ſpiritus formatus eſt in vtero virginis, & igne paſſionis decoctus in ara crucis: igi-
tur, ſi aliquis conſecraſſet in illo triduo, non fuiſſet ibi verum Chriſti corpus; anima e-
nim aberat, nec vlla aderat forma ſubſtantialis: nec igitur verum corpus, & ex conſe-
Athanaſius. quenti falſum extitiſſet ſacramentũ, quod impium eſt dicere, ne dicam aſſerere. Suffra-
gatur nobis Symbolum Athanaſii: Chriſtus, inquit, eſt verus homo ex anima rationali,
& humana carne ſubſiſtens: partes intellexit eſſentiales, quarum neutra, includit ali-
am. non dixit ex materia, & anima, ſed ex anima, & carne: caro autem non eſt caro,
Gennandius. niſi per aliquam formam ſubſtantialem manentem cum anima. Gennandius idipſum
Auguſt. confirmat: Ex duabus, ait ſubſtantiis conſiſtit homo, ſcilicet anima, & carne. Auguſt.
lib. retract. primo cap. 5. retractat, quod dixerat in lib. de immortalitate animæ: Illud,
inquit, temerè dictum eſt, à ſumma eſſentia ſpeciem corpori per animam tribui, quæ eſt
in quantumcunq; eſt: per animam ergo corpus ſubſiſtit, & eo ipſo eſt, quo animatur, ſi-
ue vniuerſaliter, vt mundus, ſiue particulariter, vt vnumquodq; animal intra mundum:
Ariſt. hoc prorſus temerè dictum eſt. Expreſſè ergo docet aliam eſſe formam ſubſtantialem
ab anima, per quam corpus eſt in rerum natura. Adde philoſophi iterùm authoritates;
4. Thopicorum, 2. de anima, ſeptimo met: corpus, veluti partẽ hominis, ab anima diſcer-
Comment. nentes. 15. de animalibus, dicit intellectum venire de foris. Commentator 3. de anima,
poſuit ſenſitiuam formam, quam attingit generans. ex quibus omnibus patet duas ineſſe
homini formas ſubſtantiales, vnam corruptibilem, alteram immortalem.

CAP.

CAP. V.

Soluuntur Argumenta.

QVamuis rationes iam prædictæ, vt mihi videre videor, ſint multùm neruoſæ; poſſumus tamen ſic ad illas reſpondere: & ad primam quidē dicimus, 1.
animam eſſe actum corporis phyſici, organici, quia nimirum eſt & corpus, & organicum, & in potentia vitam habens, talis ſanè potentia non
excludit animam. Ad 2. Dico non remanere eadem accidentia, ſed ſimi- 2.
lia introduci cum forma cadaueris, licet ſenſus aliter iudicet. Et cùm dicis, quod pro nullo inſtanti, materia eſt ſine forma corporeitatis, quæ non poteſt eſſe noviter introducta, quoniam nullus effectus vnus ſecundùm ſpeciem, à quouis agente vno, vel pluribus indifferenter producitur: nec etiam indifferenter per quamlibet præuiam mutationem; ſed à determinato agente, atque per determinatam mutationem. Atqui animal à diuerſis tum agentibus, tum etiam modis, poteſt mortem recipere, cadauere eiuſdem rationis ſemper manente: nulla ergo de nouo forma corporeitatis producitur. Dico, quod cùm talis effectus ad formam cadaueris ordinetur, quæ eſt forma viliſſima, parui refert, ſi à diuerſis agentibus, diuerſis quoque mutationibus producatur, maximè cùm in hoc conueniunt, nempè in cauſanda alteratione, qua quidem materia ad animæ extruſionem, formæ verò cadaueris receptionem diſponitur. Ad 3. reſpondeo, quòd in vno eo- 3.
dem inſtanti ſunt plures formæ ſubſtantiales, virtualiter quidem, non autem realiter: in rebus enim inueniuntur formarum gradus ſicuti genera & differentiæ. In homine ſiquidem eſſe animatum, & eſſe rationale eſt vnum, ac idem eſſe realiter, diuerſum verò ſecundum diuerſos gradus eſſendi eiuſdem eſſentiæ in eodem ſubiecto. Itaq; ante ingreſſum animæ intellectiuæ, quæ præceſſerant in vegetatiua, & ſenſitiua potentia, ad eſſe animæ intellectiuæ feſtinabant, cuius quidem cōmertio, non corruptionem, ſed perfectio-
nem accipiunt, dum ſub vnius eſſe perfecto continentur. Ad 4. concedo hominem eſſe 4.
corpus ſiue corporeum, ſeu animatum per aliquam formam; illam tamen dico eſſe animam intellectiuam, quæ ſecundùm ſubſtantiam, formæ corporeitatis, ſenſitiuæ, atque vegetatiuæ æquipollet. vnde per ipſam homo habet eſſe corporeum, & eſt corpus: nec animam, hæc largientem, corpoream eſſe, neceſſe eſt per ſe, aut per accidens; ſat enim erit eſſe per ſe partem quanti, id eſt, hominis, qui propter materiam, quæ eſt in homine ratio recipiendæ quantitatis, quantus dicitur. ſecus autem eſſet, ſi anima intellectiua eſſet forma ſeparata à corpore; tunc enim cùm non eſſet pars quanti eſſentialis, illud vtiq; cauſare non poſſet. Ad confirmationem dico, formam partis, & totius in eodē compoſito poſſe conſiſtere, quippe cùm forma totius ex vnione formæ partis cum materia reſultet, nec diuerſas enuntiant eſſentias eiuſdem compoſiti. ſecus autem res ſe haberet, ſi plures formæ totius, aut partium ad inuicem realiter eſſent diſtinctæ in eodem com-
poſito. Ad 1. de formarum pluralitate in homine dico: formam mixtionis, ſeu corporei- 1.
tatis, non dicere formas ſubſtantiales diſtinctas, ſed gradus potiùs diuerſos, qui ad vnius
veræ, perfectiſſimæq; formæ, nempè intellectiuæ, eſſe habendum pergunt. Ad 2. patet 2.
ſolutio ex reſponſione ad quartum argumentum: & eodem etiam modo ſoluitur tertium 3.
argumentum. Ad 4. reſpondebo, cùm illam quæſtionem tractauero: vtrum ſcilicet ma- 4.
teria poſſit eſſe ſine forma. Ad 5. principale, quamuis anima intellectiua non ſit cor- 5.
poralis formaliter; eſt tamen virtualiter, quippè, quæ virtute ſua contineat quidquid perfectionis ſit in forma corporali. Ad confirmationem reſpondeo, non eſſe verum, animam, & corpus eſſe duas partes ita condiſtinctas, vt corpus animam excludat; imò audacter affirmo, corpus eſſe quoddam totum, ex materia, & anima intellectiua, ſecundùm ſuam ſubſtantiam compoſitum. nec approbo omninò, hominem ex corpore, &

De formarum pluralitate.

anima, velut ex duabus partibus componi, quarum vna non includatur in altera. Ad
aliam confirmationem dico, illa dicere diuerſitatem graduum perfectionis, non autem
formarum; non enim maior eſt ratio, qua homo dicitur corpus, quàm ea, qua dicitur ani-
mal, quippe cùm hæc omnia prædicata, ratione tantùm, non autem eſſentia diſcrepent.
6. *Ad 6. quamuis anima rationalis non ſit à generante; vnio tamen eius, ſiue corporis ad*
eam eſt à generante; ideoq́ homo generari dicitur. Ad confirmationem, reſpondeo, ho-
minem generare ſibi ſimilem in ſpecie, idq́ virtute animæ rationalis: non quidem quòd
ipſa ſit immediatum generationis principium, ſed potiùs, quia omnia agunt, tanquam
inſtrumenta ipſius animæ intellectiuæ; hæc tamen actio, ad animæ intellectiuæ creatio-
nem pertingere nequit: neque ob id, homo eſt planta ignobilior; cùm ſiquidem nobi-
lius ſit, ad animæ intellectiuæ receptionem, materiam diſponere, quàm formam plantæ
7. *inducere. Ad 7. licet embrio priùs habeat animam ſenſitiuam; ea tamen abiecta, per-*
fectiorem ſuſcipit, nempè ſenſitiuam, & intellectiuam ſimul. Natura quoque non per ſe,
bene tamen per accidens ad ſui corruptionem diſponit. Ad confirmationem, formæ non
collocantur in genere, vel in ſpecie, ſed compoſita, vnde differentia, quæ eſt ſecundùm
corruptibile, & incorruptibile, quæ eſt ex parte formarum, non facit hominem ſecun-
dùm genus à cæteris diſcretum eſſe animantibus. Quando ergo dicitur, corruptibile, &
incorruptibile genere differre, de compoſitis, non autem de partibus eſt intelligendum.
Ad authoritatem commentatoris dico, quòd ſi ille intellexerit diuerſos perfectionis gra-
8. *dus, concedo; ſin verò, diuerſas formas ſubſtantiales, nego. Ad 8. dico, illas dimenſiones*
interminatas, ingreſſu formæ introducendæ per accidens corrumpi, ſicq́ eaſdem quidem
ſpecie, non autem numero remanere. Ad alia quoque argumenta dicimus, ſicut dictum
eſt, nempè corpus humanum dici corpus mixtum, non quidem per formas miſcibilium,
quæ formaliter, ſed virtualiter tantùm maneant in mixto. hominem præterea compoſi-
tum eſſe ex anima, & corpore, non quidem per aliam formam ſubſtantialem, quàm per
animam intellectiuam. Sed tempus eſt reſpondendi ad theologos. Ad argumenta, ex
theologis aſſumpta, ſic reſpondere poſſumus, corpus Chriſti in illo triduo, fuiſſe idem
ſimpliciter numero, quia nimirum idem ſuppoſitaliter, atque materialiter, quôad eſſe
actualis exiſtentiæ, non autem idem formaliter, idq́ ſufficere pro ſanctorum veritate
ſtatuenda. Eodem modo euchariſtiam illo triduo, ſi aliquis conſecraſſet, verum fuiſſe cor-
pus Chriſti. Sed paulò antè hæc reſponſio exploſa eſt. Tu igitur acute lector, ſatage,
quempiam alium modum reſpondendi inuenire: ego verò tibi concedo hunc honorem
ad ſacros theologos reſpondendi. Sed tempus eſt addere rationes, quibus grauiſsimi, atq́
illuſtres viri innixi, audacter profeſsi ſunt, plures formas ſubſtantiales in rebus ani-
matis non inueniri.

CAP. VI.

Formas ſubſtantiales in animatis plures vna non inueniri.

1. *FOrmas ſubſtantiales non plures vna in animato inueniri, ſic nonnulli oſten-*
dere ſtuduerunt: Qualibet forma ſubſtantialis cum ſua materia ſuppoſi-
tum alicuius ſpeciei conſtituit. ſed homo nō eſt duo indiuidua, aut duo ſup-
poſita duarum ſpecierum: igitur non habet plures vna formas ſubſtantia-
les. Etenim formæ ſunt ſicut numeri 8. met: ſed ad pluralitatem numero-
rum, ſequitur diuerſitas ſpecierum: ita ergo contingeret ad formarum ſubſtantialium
pluralitatem. ſed homo non eſt plurium ſpecierum: igitur, non habet plures formas ſub-
2. *ſtantiales. Amplius, ſi homini ineſſent plures formæ ſubſtantiales; tunc ſubiectum ge-*
nerationis,

De formarum pluralitate.

nerationis, eſſet compoſitum ex materia, & forma, non autem materia prima, vt dicit
philoſophus, primo de gener: Adde, quòd tunc generatio vnius non eſſet corruptio alte-
rius: aduenientem namq; forma ſubſtantiali, prior non recederet. Adhuc, vnius entis per 3.
ſe ſubſtantialis, vnum eſt eſſe per ſe. hoc patet ſatis, ſiquidem vnitas rei, ab vnitate ſui
eſſe dependet. ſed forma ſubſtantialis dat eſſe ſubſtantiale: ſufficit ergo cuilibet enti vna
tantùm forma ſubſtantialis. Sanè, ex duobus actibus non fit vnum per ſe, ſed ex poten-
tia, & actu, 4. met: & 2. dicit, & ex materia & forma. ſed duæ formæ ſubſtantiales,
ſunt duo actus: igitur non poſſunt conſtituere vnum per ſe, Adde, quod quidquid adue-
nit enti in actu, eſt accidens; ſubiectum enim accidentis, eſt ens in actu. Quare, ſi in
homine ſint duæ formæ ſubſtantiales, anima intellectiua, vtpote poſterior forma, eſſet
accidens in homine, quod eſt abſurdiſſimum. Suffragatur huic ſententiæ Ariſtoteles 5.
phyſ: conteſtans, ſubiectum formæ ſubſtantialis eſſe ens in potentia, & non in actu. An-
te ergo formæ ſubſtantialis aduentum, materia non erat in actu: ſine forma ergo. Si di-
xeris eſſe compoſitum ex forma incompleta, in idem recidet; ſiquidem huiuſmodi com-
poſitum non minùs erit in actu quàm compoſitum ex materia & forma lapidis. ſed
quidquid tali accidit compoſito, eſt accidens: ſimiliter ergo & illi. Amplius, illa, quæ 4.
alicui ſecundùm diuerſas formas attribuuntur, per accidens de illo prædicantur, ſicuti
album, & dulce de lacte. ſi ergo in eodem homine eſſent plures formæ ſubſtantiales,
prædicata ab illis ſumpta, per accidens & non per ſe prædicarentur. Atque ita hæc eſ-
ſet per accidens: homo eſt animal, quod eſt falſum. Sanè, ſi eiuſdem hominis plures eſ-
ſent formæ ſubſtantiales, huiuſmodi formæ ſub vnica differentia comprehendi non poſ-
ſent; diuerſarum enim naturarum, diuerſæ ſunt differentiæ. Præterea, pluralitas non eſt 5.
ſine neceſſitate ponenda; fruſtra enim fiunt per plura, quæ fieri poſſunt per pauciora.
ſed vna tantùm ſufficit homini forma ſubſtantialis, nempè anima intellectiua; virtuali-
ter enim, atq; eminenter alias continet inferiores, ſicut Trigonum tetragonum, & tetra- 6.
gonum pentagonum cõtinet: fruſtra ergo plures adderentur. Item, vnũ atq; idem corpus
eſſe mortuum, & viuum implicat contradictionem; differunt enim genere. Quare, ſi in
homine plures eſſent formæ ſubſtantiales, forma ſiue anima intellectiua amota; idem,
corpus numero, virtute alterius formæ, maneret, ac viueret per eſſe alterius formæ. vi-
uere autem in viuentibus cùm ſit eſſe: eſſet ergo, & non eſſet. Adde, quòd tunc caro
mortua, & viua eſſent vniuocè caro; recedente ſiquidem anima intellectiua, eadem caro
perſiſteret per aliam formam manentem. Atqui vnumquodque, teſte philoſopho 4 me-
theororum, propriam habet operationem, in quam dum poteſt, eſt illud; dum autem
non poteſt, non eſt illud, niſi æquiuocè. Caro autem mortua, non poteſt in opus carnis,
hoc eſt, in conuerſionem alimenti in carnem: æquiuocè ergo eſt caro appellanda. Am- 7.
plius, non minùs eſt perfecta anima intellectiua in ſuo genere, quàm forma accidenta-
lis. ſed per colorem eſt aliquid in ſpecie ſpecialiſſima, nec eſt aliqua forma accidenta-
lis, quæ non ſit ſpecifica in genere ſuo: igitur per eandem formam ſimplicem, homo eſt
animal, corpus, ſubſtantia, deniq; homo. Iterum, in vna eademq; materia, non eſt niſi 8.
vnica potentia ad eandem & vnicam ſpeciem, teſte commentatore 12. met: habilitates
enim materiæ, ſecundùm ſpecierum multiplicationem, multiplicantur. At ſi in aliqua
ſpecie, plures formæ inuenirentur ſubſtantiales; ad ipſam vtiq; diuerſæ eſſent potentiæ:
aliud namq; eſt poſſe ſanari, & aliud poſſe ægrotare 5. phyſ: Sanè vna materia, ſiue po-
tentia materiæ non eſt in materia, mediante alia: nec ergo vna forma, mediante alia.
At ſi plures eſſent formæ in eodem; vna proculdubio eſſet in materia, mediante alia.
Bene ergo dictum eſt à commentatore in principio de ſubſtantia orbis, quòd ſi materia
haberet formam ſubſtantialem; nullam aliam reciperet. His ergo, atque his ſimilibus, viri
illi nituntur oſtendere in homine vnicam eſſe formam ſubſtantialem, ad quas quidem
rationes, ſic reſpondemus.

CAP.

CAP. VII.

Soluuntur argumenta:

Multorum ſententiæ.

Voniam huiuſmodi res non paruam in ſe intelligentiæ caliginem habere vi-
detur; idcirco multorum exercuit ingenia virorum, peperitq́; varias eorun-
1. *dem diuerſasq́; ſententias, quarum vna, elementa formaliter in mixto, non*
quidem in eſſe libero, ſed ligato, manere putauit: vnde & formas elemento-
2. *rum ſubſtantiales, atq; formam ſpecificam mixti, ſimul coaleſcere voluit. Alia, vtpote*
Auicennæ ratio, in vnoquoque ſubſtantiali compoſito, tot ſubſtantiales formas, quot
3. *prædicata eiuſdem ſubſtantialia eſſe dixit. Porrò, Auicennæ extitit altera, qui formam*
corporeitatis, per materiæ primæ potentiam ſub vtroq; naturalis mutationis termino,
nempe generationis, atque corruptionis manere ſenſit, ac præter illam, formam ſpeci-
4. *ficam, collocauit. Quarta illorum fuit, qui vnicam tantùm formam ſubſtantialem rebus*
5. *animatis tribuerunt, quorum rationes in arguendo poſitæ ſunt. Poſtremò nonnulli, ita*
arbitrati ſunt, vt in quolibet dicerent viuente, plures eſſe formas partiales, vnam verò
totalem, nempè carnis, oſsis, nerui, & ſimilium, vnam verò animam, quam formam tota-
1. *lem appellauêre: & ij quidem ad propoſita argumenta ita reſpondent. Ad primum,*
dicunt, quamlibet ſubſtantialẽ formam ſpecificam cum materia conſtituere ſuppoſitum,
non autem indifferenter quamlibet ſubſtantialem formam hoc præſtare poſſe; non enim
eſt completa, atq; perfecta eius ſubſtantia. Ad confirmationem dico, philoſophum non
quaſcunq; ſed tantùm ſpecificas formas, numeris cõparare, ſiue conferre, quæ profectò
cùm ſint completæ, atq; perfectæ, vnaquæq; illarum ſubiectum complere, atq; perficere
2. *poteſt. Ad 2. dico, generationis elementorum, ac quorumcunq; inanimatorum corporum,*
deniq; primæ generationis hominis partialis, quæ terminatur ad compoſitum ex prima
materia, ac prima hominis forma, ſubiectum eſſe primam materiam: vlterioris verò ge-
nerationis cuiuſcunq; animati, cuius terminus eſt ens animatum, ſubiectum eſſe compoſi-
tum ex prima materia, primaq́; forma. Ad confirmationem dico, illud intelligi debere
de totali ipſius rei generatione, per quam totum illius eſſe acquiritur; tunc certè vnius
generatio, eſt corruptio alterius. In generatione autem partiali, hæc neceſſaria non ſunt,
vtpote quando acquiritur eſſe, cui neceſſariò præſupponitur eſſe corporeum; tunc enim,
nec generationi comes eſt aliqua corruptio, nec è conuerſo, corruptionem huiuſmodi
partialem, aliqua concomitatur generatio. Ad 3 vnius entis per ſe, eſt vnum eſſe per ſe

Quando generatio vnius eſt corruptio alterius.

3. *perfectum, atque completum, ideoq́; vnica tantùm ſufficit forma ſpecifica. Ad con-*
firmationem, verum eſt, quòd ex pluribus exiſtentibus in actu completo, atque perfe-
cto ſecundùm ſpeciem ſpecialiſsimam, non poſsit fieri vnum per ſe: ſecus autem eſt ex
pluribus actibus einſdem generis ſubſtantiæ, quorum alter per ſe eſt in potentia, vel
pars exiſtentis in potentia ad alium. Cæterùm, ſi illa ratio indifferenter ſe haberet ad
omnia; tunc multa ſequerentur abſurda. Inprimis, ſi vnitas formæ, pluralitatem exclu-
dit formarum; ita planè vnitas differentiæ, differentiarum pluralitatem. vnde nihil
per ſe vnum, plures includeret differentias, quod eſt falſum. Sanè, ſicut duæ formæ,
tum in re, tum etiam in conceptu, ſunt duo actus ſubſtantiales; ita etiam duæ in conce-
ptu differentiæ, vnum per ſe conſtituere non poſſent. Adde, quod materia poſt ſui crea-
tionem eſt ens in actu: igitur ex materia, & forma quæ eſt actu, non fieret aliquid v-
num per ſe. Illa ratio ergo intelligenda eſt de eſſe perfecto, atque ſpecifico: & tunc nihil
eſt contra nos. Ad confirmationem quoque eadem ſequerentur abſurda; forma enim
aduenit materiæ in actu ſubſtantiali: accidens eſt ergo. Differentia ſimiliter adueni-
ens, eſſet ſimpliciter accidentalis, ſicq́; non faceret per ſe vnum in conceptu. Dico ergo,
formam intellectiuam tunc accidentalem fore computandam, quando adueniret rei in

Quando eſt accidẽs, quando aduenit alicui in actu.

eſſe

De formarum pluralitate.

eſſe completo, aut non adueniret vt totius complementum, atque perfectio. Dicis cum philoſopho, ſubiectum generationis eſſe ens in potentia. Rectè quidem dicis, nempè eſſe ens in potentia reſpectu illius formæ, ad quam eſt in potentia, ſcilicet ad formam ſpecificam. Nec eſt ſimile de ſubiecto motus; non enim eſt in potentia ad aliquod eſſe ſubſtantiale, quod eſt ſimpliciter, ſed ad eſſe actuale tantùm; hac de cauſa non ens ſimpliciter dici non poteſt. Ad aliam confirmationem de forma lapidis, negatur ſimilitudo, quippè cùm illa ſit ſpecifica, hæc autē minimè. Vnde licet iſta ſit actualior, hoc eſt, nobilior; non tamen actualior, actualitate ſpecifica. Ad 4. Maior eſt falſa: genus enim & 4.
ſpecies, & differentia, & à toto accipiunt, & totum dicunt: quapropter licet in homine ſint plures formæ ſubſtantiales; ab vna tamen non accipitur genus, & ab alia ſpecies. Vnde genus non dicit aliquid eſſentialiter à ſpecie diſtinctum; vtrumq; enim dicit totum; non eodem tamen modo. vltima quoque differentia totam rei ſubſtantiam dicit, non ſecundùm omnem gradum, ſeu rationem formalem, aliter in diffinitione ſuperflueret genus. Dicis cum Ariſt: 7. met: quòd in ſubſtantia non ſit ordo. Reſpondeo, quòd in ſubſtantia ſit ordo; vna ſiquidem, alias includit. Porrò, in ſubſtantia niſi differentiæ ponantur ordinatæ in illius diffinitione, vtpote, ſi magis ſpecialis priùs poneretur differentia, deinde magis communis; tunc in diffinitione non eſſet ordo, ſed deordinatio. Patet ergo, quod licet plures ſint formæ in eodem, nihil impedimenti afferre poſſunt, quòminus vna prædicaretur de altera.

Quomodo in ſubſtantia ſit ordo.

Ad 5. Quamuis anima intellectiua formas imperfectionaliter contineat; non tamen formaliter: neque enim formam corporeitatis continere poteſt, alioqui formaliter eſſet extenſa: cùm ergo ibi ſit formalis repugnantia, nullo pacto fieri poteſt, vt formaliter illa contineat. Præterea, ſi ita res ſe haberet, tunc etiam vltima differentia ſpecifica, alias ſuperiores contineret, atque ita fruſtra in eodem per ſe vno poneretur differentiarum pluralitas, quod eſt falſum. 5.

Ad 6. dico, corpus informatum anima intellectiua, & exiſtens ſine illa non differre genere: ſicuti diceremus eandem materia cum anima, & ſine anima. Ad confirmationem dico, quòd viuere ſit eſſe completum animati viuentis, quod quidem non manet, anima à corpore recedente. Ad aliam confirmationem, caro mortua, & viua eſt eadem caro. & ad philoſophum dico, quòd caro, quatenus eſt caro, non generat, nutrit, aut alimentum conuertit; ſed quatenus eſt viua. vnde approbo non eſſe viuam, ſicut priùs, ſed æquiuocè tantùm. ſi verò habet aliquam propriam operationem, vnde caro eſt; illa vtiq;, & viuæ, & mortuæ conuenit carni. 6.

Ad 7. falſæ nititur imaginationi, nempè pluralitatem formarum dari, ob gradus generis prædicamentalis. Nos autem dicimus, omnes huiuſmodi gradus in ſubſtantia compoſita, ab eadem accipi quidditate, licet non ita ſimplici, ſicut ab eadem albedine in genere qualitatis, quia certè neceſſarium non eſt, alioqui non daretur ſubſtantia compoſita per ſe in genere; ſiquidem nulla forma partialis per ſe eſt in genere ſubſtantiæ, ſicut albedo per ſe eſt in genere qualitatis. Quamobrem à toto compoſito, ſiue ex materia, & vna, vel pluribus formis conſtet, non autem ab aliqua ſimplici forma, nec ab anima, gradus prædicamentales accipiuntur. Deinde, generis ſubſtantiæ, & accidentis non eſt omnimoda ſimilitudo neceſſaria, propterea ratio illa non cogit. 7.

Ad 8. dico, non eſſe diuerſas potentias, ad diuerſas formas ſpecificas completas; bene verò ad incompletas, atque imperfectas. Dicis, aliud eſt poſſe ſanari, & ægrotare. Verum quidem eſt de potentia obiectiua, ad ſanitatem, & ad ægritudinem: non autem de potentia ſubiectiua, quippe cùm eadem ſit contrariorum. Quòd ſi contenderis intelligi debere potentiam ſubiectiuam; tunc authoritas non eſt ad propoſitum: ſanitas namq;, & ægritudo ſunt diuerſæ, atque completæ formæ accidentales: duæ verò ſubſtantiales in eodem animato, minimè, ideo negatur ſimilitudo. Præterea, in materia eſt potentia ad primam formam, vnde ſecundùm ſe, non eſt potentia ad animam, ſed potius eſt in compoſito ex materia & prima forma: vnde illæ habilitates nihil faciunt ad propoſitum. Ad con- 8.

firmationem, verum quidem eſt, quòd potentia non ſit in materia, mediante forma, nec vna forma, mediante alia; alioqui prima forma eſſet totale receptiuum ſecundæ. ſed totum compoſitum ex materia & forma, eſt ipſum totale animæ receptiuum. ſed tunc nihil contra nos. Authoritas commentatoris intelligenda eſt de formis ſpecificis, & completis, quas ſimul in eadem materia conſiſtere eſt impoſsibile. Sed de pluralitate formarum hæc dixiſſe ſufficiat.

QVAESTIONIS SEPTIMAE. CAP. I.

Forma eſt actus.

Forma eſt actus.

Philoſophus.

HActenus audiuimus formæ modos, ac diffinitiones, nobilitatem, augmentum, corruptionem, generationemq́; : Audiuimus, inquam, à quo forma producatur, quomodo ex ipſa, & materia fiat vnum compoſitum, denique quæ ſint formæ partiales, & totales corporeitatis, ſiue mixti, intellectiua, poſtremò, ſi multæ ſint in vno compoſito formæ ſubſtantiales. His igitur auditis, ad formæ encomia, ſeu dignitates inueſtigandas, enucleandasq́; accedendum mihi fore putaui: quarum primam, hanc ratus ſum eſſe, nempè, formam eſſe actum. Reuera, ſi forma eſt aliquod diuinum; nihil profectò tam clarè diuam præſefert ſimilitudinem, ac actus natura: vnde & deus actus dicitur purus, de qua quidem materia in primo Pymandri diſputaui: nunc autem illis ſupremis actibus, ac formis omiſsis, ad naturales, & corruptibiles tranſeamus. Philoſophus 9 met: com: 17. Quoniam, inquit, ſubſtantia, ſeu forma actus quidam eſt, palam eſt, quod actus ſubſtantia, prior potentia ſit. Sanè, formæ intereſt ſeparare vnum ab altero indiuiduum, ac proprium ſibi conſtituere: & actus quoque ſimiliter ſeparat 7. met: com: 49. Forma eſt prior nobilitate materia, atque compoſito; ſic etiam actus eſt honorabilior potentia 9. met: com: 19. Forma eſt ratio intelligendi materiam, & compoſitum; materia ſiquidem intelligitur per analogiam ad formam: & actus eſt ratio intelligendi, 9. met: com: 20. Ad formam ſpectat id, quod erat poteſtate ens, actu ens reddere: & actus, quod priùs erat in potentia, facit actu exiſtere, per aliquod ens in actu, 9. met: com: 13. Ad formam attinet, compoſitum actuare, & in motu conſtituere: & actus quoque eſt in motu, 3. met: com 3. Itaq́; ob has, atque ſimiles rationes non temere, forma, actus nominatur. Cæterùm, actus & potentia ſunt differentiæ valde oppoſitæ, quippe, quæ omnibus inſint prædicamentis: 1. de anima, com: 6. Vtrum, inquit philoſophus, ſit ens in potentia, aut eſt dignior, vt ſit aliqua endelechia, quoniam hæc duo nō parum differunt Subiungit commentator: Potentia enim, & actus ſunt differentiæ, quæ contingunt omnibus prædicamentis, & ſunt valde oppoſitæ. hoc idem profitetur 12. met: com: 8. ens duobus modis tranſmutatur, ex eo, quod eſt ens in potentia, ad illud, quod eſt ens in actu, & 26. Principia, inquit, omnium ſunt actus & potentia, & hæc reducuntur ad formam, & materiam. & 8. met: com: 15. Eſt aliquid vnum, quod primò eſt in potentia, & poſtea transfertur de potentia in actum c translatio enim eius, non largitur ei multitudinem, ſed perfectionem in eſſe. Et in toto, hoc eſt vnum in actu. Vbique commentator, ac philoſophus, actum formæ attribuunt. & 5. met: com: 14. Quædam, inquit, entia ſunt in potentia, & quædam in actu. vnde ſubdit commentator: Similiter inuenitur actus, & potentia in ſubſtantia, & in forma: vt in lapide eſt forma Mercurij, & in potentia, & in actu. Simile quiddam habetur 5. phyſ: com: 9. Ex quo patet, potentiam, & actum in omni prædicamento inueniri; res enim cuiuſcunq; prædicamenti, quandoq; eſt in actu, quandoq; verò in potentia. Actus verò, & potentia, relatiuè opponuntur, 9. met: com: 11. vbi actus diffinitionem poſuit: Actus, inquit eſt, rem ſimpliciter exiſtere. Quoniam autem relatiuè opponuntur, vnum

Quare forma dicitur actus.

Actus & potentiæ oppoſitio.

Potentia & actus in omni prædicamento inueniuntur.

Quid ſit actus.

per

Forma eſt actus.

per alterum diffinitur. Porrò ea, quæ ſunt in actu, non omnia ſimiliter ſe habent; ſed ſecundùm quandã proportionẽ, nempè hoc in hoc, hoc, id eſt, primus actus, forma ſcilicet in materia: & ſecundus actus, hoc eſt, operatio, ſeu virtus formæ, in ipſa forma; alius enim eſt actus primus, alius ſecundus, 2. de anima 2. Actus autem primus, ab Alexandro vocatur habitus, ſeu poteſtas, actus verò ſecundus, actus à poteſtate profectus. Aſſentiuntur ei Simplicius, Ammonius. A cõmentatore, actus primus, vocatur forma, operatione circumſcripta; ſecundus verò forma operans. Cæterùm, actus primus eſt forma, quæ ex ſui natura, eſt alicuius operationis principium, quæ quidem forma poteſt eſſe ſubſtantia, & accidens; omnis enim habitus ſiue corporalis, ſiue intellectualis, ſiue moralis, eſt principium operandi, qualitates quoque naturales ſunt proxima principia operandi in corporibus ſimplicibus, formæ verò naturales, remota. Itaq;, formæ ſubſtantiales, qualitates naturales, habitus prædicti, & potentiæ animæ, actus primi vocantur.

Actus primus & ſecundus.

Secundus actus.

Secundus autẽ actus eſt ipſa operatio, quæ ex primo egreditur actu: vnde philoſophus 4. tex. oſtendit primum actum, per ſcientiam, quatenus eſt conſiderationis principium, ſecundùm verò, per conſiderare. forma autem eſt actus primus, à quo operatio proficiſcitur. qua forma remota, ceſſat operatio: forma ergo eſt actus, & actus quidem primus. Potentia autem & actus interdum à philoſopho genera vocantur, 2. de anima com: 30. Genera, inquit, in diffinitionibus accepta, aut ſunt ſecundùm vniuocationem, vt animal in diffinitione hominis, aut dicta multipliciter, vt ens & potentia, & actus.

Genera.

Aliquando dicuntur accidentia 2. phyſ: com: 32. Diuiſio, inquit, per modos cauſarum, eſt diuiſio per accidentia, numeratq; inter illos, potentiam & actum. com: 34. Itaq; diuiſio per prius, & poſterius, per ſe, & per accidens, per vniuerſale, & particulare, per potentiam, & actum, accidentalis vocatur, quia ſcilicet cauſa per tales modos diuiſa, accidentali tantùmmodò differentia, diuerſa redditur: Agens, inquit commentator 8. met: com: 15. ſicut dictum eſt ſuperiùs, extrahens aliquid de potentia ad actum, non largitur multitudinem, ſed perfectionem. Plato ſiquidem in actu, & in potentia, accidentali tantùm alietate diſtinguitur. Ex quo perſpicuum eſſe poteſt, quòd ſi potentia & actus conſiderentur, vt diuerſitatem aliquam innuant, ſic ſunt modi, & accidentia: ſi verò tanquam ea, per quæ ens diuidatur, ſic vocantur differentiæ: at ſi, vt conceptus communes, & tranſcendentes, ſic genera nominantur, ſecundùm prius, & poſterius, multipliciter dicta.

Accidentia.

Differentiæ.

In proœmio 7. met: à commentatore tres entis diuiſiones ponuntur: entis, inquam, extra animam exiſtentis, quod quidem diuiſit per ſubſtantiam & accidens, per potentiam & actum, per vnum, & multa. Diuiſio itaq; entis per potentiam & actum, eſt prima inter diuiſiones entis, quæ per relatiuè oppoſita dantur, atque diuiſio eſt entis realis, non modò, quæ per potentiam, & actum, ſed etiam, quæ per alios modos conceditur; ſiquidem omne ens extra animam, aut eſt ſubſtantia, aut accidens, aut potentia, aut actus, aut vnum, aut multa: Quoniam, inquit philoſophus in principio 9 met: dicitur ens, hoc quidem quod quid, aut quantitas, aut qualitas: aliud ſecundùm potentiam & actum. Porrò, potentia, & actus ſunt analogæ entis differentiæ; ſunt enim diuerſæ in diuerſis prædicamentis, 12. met: com: 26. & prim: phyſ: com: 80. potentia enim & actus, quæ ſunt principia prædicamenti ſubſtantiæ, ſunt ſubſtantiæ, & quæ quantitatis, quantitates: & ſic de ſingulis. Vnde apparet prædicamentorum omnium principia, eadem quidem analogia, non autem ſimpliciter, ac modis omnibus eſſe. Ex hoc etiam animaduertimus, res æternas non eſſe, aut ſub prædicamento contineri; quippe cùm illarum eſſe, à poſſe non diſſentiat. at quæ ſunt in prædicamento; nunc in potentia, modò verò in potentia eſſe videantur: ſic legitur 3. phyſ: com: 33. & nono metaphyſicæ com: 17.

Ens diuiditur per potentiam & actum.

Analogæ.

Res æternæ non ſunt in prædicamento.

Cæterùm, potentia, quæ eſt entis differentia, nõ eſt potentia logica, à qua aliquid denominatur poſſibile, ex terminorũ habitudine; ſed eſt potentia ex natura rei, quæ dicit ordinẽ ad actum: ac huiuſmodi poſſibile phyſicum, ad potentiam refertur actiuam, quæ eſt

Potentia ex natura rei.

Forma eſt actus.

principium tranſmutandæ rei, vel ad paßiuam, vnde ipſum tranſmutetur: itaq; in potentiam, & actum eſſentialiter, ipſum ens diuiditur: quemadmodum loquitur commentator in principio 9. met: & 7. eius met. Genus autē, & differentia biſariam apud Peripatheticos intelliguntur, nunc quidem vniuocè, interdum ſecundùm prius, & poſterius, ſeu analogè. vniuocè quidem, aut ſecundùm vnam naturam communem, ſecundùm illorum ſententiam, qui tot formas poſuerunt, quot quidditatiua prædicata, aut ſecundùm vnum conceptum realem, obiectum commune, à ſuarum ſpecierum conceptibus diſtinctum, ac de illis vniuocè dictum. huiuſmodi autem priùs intelligitur, per oppoſitas eſſe differentias diuiſum, quàm ſuis intelligatur ſpeciebus ineſſe. ſecus autem res ſe habet in genere analogo, quod dicitur ſecundùm prius & poſterius: ſecundùm cuius quidem naturam, ens ſine medio, in ſubſtantiam, & accidens diuiditur. vnde commentator 10. met: com. 7. eſſentias, & quidditates prædicamentorum eſſe diuerſas ait, nec in eis ita aliquid eſſe commune, vt vnum & ens ſint tanquam genus; alioqui vnum non immediatè ſignificaret, quod prima ſua ſignificatione, ſiue medio ſignificat, ſed ad modum generis ſignificaret, quod ſpecies, mediante aliquo communi, ſignificat. Itaq; hoc modo ens immediatè in potentiam, & actum diuiditur, quæ profectò oppoſitæ valde dicuntur differentiæ, quia nimirum potentia eſt extra actum, & actus viciſſim extra potentiam. Non autem ſunt valde oppoſita ſimpliciter; oppoſitio enim maxima, eſt contradictio, in qua non eſt medium. Quid ergo ſit actus, & potentia, & quomodo ſint entis differentiæ. genera, accidentia, inſuper qualiter omnibus inſint prædicamentis, ſintq; differentiæ valde oppoſitæ, quid denique ſit actus primus, & ſecundus, & quomodo forma ſit actus primus, ecce breuiter dixi. Addam Plotini ſententiam enn: 2. lib: 5. cap. 2. Si igitur, inquit, quod in potentia dicitur, eſt ſubiectum, quod autem in actu, eſt coniunctum, velut ſtatua; ſpecies quæ ſit ex ære, quomodo nuncupabitur? fortè non alienum eſt, actum cognominare, ſecundùm quem in actu eſt ſubiectum. Vides etiam à Plotino formam, actum vocari. Addit cap. 3. in entibus ſuperioribus non eſſe hoc modo potentiam, ſed eſſe puros actus. Itaq; inquit, omnia prima actus exiſtunt; habent enim quicquid oportet habere, atque id quidem à ſeipſis, & ſemper. nempè rectè dictum eſt, intelligibilem naturam eſſe peruigilem & vitam, optimamq; vitam: optimi proculdubio ſunt actus. Ideoq; & in actu, & actus ibi cuncta conſiſtunt, & vita ſunt omnis, locusq; ille locus eſt vitæ, principiumq; & fons animæ veræ atque mentis.

Genus & differentia biſariam.

Vniuocum.

Analogum.

Quomodo ſint valde oppoſitæ differentiæ.

Epilogus.

Forma eſt actus.

Plotinus.

In entibus ſuperioribus nō eſt potentia.

CAP. II.

Ens eſſe vniuocum ſubſtantiæ, & accidenti.

Ens eſſe vniuocum.

QVoniam paulò antè, ad mentem Peripatheticorum dictum eſt, ens diuidi in potentiam, & actum, vnum, & multa, ſubſtantiam, & accidens, breuiterque tactum eſt, quomodo de his prædicetur: ne hoc negotium maneat infectum, præſertim cùm grauiſſimos habeat authores, non idem omninò ſentientes; hac de cauſa vberiùs, latiusq; de eo loqui conſtitui: in primisq; illud poſui, quod à multis ſæpiſſimè agitatum eſt præclariſſimis doctrinæ philoſophicæ, ac theologicæ obſeruatoribus, nempè ens eſſe vniuocum ſubſtantiæ, atque accidenti. Sanè, omnis intellectus de aliquo conceptu certus, de diuerſis verò incertus, & dubius, in quibus ille includitur quidditatiuè, habet certè conceptum alium, & vniuocum illis: eundem enim conceptum, eidem intellectui, certum, & dubium ſimul eſſe, eſt impoßibile. Quare, vel eſt alius, & ſic habetur propoſitum: vel erit nullus, & ſic de aliquo quopiam conceptu nulla erit certitudo, quod eſt abſurdum: eſt ergo alius: etſi in illis quidditatiuè includatur, non modò eſt alius, verùmetiam vniuocus. Sed intelle-

ctus ho-

 Ens eſſe vniuocũ.

ctus hominis poteſt eſſe certus de aliquo conceptu, quo intelligit aliquid eſſe ens; dubi-
tans tamen an ſit ſubſtantia, vel accidens: conceptus ergo entis certus, eſt alius à conce-
ptibus eiuſdem dubius, & vniuocus illis, atq; in vtroq; illorum includitur. Ergo ens eſt
vniuocum. Sed dicet aliquis, ſi hæc ratio eſſet vera omninò; tunc planè non tantùm hu- Obiectiones.
ic propoſito, ſed aliis etiam deſeruire poſſet, vtpotè rebus æquiuocis; ſiquidem poſſum 1.
eſſe certus, canem currere, incertus verò, vtrùmne ſydus ſit piſcis, aut canis terrenus.
ſimiliter certus ſum, ſanitatem alicui ineſſe: cui verò inſit, vrinæ, an animali, incertus.
Item, multi philoſophorum certi fuerunt, Deum eſſe: vtrum verò finitum, vel infinitum, 2.
incerti. ſimiliter Deum eſſe primam cauſam, finitam verò, vel infinitam, incerti. Porrò
æternitas, finito & infinito, non eſt vniuoca. Adde multos theologorum firmiter aſſe-
vere, animam habere potentias, dubitare verò, vtrum illæ ſubſtantiæ ſint nec ne; illis ta-
men potentia non eſt commune vniuocum. Dico, non eſſe ſimile: nam de æquiuoco, vt- Solutio.
potè de cane, ſanitate, certitudo, ad vocem tantùm attinet, non autem ad conceptum:
conceptus autem ille communis idem eſt apud omnes, vox autem minimè. Ille ergo con-
ceptus, qui eſt certus, ſic eſt certus aliis exiſtentibus dubiis; vt impoſſibile ſit ipſum
eſſe dubium, aliis certis exiſtentibus, & non è conuerſo. Ex quo patet quid ſit dicendum,
nempè quod ſic ſe habet neceſſe eſſe ad finitum, vel infinitum; poteſt enim de infi-
nito haberi certitudo, & de neceſſe eſſe, vel poſſibile, dubitari, ſicut patet de cœlo:
ſimiliter de æterno & dubitari de infinito. Ad aliud dico, quòd ſic potentia habet con-
ceptum principii productiui, quod poteſt eſſe abſtractum, à conceptu abſoluti, &
reſpectiui: conſtat ergo quòd cùm certitudo vnius conceptus entis haberi poſſit, non autẽ
de aliis, ens habere vnum conceptum de quo intellectus eſt certus. Amplius, prima
dignitas, ſeu primum principium non eſt multiplex, nec ergo ens: igitur vniuocum; 2.
primum enim principium cum ſit notiſſimum, atque firmiſſimum, non eſt diſtinguen-
dum, ſed illud conſtituatur ex ente. Quare, ſi primum principium non eſt multiplex,
nec ergo ens. Iterùm, ſi ens non eſt vniuocum ad ſubſtantiam, & accidens: quiddita- 3.
tiuum ergo de ſubſtantia conceptum, noſter intellectus minimè habere poſſet; ſubſtan-
tia enim cùm non intelligatur in ſtatu iſtius vitæ, niſi per ſpeciem accidentis ſenſibilis,
ad ſui intellectionem, immediatè immutare non valet. At, nullus quidditatiuus ſub-
ſtantiæ conceptus, per ſenſibilis immutationem accidentis haberi poterit, niſi à conce-
ptu accidentis abſtrahi poſſit: igitur ens eſt ad vtrumque vniuocum; ſiquidem ille con-
ceptus ſic abſtractus, neceſſariò eſt vniuocus, alioqui nequaquam abſtrahibilis eſſet: ta-
lis autem conceptus eſt entis, aliter quidditatiuus non eſſet: ergo. &c. Adhuc, ſignum 4.
diſtributiuum pro ſui ſignificatis, terminum æquiuocum diſtribuere nequit, non enim
habet vnum conceptum, in plures diuiſibilem. ſed ſignum diſtributiuum additum enti,
pro ſuis inferioribus diſtribuit; ſequitur enim omne ens: ergo ſubſtantia: ergo accidens:
ens ergo non eſt æquiuocum. Præterea, vnius potentiæ, eſt vnum primũ obiectum. ſed ens 5.
eſt obiectum vnius potentiæ intellectus: igitur eſt vnum, & vniuocum. Sanè, potentia
mouetur ab obiecto ſecundùm formam obiecti. niſi ergo vnam formam habuerit, mini-
mè mouebit; profectò intellectus, qui non intelligit vnum, nihil intelligit. Minor patet:
nam illud eſt primum obiectum intellectus, ſub cuius ratione omnia intelliguntur, ſicut
patet de obiecto viſus. ſed ſola ratio entis in omnibus reperitur intelligibilibus: ens er-
go eſt primum noſtri intellectus obiectum. Item, ſi ens non eſt vniuocum: igitur Deus 6.
non eſt à nobis naturaliter cognoſcibilis aliquo conceptu ſimplici, quod eſt falſum. Con-
ſequentia patet: nullus enim conceptus in noſtro intellectu eſt producibilis, quin in obie-
cto relucente in phantaſmate non contineatur, id eſſentialiter, aut virtualiter ſaltim:
ſed ſi conceptus non fuerit vniuocus, ſub illis contineri non poterit, nempè Deo, & obie-
cto relucente in phantaſmate: nullus ergo conceptus eſt producibilis in intellectu noſtro,
niſi fuerit Deo, atq; creaturæ communis, atq; ita, omnis conceptus ſimplex, quem habe-

mus

Ens eſſe vniuocū.

*mus de Deo, eſt vniuocus creaturæ, & ex conſequenti, conceptus entis. Maior patet, mi-
nor probatur: obiectum enim creatum non continet eſſentialiter obiectum increatum:
nec etiam virtualiter, quippè cùm priùs in poſteriori, virtualiter non includatur, ſed è
conuerſo potiùs. Adde, quòd omnis inquiſitio metaphyſica, quæ de Deo loquitur, for-
7. malem habeat rationem, à creaturis imperfectionem auſerendo, Deo autem omnium
perfectionem attribuendo. Illa ergo inquiſitio, palàm facit, intellectum habere eundem
8. conceptum vniuocum, quem accipit à creaturis. Amplius, vnumquodq; maximè ipſum
aliorum dicitur, ſecundùm quod aliis ineſt vniuocatio. 2. met. comm. 4. cauſa entitatis,
& veritatis, maxima entia: ens ergo eſt vniuocum apud philoſophum Deo, aliiſq; cre-
aturis; alioqui proceſſus Ariſtotelis nullius eſſet momenti: ſic enim arguit: Cauſa vni-
tatis vniuoca, & veritatis, eſt maximè ens. Auicenna quoque primo met. cap. 2. dicit,
ſubſtantiam & quantitatem non habere intentionem communem, niſi entis, cuius quæ-
dam ſunt quaſi ſpecies, & quædam quaſi accidentia propria. Et cap. 5. Omnes, inquit,
imaginantur certitudinem entis, dubitant autem vtrum ſit agens, vel patiens. Suffraga-
tur his Algazel, in ſua metaphyſica tractatu primo: Quidam, ait, homines putauerunt,
ens non prædicare alium conceptum à ſuis inferioribus, aſſerentes, quòd eſſe accidentis
9. nihil aliud ſit, quàm eſſe ſubſtantiæ. Præterea, quòd dicit aliquam vnam realitatem,
ſeu primam intentionem, ſub aliqua logica intentione conceptum; vniuocum abſque du-
bio, eſt appellandum, vniuocatione ſaltem logica. ſed ens communiter ſumptum, eſt hu-
iuſmodi; ſub vniuerſalitatis enim intentione concipitur: ergo &c. Sanè, quod ab aliquo
communi vnius rationis dicitur tale, eſt vniuocum. ſed ens eſt huiuſmodi; id ſiquidem
eſſe videtur, quod ab eſſe vnius proficiſcitur. Profectò, æquiuocum poteſt negari de æ-
quiuoco; dicimus enim, quòd canis non ſit canis, vtpotè ſydus canis, non eſt piſcis canis;
10. non tamen dicimus, ens non eſſe ens. Item, paſſiones communes, alicui vnius rationis cō-
muni conueniant, neceſſe eſt. ſed quædam paſſiones, ens, in quantum eſt ens, conſequun-
tur, vt pòſt parum dicemus, paſſiones autem communes, per vnam communem cauſam
conueniunt: ens ergo, vnam communem cauſam ſignificat, atque ita eſt vniuocum. Re-
uera, ens, cùm magis ſit ſubſtantiale, atque intrinſecum, magis vtique erit prædicabile
de multis vtique prædicamentis, quàm ſit accidens. ſed accidens de omnibus accidenti-
bus, ſub vna ratione prædicatur, nempè poſſe adeſſe & abeſſe: igitur ens de ſuis infe-
rioribus ſub vna ratione prædicatur, atque ita erit vniuocum. Sanè, vnum, quatenus
vnum, diuerſis commune eſt prædicamentis. ſed ita acceptum, eſt vnius rationis, vtpotè
indiuiſibile; ſic etiam, quæſtio ſi eſt, eſt vna, quod profectò non fieret, ſi ens vnius ra-
11. tionis non eſſet: ens ergo eſt vniuocum. Iterùm, ſi ens non diceret vnam rationem com-
munem; tunc quæſtio ſi eſt, & quia eſt, nihil diſcriminis inter ſe haberent, quod phi-
loſopho aduerſatur 2. poſt. Certè ſi ens non vnam, ſed plures res enunciat; par erit quæ-
rere ſi homo eſt, & ſi homo eſt ſubſtantia, vel accidens. ſed hoc quærere, eſt quæſtio,
quia eſt, cùm ibi ſit tertium adiacens: ergo. Reuera, ſi idem eſt dicere, omnis homo eſt
ſubſtantia, & omnis homo eſt ens; tunc planè ita verè homo negaretur de aliquo, quia
non eſt ens, ac, quia non eſt ſubſtantia, quod eſt falſum: homo namq; negatur de albedi-
ne, quia albedo non eſt ſubſtantia; nō quia albedo non ſit ens; albedo enim eſt ens Hæc
quidem dicuntur ab his, qui ens vniuocum eſſe, modis omnibus oſtendere contendunt.*

Vniuocum methaphyſicum.

*Porrò, quidam eorum, qui hanc doctrinam ſectantur, hæc intelligenda eſſe dicunt de
vniuoco metaphyſico, ac logico, non autem de phyſico, ſiue naturali. Eſt autem vniuo-
cum metaphyſicum, cui planè, præter ea, de quibus vniuocè prædicatur, aliquod corre-*

Vniuocum logicum.

*ſpondet in re conceptibile, quod quidem eſt vnum realiter. Iſta ergo vnitas eſt primæ
intentionis, abſtrahibilis ab intellectu à pluribus ex natura rei, quæcunque ſecunda in-
tentione, vel logica ſecluſa: quæ quidem vniuocatio tranſcendentibus competere poteſt.
vniuocatio autem logica, alicuius eſt realitatis, ſeu primæ intentionis, ſub vna intentio-
ne logi-*

ne logicæ conceptæ, nempè ſub intentione generis, differentiæ, vel alicuius alterius ſecun- Ens eſt vniuocū.
dæ intentionis: logici namq; eſt, ſecundas intentiones, adiunctas primis, ſpeculari. Ex
quo patet, aliquod tranſcendens, vniuocum dici poſſe, vniuocatione quidem logica:
quamuis enim genus, & differentia, illis attribui non poſſint, quippè, quæ ſunt extra ge- Vniuocum
nus: intentio tamen vniuerſalitatis, quæ eſt logica, ac ſecunda intentio, illis aptari po- metaphyſicū.
teſt. Porrò, vniuocatio phyſica eſt vnitas naturæ, ex natura rei, omni opere intellectus
circumſcripto: veluti huic nomini homo, reſpondet humanitas, quæ eſt quædam natura
præter Socratem, & Platonem, de quibus homo vniuocè prædicatur, atque hoc vocatur
vniuocum phyſicum, quatenus naturæ illi correſpondet vnitas. Suffragatur huic opinio-
ni philoſophus 7. met. aſſerens in ſpecie ſpecialiſſima propriè comparationem fieri, non
autem in genere; ſpecies enim vnam dicit naturam, non autem genus, in quo æquiuocatio-
nes latent; hac de cauſa, hoc vniuocationis modo, genus dicitur æquiuocum: non enim
vna illi, ſed plures reſpondent naturæ. Itaque; hæc vniuocatio in ſola inuenitur ſpecie
ſpecialiſſima. hoc modo ſi argumenta præcedentia intelligantur; tunc quidē defendens,
in illis defendendis non multum laborabit, nempè ens eſſe vniuocum, vniuocatione logi-
ca, ac metaphyſica, non autem phyſica, ſicut dictum eſt. Verùm quia omnibus debito-
res ſumus, addam aliorum rationes, atq; ſolutiones, vt quilibet pro ſui ingenij nobilita-
te carpat fructus, ſuo palato ſuaues.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

PRO ſolutione argumentorum bene commodèq; intelligenda, nonnulla de æ-
quiuocorum ratione ſunt præmittenda: ex quorum notitia, facilis erit, reli- Æquiuocum reale.
quorum cognitio. Inprimis aliquod eſſe æquiuocum reale, cuius conditiones, 1.
quatuor eſſe dicuntur: quarum prima, eſt conceptus vnus, quoad ea, quæ
ſub ipſo continentur, comparatur, atq; de illis prædicatur; vniuocum enim,
vniuocata reſpicit, ac de rebus ſub ſe contentis principaliter prædicatur, quod profectò
continget, quando participantibus, non tantùm nomen, ſed etiam natura eſt communis.
Ex quo patet, quòd ſi animal, vnum dicat conceptum, ad ſua inferiora non collatum; ob
id tamen vniuocum nequaquam dicitur. ſimiliter etiam, & ipſum ens: ſi abſq; vlla com-
paratione intelligatur. Sed dicet aliquis, quamuis hoc dictum, generibus, ac ſpecie- Obiectio.
bus conueniat; enti tamen minimè congruit: Ens ſanè, inquit Commentator 10. met.
comme. 8. 10. ſignificat prædicamenta, in quæ immediatè diuiditur. Reuera, ens dicere
videtur vnum conceptum, antequam ad ſua contenta comparetur: poteſt namq; priùs ens
intelligi, quàm eius comparatio, ad ſubſtantiam, ſiue accidens, aut aliquid eiuſmodi
conferatur. Adde, conceptum abſolutum præcedere, conceptum relatiuum ſed conce-
ptus entis in ſe eſt abſolutus, cùm autem de inferioribus prædicatur, eſt relatiuus: poteſt
ergo haberi vnus, ſine altero. Sanè, priùs mihi conſtat aliquod eſſe ens, quàm eſſe ſub-
ſtantiam, ſiue accidens, idq; per conceptum entis: ergo. &c. Dico, conſiderationē entis Solutio.
in illo priori eſſe abſolutam, ideóque vniuocum, ſiue analogum vocari non poſſe; ſiqui-
dem conſideratio vniuoci, ſeu analogi eſt reſpectiua; etenim inferiora perpenduntur,
quibus nomen accommodatur, ac ſuperioris ratio cōmunis. Secunda realis æquiuoci con- 2.
ditio eſt, vt ita à ſuis participetur inferioribus, quòd eius ratio, & priùs, & poſtea ſem-
per maneat eadem. in quo quidem ab æquiuoco diſſentit, quòd ſua ſecundùm diuerſas ra-
tiones, inferiora contuetur. Tertia, quod illa ratio, abſq; delectu, ſiue ordine, omnia ſub 3.
ſe contenta, æqualiter repræſentet, hoc eſt, non repræſentet vnum, vt tale reſpiciat alte-
rum, ſicut patet in animali, & in illius ſpeciebus. Quarta conditio, ratio illa, æquè om- 4.
nibus conuenit inferioribus, quatenus res ſunt: hoc autem dixerim, quia hæc ratio, logi-
co non eſt opus vniuoco. Ratio ſanè animalitatis, & homini conuenit, & leoni, vt res ſunt,
quippè

Ens eſſe vinuocú.

*quippè cùm vterque verè habeat naturam ſenſitiuam: vnde ſi in altero periret, in alte-
ro inueniretur, ideóque animal eſt illis vniuocum; alioqui, ſi vno deſtructo, in altero*

Vniuocum logicum.

*non inueniretur; analogum potiùs, quàm vniuocum diceretur. Itaq́, vniuocum reale, id
dicendum eſt, quod ſuis comparatum vniuocatis, quatenus res ſunt, ſecundùm eandem
rationem, æquè vnumquodq; eorum repræſentantem, abſq; ordine vnius ad alterum, vt
ſuo comparantur vniuoco, ab illis participatur. Cæterùm, tres primæ conditiones tantùm,
vniuoco logico conueniunt: ſemota ſiquidem omni reali conuenientia, ac ſeruato eodem
modo prædicandi; adhuc tamen vniuocatio logica perſeuerat: logicus enim, res ſub in-
tentionibus ſecundis conſiſtentes contemplatur, earumq́ue modos, non realitates prædi-
candi. Patet hoc in differentia, quæ licet vniuocè de duabus ſpecificis differentiis prædi-
catur; in nullo tamen reali conueniunt. ſimiliter & qualitas, de prima, & tertia ſpecie
qualitatis vniuocè prædicatur, & in nullo reali conueniunt: qualitates namq; ſpirituales,
& ſenſibiles in nullo communicant reali. Quarta ergo conditione non indiget vniuocatio
logica: ſufficit autem ei, ſi dixerit vnum conceptum, æqualiter ſuis contentis conueni-
entem, non autem differentiis, quibus contenta ab inuicem ſeparantur. De his autem, ac
ſimilibus Boëtius in lib. prædicamentorum latiùs diſputat: Res, inquit, aut eodem no-*

Vniuoca.

*mine, eademúe ratione coniunguntur, vt homo, & animal, quia vtraque animalia dici
poſſunt, & vtraq; vna diffinitione iunguntur: & ſic vniuoca appellantur Alia verò nec*

Diuerſiuoca.

nomine, nec ratione iunguntur, vt lapis, & lignum, ſiue, ignis, & hæc diuerſiuoca no-

Multiuoca.

*minantur. Alia, diuerſis nominibus nuncupantur: diffinitione tamen conueniunt, vt gla-
dius, & enſis, & hæc multiuoca appellantur. Alia, nomine quidem conueniunt, ratione*

Æquiuocum à caſu.

*verò diſſentiunt, & hæc æquiuoca dicuntur: & horum quidem, alia ſunt à caſu, vt idem
nomen, quod multis impoſitum eſt hominibus. Alia à conſilio, quæ hominum voluntate*

A conſilio.

*poſita ſunt, idq́; ſecundùm ſimilitudinem, vt homo pictus, & homo verus. Alia ſecun-
dùm proportionem, vt principium: eſt namq; principium in numero, vtpotè vnitas, &
in lineis punctus videlicet. Alia ab vno deſcendunt, veluti medicinale pigmentum, aut*

Attributione.

*fermentum, quæ profectò æquiuocatio, ab vna medicina deſcendit. Alia attributione
ad vnum, vt ſana: nam & cibus dicitur ſanus, & potio, & vrina, & animal: ſed hæc o-
mnia ad animal referuntur, quod eſt formaliter ſanum. Verùm nonnulli, hunc æquiuo-*

Primum analogum.

*cationis modum, analogum eſſe dixerunt, primamq́ue analogiam appellarunt. Prima,
inquiunt, analogia eſt, quando analogum plures dicit rationes, eiusq́; ſignificatum præ-*

Secundum analogum.

*cipuum in primo reperitur analogato: vt ſanum in animali. Secunda analogia eſt, quan-
do vnam quidem dicit rationem; diuerſum tamen eſſe, atq; difforme habet in analoga-
tis, ſicut corpus, quod de corruptibili, & incorruptibili prædicatur corpore: quorum
ratio corporeitatis eſt vna; eſſe tamen illorum diuerſum: propterea modus iſte, contra-
dictionem non aufert, ſed ponit: elementum enim eſſe corpus, ſemper eſt vera propoſi-
to, cœlum verò non eſſe corpus, ſemper falſa; ratio enim corporeitatis, vtriq; conuenit.*

Tertium analogum.

*Tertium analogum eſt, quod rationem dicit, in qua analogata æqualia non ſunt; in vno
quippè illorum ratio illa reperitur, atq; illius eſſe, quæ ad alterum connexionem habet,
ſicuti accidens eſt ens, quatenus connexionem habet ad ſubſtantiam, & non è conuerſo.
Et creatura ſimiliter eſt ens, quia eſſe participat à Deo, cui eſſe primò, & per ſe com-
petit. hoc autem tertio analogiæ modo, aiunt ens eſſe analogum; ponit enim contradi-
ctionem, & eſt medium efficax in ſyllogiſmo. Hæc igitur, cum ita ſe habeant, non eſt mi-
rum, ſi de hac quæſtione, magna ſit ſapientum controuerſia; qui enim, ens vniuocum
eſſe rati ſunt; ii profectò vniuocum metaphyſicum, ac logicum intellexerunt: at, illi, qui
analogiam profitentur, in 3. modo collocarunt, & ii quidem non multùm diſſentiunt à
primis. Alii verò, æquiuocum appellarunt, de quibus poſtea nobis erit dicendum. Sed*

Ad argumenta.

*tempus eſt, vt ſecundi, ad primorum argumenta reſpondeant: & ad primum quidem.
Ens, vnum conceptum habet, alium à conceptibus ſuorum contentorum: ergo eſt vniuo-
cum.*

 Ens eſt vniuocum.

cum. Conſequentia non eſt admittenda : ſiquidem vniuoco reali, non tantùm neceſſaria
eſt conceptus vnitas ; verùmetiam illi opus eſt, vt illud commune conceptum habeat
inferiora reſpicientem, à quibus ſit quoque æquali participatus atq; acceptus. at conce-
ptus entis, accidenti non congruit, niſi in ordine ad ſubſtantiam, neq; enti creato, niſi in
ordine ad increatum : non ergo eſt vniuocum, ſed analogum, tertio modo analogiæ. Ad
2. Quemadmodum ens non eſt multiplex, multiplicitate æquiuocationis, ſed analogiæ ; 2.
ita planè primum principium : analogum enim, quod ſufficiens eſt, ad contradictionem
ſaluandam, & ad medium ſyllogiſticum, ſemper eſt diſtinguendum. Ad 3. Argumen- 3.
tum, hoc tantùm concludit, nempè ens habere vnum analogiæ conceptum : quod etiam
nos ipſi fatemur. Ad 4. Quamùis ſignum diſtributiuum non diſtribuat terminum æqui- 4.
uocum ; bene tamen analogum : ex quo patet ens non eſſe merè æquiuocum, ſed analo-
gum potiùs : analogum enim diſtribui poteſt ſigno vniuerſali diſtributiuo, maximè re-
ſpectu prædicati, quod per eandem analogiam reducitur cum partibus diſtributi. Ad 5.
5. Ad vnitatem potentiæ, ſiue habitus ſufficit vnitas analogiæ obiecti : præſertim ſi illa
ſcientia fuerit communis, atq; ipſum obiectum, vnum primum, ſimplicem, ac principa-
lem habeat conceptum, ſicuti eſt in propoſito. Ad 6. Ens, vt eſt commune creato, & in- 6.
creato, vnum dicit conceptum, æqualiter participatum, quo analogum tertij ordinis eſt
conſtitutum ; hanc ob cauſam, vnus eſt creati, & increati entis conceptus, ac in ratione
cognoſcitiua, quoniam effectus ducit in cognitionem cauſæ, ens creatum continet incre-
atũ. Ad 7. Conſequentia non admittitur quantùm ad conceptum vniuocum, quandoqui- 7.
dem ſufficiat conceptus analogus, vt res, de qua dicitur, nempè ſapientia ſit tertii modi
analoga. Ad 8. Analogum ab Ariſtotele appellatum eſt ibi vniuocum, ſecundùm id, 8.
quod habet de vnitate : pro veritate namque illius maximè ſtatuenda, neceſſe eſt, cau-
ſam, & effectum non in ſola voce conuenire ; verùmetiam in ratione formali, aliquo mo-
do eadem : & ita Ariſtoteles non militat contra nos, nec etiam Auicenna, & Algazel:
abietatem enim, non vniuocationem conceptus entis inſinuant, atq; oſtendunt. Ad 9. Di- 9.
co, quòd licet logicam dicat intentionem; non tamen æqualiter à ſubſtantia, & acciden-
te participatur. Ad primam confirmationem dico : quòd licet illud eſſe, à quo ens dici-
tur tale, vnius ſit in ſubſtantia, & accidente analogicæ rationis ; non tamen (vt dictum
eſt) vniuocationis. Ad aliam confirmationem, negatur maior : non enim eſt ſimpliciter
concedendum, quòd canis non ſit canis, vel quòd ens non ſit ens, abſq; vlla prorſus diſtin-
ctione. Ad 10. Dico, quòd paſſio, quæ non eſt realiter diſtincta a ſubiecto, non habet 10.
vnam rationem in ſubiecto vniuocam ; quandoquidem illi ſufficere poſſit analogiæ vni-
tas. Ad primam confirmationem, negatur minor : accidens enim de nouẽ prædicamen-
tis analogicè dicitur. Ad aliam confirmationem : quamùis vnum, & vnum, vnius ſint
rationis ; illa tamen vna ratio non æqualiter participatur : quam ob cauſam, non opus
eſt, vt de ſubſtantia, & accidente, de Deo, & creaturis, vniuocè dicatur. Ad 11. Quæ- 11.
ſtio ſi eſt, ſimpliciter loquendo, quatenus eſt in hoc, vel in illo particulari, eſt vna : at
ſi referatur ad eſſe in communi; tunc certè erit vna, vtique analogiæ vnitate. Ad confir-
mationem dico : quòd quæſtio ſi eſt, & quia eſt, licet ſecundùm modum interrogandi,
nonnihil diſcriminis habere videantur ; non oportet tamen differre, præſertim quando
prædicatum non differt à ſubiecto, niſi ſecundùm rationem interrogandi : vt ſi quiſpiam
quæſierit an homo ſit animal. Sed dicet aliquis : omne, quod diffinitur, non eſt æquiuocũ: Obiectiones.
æquiuocum enim diffiniri non poteſt. ſed ens diffinitur : ergo. Adde, quòd contradictio, 1.
vniuocis congruit tantùm. ſed in ente inuenitur contradictio, vtpotè ens, & non ens: er-
go. Iterùm, omnis prædicatio aut eſt vniuoca, aut æquiuoca. non æquiuoca : ergo vniuo- 2.
ca. Amplius, ſicut ſe habet ordo cauſalitatis inter ſubſtantiam, & accidens ; ita ſanè in- 3.
ter corpus cœleſte, & terreſtre. ſed reſpectu corporis cœleſtis, & terreſtris datur vniuo-
catio : ſimiliter ergo res ſe habebit inter ſubſtantiam, & accidens. Poſtremò, quod eſt 4.

Ens quid ſit.

maximè vnũ; effectum vtiq; producet ſimiliter maximè vnum ſed primũ inter res con-
Solutiones. *ditas eſt eſſe, vt dicitur in libro de cauſis : ergo ens eſt maximè vnũ, & ex conſequenti,*
1. *vnius rationis. Dico ad primum, æquiuocum à caſu non poſſe diffiniri: æquiuocum verò*
à conſilio, quod alij vocant analogum, poſſunt huiuſmodi ſaltem deſcribi. Similiter aio,
2. *contradictionem uon eſſe inter æquiuoca à caſu, ſed inter æquiuoca à conſilio. Præterea,*
3. *ſub prædicatione æquiuoca, analogam comprehendi affirmo. Ad aliud dico, quòd ſub-*
ſtantia, & accidens, connexionem habeant adinuicem; ideò inter ipſa eſt analogia : con-
nexionem, inquam, quôad rationem ſignificandi, quia vnum principaliter, aliud minùs
4. *principaliter ſignificat. Ad 4. Quamuis Deus ſit maximè vnus; non ob id tamen opus*
eſt, vt eius effectus ſit vnus in diuerſis : ab vno enim agente poteſt eſſe multitudo.

CAP. IIII.

Ens quid ſignificet ſecundùm philoſophum.

Ens eſſe multiplex ſignificato.

ENS apud philoſophum multis modis dicitur : Sed ad vnum, inquit 4. met. tex. 2. & ad vnam aliquam naturam, & non æquiuocè : ſicut canis qui dicitur de latrabili, & marino : nec vniuocè vt animal de homine, & equo; ſed ſpectat potiùs ad nomina, quæ vni attribuuntur, quæ media ſunt inter æquiuoca, & vniuoca, vtpotè analoga : vnde 1. phyſ. tex. commen. 21 Hoc nomen ens de pluribus dicitur, ait, ſecundùm diffinitionem; quæ tamen ſunt vnum ſecundum ſuppoſitum, id eſt, ſubiectum, inquit Commentator. Ens igitur eſt multiplex quôad ſignificata : Eorum, inquit, in prædicamentis, quæ ſecundùm nullam complexionem dicuntur, ſingulum ſignificat, aut quantitatem, aut ſubſtantiam, aut qualitatem, &c. Et 5. met. comment. 14 poſtquàm diuiſit ens in ens ſecundùm accidens, & ſecundùm ſe : Secundùm, inquit, dicuntur eſſe, quæcunque ſignificant figuras prædicationis; quoties enim dicitur, toties ſignificat. In primo phyſ. commen. 13. diſputans contra Parmenidem, ſic arguentem : Quicquid eſt præter ens, eſt non ens : & quidquid eñs eſt, non eſt nihil : igitur tantùm vnum eſt ens. Dixit paralogizare per fallaciam æquiuocationis, quia nimirum ſimpliciter accepit, quod non eſt ſimpliciter dictum : Vtitur, inquit Commentator, hoc nomine ens, ſic quaſi de vna intentione dicatur, cùm de pluribus ſit dictum. Nomen ergo ens eſt multiplicitas intentionum, vtpotè quod de decem prædica-
Analogum. *mentis dicitur. Cum igitur ens multiplex ſit ſignificatione, vniuocum dici non poteſt, & cùm ad vnam naturam reducatur, æquiuocum appellandum non erit : eſt igitur me-*
vniuocum. *dium, nempè analogum. Vniuocum ſanè ſuas ſignificat ſpecies mediante aliquo communi : nam, aut naturam vnam, aut vnum conceptum realem, obiectiuum, indifferentem ad omnes ſuas ſpecies dicit. vnde licet illa natura communis ſiue conceptus in ſuis ſpeciebus per differrentias diuiſiuas, quibus ad ſuas ſpecies contrahitur, diuerſificetur; quô-*
Differentia inter vniuocum & analogum *ad tamen ad ſuam rationem, non permutatur, nec quôad ſuas differentias conſtitutas, quæ illius rationem complent : ſecus autem ſe habent differentiæ diuiſiuæ, quæ ſunt extra conceptum diuiſi. Ex quo patet, quòd quamuis animal, quôad ſpecies, diuerſitatem habeat; non tamen quôad ſubſtantiam animatam ſenſitiuam : ſic enim remanet indiuiſum. at analogum, tum in ſe, tum in ſuis analogatis, hoc eſt, ſua communitas in illis eſt magis, minusq; intenſa : ens namq;, quod ſubſtantiæ, accidentique eſt commune, non modò ex naturis, in quibus ſaluatur differre dicimus; verùmetiam ex communi ipſius ratione, qua in illis exiſtit. Sanè, ens prius ac proprius de ſubſtantia, quàm de accidente dicitur. vnde patet in ratione aliqua communi, immutabile nequaquam remanere. In cauſa autem, quia illud tertium commune, ab vniuocatis diſtinctum, ſiue natura, ſiue realis conceptus extiterit, in vniuoco inuenitur, in analogo autem minimè, quia ſcilicet aliam*

rationem

Ens quid ſit.

*rationem non habet à qua conſtituatur, & ſecundùm quam diuidatur. hæc quidem 10.
met. commen. 8 & 2. de anima, comm. 3 Itaq́, ens non ſignificare decem prædicamen-
ta, vniuoco, aut æquiuoco modo, conſtat ex multis Ariſtot. ac Commentatoris ſententiis.
7. met. comment. 15. Oportet, inquit, vt entia non dicantur eodem modo æquiuocationis,
ſed ſicut magis, & minùs. Sicut medicina, quæ attribuitur alicui; ita quòd ſit idem &c.
Vt etiam herba medicinalis, & inſtrumentum medicinale, quæ attribuuntur medicinæ:
ſed nõ eſt eadem intentio medicinæ in herba, & in inſtrumento: Itaq́ ibi, ait Commen-
tator, nomen ens non ſignificat decem prædicamenta modo æquiuoco, aut vniuoco. Item,
5. met. 14. & 4. met. comment. 2. Ens, inquit, dicitur multipliciter, & non æquiuocè:
ſed attribuitur vni rei, & vni naturæ: ſicut omne ſanans attribuitur ſanitati. vnde ſub-
iungit, ſi hoc nomen ens eſſet æquiuocum; non conſideraret de eo vna ars: ens igitur di-
citur multis modis, non æquiuocè ſicut canis de æquiuocatis, neq; ſicut animal de homine;
ſed eſt de rebus, quæ ſunt mediæ inter æquiuoca, & vniuoca. Et 2. de anima, comm 30.*

Ens non ſignificat æquiuocè, vel vniuocè 10. prędicamenta.

*Ens, dicit, eſſe medium, inter æquiuocum, & vniuocum. Certè, ſi vniuoca, & nomine, &
diffinitione conueniunt, æquiuoca autem, nomine gaudent tantùm, diffinitione verò di-
ſtinguuntur: ens cùm de ſubſtantia, & accidente dicatur, fieri non poteſt, vt vna ſit
vtriusq; diffinitio, nec ſolo entis nomine gaudeant: medium igitur inter vtraque ſerua-
bit. Vnde ergo dictum ſit vniuocum, patet: non quidem ab vnitate conceptus, ſed poti-
ùs ab vna rei diffinitione, nec æquiuocum à multiplicitate illius. Præterea, ſi realitas à re,
veluti bonitas à bono proficiſcitur, ſiue deriuatur; quonam modo, aliquod nomen, reali-
tatem, non autem ipſam rem ſignificabit? ſimiliter, quomodo aliquod nomen, formalita-
tem, non autem ipſam formam ſignificare poterit; ſi formalitas à forma, ſicut materia-
litas à materia deſcendit? Cæterum, vt res clarius intelligatur, rationibus propalabo:*

Vnde vniuocum dicatur.

Ens non eſſe vniuocum.

*ens, vllo modo vniuocum eſſe dicendum: Nullum vniuocum, vt Simplicii verbis vtar. 2.
de anima, dicitur magis, vel priùs, vel propriùs in vno, quàm in altero: veluti color non
dicitur magis in albo, quàm in nigro, nec priùs, nec propriùs; ſed ens propriùs, & pri- 1.
ùs dicitur de ſubſtantia, quàm de accidente: igitur non eſt vniuocum. Amplius, illud, 2.
in quo vnum per ſe, & eſſentialiter, aliud antecedit, teſte Auerr. deſtr. deſtr. diſp 7.
ſol. vltimi dubii, ambobus vniuocum eſſe non poteſt: eſſentialiter, inquam: quia ſi So-
crates, tempore præcedat Platonem, hoc accidentaliter, non autem eſſentialiter dici de-
bet. ſed prima cauſa, per ſe in ente, omnia alia entia præcedit: ens ergo non erit vtriſ-
que vniuocum. Item, per eundem in eodem, id, quod per eſſentiam aliquid capit, cum 3.
eo conuenire non poteſt, quod per participationẽ illud recipit ſed Deus capit ens per eſ-
ſentiam, cætera verò per participationem; omnia enim citra Deum, per participationem
ſunt entia: in ente igitur vniuocè conuenire non poſſunt. Præterea, nullum vniuocum, in 4.
vno ſaluatur ſimpliciter, & in alio ſecundùm quid. ſed ens in Deo ſaluatur ſimpliciter,
in aliis verò ſecundùm quid; ſiquidem omne ens, citra primum, eſt ens ſecundùm quid:
ens igitur, non eſt vniuocum: hæc ratio cum alia coincidit præcedenti. Adde, nihil poſſe 5.
alteri vniuocari, per aliquid, quod non eſt in illo. ſed accidens eſt ens, entitate vtique,
quæ eſt in ſubſtantia: non ergo erit vniuocum ſubſtantiæ in entitate. Adhuc, nullũ præ- 6.
dicatum vniuocum de modo eſſendi prædicatur, à quo eius vnitas ſumitur: animal e-
nim non prædicatur de ipſo ſentire; à quo vnitas conceptus animalis ſumitur. ſed ens
prædicatur de modo eſſendi, à quo eius vnitas ſumitur, vtpotè de eſſe formaliter: ens
igitur non eſt vniuocum, nec etiam æquiuocum, ſed analogum. Sed ad hæc dicunt primæ*

Solutio.

*ſententiæ fautores ſe profiteri ens eſſe vniuocum, non quidem vniuocatione phyſica, ſed
logica, & metaphyſica, aut (vt alii dicunt) analogia tertiæ ſpeciei; proinde illa argu-
menta contra eos nequaquam militare. Cæterùm, nonnullis viſum eſt, ens ſimpliciter,
Deum, ac ſubſtantiam ſignificare: alia verò ſecundùm quid, & in obliquo. vnde aiunt,
hanc eſſe verã: ſubſtantia eſt ens: hanc verò falſam: accidens, ſeu albedo eſt ens: ſed po-*

Ens ſolam ſignificare ſubſtantiam.

Ens eſt æquiuocū. *tiùs, paries eſt albus; entitas ſiquidem accidentis, eſt formaliter illa, quæ eſt ſubſtantiæ.*
Plato. *Hoc fortaſſe dicere voluerunt Parmenides, & Plato: non enim veriſsimile eſt, eos dicere voluiſſe, omnia eſſe vnum, & immobile formaliter; ſed ens eſſe vnum per ſe, vt Deum; qui per ſe eſt, & ſolus eſt. Plato, vnum analogum eſſe putauit, diciq́; principaliter de Deo, de aliis autem ſecundùm quid, & per quandam attributionem ad Deum: ens verò eſſe vniuocum, quia vniuocè dicitur de cauſatis; vnum ſiquidem ante ens poſuit, quia ſcilicet Deus eſt ante omne ens cauſatum, vnde eſſe tribuit cauſatis duntaxat, vnitatem verò cauſæ primæ, cæteris autem attributiuè ad cauſam videlicet primam. Scribit Plato pulchrum librum de ente, in quo multa ſcitu digna legentibus proponit, de quibus*
Plotinus. *nobis modò non eſt animus differendi. Plotinus enn: 6. lib. 6. ca 14. Cùm vnum ens dicimus, inquit, non ens quidem, deinde vnum nunciamus: nam in eo quod ens eſt, exiſtit & vnum, ideóque multa: viciſsim verò in eo quod vnum non ſimiliter ens exiſtit, niſi*
Ens per participationem *fortè ipſius genituræ annuens ſic effecerit ipſum. Et lib. 3. eiusdem enn: cap. 6. Ens, cui nihil adiungitur, vocat ens primò, ſiue primum, reliqua verò ſecundùm participationem, vtpote entia viſibilia, quæ ab ipſo ente vero, ac primo eſſe habent. Et enn: 5. lib 1: cap. 1. Peripatheticorum ſententiam approbat: Principio igitur, inquit, eorum ſententia, qui res omnes partiti ſunt in decem, nobis accipienda videtur, inueſtigaturis nunquid decem genera eſſe velint, commune nomen entis habentia, ſiue prædicamenta decem: nam & ipſi fatentur ens ipſum non eſſe in cunctis vniuocum, & rectè fatentur. Et*
Vnum. *cap. 3. lib. 2. eiusdem enn ex propoſito Platonis de vno, & ente loquitur: Ex vno, in-*
Ens. *quit, dependent omnia entia, quod quidem extra naſcentia genera cauſa exiſtit; non tamen in eo quod quid eſt, de aliis prædicatur: deſuper enim extat, nec cum generibus numeratur. Vnum ergo, ſecundum Plotinum, eſt ante ens, & vnum, Deo propriè, aliis attributiuè conceditur. Sed de vno poſtea nobis loquendum; hoc ſatis erit, audiuiſſe; ens ſecundùm omnes propemodum Peripatheticæ doctrinæ ſectatores, vniuocū non eſſe.*

CAP. V.

Ens prædicare æquiuocè de ſuis inferioribus.

Ens eſſe æquiuocum. *QVoniam hactenus diſputando audiuimus, ens vniuocum dici non poſſe, quærere lubet, ſit æquiuocum nec ne. Et inprimis quædam occurrunt rationes,*
1. *quæ hoc ipſum fateri videntur. Sanè, ſi ens, iuxta philoſophi, & Commentatoris doctrinam, 4. met. comment. 2. multipliciter dicatur, veluti ſanum, de ſanis dicitur; æquiuocum vtique eſt appellandum: ſanum enim hoc modò, æquiuocè*
2. *dicitur. Amplius, ſola ſubſtantia eſt ens formaliter: quemadmodum ait philoſophus, & Commentator quoque 7. met. comment. 16. cætera verò entia ſunt, ſicut ſolet dici, non ſcibile, eſſe ſcibile, & vas ſalubre; ens certè illis vniuocè ſic conuenire non poteſt. Adde, quòd ſi ens prædicaretur vniuocè; tunc eſſet genus. ſed ens non eſt genus: igitur non*
3. *prædicatur vniuocè. Adhuc, æterno, & temporali nomen tantùmmodo eſt commune. ſed ſubſtantiæ ſpirituales, ſunt æternæ; accidentia verò, temporalia: nomen igitur tantùm de illis prædicabitur, ratione diuerſa exiſtente. Reuera, quando aliquid prædicatur de aliquo ſecundùm nomen, non autem ſecundùm rationem; illud vtique æquiuocè prædicabitur. ſed ſapientia prædicatur de Deo & creaturis ſecundùm nomen, non autem ſecundùm rationem, quippè, cùm ſapientia in Deo ſit ſubſtantia, in creaturis verò, qualitas: æquiuocè ergo de vtriſque prædicabitur. Profectò ſubſtantia, & accidens ſolo nomine ſimul gaudent, ratione verò omninò diſſentiunt: nam ſi aliquo modo ratione, aut aliquo vno ſimile conuenirent; vnius ad alterum facilis eſſet tranſitus, atque ita ſubſtantia in accidens, & accidens in ſubſtantiam tranſmearet, quod conſtat omnibus modis*

eſſe fal-

Ens quid ſit.

eſſe falſum: ergo quod prius. Iterùm, vbi nulla ſubſtantiæ ſimilitudo haberi poteſt;
profectò nisi ſola ineſſe videtur æquiuoca prædicatio. ſed inter ſubſtantiam, & acci- 4.
dens, nulla eſt ſubſtantiæ ſimilitudo: igitur æquiuocè admutuem dicuntur. Sanè, plus
affinitatis, canis latrabilis, & canis ſydus habent, quam ſubſtantia, & accidens; illa enim
in aliquo genere conueniunt: hæc autem nequaquam. ſed illa æquiuocè dicuntur: igitur
hæc ſimiliter purum habebunt æquiuocationis modum. Non ergo indoctè dictum eſt à
Porphyrio: Si quis, inquit, omnia entia vocet, æquiuocè nuncupabit. Ens igitur æquiuocè 5.
de ſuis prædicabitur inferioribus. Præterea, inter vniuocum, & æquiuocum non datur
medium. ſed ens non prædicatur vniuocè: igitur dicitur æquiuocè. Reuera, de infinitis
nihil vnum prædicatur. ſed entia ſunt infinita: igitur de ipſis nihil vniuocè, ſed æquiuocè
prædicatur. Verùm, ſi ita res ſe haberet; tunc planè multa ſequerentur abſurda.

Ens non eſſe purè æquiuocum.

Inprimis, ſecundum Auerrois teſtimonium 2. com: 4. met: quòd de entibus non eſſet 1.
vna ſcientia, quæ metaphyſica appellatur; vna enim ſcientia ab vnitate ſubiecti depen-
det: æquiuocum enim non eſt vnum, ſed multiplex; nam vnitas nominis ſola, non eſt ra-
tio perfecta, atque ſufficiens ſubiecti ſcientiæ conſtituendi. Adde aliud abſurdum, quòd 2.
tunc omne ens, vnum dici non poſſet, quemadmodum nec dicimus, quòd omnis canis la-
tret; de æquiuoco enim, ſecundum logicos, nihil vniuerſaliter prædicatur: nec in præ-
dicamentis aliquando faſſus eſt Ariſtoteles, ens eſſe æquiuocum. Adhuc, quando vnum 3.
de pluribus æquiuocè prædicatur, quoniam rerum cognitio, ex nominum ratione, non
autem ex vocibus dependet; vnum certè ad alterius cognitionem nequaquam adducit.
ſed ex accidentibus, ad ſubſtantiæ cognitionem, notitiamque habendam pergimus: acci-
dentia enim, magnam conferunt partem, primo de anima com: 11. ad cognoſcendum
quod quid eſt. igitur, ens nullo modo poteſt eſſe merum æquiuocum. Inſuper, ſi ſubſtantiæ 4.
ad accidens eſſet tantùmmodo æquiuoca prædicatio; tunc planè inter vtrumque, nulla fieri
poſſet legitima argumentatio: nominis planè æquiuocatio, penitus deſtruit proceſſum,
ordinemque argumentandi: ſed paßim à philoſophis oſtenditur contrarium, atque defen-
ditur. Ex his ergo, atque ſimilibus patet, ens non eſſe verè vniuocum, nec purè æquiuo-
cum, ſed medio modo ſe habere. His ita intellectis, ad primum dico, hoc haberi ex te-

Soluuntur argumenta.

xtu philoſophi, atque commentatoris, quòd ens principaliter de ſubſtantia, quàm de ac- 1.
cidente prædicetur: quod nos ad tertiam Analogiæ ſpeciem retulimus: non autem, quòd
ens æquiuocè prædicetur. Ad 2. hoc idem Ariſtoteles fatetur ſub metaphora illa: ſa- 2.
num enim principaliter, animali congruit, alijs verò per attributionem, ſicut dictum:
non ſequitur ergo, ens prædicare æquiuocè, ſed analogicè potiùs, vel vniuocè, vniuoca-
tione conceptus, ſicut alij dicunt. Ad confirmationem reſpondebimus poſtea, quando
propria quæſtio ventilabitur: vtrum ens ſit genus nec ne. Ad 3. dico illa habere logicam 3.
quandam communitatem, ſiue conuenientiam, & hoc ſufficere. Ad confirmationem,
illa diuerſitas, etſi vniuocationem generis auferat; non tamen tollit tertiam analogiæ
ſpeciem. Ad 2. Verum eſt de illis, qui in materia corruptibili conueniunt; adinuicem
enim habent facilem tranſitum. at illa, quæ in vno genere logico conueniunt, non eſt il-
lis ita facilis hæc meandi via. vnde argumentum non concludit, quod intendit. Ad 4. 4.
dico accidentia, & ſubſtantiam non habere propriam, ac veram ſimilitudinem, ſed com-
munem tantùm; quatenus in aliqua communi ratione conueniunt. Ad primam confirma-
tionem, quamuis duæ ſpecies ſubſtantiæ, nempè canis latrabilis, & piſcis marinus, maio-
rem inter ſe conuenientiam habere videantur, quàm ſubſtantia & accidens; quia ta-
men in aliquo conueniunt analogo, quod illis commune eſſe non poteſt; hac de cauſa non
ſequitur, quòd ens de illis prædicetur æquiuocè. Ad Porphyrij autem dico authoritatem,
ens prædicare æquiuocè, reſpectiuè quidem, non autem abſolutè; reſpectu vtique prædi-
cationis vniuocæ propriæ, ac veræ: & ſic intellexiſſe, qui ens æquiuocè prædicare dixe-
runt. Ad 5. patet iam ex dictis ſolutio: nam inter vniuocum, & æquiuocum, datur ana- 5.
logum: & entibus eſt vnum commune analogum.

CAP.

Ens quid ſit.

CAP. VI.

Ens dicere vnum conceptum, non tamen vnam realitatem ſubſtantiæ, & accidentis.

1. *DElectat mentem ſtudioſam, hæc diligenter perquirere, ex quorum cogni-*
tione, multarum pendet notitia rerum: hac de cauſa, poſtquàm viſum eſt,
ens æquiuocè non dici de ſuis inferioribus, ad antiquum regredimur cer-
tamen, vtpote magis acutum, quo peregrina delectari ſolent ingenia: ac
inprimis ſic diſſerendo, arguimus: Quæ in aliquo conueniunt, & differunt
inter ſe; aliquis profectò inſit illis conceptus communis, neceſſe eſt omninò: aliqua enim
conuenire, & differre in eodem, impoſsibile reputatur. ſed ſubſtantia, & accidens con-
ueniunt in ente, & differunt inter ſe: igitur aliquis ineſt illis conceptus communis. Am-
2. *plius, vbi eſt vnus modus eſſendi communis; inibi planè erit vnus communis conceptus:*
ab vno enim modo, vna ratio dependet. ſed ſubſtantiæ & accidenti ineſt huiuſmodi mo-
dus; habere ſiquidem eſſe formale congruit vtriq; neque viciſsim illud ſibi præſtare poſ-
ſunt, quia nimirum, vt dicitur primo poſteriorum, prædicamentorum eſſentiæ ſunt im-
permixtæ. Adde rationale eſſe ens. ſed ens in hoc, ſubſtantiæ non poteſt officium ſubire;
cum enim ſit genus, de differentia prædicare nequit: ens autem de differentijs prædi-
catur; omnis namq; rationem ſubterfugere poteſt nihil. neq; accidens dici poterit, alio-
qui hæc erit falſa: Rationale eſt ens: erit ergo ratio entis, à ſubſtantiæ, atque acciden-
3. *tis ratione diſcreta. Amplius, ſi ens non haberet conceptum, communiorem, antiquio-*
remq; ſubſtantiæ conceptu; tunc proculdubio, non eſſet primum intellectus obiectum,
quod eſt contra communem ſapientum ſententiam; prius enim cadit in intellectus ap-
prehenſionem, quàm ſubſtantia: nam primus gradus perfectionis alicuius formæ, eſt eſſe:
in illo ergo priori ens, & non ſubſtantiam concipimus: Igitur entis conceptum, ſubſtan-
tiæ conceptum præcedere neceſſe eſt. Reuera, ſi paſsio entis, de ſubſtantia, veluti de pro-
prio ſubiecto diceretur, falſum contingeret, non ſecus, ac ſi quis, habere tres, iſocheli,
& non triangulo, primò tribuere vellet: in cauſa autem eſt, quia ſubiectum, ac partes
ſubiectiuæ diuerſis proprijsq; rationibus diſtinguuntur, & ex conſequenti diuerſis con-
4. *ceptibus: ergo quod prius. Adhuc, ens prædicatur de ſubſtantia, & accidente: aut vno*
vtiq; communi, eodemq́; aut proprio conceptu. Si primus prædicandi modus ei attribue-
retur; tunc planè eſſet prædicatio eiuſdem de ſe ipſo, quod eſt abſurdum: ſecundùm ali-
um ergo modum prædicatur, qui profectò vnus, ac proprius eſt entis. Sanè, ſi conceptus
entis eſt idem omninò cum conceptu ſubſtantiæ, atque accidentis; tunc, aut eſt idem al-
teri illorum, aut vtriq;. ſi idem alteri; de altero prædicare non poterit. ſi verò vtriq;: illi
ergo erunt idem inter ſe. Alius ergo eſt conceptus entis, à ſubſtantiæ conceptu, atq; ac-
cidentis. Adde, quod conceptus entis eſt ſimpliciter ſimplex, & ex conſequenti irreſolu-
bilis ad ſuperiora: non ſic autem conceptus ſubſtantiæ, aut cuiuſuis inferioris: idem ergo
eſſe non poſſunt, Iterùm, quando vnum, ſine altero, ſuum eſſe obtinere valet; diſtinctũ
5. *vtique conceptum ab alterius conceptu habebit: ratio enim à ſuo diffinito, ſeparari non*
poteſt. ſed ens in eſſe exiſtentiæ, ſicuti apparet in ſacramento altaris, abſque ſubſtantia,
conſeruatur, & habetur: diſtinctum ergo conceptum habet à conceptu ſubſtantiæ. Sanè,
hæc eſt vera: ens diuiditur in 10. prædicamenta. & hæc ſimiliter: ſubſtantia non diui-
ditur in 10. prædicamenta: igitur proprijs conceptibus diſtinguuntur; alioqui duo con-
tradictoria de eodem eſſent vera. Similiter, ens de deo verificatur, qui ſub aliquo præ-
6. *dicamentorum non continetur: diſtinctum ergo ab illis habet conceptum. Præterea, pri-*
us eſt, à quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, authore philoſopho in poſtpredi-

Ens quid ſit.

camentis, & 5. met: ſed ens ordine naturæ, ſubſtantiam præcedit: priorem ergo habet conceptum Reuera, inter conceptus quidditatiuos, ne fiat proceſſus in infinitum, datur primus conceptus. ſed ille eſt conceptus entis, in quem omnis creaturarum conceptus eſt reſolubilis: ergo quod prius. Itaq; entis conceptus videtur eſſe vniuocus ad omnia, quæ ſub ipſo continentur, & ex conſequenti, ens non eſt analogum, aut æquiuocum ad ſua inferiora. Rationes quòd ens non dicat aliquem conceptum præciſum. *Cæterum ad hæc, atque his ſimilia ita reſpondere valemus, aſſerentes non eſſe aliquam formalitatis rationem, aut entis quidditatem, à ratione dei, & creaturarum, aut ſubſtantiæ, & accidentis, ſecluſam. Sanè, cauſa ſuum præcedit effectum: ſed deus eſt cauſa vniuerſalis, & propria cuiuslibet entis realis: quilibet autem conceptus ex parte rei conceptibilis, eſt ens reale: fit ergo, vt eius conceptus ſit deo poſterior: ente namq;* 1.
ſimpliciter primo, nihil eſt prius. ſed deus eſt huiuſmodi: ergo &c. Reuera, ſi bonum, & ens conuertuntur: ſi dei conceptus, aliquam entis quidditatem à ſe præciſam præſupponeret; eadem facilitate aliquod ſibi bonum præſupponeret, atque ita non eſſet ſim- 2.
pliciter bonum, & ex conſequenti perfectum ſimpliciter; ſed aliqua illi perfectio eſſet anteponenda, quod eſt falſum. Nec valet dicere, ens eſſe illum conceptum, alioqui ens non eſſet bonum, nec viciſſim conuerterentur: aut illum conceptum non eſſe deo priorem, aut poſteriorem, ſed ab vtroq; præſcindere: nam, ſi ens habeat conceptum ab alijs om- 3.
nibus ſecluſum; in ſua vtiq; communitate, deo prius reputabitur: ſiquidem deus eſt ens; non tamen omne ens. ſed hæc omnia ſunt falſa, & à vera philoſophia alieniſſima. Soluuntur argumenta. *Cùm ergo hæc ita ſe habeant, facilè erit præpoſitis reſpondere argumentis. Et ad primum* 1.
quidem ſic dici poteſt. Subſtantiam, & accidens in ente conuenire; quatenus ſcilicet iſte terminus ens, de quolibet illorum communiter prædicatur: proprijs verò conceptibus differre; quatenus proprius terminus de proprio ſibi ſubiecto, & non communiter prædicatur. Ad 2. ſubſtantia, & accidens habent vnum modum eſſendi analogum commu- 2.
nem, communitate vtique proportionis, quatenus accidens à ſubſtantia, etſi non formaliter; tamen effectiuè dependet: hoc enim modo ſubſtantiæ prædicamentorũ ſunt impermixtæ, aliter actio non eſſet cauſa paſſionis. Hæc igitur communitas proportionis, vni conuenit propriè, alteri ſecundariò. Non ineſt autem illis communitas abſtractionis, quaſi ille modus à ſubſtantia abſtractus, atque accidente in communi, ſit enti quidditatiuus, & proprius Ad confirmationem, ens inibi pro vno accipitur conceptu diuiuncto: ſignificat enim ſubſtantiam, vel accidens: ſenſus ergo eſt, rationale eſt ens, id eſt, ſubſtantia, vel accidens Non opus eſt ergo vnum conceptum præciſum ponere, ſed vnum potiùs diuiunctum, quod profectò ſubſtantiæ, atque accidenti congruit, ſecundùm proportionem, quam habent adinuicem. Ad 3. Quoniam ens ſignificat decem conceptus, vel con- 3.
ceptum diuiunctum; ſubſtantia autem, vnum conceptum tantùm, & abſtractiuè; hac de cauſa eſt primum intellectus obiectum. Ad confirmationem, ſi ens in tota ſua communitate accipiatur; tunc quidem veriſſimè dicimus: Plato eſt ens, & non: Plato eſt ſubſtantia. At ſi quatenus in 10. prædicamenta eſt diuiſum, hoc certè modò, non eſt prius, prioritate naturæ: Plato eſt ens, quàm Plato eſt ſubſtantia. Ad aliam confirmationem, vt paſſio de proprio demonſtretur ſubiecto, non eſt neceſſaria rationis ſignificatæ diuerſitas, ſed diuerſus modus concipiendi; concipimus enim entis conceptum, non modò ſubſtantiam, verumetiam, ex conſequenti, accidens ſignificantem, non ſic autem, ſubſtantiæ conceptum; quippè, qui vnum tantùm abſolutè ſignificat. Ad 4. Ens prædi- 4.
catur ſecundùm conceptum communem, per modum concipiendi diuiunctum, non autem per communitatem rei conceptæ. Ad confirmationem, ille conceptus eſt idem vtriq;, ſi ſecundùm proportionis identitatem intelligantur: vnde illa regula huic propoſito non congruit, ſed illis tantùm, quæ ſunt ſimpliciter eadem, eidem tertio. Ad aliam confirmationem, conceptus entis diuiunctus eſt ſimpliciter ſimplex, diſtinctus verò eſt ſimplex: illius enim conceptus per terminum communiſſimum, iſtius verò per terminum minùs

communem

communem ſignificatur. Ad 5. Quamuis ens quôad ſecundùm ipſius ſignificatum, ſine
ſubſtantia, ſaluari, ſeu conſiſtere poßit; non tamen quôad principale illius ſignificatum:
nam ens, quod immediatè in 10. diuiditur prædicamenta, habitudinem habet ad ſub-
ſtantiam; diffinitio enim non poteſt ſeparari à ſuo diffinito: propterea diffinitionem, ſi-
ne diffinito concipere non valemus, nec accidens ſine ſubiecto: etenim illius eſſe, eſt in
eſſe. Quare, ens ſiue accidens licet quôad eſſe actuale, ſine ſubſtantia ſaluari poßit; ſine
verò aptitudine ad illam, minimè. Ad confirmationem dico, pro contradictione deſen-
denda, ſufficere modum concipiendi, nec requiri diſtinctionem ſecundùm rei rationem.
Quanquam igitur ens, & ſubſtantia, ſecundùm principale entis ſignificatum, vnum, ac
eundem enuntient conceptum; diuerſo tamen modo ſignificandi, ac concipiendi, illum
ſignificant: ex quo patet non ſequi, quod in argumento aſſumitur. Ad aliam confirma-
tionem dico, ens, quod diuiditur in deum, & creaturas, reſpectu entis, quod diuiditur
6, *in 10. prædicamenta, dicere conceptum priorem, prioritate naturæ, ac perfectionis. Ad*
6. licet ens, ſecundùm vocem, communius ſit quàm ipſa ſubſtantia; non ſic tamen ſe ha-
bet ſecundùm proprium, primarium, ac quidditatiuum conceptum, cùm illius proprius
conceptus, ſit conceptus ſubſtantiæ. Nec multùm refert, quòd plura ſignificet quàm ſub-
ſtantia, quum id illi contingat ſecundùm diuerſum modum concipiendi, ſignificandíq́.
Illud ergo eſt dicendum prius ſecundùm naturam, à quo non conuertitur conſequentia
ſubſiſtendi, quando tum conceptu, tum etiam voce prius reputatur; non autẽ quando ſo-
la tantùm voce præcedit. Ad confirmationem, omnis conceptus creaturarum in dei con-
Obiectiones aliæ. *ceptum reſoluitur, quatenus nomine entis ſignificatur; cùm habitudine tamen ad crea-*
turas, quia nimirum creaturæ ab ipſo deo dependent. Sed adhuc aliquis inſtabit: Quod
1. *habet vnum modum eſſendi in ſubſtantia, & accidente, eſt vnius conceptus in vtroq́;*
vna enim ratio conceptus, ab vno ſumitur modo eſſendi. ſed ens habet vnum modum eſ-
ſendi in illis, nempè formaliter: ſubſtantia certè eſt ens formaliter, ſimiliter & accidens,
vt quantitas: nam etſi ſubiectiuè ſit per ſubſtantiam; eſt tamen ſeipſo formaliter: non
enim ſubſtantia eſt formale principium, quo accidens eſt tale: ens igitur formaliter in-
2. *eſt vtriq́. Adde, quòd ens eſt obiectum potentiæ, quod naturaliter præcedit illam, in-*
ſuper ſubſtantia & accidens, maiorem habent conuenientiam, quàm ens, & nihil: & in-
tellectus vera intellectione intelligit ens eſſe commune ſubſtantiæ, & accidenti: igitur
Solutio. *communem habet conceptum. deniq́ vniuerſalitas entis, figmento eſſet ſimilis, ſi nihil*
1. *in re conuenientiæ haberet. Dico ad primam, minorem eſſe falſam, vtpote quia eſſe for-*
maliter in ſubſtantia, aliud eſt ab eo, quod dicitur eſſe in accidente; ideoq́ ab illis ab-
ſtrahi non poſſe modum aliquem communem. Accidens præterea eſt ens formaliter,
2. *propter ſubſtantiam. Ad alia dico, ens eſſe obiectum potentiæ: verùm abſq́ intellectus*
operatione, non eſſe vnum. vnde ante actum intellectus, obiectum eſt multiplex; poſt
illum verò, commune, & vnum redditur. Similiter poſt actum intellectum, vniuerſale
fit actu commune, antè verò erat in ſingularibus non vnum. ſimili quoque modo ſubſtan-
tia & accidens ſe habent: nec eſt figmento ſimilis, cùm illi res correſpondeant, quæ apti-
tudinem habent, vt ſub illa vnitate comprehendantur, atque concipiantur. Ens ergo non
Quod prædicetur vniuocè. *habet vnum conceptum vniuocum, & ex conſequenti non prædicatur vniuocè, quod eti-*
am præter alia, quæ dicta ſunt, ſic quoque conſtare poteſt. Etenim, ſi de omnibus prædi-
catur vniuocè: igitur formaliter de modis, quibus diuiditur, nempè finito, & infinito
1. *prædicaretur, quod eſt falſum; ſemper enim contrahens, non includit ipſum contrahi-*
2. *bile; imò eſt extra rationem contrahentis. Amplius, quæcunq́ ſunt in aliquo vniuoca,*
aliquam inter ſe vniuocationis ſimilitudinem habent. ſed inter infinitum, & finitum hu-
iuſmodi vniuocationis ſimilitudo inueniri non poteſt, ſimiliter inter primam cauſam, &
cauſatum. Adde, quòd ſi vniuocè de deo, & de creaturis prædicatur, ſicut deum eſſe,
eſt neceſſarium; ita etiam, & creaturas, alioqui non eſſet vniuoca prædicatio. ſed hoc eſt
falſum:

falſum : ergo &c. Adde, quòd tunc in deo eſſet aliqua compoſitio, nempè ex entitate communi, & particulari ; in omni enim re eſſet entitas communis, & hoc ens, de quo prædicatur. Sed ad hæc patet reſponſio ex ſupradictis : res namq; ad vtrumlibet agitatur. Quòd ſi quiſpiam deſideret audire, quid ipſe de hac graui altercatione ſentiam, hæc pauca percipiat. Entis conceptus biſariam accipi poteſt : vno quidem modo, vt eſt quædam res, & ita eſt vnus numero : alio verò modo, vt ad res conceptibiles refertur : & ſic earum rerum, quæ mente concipiuntur, eſt repræſentatiuus, atque earundem ratio, & vnus conceptus, vnitate proportionis, quatenus ſcilicet accidens, proportionem habet ad ſubſtantiam. Suffragatur nobis philoſophi ſententia 4. met : & primo ethic, ita de hac re diſſerentis : Ens, inquit, multa ſignificat, non quidem ſecundùm vnam rem, ſed ſecundùm vnam rationem ſimplicem, ipſis communem. ſed multa ſignificat ad vnum, ſcilicet ſecundùm attributionem ad vnum ; quæ nihilominus omnia, vna impoſitione, & ex conſequenti, vnico conceptu ſignificat : hoc quidem dixerim. quòd ſi tibi non arriſerit, accipe quod alij dicunt, nempè ens ſignificare conceptum diſiunctum, qui eſt vnus, vnitate proportionis, ſeu analogiæ ; ens enim ſecundùm hunc modum, aut ſubſtantiam, aut accidens ſignificat. vel vt alij ſentiunt, ſcilicet ens ſignificare immediatè 10. conceptus, atque ex his fieri conceptum vnum, vnitate vtiq; proportionis, ſeu analogiæ : verùm quilibet abundet in ſenſu ſuo, in his maximè, quæ ſine fidei detrimento intelligi diuerſimodè poſſunt.

Ens quid ſit.

Propria opinio.

CAP. VII.

Ens non dici Analogicè.

EXcuſſis, libratisq; his, quæ ad vniuoci, atque æquiuoci rationem ſpectare videbantur ; reliquum nobis eſt, aliam quoque diſputantium partem, aliquibus argumentorum ictibus adoriri, atque inprimis aſſerere, ens de ſuis inferioribus analogicè non dici, nec ſecundùm conceptum diſiunctum, aut idemptice de ſubſtantia, & accidente, ſic arguendo : Quod prædicatur analogicè, ſecundùm idem nomen, eandemq; rationem diuerſimodè participatam, prædicatur ; hæc enim eſt proprietas tertiæ ſpeciei analogiæ, vt dixi. ſed hoc nomen ens, non ſolùm vnam, ſed plures ſignificat rationes, vtpote deum, & creaturam, ſubſtantiam, & accidens : quorum rationes, ſeu diffinitiones ſunt diuerſæ : igitur analogicè de ſuis inferioribus non dicitur. Sanè, omnis prædicatio apud philoſophum eſt vniuoca, aut æquiuoca, aut denominatiua. ſed ens non prædicatur æquiuocè, neque vniuocè, vt dictum eſt ſupra : denominatiuè ergo, & non analogicè. Amplius, quod de aliquibus analogicè prædicatur, in quidditatiuo illorum conceptu comprehenditur, atque intelligitur ; vt omnium propemodum eſt ſententia. ſed ens in quidditatiuo ſubſtantiæ conceptu non includitur ; alioqui ipſam intelligere non poſſemus, niſi ipſam exiſtere intelligeremus ; ens enim idem eſt, quod exiſtens. ſed hoc eſt falſum : ergo &c. Contra illud, quod dicitur de conceptu diſiuncto, ſic arguo : Eſſe, teſte Dionyſio, perfectius eſt quàm viuere ; quia nimirum ſimplicius : igitur ens habet conceptum ſimpliciſſimum. at conceptus diſiunctus, non eſt conceptus ſimpliciſſimus : ens ergo non ſignificat conceptum diſiunctum. Renera, omnis conceptus diſiunctus, duos in ſe conceptus ſimplices virtualiter comprehendens, in priorem vtiq; reſolubilis eſt conceptum. ſi ergo ens, conceptum habet diſiunctum : ergo aliquis erit conceptus prior conceptu entis, atque ita ante ens, erit ens, quod eſt abſurdum. Sanè, ſimplici operationi, ſimplex conuenit obiectum. ſed operatio intellectus eſt ſimpliciſſima : eius ergo obiectum, ſcilicet ens, erit ſimpliciſſimum, quod planè fieri non poſſet, ſi illius conceptus eſſet diſiunctus. Præterea, quod diſiunctum ſignificat conceptum, non prius vnum, quàm aliud ſignificat : igitur, enti, diſiunctus non conuenit conceptus ; prius

Ens non dici analogicè.

2.

Quòd non detur conceptus diſiunctus.

3.

Quod nõ prædicetur identicè.

enim ſubſtantiam, quàm accidens ſignificat. Adde, vnumquodq; nomen, vnius gratia rei
ſignificandæ impoſitum eſſe, quippe, quod vnum determinatè non ſignificat, nihil planè
ſignificat: quod certè facere nequit, quòd diſiunctim plura ſignificat: ergo quod prius.
5. Neque etiam prædicatur idempticè: nam ſi analogicè prædicatur; non ergo idempticè;
quod enim idempticè prædicatur, conuertibiliter vtiq; prædicatur: vt homo eſt homo.
ſed ita ens de ſubſtantia, aut accidente non prædicatur: ergo &c. Sanè, quod ponit in
numerum contra ſubſtantiam, idempticè prædicare non valet. ſed ita ſe habet ens ad
ſubſtantiam; addit enim in ſua ſignificatione accidens, quod in ſubſtantia non includi-
tur: non ergo idempticè prædicatur. Profectò, ſi non ponêret in numerum; tunc planè
iſta eſſet vera: ſubſtantia eſt: ergo ens, quod eſt falſum: roſa namq; in hyeme eſt ſub-
ſtantia; non tamen eſt ens, cùm non exiſtat in rerum natura, niſi in anima tantùm. Ex
his ergo patet ens analogicè non dici, neque diſiunctum habere conceptum, deniq; neque

Soluuntur argumenta.

1. idempticè de ſubſtantia, & accidente prædicare. Verùm hæc ita ſolui poſſunt, & pri-
mum quidem ſic: Deus & creatura, ſubſtantia & accidens, ſecundùm dependentiam
vnius ad alterum, vnum habent conceptum; vnitate vtiq; proportionis, ſeu analogiæ, &
hoc ſufficit, vt ens de illis analogicè, ſeu proportionabiliter prædicetur. Ad confirmatio-
nem, ſub prædicatione æquiuoca, analoga continetur; analogum enim eſt æquiuocum à
conſilio: Itaq; ens, non merè æquiuocè, ſed analogicè de ſuis inferioribus prædicatur.
2. Ad 2. ſi ens ita intelligatur, vt idem ſit, quod exiſtens, in formali planè ſubſtantiæ con-
ceptu non includitur: nec etiam hoc modo in 10. prædicamenta diuiditur. at ſi intelli-
gatur ab actu eſſendi, & vt alij dicunt, nominaliter; ſic vtiq; includitur in conceptu ſub-
3. ſtantiæ, vnde nec ſubſtantiam, ſine ente intelligere poſſumus. Ad 3. Quamuis ens ſecun-
dùm primarium ipſius ſignificatum ſit ſimpliciſſimum; quatenus verò in 10. diuiditur
prædicamenta eſt confuſiſſimum, cùm de diuerſis prædicetur generibus. Ad confirma-
tionem dico, ſufficere ſi in principaliorem reſoluatur conceptum, qui minùs principali
conceptu eſt prior. Ad aliam confirmationem, operatio intellectus eſt ſimplex ſecun-
dùm eſſentiam; multiplex tamen ſecùndùm virtutem: ſimiliter ens ſe habet, vt dixi.
4. Ad 4. Antecedens eſſet verum, quando ens ſine aliquo ordine ſignificaret: ſed poſtea-
quàm ſubſtantiam principalius ſignificat, deinde accidens, nullum ſequitur inconueni-
ens. Ad confirmationem, verum eſt de nomine vniuoco, quod principaliter imponitur
ad vnum determinatè ſignificandum, ſecus autem eſt de ente, quod ſubſtantiam princi-
5. paliter, deinde accidens ſignificat. Ad 5. illud conſequens eſſet verum, quando illa duo
ordinem haberent ad vnum tertium, modò autem res non ſe ita habet, propterea non
ſequitur, quod infertur. Ad primam confirmationem, ens, quôad principale ſuum ſigni-
ficatum, nihil addit ad ſubſtantiam; bene tamen quôad modum concipiendi, atque intel-
ligendi. Ad vltimam confirmationem dico, roſam non eſſe ens participaliter, ſed nomi-
naliter: hoc eſt, non quôad ſubſiſtentiam, ſed quôad modum concipiendi.

QVAESTIONIS OCTAVAE. CAP. I.

Ens in quantum ens, eſt ſubiectum adæquatum in prima philoſophia.

QVomodo ens de ſuis dicatur inferioribus, hactenus diſputando, quæſiuimus: alia ſunt nobis poſthàc inquirenda, quæ noſtro propoſito conducere iudicauimus, ſine quorum cognitione, quonam modo ens diuidatur in actum, & potentiam, rectè ſciri non poteſt. Propoſuimus autem nobis excutiendam, examinandamq; famoſam illam quæſtionem, à nobiliſſimis, præclariſſimiſq; ingenijs agitatam, ventilatam, atque excuſſam, nempè ens, in quantum ens, primæ philoſophiæ

eſſe

Ens eſt ſubiectum met:

eſſe adæquatum ſubiectum; ex cuius profectò notitia non parum luminis acceſſurum
putamus, ad ea, quæ deinceps à nobis erunt enuncianda, atque enucleanda. Titulus er-
go quæſtionis eſt talis: Ens reale per ſe, in quantum eſt tale, eſt ſubiectum in prima phi-
loſophia: ens, inquam reale, vt ſecernatur ab ente, quod & reali, & rationis enti eſt
commune; illud enim, cùm nullam rei dicat vnitatem, niſi vocis tantùm, realis ſcientiæ Ens reale cõ-
ſubiectum eſſe non poteſt. Ens igitur reale per ſe, quoniam authore philoſopho lib. 6. mune finito,
met: com: 8. accidens non eſt ens per ſe, ſed eſt ens diminutum, atque imperfectum, & infinito
commune enti finito, & infinito, (primus ſanè philoſophus non ſolùm circa ens finitum, ſubiectum
verùm etiam circa infinitum verſatur) eſt ſubiectum adæquatum metaphyſicæ: nullum meta.
certè participans rationem entis, metaphyſici ſpeculationem ſubterfugere poteſt: nec
viciſsim metaphyſicus, aliquid, niſi ratione, qua eſt ens, ſpeculatur, atque conſiderat.
Porrò, quod dicitur à philoſopho 4. met: com: 5. methaphyſicum ſcilicet, & logicum
loqui de omnibus, atq; ita in ente conuenire, quod etiam à commentatore confirmari vi- Metaphyſicus
detur, ſic dicente: metaphyſicum & logicum in ratione ſubiecti eſſe vnanimes: de ſub- & logicus in
iecto materialiter, non formaliter ſumpto, intelligi debet. etenim metaphyſicus, veram quo conueni-
entitatem cuiuslibet entis, vt entitas eſt, perſcrutatur: logicus verò ſatagit, quomodo unt.
cuilibet enti, aliquam ex ſecundis intentionibus attribuat. Item, logicus de omnibus con-
ſiderat ab aliquibus communibus procedendo: metaphyſicus verò ex proprijs; propte-
rea ille opinionem, iſte autem ſcientiam generat. Itaq;, in ſubiecto adæquato, ſecundum
rationem formalem, metaphyſicus, & logicus non ſunt concordes, ſed abinuicem diſ-
ſentiunt. Cæterùm, ens, hoc modo acceptum, eſſe adæquatum primæ philoſophiæ ſubie- Rationes.
ctum, ſic patefieri poteſt: Illud eſt primæ philoſophiæ ſubiectum adæquatum, cuius
paſsiones, quæ ipſi primò, & per ſe conueniunt, in huiuſmodi ſcientia conſiderantur; 1.
hoc enim decet habere cuiuslibet ſcientiæ ſubiectum. ſed propriæ entis realis paſsiones,
vtpote tranſcendentia, actus, & potentia, finitum & infinitum, ſub metaphyſica ſpecu-
latione continentur: vt ſcribitur 4. 9. & 10. metaphyſices: ergo &c. Sed dubitabit ali-
quis ac dicet: Philoſophus 5. met: cap: de ente, quod in 4. dixit eſſe ſubiectum met: in 10. Obiectio.
prædicamenta diuiſit. Metaphyſicus ergo, entis paſsiones cõſiderat, quatenus in 10. præ-
dicamenta diuiditur, ſimiliter & ipſum eſt. Dico, philoſophum in 4. lib. tex. 1. di- Solutio.
xiſſe, quandam eſſe ſcientiam, ens in quantum ens, ſpeculantem: ac quæ illi inſunt ſecun-
dum ſe, exemplis in tex. 3. propalaſſe, nempè vnum, ac alia tranſcendentia, quæ planè
non conſequuntur ens predicamentale, ſed reale potius falſum eſt ergo, firmiter aſſerere,
philoſophum in lib. 5. cap. de ente, diuiſiſſe ens tantum in decem prædicamenta: cùm
ibi palàm diuiſerit per potentiam, & actum; ac vtramq; in diuerſis libris diuiſionem
proſequatur: alteram quidem, quæ eſt in 10. prædicamenta in lib. 7. & 8. Alteram Duæ entis di-
verò, in nono eiuſdem philoſophiæ libro. Sanè, diuiſio entis in 10. prædicamenta, non eſt uiſiones.
prima entis diuiſio, ſed alia eſt prior, qua ens diuiditur in ens finitum, & infinitum, de-
inde ens finitum in 10. prædicamenta: omne autem ens prædicamentale, eſt finitum, de-
us autem infinitus, ideo eſt extra omne genus, ex quo patet arguentem nihil conclu-
dere. Sequitur ſecunda ratio. Ens in quantum ens, paſsiones habet de ipſo demonſtrabi- 2.
les: alicuius ergo ſcientiæ erit ſubiectum, non quidem phyſicæ, nec etiam metaphyſicæ:
quoniam ſcientiæ particulares 4. met: tex. 1. partem entis conſiderant. Quare, ſi hac in
philoſophia non eſt ſubiectum, alicuius tandem erit, quæ eſſet hac vniuerſalior, quod eſt
falſum, tunc etiam hæc prima philoſophia dici non poſſet: ergo quod prius. Item, huic 3.
ſententiæ fauet authoritas philoſophi 6. met: com: 3. ſic arguentis, ſi non eſt altera
ſubſtantia præterquàm natura conſiſtens; tunc planè phyſica eſſet prima ſcientia: eſſet
enim de omnibus entibus, ſicut nunc eſt de omnibus entibus naturalibus: omnia namq;
entia tunc eſſent naturalia, ac vnum haberent ſubiectum commune. Igitur ſubiectum
primæ philoſophiæ eſt aliquod communiſſimum, hoc eſt, ens: alioqui falſa eſſet philo-

Ens eſt ſubiectū metaphy: ſophi conſequentia. Adhuc. Ad primam philoſophiam ſpectat, primas cauſas ſpeculari,
prologo met: igitur primarum cauſarum effectus conſiderat; eiuſdem enim ſcientiæ eſt
4. conſiderare cauſam, & effectum ſed primæ cauſæ ex ſeipſis, & ſecundùm ſeipſas, ſunt
cauſæ entium, in quantum entia: ens igitur in quantum ens eſt, vt primum, ac adæqua-
5. tum iſtius ſcientiæ ſubiectum conſideratur. Ampliùs, maxima ſcientia circa maxima
ſcibilia verſatur. ſed maxima ſcientia eſt metaphyſica, maximum verò ſcibile, eſt ens
in quantum ens, vt poſtea dicemus: ergo &c. maxima namq; ſcibilia, vel ea dicenda
ſunt, quæ priùs cæteris ſciuntur, ac ſine quibus, alia ſciri non poſſunt, vtpote ens in quan-
tum ens, & quidquid ens hoc modo conſequitur. vel illa plane, quæ certiſſima ſunt, cu-
iuſmodi ſunt principia, & cauſæ; quæ profectò eò ſunt certiores, quò fuerint priores:
atque ex illis dependet omnis poſteriorum certitudo. Itaq; vtroq; modo, non quidem ſeor-
ſum, ob vnitatem ſcientiæ conſeruandam, ſed coniunctim, ſeu ſub aliqua ratione commu-
ni, metaphyſica, ſiue maxima ſcientia illa contemplatur. Ex his ergo, atque ſimilibus
6. patet, quomodo ens reale, quatenus eſt tale, ac finito, & infinito enti commune, ſit pri-
mum, atque adæquatum primæ veræq; theologiæ, ſeu ſapientiæ, maximæq; ſcientiæ ſub-
iectum. Hæc, quæ dicta ſunt, rei veritati, atque rationi conformia eſſe puto. Verùm, ne
aliorum rationes nihil feciſſe videamur; in medium nonnullos adducere placuit, qui ali-
Alpharabius. ter ſentire videntur. Apud Alpharabium in codicillo de diuiſione ſcientiarum, Deus eſt
Quòd deus ſit ſubiectum met: primæ philoſophiæ ſubiectum: idem namq; eſt abſtractiuæ, & intuitiuæ ſapientiæ ſubie-
ctum. ſed illius intuitiuæ eſt deus: ergo & abſtractiuæ. Sanè, illud eſt in ſcientia ſubie-
ctum, ad quod omnia attribuuntur, quæ in illa conſiderantur, quodq; principaliter con-
1. ſideratur in illa ſcientia. ſed in prima philoſophia, deus obtinet huiuſmodi dignitatem:
ipſe ergo eſt illius ſubiectum. Adde, quòd philoſophus 6. met: dixerit, primam philo-
2. ſophiam eſſe de ſeparabilibus, & immobilibus. ſed deus eſt ſummè immobilis, ſummèq;
Auicenna cōtra Alpharabium. ab omnibus ſecretus, & ſemotus: ergo quòd prius. Hæc Alpharabij doctrina, Auicen-
næ minimè placuit, ideò multis aduerſus illam argumentis pugnare non deſtitit. Nulla,
inquit, ſcientia probat ſuum ſubiectum. at deum eſſe, probatur in hac ſapientia:
Auer: de ſubiecto met: Deus ergo non eſt huius ſcientiæ ſubiectum. Auerroes 1. phyſ: com: vltimo arguit
contra Auicennam, qui poſuit ens in quantum ens, metaphyſicæ eſſe ſubiectum: Qui, in-
quit, dicit, quòd prima philoſophia nititur probare entia ſeparabilia eſſe, peccat; ge-
nus enim entium ſeparatorum eſſe, non demonſtratur niſi in ſcientia naturali; hæc enim
entia ſunt ſubiectum primæ philoſophiæ, & impoſſibile eſt aliquam ſcientiam demon-
ſtrare ſuum ſubiectum eſſe. ſed concedit ipſum eſſe, aut quia eſt manifeſtum per ſe, aut
Aliæ rationes. quia eſt probatum in alia ſcientia: vnde peccauit Auicenna, qui dicit primum philoſo-
phum demonſtrare primum principium eſſe. Accedunt ad commentatoris ſententiam
1. tuendam, atque defendendam, & aliæ non parui faciendæ rationes. Reuera, ſi omnis
propemodum metaphyſicus labor, ad librum 12. tendit, qui de ſeparatis loquitur ſubſtan-
tijs; non temerè quis dixerit, huiuſmodi ſubſtantias eſſe primæ philoſophiæ ſubiectum:
2. hæc ſanè præcipua eſt inter alias ſubiecti conditio. Adde, quòd hæc ſcientia cùm ſit ma-
ximè diuina, illius maximè intereſt, diuiniſſima ſpeculari, cuiuſmodi eſt deus benedi-
3. ctus. Item, lib. 6. met: com: 2. Prima, inquit, philoſophia eſt citra ſeparabilia, & im-
Contrariæ rationes. mobilia: Deus ergo eſt ſubiectum primæ philoſophiæ. Verùm his aduerſantur nonnullæ
rationes: inprimis, quia illa quæ demonſtrantur in hac ſcientia, ſiue de ſubiecto iſtius
1. ſcientiæ, ſunt actus & potentia, idem & diuerſum, cauſa & cauſatum, & quæ ſunt gene-
2. ris eiuſdem, quæ deo optimo maximo non competunt. Amplius, principium ſubie-
cti, atque ſcientiæ, non eſt eiuſdem ſcientiæ ſubiectum. ſed deus eſt principium ſcientiæ
metaphyſicæ, vt habetur 12. met: com: 1. 5. & 6. ergo quod prius. Sanè, quæ in ſcientia
hac pertractantur, ſub deitatis ratione non conſiderantur, ſed potius ſub entis ratione. at
omnia, quæ in aliqua ſcientia conſideranda ſunt, ſub ratione ſubiecti eiuſdem metiuntur:

Ens eſt ſubiectū met.

Deus ergo non eſt ſubiectum in prima ſapientia, ſeu philoſophia. Sed dubitabit aliquis, & quidem non temerè, ſi ſubſtantia ſeparata eſt principium ſubiecti met: principium autem ſcientiæ, ſiue ſubiecti in eadem ſcientia demonſtrari poteſt, demonſtratione ſigni, authore Auerroe 2. phyſ. 26. Declarat, inquit, per ſignum, & per demonſtrationem ſimpliciter. & 22. primus autem motor impoſsibile eſt, vt declaretur, niſi per ſignum naturale: quare ergo 1. phyſ. comment. vltimo, dixit non poſſe demonſtrari?

Quomodo ſubſtantia abſtracta ſit ſubiectum met.

Obiectio.

ſimiliter 8. phyſ. comm. 3. Diuinus, inquit, accipit prima principia mouentia à naturali, & nullam habet viam ad demonſtrandum eſſe primum motorem, niſi accipiat ipſum pro conſtanti à naturali. Et quod exiſtimauit Auicenna, quòd diuinus debet monſtrare principium eſſe, eſt falſum: & via eius, quam finxit, & vſus eſt in libro ſuo. Similiter Algazel ſequens ipſum, eſt tenuis, & non eſt demonſtratiua. Eodem modo 12. met. comm. 5.

Solutio.

Diceret fortaſsis aliquis, hoc ita contingere, quia ſubſtantia ſeparata nō modò eſt principiū, verùm etiam pars ſubiectiua, quam idē Commentator fatetur, demonſtrari non poſſe. Atqui, tunc idem eſſet ſuiipſius principium; quia nimirum principium, & pars. ſed hoc eſt abſurdiſsimum, ſicut haberi poteſt ex 2. de anima, comment. 27. Quamobrem, intelligendum eſt quid ab eo dicatur primo commen. 12. met. vbi metaphyſicam ſapientiam, in duas partes diuidere videtur: quarum altera, ſubſtantiam abſtractam ſpeculatur, quæ eſt pars entis, ſecundùm primam ſui diuiſionem: altera verò, ſubſtantias conſiderat, materiæ coniunctas; cuius, profectò ſubſtantiæ ſeparatæ ſunt principia, ſecundùm quidem finalis, formalis, ac efficientis cauſam.

Quomodo eſt ſubiectum.

Itaque, cùm ſcientia diuina, ſubſtantias ſpeculatur abſtractas; ipſæmet ſubſtantiæ, vicem ſubiecti ſubire queunt, quod dicit demonſtrari non poſſe à diuino, cùm hoc accipiat à naturali, qui via motus ad illarū cognitionem peruenit: ſicut palàm docet Auer. 12. met: comm. 5. & 2. phyſ. comm. 26. Conſideratio, inquit, iſtarum formarum eſt in ſcientia naturali, non in prima philoſophia, ſicut putauit Auicenna. Et ſcientia naturalis conſiderat de eſſe formarum quouſq; perueniat ad vltimam formarum materialium, & primarum abſtractarum, nempe ad animam intellectiuam, quæ eſt media inter diuinas, & brutales. Cùm verò conſiderat ſubſtantias materiæ coniunctas, quarum ſubſtantiæ abſtractæ ſunt principia, vel vniuoca, vel analoga; tunc oſtendi poſſunt demonſtratione ſigni. Hæc ſi ita intelligantur, facilè erit cognoſcere, quomodo ſubſtantia ſeparata ſit ſubiectum met.

Reſponſio ad Alpharabium

Ad Alpharabii, aliorumq; rationes dico, idem eſſe primum vtriuſq; metaphyſicæ ſubiectum, primitate vtiq; perfectionis, nempè Deum benedictum, de quo quidem præſens inquiſitio non dubitat. Cætera, ex iam dictis, ſunt manifeſta. Præterea, ſi quis vellet omninò contendere, ac firmiter aſſerere, quòd Auerroes ſenſerit ſubſtantias abſtractas eſſe omnibus modis primæ philoſophiæ ſubiectum; is planè affirmabit, Auerroem à ſeipſo diſcrepare.

Quid Auerro. ſenſerit de ſubiecto met.

Etenim 12. met, comment. 1. affirmat metaphyſicam eſſe de ente, in quantum eſt ens, & de his, quæ ens conſequuntur: Dixit Alexander, inquit, quòd ſua intentio in hac arte fuit loqui de ente in eo quod eſt ens. Eodem modo 4. met. comment. 1. & 3. met. Quando ergo diſputans contra Auicennam, 1. phyſ. commen. vltimo, dicit quodammodo contrarium; rectè profectò eſt intelligendus, quippè, cùm ipſe non ſenſerit entia ſeparata hac in ſcientia ſubiectum eſſe adæquatum: tum quia in eodem commento præmiſerat hanc ſcientiam eſſe de ente ſimpliciter:

Scientia concedit ſuū ſubiectum.

Conſideratio, inquit, de formis eſt duarum ſcientiarū; quarum vna ſcilicet naturalis conſiderat de formis materialibus; ſecunda autem de formis ſimplicibus abſtractis à materia: & eſt illa ſcientia, quæ conſiderat de ente ſimpliciter. hoc autem genus entium ſeparatum, in hac tantùm ſcientia declaratur. impoſsibile eſt autem aliquam ſcientiam declarare ſuum ſubiectum eſſe; ſed concedit ipſum eſſe, aut quia manifeſtum per ſe, aut quia demonſtratum in alia ſcientia. Hoc idem habetur 2. de anima, comm. 27. & 29. & 6. comm. primo & 3. cœli, comm. 4. Et aliis locis ſuprà adductis. Tum etiam quia locutus eſt in plurali, at vnius ſcientiæ, vnū tantùm de-

Ens eſt ſubiectũ met.

bet eſſe ſubiectũ. Quando ergo Commentator aſſerit, ſubſtantias ſeparatas eſſe ſubiectũ metaphyſi: hoc certè voluit inferre, quòd ſcilicet principaliores, perfectioresque eſſent adæquati ſubiecti partes, ſicut paulò antè dictum eſt. Senſus ergo Commentatoris aduerſus Auicennam, talis eſt: Quemadmodum nulla ſcientia probat ſuum ſubiectum adæquatum; ita etiam nec ſuas partes principales. Aliæ rationes, hoc tantùm coucludunt, eus ſeparatum eſſe primum primitate perfectionis: ens igitur, in quantum ens eſt ſubiectum adæquatum primæ philoſophiæ. Sed reliquum eſt, contraria addere argumenta.

CAP. II.

Ens prædicamentale, id eſt diuiſum in x. prædicamenta, eſſe ſubiectum met.

Quòd Commentator nõ ſenſerit ens prædicamentale eſſe ſubiectum met,

QVIdam arbitrati ſunt ad mentem Commentatoris ſe loqui, ſi ens prædicamentale dixeriut, ſubiectum eſſe primæ philoſophiæ; ſed ii profectò lougè videutur à vera Commentatoris mente recedere: uam ſi metaphyſici intereſt, entia abſtracta ſpeculari, ſicut iam dixi, ex mente Commentatoris: abſtracta autem apud Commentatorem, nou ſunt in prædicamento ſubſtantiæ, ſed corruptibilia tantùm: igitur in metaphyſici conſiderationem uon caderent, quod expreſſè pugnat contra Commentatoris ſenteutiam: nunquam ergo Commeutator ſenſit, ens prædicamentale eſſe ſubiectum met. Qui ergo arbitrantur ens
1. *diuiſum in 10. prædicamenta eſſe ſubiectum met: ita arguunt: Illud eſt ſubiectum iu met: cuius priucipia, & cauſas quærimus 4. met. ſed in ea, quæ dicitur prima philoſophia, ſolius entis prædicamentalis principia, & cauſas quærimus: ens namque quatenus ens, nou habet principia, & cauſas; alioqui omne ens eſſet huiusmodi, atque ita ad pri-*
2. *mum ens uou eſſet deueniendum, quod eſt planè falſum: ergo. &c. Sanè ſi ens, quod eſt commuue Deo, & creaturis, eſt primæ philoſophiæ ſubiectum; pari quoque ratione, ens quod eſt commuue enti reali, & enti rationis, cùm illa planè membra ſub entis ſpecie contineantur, eſſet primæ philoſophiæ ſubiectum, quod eſt falſum: rationali enim, & reali ſcientiæ, commuue aliquod ſubiectum eſſe uou poteſt: vude Ariſt. 6. met. à primæ*
3. *philoſophiæ contemplatioue, ens rationis ſecluſit. Adde, quòd omues conditioues ſubiecti adæquati, enti prædicamentali attribui poſſunt: igitur ſubiectũ erit metaphyſicæ adæquatum. Item, eus ſimpliciter ſumptũ nou eſt met: ſubiectũ, quod ſic comprobabo: Vnius ſcientiæ realis, vnum eſt ſubiectum reale; per vnum enim habitum, vuo vtimur actu. ſed actus vuus, eſt circa vnum ſubiectum, vtpotè pulſatio vna, circa vnum pulſabile: ſed prima ſcieutia eſt vua, & realis: vnum ergo habebit ſubiectum reale. ens autem uõ eſt vnum, quia multiplex, nec reale, quia nou eſt vniuocum, vt dictum. ſi autem æquiuocum, aut analogum, conceptus potiùs eſt mentis, quàm aliqua vera realitas: ergo. &c. Sanè, quæ ſe totis diſtinguuutur; nihil certè commuue reale habere poteruut: oppoſitum enim prædicati infert oppoſitum ſubiecti. ſed Deus, & creaturæ, ſe totis diſtinguuntur, alioqui Deus uon eſſet ſummè ſimplex, quippè, qui haberet, quomodo cum creatura conueniret, pariterq; diſſentiret: igitur, ens Deo, & creaturæ commune, non eſt aliquod*
4. *vnum reale. Amplius, quod ſcientiam formaliter nou diſtinguit, neq; denominat, illius proprium, ac verum ſubiectum dici non poteſt: hæ planè ſunt primi ſubiecti couditiones. ſed enti ſic intellecto, huiusmodi conditiones deſuut; nam denominare nequit, nec etiam diſtinguere. profectò metaphyſica à philoſopho 6. met. à mathematica, & naturali ſecernitur, vocaturq; theologia, quia ſcilicet circa diuina verſatur: igitur ab ente,*
5. *Deo, & creaturæ communi non diſtinguitur, neq; denominatur. Adhuc, beatitudinem*

in me-

Ens eſt ſubiectũ met.

in metaphyſica contemplatione conſiſtere, decimus docet ethicorum liber. Porrò, ſpeculatio ad ſubiecti nobilitatem refertur, quæ ſua virtute, eorum quæ in ſcientia tractantur, notitiam continet. ſed in ſpeculatione entis ſimpliciter, huiuſmodi ſpeculatio haberi non poteſt: imperfectiſsimum planè cùm ſit, imperfectiſsimam habebit notitiam: non erit ergo beatitudinis cauſa, & ex conſequenti, nec in prima philoſophia ſubiectum. Præterea, ſi ita res ſe habet; tunc certè omnes aliæ ſcientiæ, metaphy ſubalternarentur. 6.
ſed conſequens eſt falſum: ergo & antecedens; tunc enim primæ philoſophiæ ſubiecto, cuiuslibet ſubiectum ſcientiæ ſubderetur, quod ſpectat ad proprietatem ſcientiæ ſubalternæ, vt ex primo poſteriorum colligitur. At, 6 met. contrarium docet philoſophus: in treis namque partes ſpeculatiuam diſtinxit ſcientiam; quod profectò non feciſſet, ſi metaphyſicæ ſubalternare crediſſet, alioqui plures addidiſſet. Accedit ad hoc authoritas philoſophi primo poſt: aſſerentis oportere notum eſſe ſubiectum: ſi eſt, & quid eſt, quod certè enti ſic accepto non conuenit: aut enim eſt æquiuocum, ſecundùm Porphyrium, æquiuocum autem non habet quid: aut communiſsimum, quod genus ſupra ſe non habet, neq; differentiam, neque ex conſequenti diffinitionem, atq; ita non habet quid; diffinitio ſiquidem dicit quid eſſe rei, vt legitur primo Topicorum. Item cuilibet ſubie- 7.
cto, paſsiones inſunt de ipſo demonſtrabiles, vt dicitur primo poſt. ſed enti tales non inſunt; paſsio ſiquidem à ſubiecto eſſentialiter differt, & de eodem denominatiuè prædicatur, & non è conuerſo, quia prædicationes per ſe (vt dicit primus poſteriorum) non conuertuntur. at ens cuilibet rei eſſentialiter ineſt, & de quolibet conuertibiliter prædicatur: igitur paſsionibus caret, & ex conſequenti authoritate ſubiecti. Adde etiam ex eodem libro, cuiuſlibet ſcientiæ ſubiectum propria habere principia, & partes. at, cùm ente nil ſit prius, principium autem, principiatum præcedit; ſubiecti vtique ratio illi non congruit, alioqui quodlibet ens haberet principia, ſi ens in quantum ens haberet principia: ſic enim arguit philoſophus primo priorum cap. de reduplicatione: Si iuſtitia eſſet bonum in eo quod bonum: omne ergo bonum eſſet iuſtitia. ſed conſequens eſt falſum, eſſet profectò in principiis, & principiatis proceſsus in infinitum: ergo &c. Præ- 8.
terea, ſubſtantia eſt primum huius ſcientiæ ſubiectum, teſte philoſopho 4. met. comme. 2. Vbique, inquit, verò propriè primi eſt ſcientia, & ex quo alia pendent, & propter quod dicuntur. quòd ſi hoc eſt ſubſtantia, ipſum philoſophum principia ſubſtantiarum, cauſasq; habere oportet: igitur non eſt ens; vnius enim ſubiecti, vnum eſt, & non plura prima ſubiecta. Sanè, ſi ens in quantum ens, eſt metaphyſicæ ſubiectum: igitur, omne ens; quod enim competit alicui ſecundùm quod ipſum; competit etiam omni. ſed hoc eſt falſum, alioqui ens rationis eſſet ſubiectum met. Denique, præſtantiſsimæ ſcientiæ, præſtantiſsimum conuenit ſubiectum. at, præſtantiſsima eſt metaphyſica, nobiliſsimum verò ens, eſt Deus: Deus ergo, & non ens in quantum eſt primæ philoſophiæ ſubiectum. Adhuc, qualibet ſubiecti parte, ipſum ſubiectum debet eſſe prius, ſaltem ſecundùm 9.
rationem. ſed ens neque ratione, neq; re eſt prius Deo; nam vnum, ſiue idea vnitatis, iuxta Platonis doctrinã præcedit ens: ergo quod prius. Hæc quidem ac ſimilia dici poſſunt aduerſus ea, quæ dicta ſunt de ſubiecto primæ philoſophiæ.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

AD primum: ens in quantum eſt ſubiectum metaphyſicæ, quod certè non 1.
habet principium effectiuum, materiale, formale, aut finale; alioqui Deo, illa eſſent tribuenda, quod eſt falſum. Quando ergo philoſophus dicit, quòd principia, & cauſæ quæruntur entium, in quantum entia; media vtiq; intellexit, quibus entis de ente proprietates probantur, quæ pro-

fectò

Ens eſt ſubiectũ met.

Ens habet principia & cauſas.

fectò cauſæ, & principia formalia dicuntur in cognoſcendo: negatur ergo aſſumptum minoris, quòd ens in quantum ens, non habeat cauſas, & principia. Reuera, cuiuscunque ſcientiæ ſubiectum, habet principia, & cauſas, primo poſter: ex quibus, quæ de ſubiecto demonſtranda ſunt, pateſiunt, à priori ſcilicet, vel à poſteriori; quatenus vnicuiq; conuenit ſcientiæ. ſed ens eſt huiusmodi (ſicut dictum eſt) ergo. Adde, quòd philoſophus tex 1. ſexti met. clarè docet, omnem ſcientiam particularem, principia conſiderare, & cauſas ſui ſubiecti: habet igitur ens, modo iam dicto, cauſas, & principia. Ex quo etiam patet, primam cauſam, quatenus cadit ſub conſiderationem metaphyſici, habere cauſas, & principia formalia apud noſtrum intellectum, quæ planè ſunt primæ cauſæ effectus, vel conceptus. Nec hoc repugnat perfectioni vniuerſali primæ cauſæ, quum hoc non ſit principium in genere entis, ſed potius in ratione cognoſcendi, reſpectu noſtri intellectus. Itaque illud, vnde incipit noſtra cognitio, reſpectu noſtri intellectus principium, reſpectu verò Dei, effectus nominatur: vnde prima cauſa, tum ſecundùm rem, tum etiam ſecundùm rationem eſt primum principium, licet noſtri debilitas intellectus,
2. *ad illam pertingere hoc modo nequeat. Ad 2. Negatur conſequentia: metaphyſica enim cùm ſit ſcientia realis, ſubiectum vtique reale eſt illi attribuendum: ens autem, enti reali, & enti rationis commune, non eſt quid reale, ſed ab vtroq; abſtrahit; ideoq; non eſt eadem ratio. Ad confirmationem, negatur antecedens: ens enim prædicamentale non adæquat metaphyſici negotium, quippè, cùm metaphyſici interſit, de paſſionibus conſiderare, quæ, ens in 10. prædicamenta, diuiſum præcedunt: non ergo, omnes adæquati*
3. *ſubiecti conditiones continet. Ad 3. Minor eſt falſa: ens namq; quatenus eſt Deo, atque creaturæ commune; vnum profectò dicit conceptum realem. Ad probationem dico: Deum, ac creaturam ſe totis, in realitate quidem, non autem in conceptu reali diſtingui: conceptus namque entis, communis Deo, & creaturæ, eſt imperfectus, quia realitati inadæquatus; abſtrahit enim ab vtroque: eſt nihilominùs realis, & in illo Deus & creatura conueniunt, qui ſe totis diſtinguuntur conceptu reali perfecto, vtriuſq; realitati adæquato. Etenim duplex eſt conceptus: alter perfectus, & rei adæquatus, quo concipitur res cum ſuo modo intrinſeco, veluti conceptus albedinis, vt quatuor: alter verò imperfectus, & rei non adæquatus, quo realitas ſine ſuo intrinſeco concipitur modo, vt conceptus albedinis ſine quatuor. Itaq;, Deus conuenit cum creatura cõceptu entis imperfecto, differt verò modo intrinſeco; ideò compoſitio in Deum non cadit, quia ſine conceptu per-*
4. *fecto eſſe non poteſt. Ad 4. Prima philoſophia non ſolùm verſatur circa illa, quæ à particularibus ſcientiis conſiderantur; verùm etiam circa illa præcipuè, quæ ſunt abſtracta, tum à motu, tum etiam à quanto: cuiusmodi ſunt ſubſtantiæ immateriales, quæ in aliarum non cadunt conſiderationem ſcientiarum. Quamobrem, cùm hæc ab aliis ſecernitur ſcientiis, per illa, quæ maximè in hac conſiderantur ſcientia, conuenientiſſimè diſtinguitur: ſcientia ergo non ſolùm diſtinguitur, atq; denominatur à ſubiecto; ſed etiam à cauſis, rebusq́;, quæ in illa principaliores, nobilioresq́; habentur. vnde & theologia vo-*
5. *catur, propter nobiliſſimas cauſas. Ad 5. Dico, beatitudinem in metaphyſica contemplatione conſiſtere, quia ſcilicet circa ſeparatarum contemplationem ſubſtantiarũ, quæ ſunt præcipuæ metaphyſicæ partes, verſatur. Cùm ergo infertur: ens in quantũ ens, non eſſe met: ſubiectum: & negatur, & ad probationẽ dico, illam admittendam non eſſe, cùm ſub metaphyſicam conſiderationem cadant etiam ſupernæ mentes, in quarum contem-*
6. *platione, beatitudo conſiſtit. Ad 6. Dico, ſubalternis, tribus opus eſſe conditionibus, quò verè ſubalternæ dici poſſint: prima quidem, vt ipſarum ſubiectum, ſub ſuperioris ſubiecto contineatur: deinde, vt aliquam ſubiecto ſuperioris addat, accidentalem differentiam: poſtremò, vt ſua principia, à ſuperiori ſcientia probentur. Hæ ſanè conditiones metaphyſicæ ſubiecto non congruunt. Reuera, nulla ſcientia, aliquam enti accidentalem differentiam addere poteſt; nihil enim enti eſt accidentale. aliarum quoque prin-*

cipia

Ens eſt ſubiectũ met.

cipia ſcientiarum, non demonſtrantur à priori in metaphyſica. Patet ergo quomodo metaphyſica, alias ſibi non ſubalternet ſcientias. Ad confirmationem patet ſolutio ex dictis: ens profectò medium eſt inter purum vniuocum, & æquiuocum, ideóq; quid habet (vt ita dixerim) mixtum, & hoc ſufficit ad illius ſubiecti conſtitutionem. Ad 7. Dico, ens habere proprias paſſiones, ſicuti patet ex 4. met. in principio: Eſt ſcientia, inquit philoſophus, quæ ſpeculatur ens, in quantum ens, & quæ huic inſunt ſecundùm ſe, ſicut poſtea dicturi ſumus. Ad probationem reſpondeo, illud eſſentialiter, formaliter ſonare, ſeu ſignificare. Ad aliam, non admitto quòd ens prædicetur in quid de propriis paſſionibus, ſicut patebit. Ad aliam confirmationem patet ſolutio ex reſponſione ad primum argumentum, quomodo ens habeat principium. Ad 8. Negatur antecedens, & ad authoritatem philoſophi dico: ſubſtantiam eſſe præcipuam primæ philoſophiæ partem, & hoc dicere voluiſſe philoſophum ſuis in libris 4. & 7. met. vbi dicit ſubſtantiam, alia entia, triplici prioritatis dignitate præcedere. non ergo ſequitur, ſubſtantiam eſſe met. ſubiectum. Ad confirmationem, ſufficit quòd ſubſtantia nobiliſſima ſub metaphyſicam conſiderationem cadat. Simili facilitate ſoluitur 9. argumentum, quod certè veritatem habet; quando pars ſubiecti, non eſt principium ſubiecti: itaq; ens in quantum ens eſt primæ philoſophiæ adæquatum ſubiectum. His itaque excuſſis, rationes Commentatoris ſunt examinandæ paulò diligentiùs, ſi nimirum verum ſit, primam philoſophiam probare non poſſe Deum eſſe. Et reuera, vtramq; philoſophiam hoc præſtare poſſe, conſtat ſatis, & primam maximè. Sanè, ſi metaphyſica, effectuum conditiones, quibus ad primæ cognitionem cauſæ habendam perducimur, præcipuè ſpeculatur: perfecta autem illarum cognitio, ſine primæ cauſæ notitia haberi non poſſit; ſequitur, vt ſaltem demonſtratione quia, primus philoſophus Deum eſſe probare poſſit: & eò magis, quò generaliores entis proprietates conſiderat. Ex hoc etiam patet, Deum non eſſe ſubiectum met. quippè cùm vnius ſcientiæ, vnum ſit ſubiectum, 1. poſte. Sanè, ſi Deus eſt ſubiectum met. aliquod commune vniuocum illi eſt attribuendum, vnde huiuſmodi ſcientia, vnitatem habeat: illud ergo, aut ens, aut ſubſtantia erit. ſi ens: igitur ens, & non Deus tantùm eſt metaphyſicæ ſubiectum. ſi verò ſubſtantia fuerit, multa ſequentur abſurda, nempè, Deum eſſe in genere per ſe; & ex conſequenti diffinibilem, quod eſt falſum: deinde metaphyſ. non magis immateriales, quàm materiales ſpeculari ſubſtantias: communis namq; ſcientia, æquè de omnibus negotiatur. Et hoc quoq; eſt falſum, vt paulò antè annotauimus. Adde prætereà illud, quod ab Auerroe dictum eſt, quòd ſcilicet nulla ſcientia poſſit ſuum demonſtrare ſubiectum, & hoc quoque non omnibus modis eſt amplectendum, vt quidam dicunt. Nam ſi omnis ſcientia, vti valet demonſtratione quia: probat ergo, vel probare poteſt ſuum ſubiectum eſſe. Profectò, quemadmodũ per cauſam probatur effectus propter quid; ita viciſſim per effectum probatur cauſa, quia ſcilicet demonſtratione. Itaque nulla ſcientia poteſt demonſtrare ſuum ſubiectum à priori, & propter quid, cùm ſubiectum ſit primum cognitum prioritate naturæ; poteſt nihilominùs illud demonſtrare, demonſtratione quia, & à poſteriori. Scientia namq;, quæ præſupponit aliquem conceptum, puta quid nominis, apud intellectum, de ſubiecto, ac de illo conceptu, primò per effectum arguit, quòd ſit, deinde, quòd alia ſibi inſint. Auicenna 6. naturalium, ex animæ operationibus, animam eſſe demonſtrauit, cùm anima ſit illius libri. Verùm, ſi benè perpendantur verba Commentatoris primi phyſ. com. vlt. Subiectum, inquit, aut eſt per ſe notum, aut ſumitur tanquam notum à ſcientia ſuperiori, in qua fuit probatum; patebit omninò, ſubiectum nulla demonſtrationis ſpecie poſſe demonſtrari: ſi enim per ſe eſt notum, demonſtratione non indiget. ſi ſumitur tanquàm notum, eodem quoque modo, demonſtratione opus non habet; credit enim ſuperiori ſcientiæ, in qua erat quæſitum. neque eſt aliquod abſurdum, ſi in vna ſcientia fuerit quæſitum, & in altera conceſſum. Quærere ergo cauſam, ob quam ſubiectum in qualibet ſci-

7.

8.

9.

Si ſubiectum poſsit demonſtrari.

Subiectum in ſcientia propria non demonſtratur

Principia non partes ſubiectiuas demonſtrari.

entia eſt indemonſtrabile, perinde eſt, ac velle ſcire, quare ſubiectum ſit ſubiectum. Quid enim eſt aliquid ſubiici in ſcientia, quàm concedi, & præſupponi? Itaq; ſubiectum ex ſui natura in ſcientia, cuius eſt ſubiectum, omnibus modis eſt indemonſtrabile. ſimile quoq; iudicium eſt de partibus ſubiectiuis, quando fuerint per ſe notæ. at, ſi fuerint ignotæ, atque habuerint medium, quod illas demonſtrare queat; per illud vtiq; demonſtrari poſſunt. verùm quia hoc rarò contingit, denominatio autem fit ab eo, quod frequenter contingit; hac de cauſa dixit Auerroes, partes ſubiectiuas non demonſtrari. Approbantur hæc à Commentatore, 2. de anima, comment. 29. Artifex, inquit, non ponit, niſi illud, quod eſt per ſe manifeſtum, & illa dimittit, quæ non ſunt manifeſta; donec perſcrutetur de eis. Porrò, principia ſubiecti ſi fuerint occulta, ac illius ſcientia medium notius extiterit; per illud certè, demonſtratione ſigni, demonſtrari poſſunt. ſic prima materia, & primus motor, quæ ſunt principia corporis mobilis, quod eſt ſubiectum in philoſophia naturali; ſiquidem tranſmutatio ſubſtantialis, eſſe primæ materiæ, motus verò localis, primi motoris ſubſtantiam demonſtrat. Quòd ſi illa principia occulta, priora, ac notiora habuerint, veluti ſunt principia ſubalternatis ſcientiæ, reſpectu ſubalternatæ; tūc demonſtratione propter quid poterunt demonſtrari. Si, inquit Auer. 2. phyſ. com. 22. cauſæ ſubiecti artis, priores cauſas habuerint; tunc illarum demonſtratio cauſarum, per demonſtrationem ſimpliciter in illa arte fiet. erit etiam per ſignum in illa arte: & hoc totum erit, quando cauſæ ſubiecti artis latuerint. Si quis hæc ita intellexerit; tunc ad rationes prius poſitas ſic reſpondere valebit. Inprimis, maior primi argumenti eſt falſa, non enim omnis ſcientia vti poteſt demonſtratione: nam in ſcientiis mathematicis, teſte Commentatore 1. phyſ. comm. 2. & 7. met. comm. 10. à naturæ & nobis prioribus, notioribusq; procedimus. Ad demonſtrationem præterea ſigni, non ſolùm opus eſt, vt habeat effectum, per quem poſſit demonſtrari; verùmetiam illud, quod demonſtratur, occultum ſit, & non per ſe notum, neceſſe eſt. Ad probationem iam dictum eſt, quomodo ſubiectum non poſſit demonſtrari, quia ſubiectum eſt: principia verò demonſtrantur, quia principia ſunt. Ad illud Auicennæ dico oſtendiſſe eſſe animæ cognitum per ſyllogiſmum hypotheticum, qui non probat ſimpliciter, quo vti ſolemus in his, quæ innuitione indigent: Multæ res, inquit Auer. primo priorum de ſyllogiſmo hypothetico, ſunt ſcitæ per ſe, ſicut eſt inuentio animæ, & alia ſunt, quæ ſcimus per hanc viam oſtenſionis, & impoſſibile eſt, vt ſit vna, & eadem via cùm agatur ad ſtadium ſuper ſcita per ſe, & ignota per naturam. Et 2. phyſ. comment. 3. Per ſyllogiſmos, inquit, hypotheticos, nullum ignotum declaratur omninò: ſed vtimur ad confirmandum illud, quod eſt manifeſtum per ſe: indiget tamen modicula innuitione, ſicut vtitur diuiſio, & inductio. Quid ſit ergo ſubiectum met. dixi.

Principia ſubiecti demonſtrari.

Soluuntur rationes præcedentes.

QVAESTIONIS NONAE CAP. I.

Ens eſt primum cognitum.

QVomodo ens de ſuis prædicetur inferioribus, ſitnè æquiuocum, vniuocum, vel analogum: denique quam ob cauſam, rationemq; ſit primæ philoſophiæ ſubiectum, hactenus dilucidare curaui. at, modò obuiam mihi venit, illa obſcuriſſima, pariterq; vtiliſſima quæſtio, ſcilicet de primo cognito, quæ olim veteribus illis, atq; illuſtribus ſapientiæ cultoribus, magnam peperit controuerſiam, contentionem non paruam dicendi; noſtræ quoque tempeſtatis hominibus, ſimile altercandi ſtudium ingeſſit; nec temerè, cùm vndequaque percelebres habeat propugnatores, atq; defenſores Ego autem inter tot percelebres duces, clypeo diuini Pymandri, eiusq; lucidiſſimi verbi, ac ſpiritus vtriusq; munitus, pertranſibo ſecurus.

Ens eſt primum cognitum.

rus. Principiò igitur iſtius quæſtionis, Platonis eſt mihi præponenda cæteris ſententia, veluti antiquior, atq; famoſior: deinde aliorum, temporibus ipſorum diſtributis, compendioſè breuiterque proſequemur. Itaque, Plato in Phædone, in quo de animæ intellectiuæ dignitate doctiſſime diſputauit: noſtrum ſcire, eſſe quoddam reminiſci eorum planè, quæ nobis priùs inerant, clariſſimè docet: Antequàm, inquit, inciperemus videre, aut audire, aliiſq; vti ſenſibus; oportuit nos æqualis ipſius ſcientiam poſſediſſe, videlicet quid ipſum ſit; ſi modò æqualia hæc, quæ ſenſibus ſubiacent, ad ipſum adeò relaturi ſumus, vt iudicemus an niti quidem hæc omnia talia, quale ipſum eſt euadere; verùm tamen deteriora relinquere. Sciuimus ergo ante ortum, atque ſtatim nati, non ſolùm ipſum æquale, maiuſq; & minus: verùm etiam eiuſdem generis omnia. Eſt ita, ac ſi acceptis ſcientiis, non ſemper obliuiſceremur, oportet & cum ipſis naſci, ſemper etiam per omnem vitam ſcire: nam ſcire, eſt acceptam alicuius rei ſcientiam retinere, nec amiſiſſe; obliuio enim ſcientiæ iactura eſt. Porrò ſic acceptam ante otium ſcientiam; nati amiſimus: deinde verò freti ſenſibus circa ipſas ſcientias, illas quas antè habueramus, recipimus. Nonnè id, quod diſcere appellamus, eſt ſcientiam propriam recuperare, atq; id reminiſcentia rectè nominatur? fieri enim poteſt, vt cùm quis aliquid ſenſerit, vel videndo, vel audiendo, vel aliter ſentiendo, aliud quiddam ex hoc agnoſcat, cuius erat oblitus, cui quidem hoc quoddammodo propinquabat. Ita quod iam pridem dico, è duobus alterum: aut enim ſcientes nati ſumus, ſcimuſq; per omnem vitam omnes: aut quod deinde dicimus diſcere, duntaxat reminiſcuntur, atq; diſciplina reminiſcentia eſt. Reminiſcuntur ergo, quæ aliquando didicerant. Arbitratus eſt Plato, animas noſtras, ob eſſentiæ, ſeu ſubſtantiæ illarum dignitatem, ante corpora à ſancto Pymandro conditas fuiſſe, quod etiam multi Græcorum angelis attribuerunt, ac inſitas rerum ſpecies accepiſſe, quas propter corporis commertium, quaſi eneruatæ, atque à propria virtutis dignitate deiectæ, obliuiſcuntur: etenim ſenſuum lenocinio deprauatæ, carniſq; petulantis, ac blandientis labe infectæ, ſacrorum, quæ aliquando inſpexerant, obliuionem acceperunt. vnde poſita in ambiguo, ſecundùm authoritatem Plotini, enn. 4. li. 3. ca. 18. diſcurſu rationis vtitur: curis namque ſolicita, & quaſi iam eneruata, diſcurſu eget, ad vitæ veritatiſq; ſufficientiam, ex quodam mentis detrimento: quemadmodum & conſultatio rationis in artibus accidit, quando artifices ambigunt, tanquã à perfecto deficientes: at vbi nihil difficultatis defectuſq; opponitur; ſtatim ars ſuperat, atq; agit. Conſentire & his quoq; videtur noſter Mercurius in Aſclepio: Multiformis, *inquit*, variaque humani generis ſpecies, à ſuo genere decidens, omnium aliarum ſpecierum multas, & propè omnium per neceſsitatem, coniunctiones facit: propter quod & propè Deos accedit, qui ſe mente, qua diis iunctus eſt, diuina religione iunxerit: humani verò qui medietate ſui generis contenti ſunt, & reliquæ omnium ſpecies iis ſimiles erunt, quorum ſe generis ſpeciebus adiunxerunt. *quaſi diceret: multiformi diſcurſu, anima vtitur, propter corporis coniunctionem, ſocietatemque: in quo quidem aberrat frequenter, & in multa caligine verſatur. Ariſtotelem etiam non longè ab his poſitum eſſe, mihi videre videor: nam etſi 3. de anima dicat, intellectum noſtrum eſſe inſtar tabulæ raſæ, in qua nihil eſt depictum; in lib. tamen de gener. animalium, eum de foris accedere fatetur. Quòd ſi ita res ſe habet, præexiſtat, neceſſe eſt, antequàm corpori vniatur: aliter quomodo veniet, quod nihil eſt? ſi ergo longè antè præfuit, quàm ad corpus accederet, plena fuit ſapientiæ, quam poſtea, propter nimium materiæ fluxum, obliuioni tradidit, rurſumq; doctrina, ac ſtudio, amiſſam recuperauit. Ad id autem munus obeundum, ætate iam prouecta, accedit, quando fluxus materiæ refluxit. Fauet huic propoſito authoritas eiuſdem 7. phyſ. 20. Sedatis, inquit, paſſionibus, ſublatiſq; impedimentis, incipit anima ſcire, & ſapere: ait enim, ſcientiæ prima acquiſitio, non eſt generatio: ſcire*

Plato quid dicat de noſtro ſcire.

Scire eſt reminiſci.

Quid ſcire.

Reminiſcentia quid.

Plotinus.

Mercurius.

Ariſt.

Quomodo fit anima ſapiens

certè

Ens eſt primum cognitum.

certè & ſapere dicimus eo quod quieuerit, & conſtiterit intellectus: cùm ergo ſcientiæ
nullo tempore conquiratur, ſed quæ in habitu erant, in actionibus prodeunt, ad eam cer-
tè non eſt motus: Ceu, inquit dormiens, aut ebrius expergefactus, quod priùs ſciuerit,

Auerr.

& obliuioni mandauerit, illius denuò memoratur. Auerroes 3. de anima 5: quamuis à
vera philoſophia aberret; quædam tamen dicit huic inſtituto accommodata, nempè in-
tellectum eſſe vnicum, & immortalem, omnium ſpecierum pleniſſimum, ſemperq́ ade-
ptum eſſe; ſed quatenus corpori coniunctus eſt, per varia phantaſmata, variè intellige-

Tabula raſa quomodo intelligitur.

re. Illius ergo tabulæ raſæ ſimilitudo, ad operariam iſtius, vel illius indiuidui reſpectu,
actionem, ſeu operationem referenda eſt; eſt enim intellectus in pura potentia ad intel-
ligendum in hoc, vel in illo per phantaſmata. ſic etiam ad ſcientiæ primæ huius hominis
acquiſitionem, per quietem & conſtantiam intellectus, illa tabellæ ratio referenda eſt,

Leges incommutabiles.

quam reminiſcentiæ nomine Plato ſignificauit. Sunt ergo in nobis quædam incommuta-
biles formulæ, ſiue leges, quas à principio noſtræ conditionis accepimus; tametſi animæ
noſtræ tempore, corpora non præceſſerint, in quibus diſcenda, & quæ didicimus, vir-

Auguſt.

tute quadam continentur. vnde Auguſtinus de vera religione cap. 31. Tantò, inquit, me-
liora eſſe iudico, quæ oculis cerno; quantò viciniora pro ſui natura ſunt his, quæ animo
intelligo. Et lib. 2. de lib. arb. cap. 10. Satis eſt, quòd iſtas tanquam regulas, & quæ-
dam lumina virtutum, & vera, & incommutabilia, & ſiue ſingula, ſiue omnia commu-
niter adeſſe ad contemplandum eis, qui hoc valent ſua quiſque ratione, ac mente conſpi-
cere. & 39 Illuc tende, vnde ipſum lumen rationis accenditur. Hæ autem formulæ, non
ſunt à ſimulachris, ceu à totalibus effectiuis, nec partialibus productæ; ſunt enim ideis

Formulæ nō ſunt figmēta.

diuinis viciniores, ideóq́ nobiliores ſimulachris omnibus. Proinde figmenta dici non poſ-
ſunt: figmentis namq́ res veræ minimè cognoſcuntur: ſed huiuſmodi formulas, res veras
perpendimus, & agnoſcimus: ergo. Itaq́ huiuſmodi leges, ſiue formulæ, velut quædam
ſigilla à Deo noſtris animabus imprimuntur: ſic per ſigillum veritatis vera, iuſtitiæ
iuſta, animus cognoſcit. Quod ipſi planè probatur Auguſtino 14. de Trin 15. ſic diſputan-
ti: Vbinam ſunt iſtæ regulæ? vbi quid ſit iuſtum, ab iniuſtis cognoſcitur? vbi deſcri-
ptæ ſunt, niſi in libro illius lucis, quæ veritas dicitur, vbi lex omnis iuſta deſcribitur: &
in cor hominis (qui operatur iuſtitiam) non migrando, ſed tanquam imprimendo trans-

Aug. non poſuit ſpecies intelligibiles.

fertur: ſicut imago anuli ex anulo, in ceram tranſit, & anulum non relinquit. Decimo de
Trinit. cap. 5. Nonnulla dicit, quæ quodammodo ſpeciem intelligibilem ſtatuere viden-
tur: Quia corpora, inquit, ſunt, quæ mens foris per ſenſus carnis adamauit, eorumque
diuturna quadam familiaritate, implicata eſt: nec ſecum poteſt introrſum, tamq́ in re-
gione incorporeæ naturæ ipſa corpora inferre: imagines eorum conuoluit, & rapit fa-
ctas in ſemetipſa, de ſemetipſa. Poſſet ergo aliquis dicere: ſpecies ergo intelligibiles, ſe-
cundùm Auguſtinum, educuntur de potentia ſubiecti, hoc eſt, de fœcunditate prolis
intellectus. verùm, quæ ab eo ſubduntur, contrariū annunciant: Illas, inquit, animæ par-
tes, (quæ corporum ſimilitudinibus informantur) cum beſtiis nos habere communes, ſen-

Animum habere ſemina inſtar agri.

timus, quibus conſtat de ſimulachris phantaſiæ loqui, & nō de ſpeciebus intelligibilibus.
Animus igitur, à Deo ſcientiarum ſemina non minùs quàm ager ſegetū poſſidet: proinde

Socrates filius obſtetricis.

qui docet, miniſter potiùs, quàm magiſter eſt appellandus. Non temerè ergo Socrates
ſeipſum obſtetricis filium appellauit in Theeteto Platonis, quòd ſcilicet in erudiendis ho-
minibus non induceret ſcientiam, ſed educeret: ſicut illæ conceptos iam fœtus educunt.

Orpheus.

Orpheus, Muſas eſſe dicit, Iouis, & memoriæ filias, quia videlicet, ſcientiæ in profunda
memoria lateant, nobis olim a Deo tributæ: qui etiam hæc de memoria tradidit. totam
mentem continens humanorum animorum familiaris, commemorans omnia, quorum no-

Plato.

tionem quiſq́ ſemper animi finibus oculit. vnde Plato ep. 7. ad Dionyſ. Id (videlicet di-
uinum) nullo pacto verbis exprimi poteſt, quemadmodum cæteræ diſciplinæ, ſed ex di-
uturna circa ipſum conſuetudine, vitaq́ ad ipſum coniunctione, ſubitò tandem, quaſi ab

igne

 Animarũ origo.

igne ſcintillante lumen refulgens in anima ſe ipſum alit. quaſi diceret: animæ morali purgatione, ac reſolutione contemplatiua, diuinis formis coniunctæ, diuina percipiunt. Zoroaſtres, Paterna mens, inquit, inſeruit animabus coniecturalia ſigna. Et Orpheus, Zoroaſtres. *Omnia, ait, Proteo prima natura indidit, id eſt, animæ rationali quæ per Proteum in* Orpheus. *theologia Orphica intelligitur. Eſſentiæ igitur animæ noſtræ, omnes huiuſmodi ſigillationes, deus ſuis ideis impreßit, quæ vice intelligibilium ſpecierum, apud Platonicos, funguntur. Vnde Pythagoras cecinit: Tu autem confide, quoniam genus eſt hominibus, qui-* Pythagoras. *bus ſacra natura proferendo in lucem omnia monſtrat. Ex quo patet, ſecundùm iſtorum ſententiã nec vniuerſale, nec minùs vniuerſale, aut ſingulare eſſe prius intellectui noſtro cognitũ: cùm hæc enim à natura coæqualiter inſint, de ordine potiùs, reminiſcentiæ, quàm cognitionis, interrogatio eſt facienda. Phantaſma namq;, quod prius occurrit, latentem excitat formulam animæ impreſſam. Cæterùm quamuis, ad mentem iſtorum, regulas illas contueamur, ac ſecundùm illas de alijs iudicemus; proxima tamen eorum, quæ nobis iudicanda erunt, regulæ eſſe non poſſunt; ſunt enim nimis vniuerſales, ac communes reſpectu rerum particularium, de quibus nobis eſt ferendum iudicium: vniuerſales autem huiuſmodi mediæ eſſe non poſſunt inter animam, & res, de quibus iudicamus. Aliæ* Aliæ formulę *ergo formulæ animæ neceſſariæ ſunt, quibus particularia vniuerſalium idearum ſimula-* neceſſariæ. *chra metiamur, atque hoc modo metientes, quæ congruunt formulis, atque non congruunt, probamus reprobamusq́.*

CAP. II.

Animas humanas ante corpora non fuiſſe.

INter multos, ac varios errores, qui olim exorti ſunt de animæ origine, vnus quidem extitit, cui plurimi, philoſophandi arte illuſtres adhæſerunt: de quo D. Hieronymus ad Marcellinum ſcribit: Primus error, inquit, fuit, Hieronymus *quòd anima lapſa ſit de cœlo, vt Pythagoras, Platoniciq́ philoſophantur.* de orig: anim: *Confutatur iſte error atque euincitur, & quidem doctißimè à Diuo Hieronymo lib: contra errores Ioannis Ieroſolimitani: Si fuit anima, inquit, antequam Adam in paradyſo formaretur, in quolibet ſtatu, & ordine, & vixit, & egit aliquid (neque enim poſſumus incorporalem, & æternam, in modum glirium immobilem torpentemq́ ſentire) neceſſe eſt, vt aliqua cauſa præceſſerit, cur quæ priùs ſine corpore fuit, poſtea circumdata ſit corpore. Etſi animæ naturale eſt eſſe ſine corpore: ergo contra naturam eſt eſſe in corpore. Si contra naturam eſt eſſe in corpore: ergo reſurrectio* Anima non *corporum contra naturam erit. ſed non fiet reſurrectio contra naturam: ergo iuxta ſen-* fuit ante cor- *tentiam veſtram, corpus quod contra naturam eſt reſurgens, animam non habebit. hæc* pus. *autem ratio ſufficiat catholico. At philoſophus, qui fortaßis reſurrectionem non admitteret, hanc accipiat, nequaquam contemnendam: Si ante corpus condita, aliquanto tempore conſtitiſſet anima: vnio ergo illius cum corpore, non paruum illi detrimentum attuliſſet, nempè ſapientiæ obliuionem: atque ita illa vnio non eſſet naturalis, ſed violenta; naturæ enim ſtudium ad meliora, potioraq́ ſemper prouehit: Digni ergo ſunt reprehenſione, inquit Auguſt: 7. ſuper Gen: cap. 24. qui animas dicunt præeſſe corporibus* Auguſtinus. *tempore. Nam, aut vniri appetunt tunc, aut non. ſi primum, ipſa appetentia affliguntur: & ita pœna eſſet ante culpam. ſi non: ergo animæ non naturaliter corporibus vnirentur, atque generatio hominis non eſſet naturalis, quod omnes propemodum ſapientes execrantur. Dicendum eſt ergo, animam poſt debitam corporis organizationem à deo ex nihilo creari, & corpori infundi, habereq́ naturalem inclinationem, ad corporis vnionem; tametſi illa dici non poßit actus elicitus. Vnde Auguſtinus 7. ſuper Gen: cap.*

Animarũ origo.

Auguſtinus de animarum origine.

27. Si ad hoc ſit anima, inquit, vt mittatur in corpus; quæri poteſt, vtrum ſi noluerit, compellatur? ſed meliùs creditur hoc naturaliter velle, hoc eſt, in ea natura creari, vt velit. Sicut naturale nobis eſt, viuere velle, malè autem viuere, iam non eſt natura, ſed peruerſæ voluntatis. Et de eccleſiaſticis dogmatibus, Animæ, ait, non ſunt ab initio inter cæteras creaturas, nec ſimul creatæ, neque cum corporibus per coitum ſeminantur, ſed de nihilo creantur, & corpori organico infunduntur. Scribit Diuus Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, cap. 35. Pythagoram dixiſſe, ſe in bello Troiano fuiſſe militem Euphorbum, & ibi occiſum à Menelao. Platonem quoque, Pythagoræ dogmata ſequutum fuiſſe, ac putauiſſe, animas hominum poſt mortem reuolui vſque ad corpora beſtiarum. Hunc ſequuti ſunt Apuleius, Plotinus, Porphyrius, Varro, Virgilius, Tertullianus, Orig: hi puras animas ab initio conditas arbitrantur: & eas, quæ ab omni contagione corporis liberæ ſunt, cœlum poſsidere: appetitiuas verò corporum, latenti deſiderio, de cœlo proſpicere, & pondere terrenæ contagionis, paulatim in inferiora dilabi, corporibus diuerſis coniungi: & ab his tandem reſolutas, & purgatas, non ea, qua deſcenderant porta, ad ſuperos reuerti; duas ſiquidem in cœlo portas pro aſcenſu, & deſcenſu animarum, Macrobrius ſuper ſomnio Scipionis ad mentem Platonicorum explanat. Prima eſt porta hominum, & deſcenſus, Cancer. Altera Capricornus, deſcenſus deorum; qua rurſus aſcendentes animæ, immortalitatem deorum conſequuntur: galaxia autem per ſigniferum protenſus circulus, locus eſt beatorum. Cætera autem ſigna tranſeuntes, quaſi ebriæ ex viſis diuerſis, obliuiſcuntur eorum, quæ habebant in cœlo. In ſphæra Saturni, acquirunt intelligentiam: in Iouis vim agendi: in Martis, animoſitatis ardorem: in Solis ſentiendi, opinandiq; naturam: in Veneris, motum voluptatum: in Mercurij interpretandi vigorem: in Lunæ, vim augurandi. Purgatas quoque euocari ad lethæum fluuium, vt inde bibente, obliuiſcantur præteritorum malorum, quæ in corporibus paſſæ ſunt: & ad ſuperiora conſcendant, & ab his rurſus in inferiora reuerti cupiant. Reprehenditur hæc Platonis ſententia à Porphyrio, auctore Auguſtino 10. de ciuitate Dei cap. 30. Dicit Porphyrius, ait, deum ad hoc animam mundo dediſſe, vt materiæ corporalis cognoſcens mala, ad patrem recurreret: nec aliquando iam talium polluta contagione teneretur. Mundata poſtmodum, & cum patre conſtituta; nunquam iam mala huius mundi vltra paſſura eſt. Qua ſententia profectò abſtulit, quod eſſe Platonicum maximè perhibetur, vt mortuos ex viuis; ita viuos ex mortuis ſemper fieri, falſumq; eſſe oſtendit, quod Platonicè dixit Virgilius, in campos Elyſios purgatas animas miſſas. Quo nomine, tanquam per fabulam videntur ſignificari gaudia beatorum, ad fluuium lethæum euocari, hoc eſt, ad obliuionem præteritorum; ſcilicet immemores ſupera conuexa reuiſant: rurſus & incipiant in corpora velle reuerti. Meritò diſplicuit hoc Porphyrio, quoniam reuera credere ſtultum eſt, ex illa vita beatiſsima, deſiderare animas corporum corruptibilium labem, & inde ad iſta remeare, tanquam hoc agat ſumma purgatio, vt inquinatio requiratur. Itaq; anima non fuit ante corpus, nec vnitur corpori, vt carceri; ſed vt perfectio ſuo perfectibili. Exploſa igitur hac falſa opinione, videndum eſt an anima à ſuæ creationis exordio, formulas, ſeu leges ſcientiarum incommutabiles à deo accipiat, quibus imbuta, ætate accedente, atque phantaſmatibus occurrentibus, & ſingularia, & vniuerſalia intelligat. Aug: lib. 83. quæſtionum, quæſt: 46. Et ita, inquit, mens per formulam hominis, quæ latebat in mentis arcanis, ideæ quadrat humanæ: ſicut cera, quæ ab anulo formata eſt, quando diligenter anulo admouetur, ſuo congruit exemplari. Quæ quidem quadratio, vera, & diſtincta eſt hominis intelligentia, qua homo res veras parere dicitur. Inſunt ergo, ſecundùm Auguſtinum, animæ formulæ illæ, ſecundùm quas ipſa iudicat: vnde de vera religione cap: 39. animam recordari poſſe primam pulchritudinem, quam reliquit, conſtat ſatis, quando de ipſis ſuis vitijs poteſt: bonitas namq; dei à ſummo vſque ad extremum, nulli pulchritudini, quæ ab ipſo eſſe poſſet, inuidit, vt nemo ab

Hieronymus de reuolutione animarũ.

Pythagoras.

Plato.

Duæ portæ in cœlo.

Galaxia.

Septem ſphæræ.

Porphyrius reprehendit Platonem.

Virgilius.

Auguſtinus.

Auguſtinus.

Formulæ in mente.

 Animarũ origo.

mo ab ipſa veritate deijciatur, qui non excipiatur ab aliqua effigie veritatis, quod his o-
culis videri non poteſt, nec illis, quibus phantaſmata cogitantur, per eoſdem oculos ani-
mæ impacta, vocat oculos animæ, intellectum agentem, atque poſſibilem, ſed illis, qui- Oculi animæ.
bus ipſis phantaſmatibus dicitur: Non eſtis vos, quod ego quæro; neq; illud eſtis, vnde
ego vos ordino: & quod mihi inter vos fœdum occurrerit, improbo; quod pulchrum, ap-
probo; cum pulchrius ſit illud, vnde improbo, & approbo. quare hoc ipſum magis ap-
probo: & non ſolùm vobis, ſed illis omnibus corporibus, vnde vos hauſi, antepono. for-
mula ergo veritatis, animæ noſtræ, tanquam ceræ, ab ipſo anulo deo impreſſa, omnia
intelligimus, omnibusq́; anteponenda eſt phantaſmatibus. Et lib. 2. de lib. arb: 12. cap: Auguſtinus.
Iudicamus ſecundùm illas interiores regulas veritatis, quas communiter cernimus. Et
cap. 16. Tranſcende animum artificis, vt numerum ſempiternum videas. Iam tibi ſapientia
de ipſa interiori ſede fulgebit, & de ipſo ſecretario veritatis. quæ ſi adhuc ſanguidiorem
aſpectum tuum reuerberat; refer oculum mentis in illam viam, vbi ſe oſtendebat hilari- Regulæ veri-
ter. Et 9 de trin: cap: 7. Ipſa, inquit, formula inconcuſſæ ac ſtabilis veritatis, mentis tatis in ani-
noſtræ aſpectum imperturbabili æternitate profundit. Et 10. de trinit: 14. Stant ipſæ ma.
intelligibiles, & non ſenſibiles rationes, ad quas mentis acie peruenire paucorum eſt.
Et 9. de trinit: 11. Habet, inquit, animus nonnullam ſpeciei notæ ſimilitudinem. Sunt er-
go in anima ipſæ incommutabiles veritatis regulæ, quibus vera intelligimus: vnde Pſal. Pſal:
ait: In lumine tuo, videbimus lumen, id eſt, per formulam veritatis à te nobis impreſſam,
& deum, & dei opera cognoſcimus. Reuera, ſol ſine ſole, & aër, ſine aëre haberi non Rationes.
poteſt; plenus enim lumine oculus, cernit lumen, & plena aëre auris, audit aërem; ſic 1.
deus, ſine deo non cognoſcitur. Plenus ergo animus, veritatis formarum ac deſuper gra-
tia illuſtratus ſuperna, capax fit veritatis, & compos naturæ rerum. Amplius, ſicut 2.
nullus ager quantùmcunq; cultus, fructum afferre poterit, ſine ſolis beneficio, de poten-
tia ad actum fructum attrahentis; ſic, nec animus noſter, inſapientiæ ſtudijs colendis,
aliquid erit profecturus, ſine veritatis formulis intus impreſſis, ac diuino lumine, illas
excitante atque fouente. Quam ob cauſam dixit Plato in conuiuio, animum diuinæ pul- Plato.
chritudinis amatorem, quando diuinas rationes attingit; tunc non amplius, ſimulachra
rerum attingere, ſed res veras parere in ſeipſo, partaq́; nutrire, familiaremq́; deo fieri,
ac præ cæteris immortalem. Vnde Euangeliſta ait: De plenitudine eius, omnes nos acce- Ioan. 1
pimus, nempe de plenitudine diuinæ gratiæ, ac rationis. Sanè, qui adhæret deo, teſte
Apoſto: vnus fit ſpiritus cum eo. Et Plato in Epinomide ait: Animum contemplatoris Cor. 1. 6.
purgatum, poſtea hærere deo, & penes diuinam vnitatem, vnum prorſus euadere. Ex Plato.
diuina ergo vnione, ac formularum excitatione, rerum veritates metimur. Nec mirari
quiſquam debet, ſi in ſe huiuſmodi formulas non animaduertat: nam quemadmodũ, oculus
per ſpeciem coloris informatus, colorem quidem videt, ſpeciem verò, per quam videt,
non cernit; ita planè intellectus, per ideam formatus lapidis, ipſum certè intelligit; ide-
am tamen ipſam non perſpicuè intuetur; ſed cum pergit contemplando, ipſam quoque Formulæ nõ
ſuſpicit clarius, agnoſcitq;: ſed vbi eam ſuſpiciat, nondum diſcernit. Sic etiam pueri, cognoſcun-
dum ipſorum figuras in aqua intuentur, eas in aquæ fundo non in ſuperficie, ſe videre ar- tur à nobis.
bitrantur. Actus ergo intelligendi ab ampla dei mente, & formulis nobis connatis, de-
pendet. Bene ergo dictum eſt à Dauid, Pſal: 4. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus Pſal.
tui domine. Et Paulus ad Rom: 2. Opus legis dicit eſſe ſcriptum in cordibus fidelium. Paul:
Archytas Tarentinus ait: Deum rerum omnium ideas homini infudiſſe, per quas mente Archytas.
valeat, notiones rerum non aliter procreare, quàm ore per linguam, rerum nomina fin-
gere. Rectè ergo dictum eſt à Poëta nobiliſſimo: Ab Ioue principium muſæ, Iouis omnia
plena. In nobis ergo eſſe huiuſmodi formulas, patet.

CAP. III.

Intellectum

Intellectꝰ intelligit omnia.

Intellectum omnia intelligere.

Intellectus intelligit omnia.

CVm de primo cognito loqui voluiſſem, in mentem venit Platonis philoſophia, in hoc quidem ſpeculationis genere nequaquam contemnenda: de qua quidem, pauca diſputando perſtrinximus. iam tempus eſt, vt ad philoſophi doctrinam, aliorumq; in hoc diſputandi genere præclariſſimorum virorum tranſeamus, atque quid ipſi de hac re ſenſerint in medium afferamus. Inter multa autem præclara de animæ humanæ dignitate dogmata, quæ à philoſopho varijs in locis traduntur, vnum eſt, quod ab ipſo 3. de anima, com: 4. profertur; quo profectò oſtendere nititur, intellectum non eſſe corpus, neque virtutem in corpore: Neceſſe itaq; eſt, inquit, quoniam omnia intellectus intelligit, impermixtum eſſe, ſicut dicit Anaxagoras. Nam ſi alicui rei eſſet permixtus, aptitudinem nō haberet ad omnia intelligenda; intus enim apparens, extraneum prohiberet. Itaq; cùm omnia intelligat, eſt neceſſariò immixtus, atque ideo fortaſſis eſt aliquod diuinum, 1. de anima, tex. com. 66. vnde quoddammodo potentia eſt intelligibilia, ſed actu nihil, antequam intelligat, 3. de anima com. 14. ſed eſt tanquam tabula raſa, in qua nihil eſt depictum: quod paulò antè à nobis explicatum eſt.

Intellectus æternus.

Porrò, qui intellectum ſpeculatiuum dicunt eſſe æternum, veluti Auer: Algazel, Auicenna, & ſimiles; ij profectò coguntur aſſerere, intellectui nihil eſſe priùs notum. Nam cùm omnia, ad mentem ipſorum, in intellectu ſint æterna: in æternis autem nihil tempore prius; abſque dubio, intellectui prius, aut poſterius aliquid notum eſſe non poſſet. Itaq; ordo intelligendi apud ipſos, non ex parte quidem intellectiuæ apprehenſionis fit, ſed copulationis potiùs eius in nobis.

Bifariam intellectus nobis copulatur. Dianæa.

Etenim cum bifariam nobis intellectus copuletur; aut, vt principium eſſendi, vel intelligendi: copulatio verò eſſendi ſit naturalis, vt quamprimum Dianæa, hoc eſt, rationalis, ſeu cogitatiua ex ſemine nobis adſit; reliquum eſt, vt illa, quæ eſt principium intelligendi, per phantaſmata in nobis fiat. Pro ratione ergo phantaſmatis occurrentis, erit ratio intelligendi, quum autem illa ſit anceps, & incerta; nihil ergo certi de prioritate intelligendi, ex his haberi poteſt. Hac igitur opinione, cùm veræ philoſophiæ, tum etiam ſacræ contraria theologiæ exploſa, ad rei veritatem accedamus.

Ordo qui inuenitur in primo cognito.

Inprimiſq; non ignorare oportet, aliquam in hoc negotio præſupponendam eſſe naturam, intelligentem videlicet, aut ſentientem, cui huiuſmodi cognoſcendi ordo aſſcribi poſſit. De intellectiua igitur vti de nobiliſſima, priùs nobis erit diſputandùm. Porrò, bifariam illam diuidi, nempè in intellectum agentem, & poſſibilem ad plenum philoſophus in lib: de anima docet: de quo planè genere diſputandi, ex profeſſo differere nunc non intendo; alterius enim, atque longioris eſt ſpeculationis. Ille autem intellectus potentia, interdum alia per ſimplicem intelligit apprehenſionem, nonnunquam verò diſcurrendo.

Diſtincta. Confuſa. Actualis. Potentialis.

Simplex autem apprehenſio, nunc diſtincta, aliquando confuſa appellatur. Diſtincta autem eſt, quando rem ita cognoſcit, vt ad illius eſſentiam pertingat: & hæc quidem duplex, actualis videlicet, & potentialis; vniuerſale enim, quod ab intellectu percipitur, aut eſt totum diffinibile, quod rei actualitatem indicat, aut totum vniuerſale, quod poteſtatem oſtendit. Cùm ergo ad rei diffinitionem, ſeu eſſentiam accedo, diſtinctam ac actualem me habere profiteor rei cognitionem. at ſi ſub toto vniuerſali comprehendo, potentialem potiùs, ſeu virtualem: prima namq; ad actum ipſius rei peruenit: ſecunda verò, obiectum attingens, quod virtualiter in ipſo includitur, apprehendit.

Confuſa actualis. Virtualis.

Eodem modo, prima confuſa cognitio actualis eſt, cùm totum diffinibile cognoſcitur, in partes diffinitiuas non reſoluendo, & hæc quidem vocatur confuſa actualis: ſecunda confuſa virtualis, quando totum vniuerſale, abſque ipſius ad partes ſubiectiuas compoſitione, intelligo, vtpote noui quid ſit animal; non tamen in ſuis ſpeciebus.

Quæ cognoſcantur confuſa actuali.

Cæterùm, cognitione confuſa actuali, ſubſtantia in ſeipſa cognoſcitur; abſque tamen illius eſſentiæ penetratione, ſiquidem hæc cognitio, ſubſtantiam rei non attingit: ſic

Intellectꝰ intelligit omnia. Quæ virtuali.

git: ſic homo, animal, corpus cognoſcitur. Confuſa verò virtuali, cognoſcitur ſubſtantia, corpus, animal, & quæ ſunt huiuſmodi, ſine compoſitione ad inferiora. Cognitione diſtincta, atque actuali, ſubſtantia animal, corpus &c. quidditatiuè cognoſcuntur: diſtincta autem virtuali, ſubſtantia cum ſuis inferioribus, totum vniuerſale cum ſuis partibus percipitur. Quoniam autem, via originis, confuſa actualis eſt prior cæteris; dubium eſt apud theologos, an via originis, reſpectu confuſæ cognitionis, priùs cognitum ſit ens, vel ſpecies ſpecialiſſima.

Primum cognitum triplex.

Primum autem cognitum dici poteſt, quod maximè virtutem perficiat cognoſcentis, & hoc proculdubio ad primum ens pertinere dicimus, quòd vniuerſale in cauſando, à quàmplurimis nominatur, nobiſq́ difficile cognitu. Etenim, omnis noſtra cognitio cùm ortum habeat à ſenſu; profectò, quæ maximè à ſenſu ſeparantur, maxime quoque à noſtra cognitione remouentur: ſed huiuſmodi ſunt vniuerſalia in cauſando, authore philoſopho 2. met: tex: com: 1. ad quæ ſic nos habemus,

Vniuerſale in cauſando.

ſicut oculus noctuæ ad lumen ſolis; idq́ ob noſtram paruitatem, teſte commentatore; non tamen omnimodam indicat impoſſibilitatem, ſed difficultatem ſecundùm cõmentatorem. Nam 8. met: com: vltimo loquens de ſimplicium cognitione ſubſtantiarum, ait, talium ignorantiam, non eſſe cœcitati ſimilem, 3. de anima com: 36. Mouetur quæſtio, quæ animæ conuenit, vitæ ſtatum præſentis poſſidenti: Vtrum, inquit, contingit aliquod ſeparatorum intelligere, noſtrum intellectum non exiſtentem ſeparatum. Sed hanc ibidem quæſtionem nõ ſoluit. Latinis quàm plurimis hæc commentatoris ſententia non probatur. Itaq́ vniuerſalia in cauſando propter noſtram imbecillitatem, nobis ſunt cognitu difficillima; illa enim cùm ſemper ſint in actu, actus autem eſt ratio cognoſcendi, ſunt facilia cognitu. At vniuerſalia in cauſando, qualia ſunt prima principia, ſunt profectò, ſicut locus ianuæ in domo, quem nullus ignorat. 2. met: 1. Quamobrem demonſtrationes, quæ ex illis conſtant, ſeſe habent inſtar elementorum, ad compoſita.

Primum adæquatum.

Primum præterea dicitur, ſecundùm quandam adæquationem, quod planè non excedit, neque exceditur à virtute intelligentis: & hoc eſt vniuerſale in prædicando, quod à Græcis vocatur vniuerſale in multis, ſeu primarum intentionum: veluti eſt ens, & reliqua tranſcendentia, & actus, & potentia; quæ de omnibus prædicantur ſimpliciter, vel disiunctim, ac

Vniuerſale in prædicando.

cognitione confuſa nobis facilia cognitu. Sanè, à maximè vniuerſalibus innata eſt nobis via procedendi: vnde de vnoquoq́ ferimus ſententiã, quòd ſit ens, vnum vel multa, ſubſtantia vel accidens, in potentia vel actu, ſimplex vel compoſitum. Via autem huiuſmodi à facilioribus eſt, atque notioribus, alioqui inutilis, quippe cùm ex ignoto, aliud ignotum non percipimus. Sunt ergo huiuſmodi nobis nota; quemadmodum docet Ariſt: 1. poſte: com: 3. Sunt, inquit, nobis primùm manifeſta, & certa confuſa magis: vnde ex vniuerſalibus, ad ſingularia oportet procedere.

Confuſa magis nota.

Quòad verò ad cognitionem diſtinctam, quoniam habent rationem totius, plura ſub ſe continentis explicitè, ſunt difficillima cognitu. Sanè, maximè vniuerſalia diſtinctè cognoſci non poſſunt, niſi omnes gradus entium atque naturarum, quæ ſub ipſis continentur, diſtinctè & lucidè cognoſcantur. ſed hoc eſt factu difficile, quoniam inter purum actum, & puram potentiam, difficile eſt gradus medios diſtinctè cognoſcere. ad quod ſi quis aſcenderit, felix, iuxta Auicennæ ſententiam lib: 9. ſuæ met: eſt appellandus. hanc ob cauſam philoſophus in prologo met: de huiuſmodi vniuerſalibus loquens, dixit, maximè vniuerſalia, difficillima eſſe ad cognoſcendum. Itaq́ in 1. phyſ: de confuſa, in prologo verò met: de diſtincta cognitione, loquutum fuiſſe philoſophum, arbitrantur.

Maximè vniuerſalia minùs nota.

Tertium primum via originis.

Tertio modo primum dicitur, ſecundùm viam originis, quod profectò tunc fieri dicimus, quando ab intellectu ſecundùm diuerſas apprehendi poteſt rationes; & tunc quærimus, vtra illarum priùs ab intellectu percipiatur. Cui planè cognitioni, illud conuenit vniuerſale, quod à græcis vocatur vniuerſale poſt multa, latini verò vocant genus, & ſpeciem. Titulus igitur quæſtionis ſit talis, an via originis ab intellectu, propria virtute, ſiue natura, ac cognitione

intelligit ſingularia

*ſimplici, priùs genus, quàm ſpecies intelligatur, ſingulare, an vniuerſale. Ad hoc re-
ſpondet Them: 2. poſter: cap. 37. In proceſſu naturali, intellectui ſingularia priùs oc-
currere, ſingulareſq; vel indefinitas propoſitiones: Puer, inquit, à rerum ſingularium
accidentibus motus, intelligere incipit: ipſe quippè nullum vniuerſale intelligit; ſicut
& brutum, cui puer tunc temporis eſt conferendus. vnde illa authoritas 1. phyſ: à pue-
ris ſumpta, rectè eſt intelligenda: quòd pueri, omnes homines vocant patres, & fœmi-
nas matres; alioqui pari facilitate, bruta quoque vniuerſalia intelligerent: nam capel-
la, quamlibet capram, vt matrem ſequitur: deinde ſenſuum vigore accedente, matrem
ab alijs diſcernit, atque diſtinguit. Voluit ergo philoſophus illo ſuo exemplo, hoc nobis
debere eſſe perſuaſum, nempe imperfectius prius cognoſci, quàm perfectum ſiue diſcre-
tum: quam ob cauſam, vt in proceſſu demonſtratiuo oſtenderet vniuerſalia eſſe imper-
fectiora, naturæ procedentis, ſiue negotiantis exemplo vtitur, in quo quidem ſingulare
veluti imperfectum eſt prius cognitum. Sanè, ſi vniuerſale eſt conceptus communis; ex
pluribus vtiq; ſingularibus, vt fiat, neceſſe eſt. Illæ autem res ſingulares non ſunt à ſen-
ſu, ſed ab intellectu apprehenſæ, 12. met: com: 4. Vniuerſalia ſunt collecta ex particula-
ribus in intellectu, qui accipit inter ea ſimilitudinẽ, & facit ea vnam intentionem: Intel-
lectus ergo, & non ſenſus circa hæc negotiatur. Patet hoc per Auer: 1. phyſ: cõ: 5. Licet,
inquit, indiuiduum non ſit principium in ſcientia demonſtratiua; eſt tamen principium
acquiſitionis vniuerſalis, quod eſt principium doctrinæ demonſtratiuæ. Item, opus eſt
animæ 3. de anima com: 4. intentiones, quæ in virtute ſunt imaginatiua, conſiderare: ſi-
cuti ſenſui, ſenſibilia. ſed hæc talia ſunt ſingularia: intellectus ergo intelligit ſingularia.
1. Reuera, intellecta in actu, com: 5. eiuſdem libri, vnum habens ſubiectum, per quod ſunt
2. vera, ſcilicet formæ, quæ veræ imaginationes ſunt. ſed hæ ſunt ſingulares: ergo quod
3. prius. Amplius, phantaſmata ſe habent ad intellectum, vt ſenſibilia ad ſenſum 3. de a-
nima com: 30. Et Auer: com. 33. ait intellectum comprehendere mediantibus formis
imaginum: ſed hæc ſunt ſingularia: ergo. Adde authoritatem philoſophi com: 12. aſſe-
4. rentem, intellectum, ſpecies intelligere in phantaſmatibus, ſicuti viſum, res ſibi præſen-
tes: Et com: 39. Cùm intelligens, inquit, ſpeculatur ſenſibilia, neceſſe eſt ſimul phan-
taſma aliquod ſpeculari: imagines namq; ſunt loco ſenſibilium noſtro intellectui, inquit
commentator ibidem; ſunt enim ſenſibilia non materialia. Ex his ergo philoſophi, atque
commentatoris authoritatibus, intellectum ſingularia intelligere diſcimus.*

Singularia priùs intelliguntur.

Pueri omnes homines vocant patres.

Quòd intellectus intelligat ſingularia.

CAP. IIII.

Rationes, quibus oſtenditur intellectum, ſingularia intelligere

Rationes.

*1. QVod intellectus intelligat ſingularia, nõ modò his, quæ dicta ſunt, ſed quàm
plurimis etiam rationibus ſtatui poteſt: quarum vna eſſe poteſt talis: Per
intellectum ſenſum circa ſenſibile ſingulare errantem, animaduertimus;
ſolem enim pedalis eſſe quantitatis ſenſus arbitratur, ſed ab intellectu, per
rationis diſcurſum, illa percipiente, corrigitur. Ille ergo ſol ſingularis ab in-
2. tellectu cognoſcitur. Amplius, prudentia eſt circa ſingularia, 6. eth: cap. 6. & 8. ex alte-
ra ſingulari, & altera vniuerſali, ſingularem concluſionẽ concludentibus. ſed ſenſus, quo-
niam vniuerſale non cognoſcit, par non eſt, vt huiuſmodi ſit propoſitionis deductor. Nec
licet aſſerere, ſingularem quidẽ à ſenſu, vniuerſalem ab intellectu fieri: nam cùm cõcluſio
3. ex vtriuſq; ſimul dependeat, ex altera illarum inferri non poteſt. Adde, quòd virtus di-
ſtinguens inter aliqua, quodlibet illorum neceſſariò cognoſcit, 2. de anima, cõ: 144. Vnde
viſus iudicat colorem, qui eſt propriũ ſubiectum ei; quatenus eſt viſus: & iudicat diffe-
rentias*

Intellectus intelligit ſingularia

rentias proprias, quæ ſunt in illo ſubiecto, album ſcilicet nigrum, & media. Sed intelle-
ctus, hanc albedinem in hoc pariete exiſtentem, à virtutibus ſenſitiuis, per quam illam
ſentimus, & ab intellectu, per quem intelligimus, diſtinguit, atque diſcernit: nec alia
quæuis virtus ad hoc agendum aptitudinem habet: ab alia certè virtute, ipſe intellectus
minimè deprehenditur. ab intellectu igitur, huiuſmodi differentia cognoſcitur, & diſ-
cernitur. Suffragatur huic propoſito, Commentator 3. de anima com: 9. Quod, inquit, Com:
comprehendit alietatem inter duo, neceſſe eſt, vt ſit vnum vno modo, & multa alio mo-
do: & iſta eſt diſpoſitio intellectus, in comprehendendo alietatem, quæ eſt inter formam Quomodo ſin-
& indiuiduum: comprehendit enim formam per ſe, & indiuiduum mediante ſenſu. Re- gulare cog-
uera, cognoſcit vniuerſale per propriam naturam, ſingulare verò per accidens, nempè noſcatur.
reflectendo ſe ab vniuerſali, ad phantaſma, & ab ipſo ad ſingulare ſenſatum. Iterùm, 4.
ſi intellectus non intelligeret ſingularia, profectò non eſſet practicus, & conſultiuus in-
tellectus; ille enim circa ſingularia verſatur: rebus præterea ſingularibus à cognoſcente
nomina imponuntur: ergo. Intellectus quoque per ſe intelligit ens, maximum ergo ens,
maximè iintelligit: ſed ſingularia ſunt maximè entia: nempè vniuerſalibus perfectiora:
maximè ergo intelliguntur. Profectò, vna eademq́; virtute ambo correlatiua intelligun-
tur: ſed vniuerſale, & ſingulare ſunt correlatiua: ab eadē ergo virtute comprehēduntur,
qui eſt intellectus, non autem ſenſus. His ita excuſſis, ſit vna ad propoſitam quæſtionem Species ſpecia-
talis reſponſio. Primum cognitū cognitione actuali confuſa, eſt ſpecies ſpecialiſſima, cuius liſsima eſt pri-
ſingulare primò efficaciùs mouet ſenſum. Sanè, cauſa naturalis, ab omni prorſus impedi- mum cogni-
mento libera, ſecundùm vltimum ſuæ potentiæ operans: effectum producit perfectiſſi- tum.
mum; ſed agentia, ad actum intellectus primum, ſunt cauſæ naturales liberæ ab omni 1.
impedimento: producunt ergo effectum perfectiſſimū, nempe conceptum actualem con-
fuſum ſpeciei ſpecialiſſimæ: alioqui ſi talis conceptus eſſet alicuius cōmunioris; nunquam
profectò ab illis agentibus, ſpeciei ſpecialiſſimæ conceptus produci poſſet: potentia ſiqui-
dem, in effectum, ipſius perfectiſſimo effectu, perfectiorem, nō agit. ſed effectus ſpeciei
ſpecialiſſimæ, eſt perfectior conceptu cōmuniori, ſicut totùm ſua parte: prius ergo actu
confuſo ſpecies ſpecialiſſima mouet intellectum, quàm genus. Adde, quòd ſit actualior
genere: igitur fortius mouet: quando enim ſunt aliqua duo agentia naturalia, paſſo de-
bitè diſpoſito æquè proxima, quod eſt actuali, citiùs, ac fortiùs agit in paſſum. Item, 2.
termini metaphyſicales, vel vniuerſaliſſimi, via doctrinæ, authore Auicenna 1. met:
cap. 3. ſunt vltimò actualiter noti; arbitratur enim via doctrinæ, metaphyſicam, eſſe
vltimam: Ordo, inquit, huius ſcientiæ eſt, vt diſcatur poſt ſcientias naturales, & diſci-
plinas. ſed termini illi ſunt vniuerſaliſſimi: vniuerſaliora ergo non ſunt prius actualiter
nota. Sanè, ordo ſcientiarum, ordinem ſequitur ſcibilium, idq́; quantum ad nos pertinet.
Quare, ſi metaphyſica eſt vltima ſcientiarum ordine doctrinæ: illius ergo termini (quò
ad nos) ſunt vltimò noti. Amplius, ſi ante ſpeciei conceptum, vniuerſaliora neceſſe ſit 3.
concipere; tunc ſuppoſito ſenſu in actu, & intellectu ſoluto, magnum intercideret tem-
poris interuallum, priuſquàm intellectus, ſpeciei cognitionem attingeret: inter ſupremū
namq́; & infimum, plurima media prædicata deſcendunt. Adde, id priùs cognoſci, quod
faciliùs abſtrahi poteſt: intellectus certè abſtrahendo intelligit. proinde ſicut ſe habet
ad abſtrahendū, ita etiam ad intelligendum. ſed ſpecies ſpecialiſſima eſt facilis abſtra-
ctu, à ſimilioribus namque facilior, quàm à diſſimilioribus ſit abſtractio: ſed huiuſmo-
di eſt ſpecies: ergo &c. Illud præterea vniuerſale priùs cognoſcitur ab intellectu, à cuius 4.
ſingulari fortiùs ſenſus mouetur: etenim noſtra cognitio intellectiua, ortum habet à ſen-
ſu. ſed ſingulare ſpeciei ſpecialiſſimæ, fortiùs cæterū, ſenſum mouet: nam cùm ſenſus
moueatur à ſingulari: quò ergo magis, ſeu maius fuerit ſingulare; eò magis ſenſum mo-
uebit, per illam regulam, prim. topicorum, ſicut ſimplex ad ſimplex &c. ſed maximum
ſingulare, eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ, vtpote determinatæ, & naturæ, & ſingularitatis,

 per

Intellectꝰ intelligit ſingularia

*per aliquam aliam naturam amplius non determinabilis, quod profectò indiuiduis ſu-
periorum non conuenit: ergo. Inſuper eſt actualius, atque perfectius ſingulare: fortiùs
5. ergo mouet. Amplius, quod eſt magis compoſitum eſt priùs notum 1. phyſ: com: 3. Illa,
inquit, quæ ſunt cognita apud nos primò de rebus naturalibus ſunt compoſita. Simile
quiddam habetur 3. cœli, com: 61. ſed ſpecies ſpecialiſſima, eſt magis compoſita, quàm
alia ſuperiora, quippè quæ abundat à genere, ſecundùm Porphyrium cap. 3. de differen-
tia: igitur ſpecies ſpecialiſſima eſt primum cognitum, cognitione actuali confuſa. vnde,
6. quod ante dictum eſt, de cognitione vniuerſalium, ſibi minimè conſtare videtur. Etenim
quæ ſunt priora ſecundùm naturam, ſunt poſteriùs nobis nota 1. poſter. ſed maximè vni-
uerſalia, ſunt priora ſecundùm naturam: prius enim ſecundùm naturam eſt, à quo non
conuertitur conſequentia ſubſiſtendi: vnde licet à minùs vniuerſali valet conſequentia
ſubſiſtendi, ad vniuerſale maius; non tamen è conuerſo. Minus ergo vniuerſale eſt po-
ſterius ſecundùm naturam, & ex conſequenti prius notum. Reuera cauſæ, & principia,
quoad nos, poſteriùs cognoſcuntur; ex effectibus enim, ad cauſarum, atque principio-
rum cognitionem accedimus; quia ſenſus magis noti iudicantur. ſed maximè vniuerſa-
lia, ſunt cauſæ, & principia: igitur minus nota: ergo quod prius.*

CAP. V.

Soluuntur Argumenta.

1. *QVamuis huiuſmodi rationes, atque argumenta, rationi, philoſophicę do-
ctrinæ ſatis congruere videantur; quibus tamen non probantur, ſic ſolue-
re nituntur. Ad primum, negant vltimum aſſumptum, nempè perfectiſ-
ſimum effectum, ſpecificum eſſe conceptum: ſed aiunt eſſe cõceptum entis:
nec vllum alium pro tunc aſſignari poſſe. Et ad aliud aſſumptum, negant
conſequentiam, & ad probationem reſpondent, id verum eſſe de effectu perfectiſſimo
ſimpliciter, non autem de effectu perfecto ſecundùm quid, vt eſt in propoſito: proinde
virtutem illam pro aliquo poſſe priori, obſcura eſt reſponſio, nec vim argumenti auferre
videtur, præſertim cùm conceptus entis apud illos ſit diſtinctus, & non confuſus, vt po-
2. ſtea dicemus. Ad 2. dicunt terminos metaphyſicales nequaquam primò cognoſci, eò quòd
Triplex abſtractio. abſtracti ſunt abſtractione formali: ipſi verò aiunt ſignificatum huius termini, ens con-
cretum quidditatis ſenſibilis eſſe, & ſic primum cognitum cognitione confuſa actuali:
Totalis. ponunt namq; abſtractionem totalem, abſtrahentem vtiq; à ſingularibus ſpeciebus, &
generibus: & ita ens eſt totum vniuerſale. ſed huiuſmodi propoſitæ non congruit quæ-
Formalis. ſtioni, quæ ſciſcitatur de cognitione confuſa actuali, non autem virtuali. Addunt & for-
malem, quæ à ſpeciebus, & generibus abſtrahit, & ſic volunt, ens eſſe terminum meta-
Ens concretū. phyſicum. Tertio modo dicunt fieri abſtractionem, à ſingularibus tantùm: & hoc modo
ens eſſe primum cognitum affirmant, vocantq; ens concretum quidditati ſenſibili; nulla
Differentia enim illarum à quidditate generica, ſiue ſpecifica abſtractionum ſeparatur. vocatur au-
abſtractionū. tem abſtractio formalis, quia vt forma abſtrahitur eius, à quo abſtrahitur: duplex ſi-
1. quidem abſtractio fit per intellectum: vna qua formale abſtrahitur à materiali: & alte-
2. ra qua totum vniuerſale abſtrahitur à partibus ſubiectiuis. Porrò, in abſtractione for-
mali, manet vterq; conceptus, & formalis, & materialis completus, & ſeorſum cõſiſtens;
linea enim ſine materia ſenſibili, & viciſſim materia ſenſibilis, ſine linea diffiniri poteſt.
Non ſic autem in abſtractione totali. Adde, quòd in abſtractione formali eſt actualitas,
3. in totali verò potentialitas, & confuſio. Inſuper in abſtractione formali, quò magis ali-
quid eſt abſtractius, eò magis eſt notius naturæ; abſtrahit enim à materialibus, & po-
tentialibus: in abſtractione autem totali, notius nobis; abſtrahit ſiquidem à ſpecificis*

actualita-

actualitatibus, à quibus, quantò aliquid eſt abſtractius; tantò potentialius, atque con- Intellect9 intelligit
fuſius, & minùs intelligibile: actus namq; ſecundùm ſe eſt notior potentia. 6.met.com.1. ſingularia
Poſtremò, ſecundùm diuerſos abſtractionis formalis modos, ſcientiæ ſpeculatiuæ, vt
dicitur 6. met. in principiò, diuerſæ quoq; reputantur, atque diſtinguuntur: quod planè 4.
abſtractioni totali, minimè conuenit; eſt enim omni ſcientiæ communis. Quare hoc mo- Abſtractio
do metaphyſica non ſe habet ad naturalia, inſtar totius vniuerſalis ad partes ſubiecti- metaphyſ.
uas; ſed potiùs vt formalia ad materialia: licet enim vtraque abſtractio metaphyſicæ
conuenire poſſit; in quantum tamen ſub conſideratione metaphyſicali cadunt, reſpectu
naturalium, vniuerſalia dicenda non ſunt; ſed formæ potiùs, & naturalia ſunt earum
materia. Entis ergo abſtractio formalis eſt, quando ſcilicet à ſpecificis, atque genericis Entis abſtra-
rationibus præciſum, & ſeparatum, intelligitur: totalis verò, quando vt totum vniuer- ctio formalis
ſale, poteſtate genera, ac ſpecies omnes complectens, intelligitur. Itaque ens concretum & totalis.
quidditati ſenſibili, abſtracta à ſingularibus eſt primũ cognitum, ſic illi philoſophantur.
Ad 3. Dicunt, ordinem eſſentialem inter conceptus confuſos non inueniri; ideò non o- 3.
portere tantùm temporis interuallum interuenire. Quòd autem inter conceptus confuſos Inter conce-
actuales prædicatorum quidditatiuorum, eſſentialis ordo originis non inueniatur, in cau- ptus confu-
ſa eſt, quia ſi aliqui conceptus ita ſe haberent, extremos generari, niſi priùs mediis ge- ſos non eſt or
nitis, fieri non poſſet; alioqui non eſſet ordo inter illos eſſentialis originis. ſed nos conci- do eſſentialis.
pimus hominem, & ſubſtantiam, mediorum conceptibus ignoratis: ergo. &c. Ad con-
firmationem aiunt, quòd ſicut duplex eſt abſtractio ſpeciei ſpecialiſſimæ, nempè ſepa- Duplex ab-
ratio à ſingularibus, quæ fit per actum intellectus agentis: & actualiter ſpeciem, & non ſtractio.
genus intueri, idq; per actum intellectus poſſibilis; ita planè conceptui entis confuſo a-
ctuali, duplex eſt abſtractio neceſſaria: altera quidem à particularibus, quando quæ-
libet ſpecies ab intellectu agente abſtrahitur: altera fit ab intellectu poſſibili, quan-
do in quacunque quidditate ſibi primò actualiter præſentata, ens primò concipit, cæ-
tera actualiter, quæ in illo ſunt non concipiendo. Ex quo patet, faciliorem eſſe entis ab-
ſtractionem; facilius eſt enim concipere actualiter prius, ſine poſteriori, quàm è
conuerſo: abſtractio ergo illa, de qua loquitur argumentum, cognitioni confuſæ ne-
quaquam neceſſaria eſſe videtur. Ad 4. Minor eſt falſa, & conſequentia probatio- 4.
nis non valet; ſenſus enim non mouetur à ſingulari, quatenus ſingulare: proinde ille
modus arguendi tenet, quando prædicatum conuenit ſubiecto, ſecundùm quod ipſum:
quod certè in propoſito non inuenitur. Sanè hic color, non in quantùm talis, ſed poti-
ùs in quantùm color, mouet ſenſum. Ad confirmationem, maior aſſumpta, non eſt
vniuerſaliter vera: nam coloratum magis mouet viſum, quàm hoc nigrum, quia à re-
motiſſimis mouet. Præterea, plura ſingularia imperfecta, fortiùs mouent, quàm v-
num actualius, & perfectius, quia profectò omnia ſunt ſingularia entis. Quam ob Cogitatiua
cauſam cogitatiua pueri, in quo noua incipit oriri cognitio, à ſingularibus entis, & pueri.
non à ſingularibus ſpeciei, mouetur magis. cùm autem intellectus, vniuerſale accipi-
at à ſingularibus multis. 2. poſt. 22. & in proemio met. hac de cauſa, priùs cognoſcit
ens, quàm ſpeciem. Maior ergo argumenti eſt vera, cæteris paribus. at plura ſingula-
ria entis, fortiora ſunt, paucioribus ſingularibus ſpeciei: ergo. &c. Ad 5. Dicunt com- 5.
poſitum, vt ſic quidem, non autem abſolutè notius eſſe: & hoc modo confuſè priùs nos
cognoſcere hominem, quàm partes eius diffinitiuas: abſolute verò priùs magis vniuer-
ſale: proinde textum illum aliqui legunt, confuſa, & non compoſita. Ad 6. Secundùm 6.
naturam, bifariam intelligi poteſt, aut ſecundùm perfectionem naturæ, aut ſecundùm
proceſſum tantùm, qui eſt ab imperfecto, ad perfectum: ſicut patet in generatione vi-
uentium. Secundùm primum ſenſum, maior admittitur, & minor negatur. Et ad proba-
tionem dicitur, quòd illa propoſitio intelligenda eſt de prioritate ſecundùm proceſſum
naturæ, & non de prioritate ſecundùm naturæ perfectionem. at, ſi ſecundo modo intel-

ligatur,

Intellectꝰ intelligit ſingularia *ligatur, negatur maior: Et ad probationem dico, Ariſtotelem loqui de priori ſecundùm*
naturam, ſecundùm primum ſenſum. In proceſſu autem naturæ, quoniam magis vniuer-
ſale eſt prius; priùs enim generatur animatum, quàm ſenſitiuum; & ſenſitiuum, quàm
Aliquando à magis vniuerſali venimus ad minus vniuerſale. *intellectiuum: ideò priùs cognoſcimus, atq; faciliùs magis vniuerſale, quàm minùs vni-*
uerſale. Ad probationem, negatur maior: non enim ſemper in omnibus eſt vera: nam
mathematicæ demonſtrationes ſunt à priori, quæ procedunt ex primis, notioribus, &
cauſis concluſionis: & in propoſito à magis vniuerſali, in cognitionem minùs vniuerſa-
lis deſcendimus. Proinde in tali proceſſu, cognitio magis vniuerſalis, eſt cauſa atq; prin-
cipium minus vniuerſalis. Minor quoque lib. 10. met. tex. 6. ab Ariſtotele diſputante
contra Platonem, conſtantiſſimè negatur. Hæc ſunt, atq; ſimilia, quæ in ipſorum ſenten-
tiæ corroborationem, defenſionemque adduci ſolent ab illis viris, quorum rationes poſt-
hac ſunt à nobis proponendæ, vt quilibet accipiat, quod ſibi libuerit: ſed priùs expen-
Quòd ſpecies non ſit primum cognitum. *datur illa ſententia, an ſpecies ſpecialiſſima ſit primum cognitum, cognitione actuali*
confuſa. Sanè, illud via originis, primò nobis cognitione actuali occurrit, quod certè eſt
notius, certiusq́ noſtro intellectui: via enim nobis innata à certioribus, atq; notioribus.
1. *ſed magis vniuerſale eſt notius minus vniuerſali, quippè cùm circa illud minus errare*
contingat: magis ergo vniuerſale cognitione actuali, eſt certius noſtro intellectui minus
2. *vniuerſali. Amplius, ſine accidentium ſpeciebus à noſtro intellectu nihil intelligi poteſt;*
nemo enim cognoſcit animal, niſi à motu, & ſenſu: illud ergo priùs obuiam venit noſtro
intellectui, via originis, cognitione actuali, cuius accidens priùs occurrit. Sed tale eſt
accidens magis vniuerſalis; quò enim accidens communius, eò certius: cognitio ergo
Solutio. *magis vniuerſalis eſt prior. Poſſet aliquis ad hæc reſpondere, cognitionem actualem di-*
ſtinctam, & confuſam adducendo, aſſerens in proceſſu diffinitiuo, per cognitionem con-
fuſam ſpeciei, intelligi debere quid nominis illius: in omni ſiquidem proceſſu diffinitiuo,
Ens cognoſci diſtinctè. *quid nominis eſt præcognoſcendum: per diſtinctam verò, methodum diffinitiuam: ideò-*
que ens diſtinctè, & primò cognoſcitur, quia eſt ſimpliciter ſimplex: deinde quia ab eo,
omnis diffinitiua methodus originem ducit. Reuera, quod habet conceptum ſimpliciter
ſimplicem, diſtinctè, & non confusè cognoſcitur: cognitio ſiquidem actualis confuſa
contingit, quando intellectus quod intelligit, non reſoluit ſecundùm omnes ſui partes
obiecti illius. ſed ens habet conceptum ſimpliciter ſimplicem: ergo irreſolubilis, ideóq;
Diſtinctè. *neceſſariò diſtinctè cognoſcitur, alioqui illius conceptus eſſet compoſitus. Itaque via o-*
riginis, & cognitione actuali diſtincta, primum cognitum eſt ens: diſtinctè enim co-
gnoſcere, eſt reſolutè cognoſcere. ſed ipſum ens eſt irreſolubile: igitur eſt primum co-
gnitum. ſpecies verò ſpecialiſſima primò cognoſcitur, cognitione actuali confuſa, cu-
ius ſingulare fortiùs mouet ſenſum: agens enim naturale, approximatum paſſo, ſuffici-
Confusè. *enter diſpoſito (ſicut dictum eſt) perfectiorem (quôad poteſt) producit effectum. at,*
intellectus agens, & omnia, ad cognitionis generationem concurrentia, ſunt agentia na-
turalia, actum voluntatis in illo priori præcedentia: igitur, perfectiorem producunt ef-
fectum, nempè ſpeciei ſpecialiſſimæ, quæ eſt perfectior genere cognitione, actualis enim
ſemper minus actuale præuenit in agendo. ſed vnum eſt, quod huic ſententiæ maximè
aduerſari videtur, hoc videlicet, ſi ſpecies eſt actualior genere, diſtinctiùs ergo cogno-
ſcitur: ad actum enim ſpectat diſtincta cognitio. Præterea, ſi ens, ſiue genus eſt quid
potentiale, igitur confuſiùs intelligitur: quæ enim ſunt in potentia, quia nondum ſunt di-
ſtincta, confusè intelliguntur. ſed addamus aliorum rationes.

CAP. VI.

Vniuerſale confusè cognoſcitur.

Qui

Vniuerſale confuſè cognoſcitur.

Vniuerſale cõfuſè intelligi.

QVI putant vniuerſale cognoſci confuſè à nobis, ſic arguere conſueuerũt. Quo-
niam cognitio noſtra intellectiua, aliquo modo à ſenſitiua primordium ſumit,
ſenſus autem eſt ſingularium, intellectus verò vniuerſalium; hac de cauſa,
quôad nos, ſingularium cognitio, vniuerſalium cognitionem præcedit: ve-
rùm, quia noſter intellectus de potentia in actum proficiſcitur, ad actum incompletum,
qui eſt medius inter potentiam, & actum, priùs accedit, quàm ad actum perfectum: 1.
ſiquidem actus perfectus, perfectam, atque diſtinctam habet cognitionem, actu verò
incompleto, res confuſè cognoſcuntur, quippè cùm ſecundùm quid, & in potentia co-
gnoſcantur. vnde philoſophus 1. phyſ. ait: Quòd ſint primùm nobis manifeſta, & confu-
ſa magis: poſteriùs autem cognoſcimus diſtinguendo diſtinctè principia, & elementa:
vniuerſalia autem quum ſint quædam confuſa; confuſè igitur cognoſcuntur. Amplius, 2.
diſtinctè aliquid cognoſcere dicimur, quando omnium, quæ ſub illo continentur, notiti-
am habemus. ſed hoc modo vniuerſale non cognoſcimus, quum omnes illius ſpecies appre-
hendere, atq; differentias, non omnium ſit: confuſè ergo, & non diſtinctè à nobis cogno-
ſcitur. Sanè, quemadmodum totum integrale cognoſcitur; ita planè, & totum vniuerſa-
le. ſed vtrumque totum, in quadam confuſione, ſine partium diſtinctione, cognoſcitur:
ergo quod prius. Item, illud primò à nobis cognoſcitur, quod primò noſtro occurrit in- 3.
tellectui. ſed priùs occurrit cognitio confuſa; priùs enim ſeſe intellectui noſtro offert a-
nimal, quàm homo: igitur vniuerſalia confuſè à nobis cognoſcuntur. Sanè, ſicut cogno-
ſcere animal indiſtinctè, eſt cognoſcere animal, in quantum animal; ita planè cognoſce-
re diſtinctè, eſt cognoſcere, in quantum eſt animal rationale, vel irrationale. Eadem 4.
quoq; ratio eſt, ſi magis vniuerſale, minùs vniuerſali comparetur. Adhuc, ſicut ſe habet
intellectus ad intelligibile; ita ſenſus ad ſenſibile. ſed intellectus in rebus cognoſcendis,
exit de potentia, ad actum; ſic etiam & ſenſus: par enim in vtrùque apparet cognitionis
ordo: communius enim, & ſecundùm locum, & ſecundùm tempus, magis quàm minùs
commune, citiùs & priùs per ſenſum apprehendimus; aliquid enim in remotis poſitum,
priùs deprehenditur eſſe corpus, quàm animal. & puer prius diſtinguit hominem à leo-
ne, quàm hunc ab illo hominem. Reuera, qui nouit aliquid indiſtinctè, eſt adhuc in po-
tentia, vt diſtinctionis principium ſciat: ſicuti qui ſcit genus, eſt in potentia, vt differen-
tiam ſciat. ex quo patet indiſtinctam cognitionem, mediam eſſe inter potentiam, & a-
ctum, atq; magis vniuerſale confuſè à nobis cognoſci. Præterea, quando aliquid à nobis 5.
intelligitur, indiſcretum ab aliis, atq; indiſtinctum; confuſè vtiq;, & indiſtinctè à nobis
percipitur. ſed quàm plurimi, ens intelligunt, & illius rationem propriam, ab accidente,
& à ſubſtantia non diſcernunt: & habent nihilominùs actualem entis conceptum, ac to-
tum attingunt, ſed non totaliter comprehendunt: ergo quod prius. Reuera, communiſ-
ſima, vt ens, & res, authore Auicenna 1. met. cap. 5. prima impreſſione imprimuntur
in anima: igitur primò cognoſcuntur cognitione confuſa. Tenet conſequentia: quia im-
perfectiora ſunt priora via generationis. 9. met. commen. 15. conceptus autem entis con-
fuſus, eſt imperfectiſſimus omnium, vt patet: ergo. &c. Iterùm, ſpecies ſpecialiſſima 6.
non eſt obiectum communiſſimum ſimpliciter: cognitio ergo eius actualis confuſa, non
eſt prima ſimpliciter: & conſequenter non eſt primum cognitum. Antecedens ſic
conſtat eſſe manifeſtum; genus enim eſt confuſius ſpecie: ſpecies ergo non eſt confuſiſ-
ſima. Etenim quod plura continet, eſt confuſius. ſed genus plura continet, quàm ſpecies:
Conſequentia nota eſt, ex illa ſententia aſſerente, ſpeciem ſpecialiſſimam primò confuſè
cognoſci: ergo quod prius. Item, totum, & magis confuſum, eſt nobis magis notum ex 7.
authoritate philoſophi 1 phyſ. Confuſa, inquit, & indeterminata ſunt nobis magis nota. 8.
ſed magis vniuerſale, eſt totum, & confuſum: igitur confuſè, & priùs cognoſcitur. Am-
plius, ſi vnumquodq; ſicut ſe habet ad eſſe; ſic ſe habet ad cognoſci. ſed ſpecies ſpecia-
liſſima, eſt veriùs, & perfectiùs eſt, quàm vniuerſale: igitur perfectiùs, & diſtincti-
ùs debet intelligi.

CAP.

Vniuerſale confusè cognoſcitur.

CAP. VII.

Soluuntur Argumenta.

AD primum: Concedo quòd intellectus priùs intelligat aliquid in potentia, quàm in actu, hoc eſt, quòd priùs intelligat ſpeciem, quàm genus; non autem quòd procedat de notitia imperfecta, ad perfectam; non enim eſt vniuerſaliter vera: nam interdum procedit à notitia præmiſsarum, ad concluſionis notitiam, & à cognitione cauſæ, ad effectus cognitionem. Præterea, intellectus priùs recipit actum, quàm habitum; actus autem perfectior eſt habitu: non ergo neceſſe eſt ei, vt priùs ad actum imperfectum, quàm ad perfectum perueniat.

Quòd minùs vniuerſale ſit notius.
Amplius, minus vniuerſale eſt notius magis vniuerſali: ergo falſum eſt quod dicitur, nempè, magis vniuerſale eſse magis notum. Sanè, teſte philoſopho 1. phyſ. comme. 5. definitum eſt priùs cognitum partibus definientibus. ſed minus vniuerſale eſt definitum;
1. ſpecies enim eſt illa, quæ definitur: igitur priùs nota. Sanè, prima forma in re priùs cognoſcitur, 3. de anima comm. 10. ſed talis eſt ſpecies, & comm. 36. Intellectus, inquit, natus eſt abſtrahere quidditatem à ſingulari, & ipſam intelligere, ac ſic abſtrahendo quidditatem, à quidditate, ad ſimplicem tandem quidditatem pertingere. Adde authoritatem, 1. poſter: Quæ, inquit, ſunt proxima ſenſui, ſunt notiora nobis; quæ verò remota à ſenſu, nobis minùs nota. ſed longiora à ſenſu ſunt magis vniuerſalia: igitur minùs
2. nota. Amplius, intellectus proficiſcens ad cognitionem minùs vniuerſalis habendam, non eſt neceſse illum ſcire priùs magis vniuerſalia, alioqui ad notitiam ſpeciei non pertingeret, niſi priùs cognitis intermediis, & vniuerſalibus, & differentiis: ſi ille ordo eſſet eſſentialis; quòd ſi accidentalis extiterit, indifferens erit ad magis, & minùs vniuerſalia intelligenda: ergo quod prius.

Defenſio.
Si quis autem malit tueri primam in argumentis poſitam ſententiam, poſſet ita ad contrarias rationes reſpondere: & inprimis dicere neutro illorum modorum propoſitionem eſſe intelligendam. ſed hoc modo potiùs; cùm intellectus ex potentia, ad actum vltimatè perfectum ſit migraturus, idq́ per multos actus medios; priùs vtique ad actum imperfectum, quàm perfectum diſcurrendo accedit, quemadmodum teſtatur 8. phyſ. comm. 58. Et manifeſtum eſt, inquit, quòd omne generatum eſt diminutum, & ſemper currit ad principium: nam ſi non eſſet diminutū, non moueretur ad complementum; & ita neceſſe eſt, vt omne poſterius, ſecundùm tempus in generatione, ſit prius ſecundùm naturam. eodem modo 9. met. comment. 15. & 2. de partibus animalium, cap. primo, quòd priora, via generationis, ſint imperfectiora: intellectus ergo, diſtinctam ſpeciei cognitionem cupiens habere, per multos actus medios generum tranſit, quæ mediæ cognitiones dicuntur: igitur intellectus magis vniuerſale, priùs diſtinctè cognoſcit, quàm minùs vniuerſale; eſt enim illa cognitio, ſpeciei confuſa virtualis, & diſtincta eiuſdem generis, quæ licet ſit diſtinctia actualis generis; ipſi-

Confuſa actualis generis, vocatur confuſa.
us nihilominùs, ac ſpeciei confuſa vocatur, quia nimirum in illa, ſpecies, & ipſius generis poteſtas confusè cognoſcitur. Quòd autem dicitur, intellectum procedere de imperfecta, ad perfectam notitiam, hoc veritatem habet in proceſſu generationis, atq́ in hoc imitatur naturam, quæ ab imperfectioribus exordiens, ad perfectiora ſemper contendit:

Duplex proceſſus.
ſic animal priùs generatur, quàm homo. at in proceſſu generationis, ac cauſalitatis efficientis, vel finalis (in quo etiam inuenitur cauſæ prioritas effectiuæ, vel finalis) non ſemper proceditur ab imperfecto ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, ad perfectius ſecundùm quid.

Dupliciter perfectum.
Reuera, vnum altero perfectius, poteſt eſſe dupliciter: ſimpliciter ſcilicet, vel ſecundùm quid, eidemq́ poſſunt hæc duo congruere: ſicuti ſubſtantia, generatione, cauſalitate finali, & efficiente, eſt prior accidente: ſecundum quid verò, eſt illo imperfectior; quatenus reſpectu accidentis, eſt in potentia, & cauſalitatem materialem participet.

Vniuerſale confuſè cognoſcitur.

ticipet. Quando ergo dicitur, præmiſſas eſſe priores &c. ſic intelligendũ eſt, præmiſſas non ſolùm via generationis; verùmetiam cauſalitatis effectiuæ ordine, concluſione eſſe priores. 2. phyſ. comment. 31. & primo poſt: 41. comm. Sufficit ergo illarum notitiam, ſecundùm quid eſſe imperfectiorem. hac de cauſa 2. phyſ. com. 31. & 3. & 5. met. com. 32. in genere cauſæ materialis collocantur: pari modo reſpondetur ad proceſſum cauſæ ad effectum. Actus præterea præcedens habitum, non eſt ſimpliciter habitu perfectior; licet id verum ſit in actu, qui ab ipſo habitu elicitur, vt dicitur primo ethicorum: talis autem eſt habitu poſterior: hoc modo illi tuentur partem ſuam. Ad 2. Negatur minor: & ad probationem dico, quòd quamuis vniuerſalia vocentur confuſa; non tamen 2.
confuſè à noſtro intellectu intelliguntur, ſed diſtinctè, vt dixi. confuſa autem appellantur, eò quòd plura contineant. Cùm ſermo ergo eorum ſit de proceſſu diffinitiuo, in quo, vt vna eſt omnium ſententia, ſemper vniuerſaliora ſunt priùs nota, via diuiſionis, & compoſitionis à magis vniuerſalibus, ad minùs vniuerſale, tandem ad ſpeciei diffinitionem, atq; cognitionem diuidendo, & componendo pertingunt. Itaque diffinitiua methodus, à confuſo, id eſt, ab illo, quod plura continet, exordium habet; non tamen à confuſo confuſè, ſed diſtinctè cognito. Cognitio ergo illa, hanc ob cauſam, confuſa dicitur, quia plura contineat: diſtincta verò, quia in ſuperiora eſt reſolubilis. Per potentiam ergo, ignorantiam intelligunt, & per actum ſcientiam, quæ habetur de definito per illius definitionem: hoc modo intellectus exit de ignorantia diffinitionis, ad illius actũ, id eſt, notitiam, atq; cognitionem. Pari facilitate ſoluitur tertium argumentum, quòd 3.
ſcilicet priùs cognoſcimus animal, quàm hominem; per mediorum enim cognitionem, ad definitionem accedimus: ſi hæc rectè, & quieto animo intelligantur, non multùm inter vtramq; ſententiam intereſſe videtur; licet id multis perſuaderi non poſſit. Sed arguet aliquis contra prædicta, notitiam in vniuerſali non eſſe notitiam incompletam, aut ſecundùm quid: Demonſtratio in vniuerſali, eſt præſtantior demonſtratione particulari: igitur, notitia in vniuerſali, quæ demonſtratione vniuerſali acquiritur, particulari eſt nobilior. Item, aliud eſt loqui de notitia actuali obiecti, & aliud de eorum virtuali notitia, quæ in ipſo includuntur: vnde, quamuis particularium virtualis notitia, in vniuerſali ſit confuſa; notitia tamen actualis ipſius vniuerſalis, eſt diſtincta. Et quia ab his, quæ actualiter confunduntur in obiecto, attenditur confuſio notitiæ: cùm notitia ſpecificetur ab obiecto, his, quæ ſunt intrinſeca, diſtincta, & non confuſa eſt dicenda notitia.

Quare cõfuſa Diſtincta.

Notitia in vniuerſali eſt notitia completa.

1.
2.

Solutio.

Verùm ad hæc ſic reſponderi poſſit, & ad primum quidem dicendo: argumentum laborare in æquiuoco illius termini vniuerſale: Ariſt: ſiquidem demonſtrationem vocat vniuerſalem, in qua paſſio de ſuo ſubiecto demonſtratur, idq́; tam in genericis, quàm in ſpecificis paſſionibus, illamq; doctrinam, ſeu notitiam, ſic partam nobiliorem, potioremq́ue appellat ea, quæ de parte ſubiecta primi ſubiecti habetur: Illi autem aiunt, ſe loqui de cognitione, non autem de demonſtratione vniuerſali. Porrò, cognoſcere aliquid in vniuerſali, ſicuti hominem in animali, eſt imperfecta cognitio. Ad 2. Dicunt notitiam animalis diſtinctam, quatenus eſt totum diffinibile, eſſe notitiam confuſam eiuſdem; quatenus eſt totum vniuerſale, & ex conſequenti confuſam ſpecierum, atq; ita æquiuocationem non accidere; contingit enim animal diuerſimodè, nempè diſtinctè, & confuſè notum eſſe: ſicut dictum eſt. Nec quia ſimul inueniuntur, ſunt eædem notitiæ, cùm altera actualis, virtualis altera nominetur. cùm autẽ dicitur, quòd talis notitia confuſa dicenda non ſit; falſum eſt, quippè cùm minor ſit actualis, quàm potentialis confuſio: Id quod vltimò obiicitur, ab obiecto ſcilicet ſpecificari notitiam, atque ab illius intrinſecis; non facit ad rem; confuſa enim, & diſtincta, non ſunt cognitionum ſpecies; alioqui cùm ſint eiuſdem obiecti, eiuſdem planè non eſſent ſpeciei, ſicq́; notitia non ſpecificaretur ab obiecto: aſſumptum igitur in propoſito, contradictionem implicat. Ad 4. Negant ſenſum cognoſcere magis commune: Senſus, inquiunt, cognoſcit ſingulare tantùm: ergo priùs

1.
2.
4.

Senſum cognoſcere ſingulare tantũ.

Vniuerſale confusè cognoſcitur.

non cognoſcit magis commune; natura enim illa communis non eſt ratio mouendi ſenſum:
nam quod eſt ei, cui repugnat ratio mouendi, & re, & ratione idem; non eſt vtiq; illi ra-
tio mouendi. ſed natura communis, eſt eadem re, & ratione ſingularitati, cui repugnat
ratio mouendi: ergo. &c. Natura namq; & ſingulare (apud illos) non diſtinguuntur re-
1. aliter, neque ex natura rei, nec etiam ratione. Reuera, diſtinctio rationis, intellectus a-
ctum ſequitur. ſed in illo priori, nullus eſt actus intellectus, quippè cùm actus realis,
ab ente rationis minimè dependeat. ſed ſenſatio eſt actus realis: obiectum autem ſenſi-
bile, rationis diſtinctionem in ſe habens, eſt ens rationis: ab eo ergo nequaquam depen-
2. det. Amplius, quæcunque ſecundùm rem ſunt indiſtincta omninò, ſi vnum terminat ad
aliquam actionem realem, & alterum ſimiliter terminabit eandem. ſed natura magis
communis, & minùs communis (debita ad ſenſum approximatione ſuppoſita) ſunt hu-
iuſmodi: ergo. &c. Sanè, idem ſenſus, id primò cognoſcit, quod ſpecies ſenſibilis primò
repræſentat. ſed ſpecies ſenſibilis primò repræſentat ſingulare ſpeciei ſpecialiſsimæ, de-
bita diſtantia poſita: ergo. &c: Minor autem iſtius confirmationis, multis conſtat ra-
tionibus; ſpecies namq; ſenſibilis, ſub ea certè ratione, obiectum repræſentat, ſub qua
1. ſeſe imprimit ſenſui. Sed ſub ratione naturæ ſpecificæ ab obiecto, ſenſui imprimitur, par
tim quia eſt actualior, atq; perfectior; partim verò, quia ſpecies illa, eſt naturalis ſi-
militudo, ab obiecto cauſata, ipſum (ſecundùm rationem eſſentialius ſibi congruentem)
adæquatè repræſentans: itaque, magis ipſum ratione, quæ ſibi eſſentialiùs, & perfectiùs
cõpetit, quàm ſub ratione minùs principali, repræſentat. Soluuntur huiuſmodi rationes
ſic: Natura talis, puta color, & non natura cõmunis, id eſt, color communis, eſt ratio mo-
1. uendi. Ad improbationem, negatur minor: in rebus ſiquidem materialibus, natura &
ſingularitas diſtinguuntur realiter: vnde licet poſt ſenſationem ſit diſtinctio rationis, ip-
2. ſam nihilominùs fundamentaliter præuenit, & hoc ſufficere, aiunt. Ad confirmationem
dicunt, obiectum ſenſibile non eſſe obiectum rationis, nec aggregatum ex ente reali, &
rationis; ſiquidem diſtinctio rationis ſupra rem, fundamentaliter addit nihil. Senſatio
præterea ab ipſa natura, talem habente conditionem, cauſatur, & non à naturæ diſtin-
ctione. Etenim, color, in quantum color, non in quantum à ſua ſingularitate diſtinctus,
3. mouet. Quare, ſi illa diſtinctio eſſet ens rationis, adhuc nihil concluderet. Ad aliam con-
firmationem, maior eſt falſa, quô ad actiones nihil reale ponentes ſuis in terminis, qua-
les ſunt actiones immanentes: Dei ſiquidem ſapientiam intelligere poſſum, eius bonita-
4. tem non intelligendo. Ad alias confirmationes, non admittitur ab eis, ſingulare ſpeciei
ſpecialiſsimæ, à ſpecie ſenſibili primò repræſentari, nec ſpeciem ſenſibilem, à natura ſpe-
cifica primò imprimi, ſed potiùs à primo ſenſus obiecto: nullius autem primum ſenſus
obiectum, eſt ſpecies ſpecialiſsima; ideóq; ſpecies viſibilis, à viſibili primò imprimitur,
in quantum ſcilicet eſt coloratum, non autem quatenus eſt album, vel nigrum. nec refert
albedinem actualiorem eſſe colore, cùm illi adhuc neceſſe ſit, vt primum ſit obiectum
potentiæ. Senſibili præterea nequaquam ſpecialiſsima natura, quàm generis, eſſentialiùs
ineſt; imò huic viſibili, vt ſic eſſentialior eſt color, quàm albedo, ſiue nigredo; illis e-
nim ſublatis, manet viſibile, ſine hoc autem, minimè. Ecce ad plenum hæc deſcripſi, ne
quis conqueri poſsit à me eſſe defraudatum, dum polliceor omnia fideliter in medium
adducere, & id nequaquam præſtarem.

Singulare ſpeciei ſpecialiſsimæ primò repræſentatur.

Solutiones.

CAP. VIII.

Soluuntur alia quatuor argumenta.

AD 4. Dicunt duplicem eſſe perfectionem: obiectiuam ſcilicet, & euiden-
4. tiæ. Porrò, ille conceptus eſt obiectiuè perfectior, qui obiectum perfecti-
us poſitiuè habet: euidentiæ verò perfectior, cuius obiectum pauciora in-
cludit.

Vniuerſale confuſè cognoſcitur.

cludit. Quare, ſi in argumento ſit ſermo de perfectione euidentiæ, maior eſt falſa, & minor eſt vera: ſi verò de perfectione euidentiæ, maior eſt vera, & minor falſa. Verùm aiunt illi, minorem etiam de perfectione euidentiæ, eſſe veram; nempè conceptum actualem confuſum entis, quô ad euidentiam eſſe imperfectiſſimum. Sanè, ille conceptus eſt omnium ineuidentiſſimus, ſub quo intellectus exiſtens, ab aliorum abeſt cognitione. ſed conceptus actualis entis eſt huiuſmodi: ergo. &c. maior patet, euidentia enim conceptus, cùm ſit propria intellectus perfectio, quò maior extiterit; eò magis intellectũ ad aliorum cognitionem aptiſſimum reddet: præſertim cùm intellectus, ex euidentibus, ad ineuidentia naturaliter pergat. minor quoq; nota eſt: nam alij conceptus, ipſum entis conceptum actualiter includunt, non autem è conuerſo. habens ergo entis conceptum, longè abeſt ab aliorum cognitione: imperfectiſſimus ergo.

Conceptus entis cõfuſus.

5. *Ad 5. Dicunt, duplicem eſſe continentiam: vnam actualem: alteram verò potentialem, & id eſſe confuſius, quòd plura actualiter, non autem potentialiter continet. ſed genus, potentia, ſpecies verò actu, plura continet: illa ergo eſt confuſior genere. Contrà, confuſius eſt, quod ſine ordine plura continet: quemadmodum genus, vtpotè in potentia, ſpecies autem quoniam ordinatè continet partes diffinitiuas, confuſionis opprobrium non ſuſtinet. Contrà, genus continet ſpecies ordinatè, quia ſcilicet, eas reſpicit per medias differentias, quæ ſunt valdè ordinatæ. Contrà, genus, potentia ſola, & non actu, ſpecies & differentias continet (teſte Porphyrio, cap. de differentia) indiſtinctè ergo continentur à genere: nam authore philoſopho 7. met. comm. 49. actus eſt qui diſtinguit: igitur vltima continentur indiſtinctè: non ergo ordinatè; ordo ſiquidem, ſine diſtinctione inueniri non poteſt. Itaq;, non ſolùm ſpecies; verùmetiam differentias inter ſe ordinatas, genus abſq; ordine continet· non ergo continentia plurium cauſa eſt confuſionis, alioqui ipſo vniuerſo confuſius nihil, ſed plurium continentia inordinata. Hæc illi, verùm conſultius eſſet, ſi iuxta priorem modum hæc interpretarentur.*

Genus eſt confuſius ſpecie.

6. *Ad 6. Patet reſponſio ex dictis; ſiquidem pauca bene intellecta, aliorum intelligentiam habent.*

7. *Ad 7. Vniuerſale eſt magis confuſum, reſpectu eorum, quæ continet; non tamen eſt magis confuſè cognitum (ſicut paulò antè dixi) vniuerſale præterea maius, minori comparatum, & totius, & partis rationem ſubire poteſt: totius, inquam, quia non ſolùm minùs vniuerſale, ſed alia quoque, ſua potentia continet, & complectitur; ſub animali enim non ſolùm homo; verùmetiam & equus continetur: partis verò rationẽ ſuſcipit, quatenus ſub minùs vniuerſali, & ipſum, & alia continentur, ſicuti ſub homine, & animal, & rationale. Itaq; priùs animal, quàm homo, noſtro occurrit intellectui; quatenus vt totum intelligitur: homo verò priùs quàm animal, ſi vt illius pars conſideratur, ſicq; nihil prohibet, priùs partes, quàm totum intelligere. at, quatenus ſunt in toto, ſi intelligantur, totum priùs, quàm partes, neceſſe eſt intelligere. Hæc quidem ideò longo adduxi in medium ſermone, vt vnuſquiſq; accipiat quod ſuum eſt, & vadat: ipſi autem, hæc breuiſſima inſerere placuit.*

Propria ſententia.

Quoniam vtraq; pars de primo cognito loqui videtur, ſecundùm proceſſum ordinemq́ue diffinitiuum: in ordine autem diffinitiuo, vniuerſaliora (vt omnes propemodum ſentiunt) ſunt notiora, ac diſtinctè cognoſcuntur, diſtincta vtiq; cognitione potentiali: quia verò, ſua inferiora actu nequaquam continet, cognitionem actualem confuſam habere videntur; hanc ob cauſam vna pars aſſerit, magis vniuerſalia diſtinctè, altera autem, confuſè cognoſci. Quôad verò ad ſpeciei cognitionem, ſimilis eſt controuerſia, & eiuſdem controuerſiæ par vtiq; cauſa: nam, quia ſpecies plura continet, idcirco pars quædam ait, ſpeciem confuſè cognoſci; plurium enim continentia, confuſionem ſignificat: altera verò dicit, ſpeciem diſtinctè cognoſci; ſpecies enim eſt actus: actus autem diſtinguit: igitur diſtinctè cognoſcitur. Adde, quòd ea, quæ ſub ipſa continentur, ordine debito gaudent; vbi autem eſt ordo, nulla eſt confuſio: igitur ſpecies diſtinctè cognoſcitur. Et reuera, ſi ſpecies eſt, quæ diffinitur; actualem vtiq; habere videtur cognitionem: quoniam verò infini-

Proceſſus diffinitiuus.

Vniuerſale confuſè cognoſcitur.

*ta quodam modo ſub ſe continet indiuidua, potentialem habet cognitionem confuſam &
hoc eſt, quod ab illis dicitur, ſpeciem ſpecialiſsimam, via originis ab intellectu primò co-
noſci. Cæterùm, ſi alicui hæc non arriſerint, abundet in ſenſu ſuo; nos autem minimè ap
probamus obſtinatum animum contradicendi. Quòd ſi loquamur de primo cognito (ſi-*

Proceſſus demonſtratiuus

*cut dictum eſt) ſecundùm proceſsum demonſtratiuum per inuentionem emergentem,
primum cognitum, experimentariæ, atq; ſingulares ſunt propoſitiones, deinde vniuer-
ſaliſsimæ: ſecus autem eſt, ſi per doctrinam proceſſus ille emerſerit; tunc enim, vniuer-
ſaliſsimæ propoſitiones ſunt primum cognitum, ſiue ſubſtantiale, ſiue accidentale illud
extiterit: ſiquidem in ſcientiarum arte, doctrinaque, præceptoris auxilio, nobis compa-
randa, à magis vniuerſalibus, ad minùs vniuerſalia ſemper proficiſcimur. Aliter autem
res ſe habet, ſi in notitia rerum acquirenda, natura tantùm ducimur, ſine extrinſeci ad-
miniculo docentis: tunc planè, quod primò, & magis mouet, eſt noſtrum primum co-
gnitum, & tale vtiq; eſt ſpecies ſpecialiſsima. Et quoniã ars præcedit naturam, ac pro-*

Singulare primũ cognitũ.

*ceſſus naturæ ſimpliciter eſt prior artis proceſſu; ſingularia ſimpliciter ſunt priùs co-
gnita. Sed de primo incognito ſatis. Cæterùm, rationi quoque conſentaneum eſt, vt de pri-
mo cognito ſecundùm ſenſum, aliquid dicamus, quibusdam diſtinctionibus præmiſsis.*

Primum cognitũ ſenſui.

*Inprimis igitur, non ignorare oportet, duplicem eſſe naturam, ſiue virtutem ſenſitiuam:
interiorem vnam, alteram verò exteriorem. Porrò, exterioris quinq; ſunt ſenſus; interi-
oris verò duplex. alter quidem, qui omnium cognoſcendorum, quæ ab extrinſecis paran-*

Senſus communis.

*tur ſenſibus, virtutem habet, vocaturque ſenſus communis, cuius intereſt, eorum, quæ à
ſenſibus exterioribus apprehenduntur, differentiam ponere: alter verò, qui tum in præ-*

Phantaſia.

*ſentia, tum etiam in abſentia virtutem habet cognoſcendi, diciturq; phantaſia, ſiue cogi-
tatiua: memoria autem, quoniam nihil cognoſcit, ad hoc ſpeculationis genus non ſpectat.
Porrò, cognitum à virtute ſenſitiua exteriori, eſt ipſum ſenſatum, aut per ſe, aut per ac-
cidens. Iterùm, aut per ſe primò, veluti color reſpectu viſus, aut ſecundariò, ceu ſenſi-
bilia communia, nempè numerus, magnitudo, figura, motus, quies, & quæ ſunt generis
eiuſdem: cognitum verò per accidens, quia ſcilicet ab alio per ſe intelligitur; ſubſtantia
namq; ab intellectu per ſe, à ſenſu autem per accidens percipitur. ſic etiam virtus intel-
lectiua, propria virtute vniuerſale, quatenus verò annexa eſt ſenſui, ſingulare intelligit.*

Proprium obiectum.

*Itaq;, primum virtuti ſenſitiuæ cognitum, via originis, eſt proprium illius obiectum: dein-
de obiectum commune: poſtremò obiectum per accidens; viſus ſiquidem priùs obiectũ
proprium, nempè colorem; deinde communem, hoc eſt, magnitudinem, figuramq;, ho-
minis; vltimò ſubſtantiam apprehendit. Sanè, quælibet virtus ſenſitiua, ex ſui natura,
ad proprium fertur obiectum, quippè cùm ſenſibile proprium ſit per ſe, & primò ſenſi-
bile; cætera verò ſecundariò percipiuntur. Obiectum autem proprium à virtute ſenſiti-
uæ exteriori, ſub ratione minùs vniuerſalis primò apprehenditur, ſi in debita ſitum fu-
erit diſtantia, aliter contrario modo ſe habebit. de ſenſu autem communi ſimile eſt iudi-*

Commune obiectum.

*cium; à ſenſibus enim exterioribus ſuam mendicat notitiam. Phantaſiæ autem primum
cognitum, eſt obiectum commune, vtpotè illi ſæpius occurrens, ac familiariter adhæ-*

Vniuerſale à ſenſu percipitur.

*rens: deinde ſenſibilia propria. Quòd autem ſenſus poſsit vniuerſale percipere, patet ſa-
tis. 2. enim poſteriorum, philoſophus apertè docet, vniuerſale à ſenſu apprehendi poſſe:
Senſus, inquit, eſt vniuerſalis, ſentire verò, ſingulare. Et 2. de anima, tex 63. Viſus non
decipitur circa colorem, quoniã color; neq; auditus circa ſonum, quoniam ſonus, ſed cir-
ca coloratum. viſus ergo non ſolùm circa hunc, vel illum verſatur colorem; verùm etiam*

Differentia ſenſus & intellectus.

*circa colorem communem, & vniuerſalem. Differt tamen ſenſus ab intellectu; intelle-
ctus namq; ſub vniuerſalitatis, ſenſus verò ſub ſingularitatis ratione, vniuerſale percipit:
idq; ex ſpeciei intelligibilis, ſenſibilisq; diuerſitate manare aſſeueramus. Etenim ſpecies
intelligibilis, à phantaſmatibus ſeparata eſt, atq; ſine cõditionibus indiuiduantibus, ipſam
rem repræſentat: intellectus verò tali actuatus ſpecie, ſuper vniuerſalẽ fertur naturam;*

quate-

quatenus vniuerſalis eſt, hoc eſt, à ſingularibus abſtracta: ſenſibilis autem ſpecies, quo- Vniuerſale confuſè
niam à conditionibus indiuiduantibus, non eſt diſcreta, atque diuiſa; hac de cauſa, vni- cognoſci-
uerſale, ad hoc, vel ad illud ſingulare contractum repræſentat. Senſus quoque, quoniam tur.
in obiectum non fertur, niſi ſpecie ſenſibili prius actuatus extiterit, proinde natura vni- Vniuerſale
uerſalis (mediante ſingularitate) ab eo cognoſcitur. Rectè ergo dictum eſt à philoſopho mediante ſin-
2. poſt: Senſus eſt vniuerſalis, ſcilicet obiecti, ſentire autem eſt ſingulare: hoc eſt, me- gulari cogno
diante ſingularitate, vniuerſale attingit. Itaq; obiectum ſenſus eſt vniuerſale, quôad ve- ſcitur.
rò ad attingentiam, eſt ſingulare: vnde licet ſonus, ſecundùm genus, ſit obiectum audi-
tus, ſonum tamen non audit, niſi iſto, vel illo ſono mediante. Et hoc eſt, quod dicit Auer:
12. met: com: 14. Rem ſentiri ob materiam, atque ſubiectum: ſenſibile autem eſt hoc ſin- Vniuerſale ra-
gulare per materiam: ratio verò ſentiendi, ſiue quæ mouet viſum, eſt vniuerſale, pote- tio ſentiendi.
ſtate quidem, non autem actu id eſt forma ſenſilis, vtpote in colorato color, in ſonoro ſo-
nus, & id genus alia multa. Itaq; forma cuiuſcunq; compoſiti, eſt vniuerſale in eſſendo,
vt animalium anima, corporum corporeitas, hominum anima rationalis, coloratorum Forma com-
color, non quidem actu, ſed aptitudine, quia concipi poteſt vt prædicatum de pluribus: poſiti vniuer-
actu autem eſt pars compoſiti ſingularis. Ex quo patet, primum ſenſus obiectum eſſe ſale poteſtate.
vniuerſale, non quidem actu, ſed poteſtate: coloratum quoque videri, quatenus eſt par-
ticeps coloris, non hoc, vel illud; ſiquidem formæ illi, quæ eſt color, præter ſingularia
colorata, realis reſpondet vniuerſalitas, non actu certè vniuerſalis, nec penitus ſingula-
ris, ſed media potius: igitur quod ſentitur, eſt ſingulare compoſitum; conditio autem
ſenſibilis, eſt illius materia, ratio verò ſentiendi, & primum obiectum, eſt illius forma
ſenſibilis. Sed dicet aliquis, ſi coloratum, in quantum color, & non in quantum hoc ſin- Obiectio.
gulare, eſt ratio intelligendi; non ergo erit ratio ſentiendi: nam ſicut potentiæ ſunt di-
uerſa; ita quoque diuerſæ ſunt obiectorum rationes. Et primo cœli, com: 92. Senſibile
dicitur eſſe per formam intelligibile, per materiam verò ſenſibile: ergo &c. Dico non Solutio.
eſſe parem vtriusq; rationem intelligendi & ſentiendi; ſiquidem in intellectu, & quod
intelligitur, & ratio intelligendi, & conditio rei intellectæ ſunt idem: quod enim pro-
priè ab intellectu intelligitur, eſt vniuerſale, & ratio, & conditio ſimiliter: ſicut pate-
re poteſt in colore, qui ab intellectu percipitur. In ſenſu autem, conditio & ratio ſenti-
endi non ſentitur, ſed eſt ſingulare compoſitum: cùm igitur ratio intelligendi ſit vniuer-
ſale actu, ſeu forma actu vniuerſalis, ratio verò ſentiendi, forma compoſiti ſenſibilis,
poteſtate, non actu vniuerſalis: non ergo eſt par ratio in vtroq;. Ad argumentū primum, 1.
negatur conſequentia: ſingularia enim per ſe ab intellectu, nō intelliguntur: vtriusq; verò
potentiæ maximè ab inuicem diſtinguuntur: nam etſi color adæquata ſit potentiæ viſiuæ
ratio; non tamen intellectiuæ: differunt ergo ab inuicem: intelligendi namq; ratio ad-
æquata, eſt ſine materia, ac conditionibus indiuiduantibus intelligere: ſentiendi verò eſt
forma, actu nequaquam à materia, eiusq; conditionibus ſecreta, ſiue ſegregata. Ad 2.
2. commentator, rei intellectæ conditionem, atque ſenſu perceptæ differentiam poſuit
tantùm, alia verò reliquit, quaſi propoſito ſuo minimè congruerent. Dicit itaq; rei intel-
lectæ conditionem eſſe formam, ſiue vniuerſale: rei verò, ſenſu perceptæ, materiam.
Quòd ergo ſit primum cognitum apud ſenſum, dixi.

CAP. IX.

Singulare eſſe rationem formalem obiectiuam ſenſus.

Singulare eſt obiectū ſenſus

NOnnullis argumentis contra prædicta ſic arguitur. Cuius eſt actus, eius eſt potentia, teſte philoſopho de ſomno & vigilia. ſed ſentire eſt ſingulare ex
1. *primo poſte: ergo ſenſus eſt ſingularis. Et primo met: cognitiones ſingularium ſunt maximè propriæ ſenſibus. Et 2. de anima, ſingulare dum ſentitur, vniuerſale dum intelligitur. Sanè, ſi vniuerſale eſt obiectum ſenſus: igitur idem erit intellectus, & ſenſus obiectum. Etenim, ſi ſingularitas ſit ſenſus ratio obiectiua; erit vtiq; ipſa natura, ſingularitati ſubiecta. ſed talis eſt obiectum intellectus: ergo &c. Ad diuerſarum ſiquidem potentiarum, diuerſa quoque ſunt obiecta: ſingula-*
2. *re igitur eſt obiectum ſenſus. Amplius, intellectus tantùm in rebus vniuerſalitatem facit, 1. de anima. com. 8. Vniuerſale, inquit, aut nihil eſt, aut poſterius. Et 12. met: com: 4. igitur nihil in quantum vniuerſale, eſt obiectum ſenſus; nullum enim vniuerſale eſt ante ſenſum. Adde, quòd tunc alicuius potentiæ, aliquod daretur, ſub aliqua ratione obiectum, ſub qua ab eodem nunquam attingeretur: ſenſus profectò cognoſcit ſentiendo. ſed*
Soluuntur argumenta. *ſentire, eſt ſingularis: vniuerſale igitur ab intellectu percipi non poteſt. Accedit ad hoc, quòd ſi color ſit primum obiectum ſenſus in quantum vniuerſalis, hæc autem albedo cùm ſit color: erit ergo primum obiectum ſenſus in quantum vniuerſalis. Concluſio eſt falſa: ergo aliqua præmiſſarum, non quidem minor: maior ergo. Modus ſyllogizandi eſt*
1. *ex maiore reduplicatiua, & minore abſoluta, prim: priorum. Adhæc, & ſimilia, ita reſpondemus, & ad primum: dicimus illud verum eſſe ſubiectiuè, non autem obiectiuè: cuius enim ſubiectiuè eſt potentia; eiuſdem ſubiectiuè eſt actus. vult ſanè ibidem philoſophus probare, actum ſentiendi eſſe compoſiti, & potentiam ſimiliter: & non animæ tantùm. Ex philoſophi ergo authoritate hoc tantùm habetur, nempè in eodem, ſcilicet in coniuncto, & non in ſola anima recipi ſenſum, in quo & ſentire recipitur. quòd ſi velis aſſerere, obiectiuè eſſe intelligendum, vt ſit ſenſus, actus, & potentia, à qua eſt actus,*
Quare ſentire dicitur ſingulare. *ſunt eiuſdem obiecti; nullum ad huc ſequetur abſurdum: philoſophus namq; nō intendit dicere, ſenſationis obiectum eſſe ſingulare, tametſi ſentire ſit ſingulare; ſed hoc potiùs, ſenſum, cuius obiectum eſt vniuerſale, mediante aliquo ſingulari exire in actum ſentiendi, in quo actus ſentiendi, ab intelligendi diſcernitur. Ad confirmationem: ſentire eſt ſingularium, tanquam eorum, quæ ſentiuntur, non autem, vt rationes ſentiendi; ratio enim ſingularitatis, actui ſentiendi neceſſaria eſt, non quidem vt ratio formalis obiecti, ſed vt cauſæ, ſine qua non. Ad aliam confirmationem patet ſolutio ex ſupradictis, diuerſa ſiquidem ratione vniuerſale ab intellectu & ſenſu deprehenditur, tametſi ſit*
2. *vtriuſq; obiectum. Ad 2. Quamuis nullum ſit actu vniuerſale, ante intellectus operationes; bene tamen poteſt eſſe vniuerſale in potentia, veluti cuiuſq; compoſiti forma. Ad confirmationem, negatur conſequentia: viſus enim ſub colorũ ratione apprehendit omnia: cum quo tamen ſtat, rationem illam communem, in ſingularibus per accidens ſentiri. Syllogiſmus autem alterius confirmationis eſt ex puris particularibus, in quo ma-*
Propria opinio. *ior, vniuerſalis eſſe non poteſt, alioqui eſſet falſa. Mutatur præterea ſuppoſitio: nam color in prima ſtat ſimpliciter, & in ſecunda perſonaliter. Cæterùm in ſingulari, duo nobis conſideranda ſunt: alterum ipſa quidem ſingularitas: alterum verò, natura ſingularitati ſubiecta, quæ ad hoc eſſe, ex ſe eſt indifferens, ſicq; ſingularitatem illam præcedit, & in illo priori indifferentiam habet, atque vnitatem realem, numerali vnitate, minorem. Itaq;, cùm ſingulare ſentitur; ipſa vtiq; natura, ſingularitati ſubiecta, eſt ratio obiectiua formalis; tametſi totum, vt quod ſemper ſentiatur. Ipſa autem ſingularitas,*
Obiectum ſenſus. *quamuis non ſit ratio formalis obiecti; ſe habet tamen, vt cauſa ſine qua non. Ex quo patet, ipſam indiuidualem proprietatem, non eſſe rationem agendi, ſed conditionem agentis: ipſam verò naturam rationem, tum mouendi, tum verò agendi, & dici, & eſſe in ſenſu quidem; non tamen ſine ſingularitate. Itaq;, obiectum ſenſus eſt ipſa natura indifferens,*

Ens diuidi in 10. prædicaméta

ferens, quæ per ſingularitatem ſentitur: ſic color in quantitate videtur, tametſi ipſius non ſit obiecti ratio formalis, ſed potiùs ratio ſine qua non. Sed de his ſatis.

QVAESTIONIS DECIMAE. CAP. I.

Ens diuidi in 10. prædicamenta.

HActenus de primo cognito, nonnulla balbutiendo locuti ſumus: reliquum nobis eſt, vt alias percelebres, magisq́ vtiles entis quæſtiones proſequamur: nobis enim, alijsq́ conſulere cupientes, ſub vno contextu, ordineq́ redegimus, ac redigere ſtudemus omnia, quæ ſparſim ab alijs digeſta poſita fuiſſe vidimus. Quoniam autem paulò antè fol: 158. à nobis mota eſt quæſtio, hæc ſcilicet: ens diuiſum in 10. prædicamenta, eſſe met: ſubiectum, illiq́ profectò congruebat propoſito, hanc exoluere controuerſiam: præpediti autem occurrentis quæſtionis de primo cognito, cupidine, deſiderioq́ ſciendæ, id perficere nequiuimus. illa ergo abſoluta, ad huiuſmodi quæſtionis indagationem accedendum, nobis neceſſe eſt, arbitrati ſumus, de qua Ariſt: philoſophatus eſt 5. met: com: 14. Per ſe autem, inquit, ea dicuntur eſſe, quæ prædicamenti figuræ ſignificant, hoc eſt, entia per ſe dicuntur, quæ ſignificant figuræ, id eſt modi, ſiue genera prædicamenti; tot enim ipſum eſſe ſignificat, quot modis ipſæ figuræ dicuntur. Et 6. met: com: 4. eandem entis diuiſionem ſubſtituit, vbi commentator palàm profitetur, ens eſſentialiter in 10. prædicamenta eſſe diuiſum: Quod autem eſt eſſentialiter, inquit, in 10. prædicamenta diuiditur. Primo autem phy: com: 25. contra Parmenidem diſputans, illius rationē oſtendit eſſe friuolam; quia inquit commentator, ente, quod multipliciter dicitur tanquam ſimpliciter dicto, vtebatur, Ex quo patet ens de decem prædicamentis, formaliter dici: de ſubſtantia autem ſimpliciter, & abſolutè, quia per ſe ſubſiſtit. accidentibus autē, quia ſine ſubſtantia ſubſiſtere nequeunt, non ita propriè congruit entis denominatio: vnde philoſophus 12. met: com: 3. accidentia non eſſe entia dixit, quia ſunt entis, nimirum, vt ait commentator, non ſunt entia ſimpliciter; ens enim ſimpliciter, & principaliter eſt ſubſtantia, quia eſt ſeparabilis, & per ſe exiſtit, aliorum verò nullum, ipſa ſola conſtans per ſe, alia verò in ſubſtantia: vnde hoc modo accidentia dicuntur non entia, quia ſcilicet ſine ſubſtantia nequeunt exiſtere; non quia aliquod formale eſſe non habeant; tametſi illud ſit imperfectum, vt dictum eſt. Porrò, prædicamentum, vno modo idem eſt, quod intentio, quæ eſt ordo, vel relatio inter genera, & ſpecies ſecundùm diuerſum modum prædicandi, atque ita eſt ſecunda intentio, & ad logici conſiderationem ſpectat: alio modo, res prædicamentales ſignificat, quæ ſunt potiùs entitates, quàm prædicamenta formaliter: tertio ſumitur pro rebus, quæ ſtant ſub intentione prædicamentalitatis, nempe pro re, quæ eſt ſubſtantia, vt fundat generaliſſimi, & ſubalterni, ac ſpecialiſſimi intentionem. Prædicamenta quoque res diuerſæ vno modo eſſe dicuntur; quatenus ſcilicet in diuerſis habentur prædicamentis, atque ſecundùm rem prædicamentariam diſſentiunt. Vnde Ariſt: 12. met: com: 19. mouet hanc quæſtionem: vtrum principia 10. prædicamentorum ſint eadem vel diuerſa. Et com: 20. 21. & 22. vſque ad 26. longo ſermone oſtendit, principia proxima eadem, remota verò eſſe diuerſa. Alio modo ſi res intelligatur, pro ente reali, quod poteſt exiſtere ſine alio; ſic proculdubio, nullum prædicamentum, excepta ſubſtantia res dici poteſt, atque ex conſequenti neque inter ſe, neque à ſubſtantia, res diuerſæ eſſe dicuntur. Diuiſio autem entis in 10. prædicamenta, ſecundùm Boetium in lib: prædicamentorum, eſt vocis in ſignificata. Et Auer: 10. met: com: 10. ait, ens ſignificare 10. prædicamenta ſine medio. Non ergo vera diuiſione in 10. prædicamenta diuiditur, nec per modos eſſendi, nec etiam per modos prædicandi. Alio modo intelligi poteſt: ſi 10.

Ens diuiditur in 10. prædicamenta.

Quomodo accidentia ſint entia.

Prædicamentum tripliciter ſumitur.

Quomodo differunt.

Diuiſio entis in 10. prædicamenta.

prædica-

Ens diuidi in 10. prædicamēta

prædicamenta, ſub nomine ens ſignificata, per diuerſos eſſendi, prædicandiq; modos diſtinguantur, atque hoc modo, ens in 10. prædicamenta dicimus eſſe diuiſum.

Modi prædicandi.

Modi autem prædicandi ſunt in duplici differentia: nam quidam ſunt excogitati per opus intellectus diſcurſiui, vt Chimæra eſt animal: nonnulli verò rem habent realem ſibi correſpondentem, ex ſui natura: vt eſſe principium, & finem, prædicatur de puncto; vterque enim modus prædicandi verè fundatus eſt ſuper puncti naturam.

Modi eſſendi.

Modi quoque eſſendi, quidam actu diſtinguuntur, vt eſſe album, & eſſe dulce in pomo: à qualitatibus namq; diſtinctis, eſſe diſtincta largientibus, ſumuntur. Alij verò non ſunt actu diſtincti, ſed ex modo, correſpondendi diſtinctis conceptibus, ſeparantur. hoc autem contingit, quando vna, eademq; res, habens vnum modum realem, & eſſentialem, diuerſos fundat conceptus; qui profectò correſpondenter, non autem actu, nominantur diſtincti modi eſſendi.

Principia diſtinctiua.

Principia inſuper diſtinctiua, quædam ſunt proxima, vt qualitates contrariæ in elementis; quædam verò vltimata, in quibus fundantur proxima, vt formæ ſubſtantiales eorundem. His igitur ita dilucidatis, dico, quod prædicamenta pro rebus prædicamentalibus præciſe ſumpta, ſeipſis tantùm diſtinguuntur; ſunt enim primò diuerſa, & in nullo

Per modos prædicandi diſtingui.

vniuoco conuenientia: propoſitio autem in qua vnum prædicamentum negatur de alio eſt immediata, ex primo poſt. Quòd ſi ſumantur pro rebus prædicamentalibus, vt ſubſtant decem intentionibus prædicamenti; ſic per decem modos de ipſis primis ſubſtantijs, diſtinguuntur: quatenus enim ſubſtant prædicamentis; eatenus in ratione prædicandi de primis ſubſtantijs, ab inuicem ſeparantur: ſic enim ait philoſophus 5. met: com: 14. diuerſa eſſe per figuras prædicationis, id eſt, per diuerſos modos prædicandi, diſtingui.

Modi intelligendi.

At quoniam modi prædicandi, ſuper modos intelligendi fundantur: etenim quemadmodum intelligimus, ſic prædicamus, & enunciamus: modi autem intelligendi, ſuper modos fundantur eſſendi. Conceptus ſiquidem, ni vanus extiterit, reale habet fundamentum. ſed diſtincti modi prædicandi atque diſtincti conceptus intelligendi, vani nequaquam ſunt: ſuper igitur diſtinctas res, vel ſuper vnam eandemq; diuerſimodè conceptibilem, modi prædicandi fundantur, quibus prædicamenta diſtinguuntur.

Quòd ens diuidatur per modos prædicandi.

Ex hoc autem apparet, quam ob cauſam quidam arbitrati ſint, ens diuidi in 10. prædicamenta ſecundùm diuerſos modos prædicandi: alij verò, ſecundùm diuerſos modos eſſendi. Primi autem ſic arguere conſueuêrunt: Differentia eſt extra generis eſſentiã; non enim participat genus. at extra entis eſſentiam nihil eſſe poteſt, quod per additionem ad ens, aliquam entis ſpeciem conſtituat. Sanè, quod eſt extra ens, eſt profectò purum nihil,

1. *quod alicuius differentia eſſe nequit. Ens ergo non per aliquas differentias, ſed per diuerſos contrahitur modos prædicandi; qui certè conſequuntur diuerſos modos eſſendi.*

2. *Item, prædicamenta formaliter à prædicatione ſumuntur, vnde & cathegoriæ dicuntur, quia ſecundùm diuerſas prædicationes diſtinguuntur, quibus diuerſimodè de primis ſubſtantijs prædicantur.*

Ordo prædicamentorum.

Porrò, omne quod de primis ſubſtantijs prædicatur: aut eſt idem illis, aut in illis. primo modo eſt prædicamentum ſubſtantiæ: ſecundo autē eſt in illis ſimpliciter, aut ſecundùm quid. ſi ſimpliciter; aut abſolutè, aut relatiuè. ſi relatiuè, habetur prædicamentum ad aliquid: ſi abſolutè, aut per intrinſecam rationem, vtpotè per materiam, & ſic eſt quantum; ſi verò per formam, & ſic eſt quale. Si verò per rationem extrinſecam, aut per modum menſuræ permanentem, vtpotè, vbi, quod relinquitur ex adiacentia loci, ſi per ſucceſſiuum, eſt quando, quod relinquitur ex adiacentia temporis. At ſi ſumatur ab eo, quod eſt in prima ſubſtantia ſecundùm quid; aut eſt ſecundùm ordinem partium in loco, & ſic eſt ſitus; aut ſine ordine, & hoc vel ſecundùm rationem principij, & ita eſt agere; vel ſecundùm finem, & ſic eſt pati. hoc modo prædicamentorum numerus colligitur per diuerſos prædicandi modos, qui de primis ſubſtantijs prædicantur.

Plato.

Plato, authore Philopono primo priorum, vnum tantùmmodò poſuit prædicamentum, cuius generaliſſimum, eſt ipſum ens. Alij, quatuor poſuêre prædicamenta

nempè;

Ens diuidi in 10. prædicamēta

nempè ſubſtantiam, quantum, quale, & ad aliquid. Cætera verò prima nequaquam eſſe arbitrati ſunt: nam poſitio eſt in prædicamento relationis, actio & paſſio, quia ſunt motus in prædicamento quanti habitus, vel diſpoſitio in prædicamēto qualitatis: quando, & vbi, in quanto, logici putant in prædicamento qualitatis omnia prædicamenta ſecundùm eſſe collocari; voces enim, ſiue conceptus, illa eſſe opinantur: proinde quouis modo fuerint, qualitates erunt. Huic autem poſitioni Boetius fauere videtur, qui librum prædicamentorum, librum de decem vocum cenſuit eſſe appellandum: vnde ſecundùm eſſe, vnum quidem, ſecundùm verò ſignificationem, decem ſunt prædicamenta. Simplicius autem ſimile quiddam fatetur: Intentio, inquit, in hoc negotio eſt de ſimplicibus, & primis, ac generalibus vocibus; quatenus ſcilicet ſunt rerum ſignificatiuæ. Auicenna autem in prima parte ſuæ logicæ. Et Auer: ſuper prædicamenta arbitrati ſunt librum prædicamentorum, principaliter eſſe de rebus, & ex conſequenti, & ſecundariò de vocibus. Alij putant tria tantùm eſſe prædicamenta ſecundum rem diuerſa, videlicet ſubſtantiam, quantum, & quale. Nonnullis viſum eſt, hanc propoſitionem eſſe Dialecticam, quippe quæ ex ſolis terminis euidens eſſe non poſſit: nec ab Ariſtotele eſt alicubi per demonſtrationem oſtenſa. Hæc quidem, & ſimilia dici ſolent de prædicamentorum ordine atque numero.

Quod ſint prædicamenta.
Boetius.
Simplicius.
Auicenna.
Auerro:

CAP. II.

Ens diuidi in 10. prædicamenta per modos eſſendi.

Ens deſcendere per modos eſſendi.

Nonnulli, ingenio, & ſcientia illuſtres, diuiſionem entis in decem generaliſſima, nequaquam voluerunt eſſe bimembrem, aut trimembrem, ſed immediatam; quia ſcilicet ens in decem genera deſcendit non per diuerſos prædicandi modos, ſed per modos eſſendi ex natura rei diſtinctos: quorum quilibet, reſpectu entis, contractiui quidem, reſpectu verò alicuius prædicamenti, conſtitutiui rationem habet. Etenim, quemadmodum ens prima ſui diuiſione, per finitum, & infinitum, in ens creatum & increatum, tanquam per modos intrinſecos ſimpliciter deſcendit; ita planè ens finitum & creatum, quod diuiditur in 10. genera, prima & immediata diuiſione, per proprios modos eſſendi, in 10. genera contrahitur, & deſcendit. Ad argumentum autem primum ita reſpondent: Quamuis, inquiunt, ens per differentias propriè ſumptas non contrahatur; contrahitur tamen per aliquos modos eſſendi, qui planè differentiæ quædam, tametſi impropriè, dici poſſunt, & cùm infertur: Eſſent ergo non ens: admitto, formaliter loquendo; contractiuum enim ſemper eſt extra rationem formalem contrahibilis. ſi pergis inferre: nihil ergo erunt: nego conſequentiam; erunt namq; ens realiter, non formaliter: datur ſanè inter ens formaliter, 2.
& nihil, ens realiter. Ad aliud dicunt, ens non diuidi in 10. prædicamenta, ſicut vox in ſignificata diuiditur, cùm ens non ſit æquiuocum ad decem genera, vt paulò antè dictum eſt. Quando ergo dicit philoſophus, quòd quoties diuiditur ens, toties eſſe ſignificatur: & propter hoc ea, in quæ primò diuiditur, vocari prædicamenta, quia diſtinguuntur ſecundùm diuerſum modum prædicandi, dicunt illud eſſe, dicere primam intentionem, & illud eſſe ſignificare idem vnicuiq; cathegoricè. Arguunt deinde contra primam aliquorum ſententiam: Modi prædicandi, inquiunt, ſunt duo, ſcilicet, in quid & in quale, & 4
tantùm. 4. prædicata ex 1. topicorum, & quinq; ſunt vniuerſalia apud Porphyrium: penes ergo modum prædicandi, decem nequaquam ſunt prædicamenta. Reuera, tunc in omni prædicatione de tertio adiacente, eſſet nugatio: cùm enim dicitur homo eſt ſubſtantia: per copulam intelligitur eſſe, & ſubſtantia: nam (vt illa opinio dicit) modi prædicandi, ſuper modos eſſendi fundantur: bis ergo dicitur eſſe. Adde, quòd res primæ

Reſponſio ad argumentum 1.
Rationes, quod ens diuiditur per modos eſſendi.

Ens diuidi in 10. prædicaméta

*intentionis, per res ſecundæ intentionis minimè diſtiguantur. ſed prædicamenta ſunt res
primæ intentionis, modi verò prædicandi, ac eſſendi ſunt res ſecundæ intentionis; eſſe ſi-
quidem quandam cõpoſitionem ſignificat, quam ſine extremis non eſt intelligere ex prim.
perim: ſed illa compoſitio cauſatur ab intellectu: ergo & eſſe: quod autem cauſatur ab
intellectu, eſt ens ſecundæ intentionis: ergo &c. Ens enim 2. intentionis non diuerſificatur
per res primæ intentionis. nec è conuerſo. Dicis, duplicem eſſe modum prædicandi, alte-
rum quidem intentionalem, alterum verò, qui ſe tenet ex parte rei: nec quemlibet mo-
dum intentionalem, poſſe prædicamenta diſtinguere; ſed illum tantùmmodò, qui eſt mo-
2. dus ipſarum rerum. Contrà, ſi diuerſus modus prædicandi ex parte rei, prædicamento-
rum diſtinctionem ponit: in quolibet ergo genere ſunt duo modi prædicandi, nempè ab-
ſtractiuè, vt albedo eſt color, & concretiuè, vt ſortes eſt coloratus: modi namq; inten-
tionales prædicandi, qui ab illis excluduntur, non cauſant falſitatem in propoſitione, ſed
modi abſtracti, & concreti, vt album eſt albedo: illa autem eſt vera, albedo eſt albe-
do: iſti ergo modi ſunt ex parte rei. Adde, quòd ſi diuerſus modus prædicandi de ſub-
ſtantia prima, differentiam efficit prædicamentariam; tunc ſola concreta eſſent in præ-
dicamento, quia ſola concreta prædicantur de primis ſubſtantijs. Sed hoc Auicennæ ad-
uerſatur lib: 3. ſuæ phyſicæ, cap. 2. vbi vult, quod eatenus aliquid genus eſt appellan-
dum; quatenus prædicatur in quid. Quare, ſi qualitas eſt genus, eſt in quantum prædi-
catur in abſtracto, & in quid de ſuis inferioribus, & non in quantum prædicatur in con-
creto de prima ſubſtantia, veluti accidentia ſumpta in concreto, vt quantum, & non
3. quantitas. Iterùm, ſi prædicamenta per diuerſos modos prædicandi diſtinguuntur: aut
illi modi ſufficiunt ad diſtinctionem prædicamentorum cauſandam: aut præter illos ad
huc neceſſaria eſt diuerſitas rerum, à quibus illi modi ſumuntur. non primum, alioqui
magis diſtinguerentur homo & equus, cùm diſtinguantur realiter, quàm duo prædica-
menta, quæ per te non neceſſariò diſtinguuntur realiter, ſed per ſolos modos prædican-
di. nec ſecundum, aliter diſtinctio prædicamentorum, ſecundùm diuerſos modos præ-
dicandi non erit prima, quod eſt contra te. Tenet conſequentia: res enim quæ prædica-
tur, præcedit modum prædicandi: aliquid ergo diſtinguit prædicamenta, priuſquàm à
modo prædicandi diſtinguantur. Sanè, primi termini ſeipſis differunt: igitur non per
4. diuerſos prædicandi modos. His, atque ſimilibus rationibus arguunt contra modos præ-
dicandi. Iam audiamus alias rationes contra modos eſſendi: Si ens ad 10. prædicamenta
cõtrahitur per modos eſſendi, cùm illi ſint tantùm duo, ſcilicet in quid, & in quale: duo
ergo tantùm eſſent prædicamenta. Sanè, ſi per diuerſos modos ens in 10. deſcendit ge-
nera: igitur prædicamenta inter ſe non diſtinguuntur realiter. Tenet conſequentia: mo-
dus enim rei (vt omnes propemodum ſentiunt) non variat rem formaliter. Accedit ad
hæc, quòd illi modi ens commune includere nequeunt, quia contractum non eſt de rati-
one contrahentis, alioqui genus eſſet de ratione differentiæ: cuius oppoſitum ſentit phi-
loſophus 3. met. Sunt ergo diuerſi ab ente communi, & ſic ſunt non ens, atque ita prædi-
camenta diſtinguerentur per non ens, quod eſt abſurdum. Iterùm, quando dicitur, ſub-
5. ſtantia eſt ens: aut illud per ſe tenetur poſitiuè, aut negatiuè. non poſitiuè; perinde e-
nim eſſet ac ſi diceretur, quòd ſit cauſa ſui ipſius: quod in quolibet genere cauſæ eſt
impoſsibile. nec etiam negatiuè, alioqui ens, per aliquod negatiuum ad ſubſtantiam
contraheretur, & ſic tale eſſet de ratione ſubſtantiæ. Reuera, contrahens aliquod com-
mune, id, ad quod contrahitur, præcedat neceſſe eſt: ſicuti rationale contrahens ani-
mal, perfectione hominem præcedit. Quare, ſi ens, ad ſubſtantiam per eſſe per ſe con-
traheretur; eſſe per ſe, ſubſtantiam neceſſariò præcederet, & ſic eſſet aliquis conceptus
6. entis prior, conceptu ſubſtantiæ, quod eſt falſum. Adhuc, idem eſt diuiſiuum ſuperioris,
& inferioris conſtitutiuum. Quare, ſi eſſe, virtutem habet contrahendi ens ad acciden-
tia,*

Quod ens nõ diſtinguatur per modos eſſendi.

 Ens diuidi in 10. prædicamēta

tia; pari quoque ratione virtutem habebit, & accidentia conſtituendi. ſed eſſe in alio ab
accidente ſeparari non poteſt; contradictionem enim implicat: igitur ab eſſe, ens non
contrahitur. Sanè, per illos modos, ens immediatè non contrahitur ad 10. prædicamen-
ta, cùm priùs contrahatur ad finitum & infinitum, atque ita illa propoſitio, qua vnum
prædicamentum negatur de altera, non eſſet immediate; ſed poſſet demonſtrari, cuius
contrarium ſentit philoſophus primo poſteriorum: ergo quod prius. Præterea, quando 7.
dicitur, accidens eſt ens in alio: quandam innuit habitudinem, quæ profectò, relatio-
nem rationis dicere nequit; ab ente enim rationis, ens reale nequaquam contrahitur: nec
ad illius ſpectat rationem. neque etiam relationem realem; ſiquidem aut contrahit, ens
abſolutum, aut relatum. non relatum, nihil enim ſeipſum contrahit. non abſolutum;
cùm enim abſolutum & relatio ad diuerſa genera pertineant, vnum ab altero non con- Quod nō ſint
trahitur genus: ergo ens non contrahitur ad 10. prædicamenta per modos eſſendi. Ad- 10. prædica-
eſt etiam locus diſputandi de numero prædicamentorum, ſic obijciendo. Non ſunt decem menta.
partes entis. Sanè, quot modis vnum oppoſitorum dicitur; tot etiam & reliquum 5. met: 8.
cap. de vno: ſed ſubſtantia & accidens opponuntur: aut ergo duo tantùm ſunt prædi-
camenta: aut totidem ſubſtantiæ, quot accidentis. Reuera, omne prædicamentum eſt
prædicabile. ſed quinq; ſunt prædicabilia: igitur quinq; ſunt prædicamenta. Aut qua-
tuor tantùm ſunt prædicamenta, quia totidem prædicata: nec maior de vno, quàm de
altero, ratio haberi poteſt. Deniq; quod per ſuperabundantiam dicitur, vni ſoli conue-
nit. ſed prædicamentum vocatur generaliſſimum, quod eſt nomen ſuperabundans: v-
num ergo tantùm eſt prædicamētum; vnum ſiquidem eſt rerum principium: ergo vnum
prædicamentum: prædicamenta namq; rerum principia vocantur. Dixi paulò antè hanc
propoſitionem à multis appellari Dialecticam.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

AD primum negatur antecedens, ſi illi modi intelligantur, quatenus fundati 1.
ſunt ſuper modos eſſendi; illi ſiquidem ſunt decem, & decem quoque mo-
di prædicandi. Ad confirmationem negatur conſequentia: eſſe namq; non
eodem modo dicitur; in prædicamento enim dicitur ſimpliciter, in verbo
verò complexè, atque ita eodem modo bis eſſe nequaquam repetitur. Ad
aliam confirmationem, quamuis res primæ intentionis, ſi abſolutè conſiderentur, per in-
tentiones non differant; ſi tamen vt ſubſtant intentionibus intelligantur, per modos in-
tentionales diſtingui poſſunt. Ad 2. Prædicamenta non per quoſcunq; modos prædican- 2.
di, ſed per modos prædicandi de prima ſubſtantia diſtinguuntur: proinde nego quòd
res alicuius prædicamenti, de prima ſubſtantia in abſtracto prædicatur. Ad probatio-
nem negatur conſequentia: non enim neceſſe eſt, vt eo modo ſint prædicamenta, quæ præ-
dicantur de ſubſtantia; ſed quòd à tali prædicatione ſumatur ratio diſtincti prædica-
menti, quatenus enim in tali natura fundatur prædicamentum, eſt generaliſſimum ſub Duo modi
alternum, & ſpecialiſſimum. proinde res ſic intellecta, Auicennæ non aduerſatur. Reue- prædicati in
ra, in prædicamento eſt modus prædicandi de prima ſubſtantia, à quo ratio diſtincti prædicamen-
prædicamenti ſumitur: quia enim qualitas alio modo de prima prædicatur ſubſtantia, to.
quàm quantitas; idcirco ſunt ab inuicem diſtincta prædicamenta. Alius modus eſt, qui
de ſuis inferioribus prædicatur: qualitas namq; prædicatur de ſorte, & de habitu, & de
naturali potentia. Ab hoc autem ſecundo modo ſumitur ipſum prædicamentum intrin-
ſecè. Sanè, ſi in qualitate generaliſſimum, ſubalternum, ac ſpecialiſſimum aſſignari
non poſſet; non eſſet vtiq; prædicamentum. Ad 3. Dicimus diuiſionem inſufficientem 3.

Ens diuidi in 10. prædicaméta *eſſe; diſtinctio enim requiritur ſecundùm modos prædicandi ſumptos à modis eſſendi,*
qui planè modi, aut actu, aut correſpondenter diſtincti ſint neceſſe eſt. Non ergo ſuffi-
cit præciſa diſtinctio ſecundùm modos prædicandi abſolutè ſumptos, neq; neceſſaria eſt
rerum diuerſitas, in quibus diſtincta fundantur prædicamenta. Dicis, ſortem, & equum
magis diſtingui, quàm duo alia prædicamenta: verum quidem eſt quôad realem, non
autem quôad formalem diſtinctionem. Porrò, diſtinctio formalis inter prædicamenta
eſt maxima. Reuera, vt dicitur 1. poſter: propoſitio immediata vocatur, quando à præ-
dicamento prædicamentum negatur: non autem quando ſpecies à ſpecie; conueniunt
enim in genere: & de ſubalternis, ſimile eſt iudicium. Dicis, ergo diſtinctio entis in 10.
prædicamenta non eſt in prædicamenta realiter diſtincta, quod philoſopho non proba-
tur 6. met: Reſpondeo, quòd quamuis vltima prædicamenta non differant à tribus pri-
mis quôad rem denominantem; differunt nihilominus quôad denominationem extrin-
Soluuntur argumenta de modis eſſendi *ſecam: vnde tenendum eſt prædicamenta dicere abſolutum cum denominatione extrinſe-*
ca, ad quam conſequuntur quidam reſpectus. Ad aliam confirmationem, quòd ſi primi
termini pro illorum ſignificatis intelligantur, ſic ſeipſis diſtinguuntur; ſi verò pro rebus,
4. *vt intentionibus ſubſtant; ſic differunt per modos prædicandi. Ad 4. Si quale accipia-*
tur, quatenus eſt qualitatis concretum; ſic certè ſunt plures modi eſſendi, quàm quid &
quale: ſcilicet quantum, agere &c. at ſi pro omni accidentis prædicamento intelligatur,
hoc modo in 9. modos eſſendi, ſicuti accidens in 9. modos accidentium ſubdiuiditur.
Quale autem non conſtituit vnum prædicamentum in genere, ſicut quid, quia nimirum,
omnibus ſub ſe contentis, vniuocè non conuenit, ſicut quid, his, quæ ſub illo continentur.
Ad primam confirmationem, dico modum accidentalem non diſtinguere rem, ac ſpe-
ciem variare, ſed eſſentialem, & intrinſecum. & ſi dixeris prædicamenta primò eſſe
diuerſa 10. met: ſeipſis ergo, & non per modos ſunt diuerſa: Dico, prædicamenta diſtin-
gui per modos, non realiter, ſed ratione tantùm ab ipſis diſtinctos. Ad aliam confirma-
tionem, dico ens in illis includi, nec contractum eſſe de ratione contrahentis, niſi in dif-
ferentijs propriè dictis, quales non ſunt huiuſmodi modi. Ad contrahendum autem ens,
ſufficit eis, ſi aliquid formaliter dicant, quod non explicatur per entis communis conce-
ptum. Ad 5. vtroq; modo teneri poteſt; illud enim per ſe, modum proprium eſſendi ſub-
5. *ſtantiæ, non autem cauſalitatem dicit: illo autem modo, ſubſtantia ab accidente diſtin-*
guitur: eſſe namq; ens per ſe, & eſſe ens in alio, ſunt modi oppoſiti. poteſt etiam teneri
negatiuè: nihil ſanè refert, aliquod negatiuum eſſe de ratione ſubſtantiæ; quatenus cadit
ſub noſtro intellectu: prima namq; genera, & ſimplicia, ſicut & abſtracta, per negatio-
nem à nobis apprehenduntur. Ad confirmationem, eſſe per ſe, licet ſecundùm noſtrum
modum intelligendi, ſubſtantiam præcedat; non ob id tamen præciſum habet conceptum
à conceptu ſubſtantiæ, modò concretiuè ſubſtantia ſumatur: hoc autem dixerim, quia
vnius rei, diuerſi eſſe poſſunt modi concipiendi ex parte concipientis: proinde ſubſtantia
6. *diuerſis modis concipi poteſt. Ad 6. Eſſe in alio actualiter ab accidente ſeparari poteſt;*
non tamen poſſe eſſe in alio, quia nimirum diffinitio non poteſt ſeparari à diffinito: hic
7. *autem modus eſt proprius accidentis. Ad 7. dico illam habitudinem eſſe realem, atque*
ens reale commune, vt abſtrahit ab abſoluto, & relatiuo, contrahere: quando autem di-
De numero prædicamentorum. *citur, relationem & abſolutum, ad diuerſa ſpectare genera, veritatem habet in relatio-*
ne, & abſoluto prædicamentali: at illa habitudo deſignata per illud eſſe in alio, eſt re-
8. *latio tranſcendens, & ideo nihil ad rem. Ad 8. Illa regula valet in ſuppoſitis, in quibus*
eſt eadem multiplicationis ratio. Præterea, oppoſita ſunt in duplici differentia: quædam
enim ſunt oppoſita formaliter, ſecundùm proprias rationes, atque differentias: in quibus
In quo differt prædicabile à prædicamento, *illa regula, ſuum ſeruat ordinem: alia verò opponuntur, vt magis, & minus perfectum:*
& hæc ſecundùm eſſe non variant ſpeciem; bene tamen ſecundùm eſſentiam. ſubſtantia
autem & accidens hoc ſecundo opponuntur modo. Ad confirmationem negatur conſe-
quentia:

Paſsiones entis.

quentia: prædicabilia enim per diuerſos modos prædicandi ſpeciales, ac per diuerſa ſubiicibilia diſtinguũtur: Omne enim prædicabile prædicatur in quid, vel in quale. ſi in quid, aut de pluribus differentibus ſpecie, & ſic habetur genus, vel de pluribus differentibus numero, vt ſpecies. ſi in quale, aut eſſentiale, vt differentia: aut accidentale conuertibiliter, & ita ſpectat ad proprium: aut non conuertibiliter, & ſic eſt accidens. at prædicamenta diſtinguuntur ſecundùm diuerſos modos prædicandi fundatos quippè ſuper diuerſos modos eſsendi, qui à diuerſi entis gradibus ſumuntur. Negatur ergo ſimilitudo: & ſequentis etiam confirmationis ſimiliter; prædicata ſiquidem ſumuntur, quatenus de ipſis, ſecundùm artem dialecticam, problemata terminare poſſunt: non ſic autem prædicamenta, aut prædicabilia. Quamobrem ſpecies prædicatum non dicitur; nihil enim illi ſubiicitur, de quo per artẽ dialecticam aliquid terminari formaliter poſsit; ſubſunt namq; illi ſingularia fluxa, & corruptibilia. Ad aliam dico, generaliſsimum interdum negatiuè, nonnunquam verò affirmatiuè exponi poſſe. Primi modi talis eſt ſenſus, hoc eſt generale, & eo generalius vniuocum nihil, atque ita omnia prædicamenta, generaliſsima appellantur. Secundi verò talis, hoc eſt, generale, & omnibus aliis generalius: quòd ſi ſimpliciter intelligatur, nulli conuenit prædicamentorum; ſi verò in genere, ſic cuilibet conuenit prædicamento. Itaq;, quod per ſuperabundantiam dicitur omnibus modis, & ſimpliciter, vni ſoli conuenit, quod verò in genere, multis. Ad aliam: prædicamenta ſunt principia formalia, non autem effectiuum, quum ſit vnum omnium rerum principium effectiuum: principia autem formalia multa. Audiuimus ergo quomodo ens in 10. prædicamenta deſcendat, vbi illa controuerſia non magna aduerſitate quætitur, cùm ſit perſuaſum modos prædicandi ſuper modos eſſendi vltimatè, & reſolutoriè fundari. His ergo abſolutis, ad entis paſsiones dilucidandas tranſeamus.

Prædicata differunt à prædicamentis.

Epilogus.

QVAESTIONIS VNDECIMAE CAP. I.

De paſsionibus entis.

ETSI hactenus de multis, quæ ad entis negotium ſpectant ſolicitè diſſeruerimus: quia tamen cognoſcendi ſubiecti, paſsiones eiusdem magnum afferunt adiumentum, nobisque intentio ſit de ente copiosè, atq; vtiliter loqui; hac de cauſa, ſuperioribus hanc de entis paſsionibus vtilem, neceſsariamque doctrinam inſerere placuit. Inprimis igitur, ſcitu, & nequaquam neglectu digna quæſtio eſt proponenda, habeat ens veras ac demonſtrabiles paſsiones necne. Et quidem philoſophus 4. comment. 1. hoc quodammodo innuere videtur: Eſt, inquit, ſcientia quædam, quæ ſpeculatur ens in quantum ens, & quæ huic inſunt ſecundùm ſe, hoc eſt, de accidentibus eſsentialibus (teſte Commentatore) quæ profectò ſunt illius paſsiones. Et tex: comment. 6. Quod quidem igitur vnius ſcientiæ, eſt ens in quantum ens. & de accidentibus eius, inquit Commentator. Et comm. 5. Eſſe quædam ait propria enti in quantum ens, veluti numero par vel impar. ſubdit Commentator: Ens ſecundùm quod ens eſt habere propria accidentia, quæ per ſe ſibi inſunt. Ex his ergo, atq; ſimilibus philoſophi, atq; Commentatoris ſententiis, palàm eſſe videtur, enti proprias ineſſe paſsiones. Verùm non ſine caligine intelligi poteſt, quomodo hæc res ſe habeat; paſsio enim nondum ratione, ſed etiam formaliter, à ſubiecto diſcrepat: illæ autem quæ vocantur entis paſsiones, vtpotè vnum, bonum, verum, res, aliquid, ab ente nequaquam ita diſsentiunt. Commentator in hoc non ſatis ſibi conſtare videtur. Nam 4. met. comme. 3. apertè fatetur ens, & vnum, eandem dicere naturam, ſecundùm modum, & rationem diuerſam, quod etiam philoſophi litera clarè exprimit: Vnum, inquit, & ens ſunt idem. Et 10. met. comment. 8. Ens & vnum ſignificant idem ſecundùm ſubiectum: & diuer-

Ens habere veras paſsiones.

Auer. varius.

Ens.

Vnum.

 ſa ſe-

ſa ſecundùm modum. Eſſet planè nugatoria enuntiatio dicere : ens eſt ens, vel dicere ens & ens, & non dicere ens eſt vnum, vel ens & vnum : vnum ergo non eſt ſynonimum enti. 6. met. comme. 8. tum philoſophus, tum Commentator differentiam ponunt inter bo-

Bonum.

num & verum ; bonum enim in rebus, verum autem in intellectu reponunt : Falſum, inquit, & verum non ſunt in rebus, ſicut bonum & malum, ſed in cognitione. Verùm 1. eth. cap. 7. ait, bonum eſſe enti ſynonimum. idem dicit 10. met. comment. 5. & hoc nomen vnum quod eſt ſynonimum enti. hoc idem approbat in lib. d.d. diſp. 5. in ſolutione dubii

Ens & vnum eſſe ſynonima

tertii. Philoſophus 4. met. comm. 3. Idem, inquit, eſt vnus homo, & homo, & ens homo, & nihil aliud vnum præter ens : per nihil ergo diſtinguitur ab ente. Et comment. 5. eiusdem 4. met. Quoniam igitur, ait, vnius in quantum vnum eſt, & entis in quantum ens eſt, eædem per ſe paſsiones ſunt, ſed non vt numerus, aut linea, aut ignis, palàm quia eiusdem ſcientiæ eſt cognoſcere & quidnam ſunt, & accidentia ipſius. Ex quo patet vnum non eſſe entis paſsionum, ſed ſynonimum.

Contradictio ſoluitur.

Verùm hæc contradictio, quæ in hiſce iam adductis ſententiis eſſe videtur, facilè ſolui poteſt : vt dicamus ſecundùm rei veritatem, ens & vnum, aliaq; tranſcendentia idem eſſe omninò : differre autem ſecundùm conſuetum vſum loquendi, quippè cùm enti ab vno indiuiſio addatur. Secundùm hanc igitur ſen-

Ens non habet veras paſsiones.

tentiam, enti veræ paſsiones non inſunt, ſed ea, quæ ab aliquibus entis paſsiones vocantur, ſunt illi ſynonima. Reuera, paſsio formaliter differt à ſubiecto. ſed ens & vnum, & alia ſimiliter tranſcendentia, ſunt inuicem ſynonima, vt veſtis, & tunica : igitur non ſunt
1. *propriæ, ac veræ entis paſsiones. Accedit ad hoc authoritas Auicennæ, 2. ſuæ met. c. 1.*
2. *dicentis, ens, & rem prima impreſsione, animæ imprimi noſtræ : vna ergo, eademq; conceptione percipiuntur. Amplius, plura vni æquè primò cõpetere nequeunt. Quare, ſi plu-*
3. *res inſunt enti paſsiones, æquè primò illi ineſſe non poſſunt. Aliquis ergo ordo inter illas habetur. ſed nullus ordo in illis inueniri poteſt : ergo nulla ex illis, propria entis paſsio eſt appellanda. Adde, quòd vna eſſet medium alterius demonſtrandæ, quod certè fieri non poteſt, vna ſanè altera non eſt ſuperior, neq; vniuerſalior ; omnes enim conuertuntur cum ente, atq; illius diffinitiones nequaquam ſunt, nec vltimæ differentiæ, nec pro-*
4. *pria : ſunt ergo enti ſynonima. Amplius, quandò plures vni inſunt paſsiones, qualibet illarum formaliter ab altera, & ab ipſo diſtinguitur ſubiecto, cui profectò aliquid ad-*

Quare dicuntur tranſcendentia.

dit. at tranſcendentia, ad ens ſe ita habere non poſſunt ; ſiquidẽ à qualibet illarũ enti additur nihil, nec etiã alteri, quin contineatur ſub illis : illa ergo ſex ſunt inuicem ſynonima. vocantur autem tranſcendentia, quoniam ſub nullo prædicamentali genere clauduntur, quamuis à philoſopho hoc nomine nequaquã vocentur, ac tria tantùm à philoſopho poſita

Quomodo enti inſint paſsiones.

fuiſſe legantur, nempè vnum, bonum, & ens. Ab Auicenna ens, & res : recentiores plura addiderunt, actũ ſcilicet & potentiã neceſſarium, & contingens, cauſam & cauſatum, & id genus multa. Competunt autem enti eorũ paſsiones, quæ ſub ipſo continentur entiũ : non tamẽ per ſe primò. Exempli gratia, primæ ſubſtantiæ paſsio, eſt per ſe exiſtere, accidenti verò, alteri ineſſe, ſubſtantiæ ſeparatæ, æternitas, atq; immobilitas. Ab huiuſmodi autem paſsionibus ens ſeparatur : ſicut animal ab homine. Sanè, nihil eſt in homine quin inſit animali ; nõ tamen è conuerſo : proinde immobilitas ſubſtantiæ ſeparatæ in hoc ab ente diſcrepat, quia ſcilicet ens, & illi & aliis competit : illa verò ſubſtantiæ ſeparatæ ſoli. Nec quispiã mirari debet, cur philoſophus in vno ſtatuẽdo tantùm inſudauerit 4. & 11. met. ſi vnũ ſit entis ſynonimum, cùm inibi contra Platonem diſputet, qui arbitratus eſt, vnũ eſſe prius ente. Hæc quidem dicta ſint ad philoſophi mentem, atq; ſententiam.

Ens habere proprias paſsiones.

Quidam non contemnendæ doctrinæ viri, ens proprias paſsiones habere arbitrati ſunt, atq; argumentis ſuam ſtabiliuêre ſententiam : Si ens, inquiunt, proprias non haberet paſsiones demon-
1. *ſtrabiles : igitur in metaphyſica, nulla inueniri poſſet demonſtratio, quod eſt falſum ; eſt enim vera ſapientia. Tenet conſequentia ex 1. poſt : cap. 10. In omni, inquit, demonſtratione, neceſſariò includitur primus, & ſecundus modus per ſe, eò quòd concluſio de-*

monſtra-

*monſtrationis ſit in ſecundo modo per ſe; concluditur enim paſſio de ſubiecto per diffi-
nitionem ſubiecti & paſſionis. ſi ergo ens non habet paſſiones, de ente concluſio demon-
ſtratiua formari non poſſet demonſtrabilis; & ex conſequenti in metaphyſica non fie-
ret aliqua vera demonſtratio. Amplius, quod eſt commune omni ſubiecto ſcibili, ſubie-
cto primæ veræq; philoſophiæ deeſſe non condecet, cùm ſcientiæ nobilitate, cæteris præ- 2.
ſtet omnium ſcientiarum ſubiectũ, (ſubiecto theologiæ, ac ſanctarum ſcripturarum dun
taxat excepto) ſed habere paſſiones demonſtrabiles, authore philoſopho 1. poſt: ca. 22.
eſt commune omni ſubiecto ſcibili: Vna, inquit, ſcientia eſt, quæ eſt vnius generis, hoc eſt,
vnius ſubiecti, cuius ſunt principia partes, & paſſiones: ergo quod prius. Fauet huic
propoſito Auicenna primo ſuæ met. ca. 2. Propria, inquit, accidentia, quæ metaphyſicus
conſiderat, non ſunt propria alicuius prædicamenti, nec poſſunt accidere alicui, niſi quod
eſt ens in quantum ens. Iterùm, vnum, bonum, verum, & ens, res, & aliquid, prædicantur 3.
de ente conuerſim: ſunt igitur propria, vt patet ex primo topicorum ex diffinitione
proprij. Sanè, quæcunque ita ſeſe habent, quòd vnum illorum ineſt per ſe primò iis, quæ
ſub ipſo continentur, aliud verò non ita per ſe; illud vtique erit accidens primi. ſed ens,
& vnum ita ſe habent, reſpectu eorum, quæ ſub ipſo continentur; priùs enim competit
ens, quàm vnum omnibus ſub ente contentis: ergo quod prius. Ad hæc autem atque ſi-
milia facilè eſt reſpondere; ſufficit enim enti, paſſiones habere, non quidem primò, &
per ſe, ſed eorum, quæ ſub ipſo continentur. Etenim cùm ſit ſcientia communis, determi-
natis, ac conſtitutis caret principiis, ex quibus propriæ paſſiones fluere ſolitæ ſunt: ſe-
cus autem res ſe habet in ſcientiis particularibus, quibus inſunt determinata ſubiecta, ac
prima principia, ex quibus illarum propriæ paſſiones deſcendunt. Porrò, omnes illæ au-
thoritates, & philoſophi, & Commentatoris, & Auicennæ, prudenter ſunt intelligendæ,
nempè ens habere proprias paſſiones, non quidem primò. vnde & Ariſtoteles ait, quæ
huic inſunt per ſe, ſed non dixit primò. Itaque, hoc modo omnes illæ authoritates ſolui
poſſunt. Ad primum ergo argumentum dico, de primo ſubiecto, quod eſt primum, pri- 1.
mitate vniuerſalitatis, non haberi ſcientiam demonſtratiuam per ſe primò, ſed per ſe non
primò. ſic habetur ſcientia de figura, quòd habeat tres, propter triangulum, ſed per ſe
non primò. at, de ſubiecto primo, primitate immediationis, per ſe, & primò, ſcientia de-
monſtratiua habetur. Ad 2. Dico, ens eſſe ſubiectum ſcibile; non tamen per ſe primò, 2.
tametſi in tota ſcientia ſit per ſe notum, quia prima impreſſione nobis impreſſum; ex hoc
tamen ſequitur, ens non perfectè ſciri, quoniam non primò per ſe ſcitur, ſiue cognoſci-
tur. Ad 3. Dico, illa quinq; non prædicari de ente: ſicut tunicam de veſte; ſed illam e- 3.
nuntiationem eſſe eiuſdem de ſeipſo. Ad confirmationem, negatur minor; ens ſiquidem,
& illa quinq; eadem perſeitate inſunt omnibus contentis ſub ente: proinde vnum, quod
cum ente conuertitur, per ſe, quemadmodum, & ens de omnibus prædicatur; vnam e-
nim, eandemq́ue naturam cum ente ſignificat, quod cum ente conuertitur. Itaq́ue ens ſe-
cundùm philoſophi, ac Commentatoris doctrinam, proprias paſſiones non habet, ſed il-
la, quæ de ipſis dicuntur, ſunt illi ſynonima, de quibus poſthàc diſputabimus.*

Soluuntur rationes.

Quare ens nõ habeat proprias paſſiones.

CAP. II.

De vno, atque aliis ſynonimis, ſiue paſſionibus entis.

*PAulò antè ſecundùm quendam modum diſputandi, probauimus, enti ve-
ras non ineſſe paſſiones: verùm penitiùs hoc diſputationis genus perſcruta-
ri cupientes; inquirere placuit, ſi vnũ, atq; alia tranſcendentia, de ente for-
maliter prædicentur: formalem autem voco prædicationem, iuxta quam,
diffinientia eſſentialia prædicantur de diffinito. Et primò quidem in men- 1.*

Tranſcendentia non prædicantur formaliter de ente.

tem e-

tem aliquæ rationes, nequaquam contemnendæ venerunt, nempè illa, etſi identicè, atq́ue
eſſentialiter ſint idem enti; formaliter tamen ab ipſo diſcrepare. Reuera, bonum, & v-
num, aut includunt ens formaliter, aut non. ſi non, habetur propoſitum. ſi ſic, cùm non
ſint omninò idem; alia enim eſt ratio vnius, & alia boni: igitur quo conueniant, & quo
differant, aliquid inter ſe habere, neceſſe eſt: Bonum ergo, & vnum, non erunt primò
diuerſa, nec vltimæ differentiæ, ſed aliis diſcrepant differentiis, de quibus ſimilis erit
quæſtio, & ſic ibitur in infinitum. Stabitur ergo ad aliquas, quæ formaliter ens non in-
2. *cludunt, illæq́ue ſolæ erunt vltimæ entis differentiæ. Amplius, quemadmodum ens com-*
ponitur ex actu, & potentia in re; ita planè conceptus compoſitus per ſe vnus, ex po-
tentiali, & actuali conceptu, ſiue ex determinabili, & determinante componitur. Qua-
re, ſicut reſolutio entis compoſiti, ad actum vltimum ſtat, vltimamq́ue potentiam, quæ
ſunt primò diuerſa, quorum alterum ab altero non includitur, alioqui non eſſent prima;
ita conceptus compoſitus ſtabit ad conceptus ſimpliciter ſimplices, qui ſunt primò di-
uerſi, & vnus nihil includit alterius. Ex quo patet ens de vltimis differentiis in quid ne-
3. *quaquam prædicari. Præterea, ſubiectum teſte philoſopho, 7. met. ſe habet ad paſſio-*
nis diffinitionem, vt additum: de illa ergo in primo modo dicendi per ſe nequaquam
prædicabitur; talis enim prædicatio eſt per intrinſeca & quidditatiua prædicata, quæ
4. *ad rei eſſentiam ſpectant. ſed ens comparatur ad vnum, ſicut ſubiectum ad prædicatū:*
ergo. Ens præterea, in ens creatum, & increatū, & in 10. prædicamenta, & in partes eſ-
ſentiales, de quibus quidditatiuè prædicatur, ſufficienter diuiditur. at paſſiones entis,
quoniā ſub aliquo illorū nequaquam continentur: iure ergo aſſerere poſſumus, ens de illis
formaliter, ſiue quidditatiuè non prædicari. Sanè, ſi vnum contineretur ſub ente incre-
ato: omne ergo vnum, eſſet increatum. & ſi ſub ente creato: ergo omne vnum, eſſet ens
creatum. & cùm vnum conueniat Deo: ſequitur ergo, Deum eſſe creatum, quod nefas
eſt dicere. Adde, quòd ſi vnum, ens quidditatiuè includeret, aut præcisè, aut aliquid
vltra. non primum, alioqui committeretur nugatio: idem ſanè eſſet dicere, ens eſt vnū,
& ens eſt ens. ſi ſecundum, de illo alio ſimilis erit quæſtio, videlicet, an ens includat.
quòd ſi ita fuerit: vnum ergo bis includit ens. ſi verò non: illud ergo erit paſſio entis. Ex
5. *quo patet, paſſionem entis, quidditatiuè ipſum ens minimè includere. Amplius, nihil*
prædicatur formaliter de aliquo, cuius ratio, ab alterius ratione formaliter diſcrepat.
ſed ens & vnum ita ſe habent. 4. met. commen. 3. & 10. comm. 8. Ens, inquit, & vnum
eandem dicunt naturam, ſecundùm modum, & rationem diuerſam: ergo quod prius.

Vnum formaliter dici de ente.

Ex his ergo apparet vnum, atq́ue alia tranſcendentia non eſſe enti ſynonima, ſed formali-
ter differre; tametſi identicè ſint eadem. Poſſet aliquis contra prædicta ſic inſurgere:
1. *Omne ſuperius prædicatur de ſuis inferioribus in quid: ergo formaliter. ſed ens eſt ſupe-*
rius ad vltimas differentias, quia eſt vniuerſaliſſimum prædicatum: ergo. &c. ſed ma-
ior iſtius argumenti vera eſt de ſuperiori vniuoco, non autem de æquiuoco, ſiue analogo,
ſicut ſuprà dictum eſt. Præterea, ens eſt ſuperius formaliter ad ens creatum & increa-
tum, & ad 10. prædicamenta, atque ad partes eſſentiales, id eſt, ad genera & ſpecies;
ad differentias verò vltimas, atque ad ſuas paſſiones virtualiter tantùm, eò quòd in his,
de quibus ens formaliter prædicatur, cōtineantur; entis enim paſſiones in ente creato, &
increato, & differentiæ in ſpeciebus numerantur, ſiue contineri dicuntur. Iterùm ille ar-
gueret: Paſſiones entis, atq́ue vltimæ illius differentiæ diffiniuntur, ſiue deſcribuntur. non
quidem per nihil: ergo per ens: igitur formaliter de illis prædicatur; diffiniens enim, ſiue
deſcribens intrinſecum prædicatur in primo modo per ſe. Dico verum eſſe de diffiniente
2. *vniuoco, non autem virtuali, cuiuſmodi eſt ens ad illorum reſpectum. Amplius, ens præ-*
dicatur de ſuis differentiis, quippè cùm nihil illius prædicationem ſubterfugere queat:
igitur prædicatur formaliter. Tenet conſequentia ex 3. met. tex. 10. vbi Ariſt. probat
ens non eſſe genus, quia genus de ſuis differentiis non prædicatur. nec modus ille prædi-
candi

De vno & ente.

*tandi poteſt eſſe identicus ; genus enim , & differentia ſunt idem realiter : ſiquidem hæc
vera : rationale eſt animal: igitur ens formaliter de ſuis prædicatur vltimis differentiis,
atque paſsionibus. Dici poteſt exemplum non eſſe ſimile : nam animal ad rationale eſt
genus vniuocum, non ſic autem ens ad ſuas differentias. Iterùm ille arguit : Vnum in ſuo* 3.
*conceptu dicit indiuiſionem, ex 10. met. non quidem indiuiſionem tantùm, quia ſola ne-
gatio, entis paſsio eſſe non poteſt. Addit ergo aliquod poſitiuum, quod quidem eſt ens;
nihil enim omni enti eſt communius ipſo ente : ens ergo formaliter de ſuis paſsionibus
prædicatur. Dico, illud poſitiuum eſſe quidem realiter ens, non autem formaliter, quip-
pè cùm non ad entis conceptum , ſed vnius pertineat : conceptus autem rei ad formalem
illius rationem ſpectat. Adde , quòd ens cùm ſit ſubiectum , vnum verò ipſius paſsio ,
diffinitur vtiq; per ſubiectum , vt per additamentum ex 7. met. huiuſmodi autem diffi-
nientia non prædicantur per ſe primò , ſed ſolùm diffinientia intrinſeca , & eſſentialia.
Sed ille inſtaret, aſſerens diffinitionem per additamentum non inueniri, niſi in acciden-
tibus, vel in ſubſtantiis, quæ habent rationem partis, vt quando diffinimus animam per
corpus, cuiuſmodi non ſunt paſsiones entis. In primo præterea poſter. cap. de modis per
ſe : non ſolùm in primo modo ponuntur diffinientia intrinſeca eſſentialia, ſed quæcunque
ſunt in ratione dicente, quid eſt, vbi datur exemplum de puncto, qui licet ſit terminus
lineæ; nõ tamen ad eius eſſentiam pertinet, nec inſtans ad eſſentiam temporis. Dico, quòd* Soluuntur argumenta.
*quamuis paſsiones entis non ſint accidentia ; diffiniuntur ſiue deſcribuntur tamen per
additamentum, propter entis æquiuocationem, ſeu analogiam : illa enim conueniunt ge-
neri vniuoco, non analogo. Conantur nonnulli ſoluere priora argumenta : Ad hoc, inquit,* 1.
*quòd bonum & vnum ſint primò diuerſa, non eſt neceſſe, quòd in nullo conueniant, ali-
ter decem prædicamenta non eſſent primò diuerſa, cùm in ente conueniant, eiuſq; paſ-
ſionibus ; ſed ſufficit illa non conuenire in aliquo vniuoco. Inſuper ſeipſis primò ſunt di-
uerſa. verùm ſi ſeipſis primò ſunt diuerſa : igitur conceptus vnius, non includit alium ,
& ita formaliter differunt. Ad 2. Negant ſimilitudinem , & ad probationem negant* 2.
*conſequentiam; omnis enim conceptus reſoluitur in conceptum entis , qui quemcunq; ali-
um conceptum ingreditur : ſicut omnis veritas , ad veritatem primi principii complexi
reſoluitur. Negatur ergo, quòd poſsint dari duo cõceptus ſimpliciter ſimplices, ita quòd
vnus nihil includat alterius. Quòd ſi dixeris : non dabuntur ergo duo conceptus primò
diuerſi: negatur conſequentia: quæ enim conueniunt in aliquo analogo, poſſunt huiuſmo-
di conceptus diſtinctos habere , alioqui Deus & creatura non eſſent prima diuerſa. Di-
co , quòd quamuis bonum , & vnum , ac alia tranſcendentia includant conceptum entis
realem, quia nimirum ſunt entia; non tamen conceptum entis formalẽ, imò diſtinctis, &
primò diuerſis conceptibus comprehenduntur : alius enim eſt conceptus entis , & alius
conceptus boni, & ſic de ſingulis. Ad 3. Antecedens eſt verum in paſsionibus, quæ rea-* 3.
*liter diſtinguuntur à ſubiecto, vt riſibile ab homine, non autem in paſsionibus tranſcen-
dentibus , quæ ab ente ratione tantùm diſtinguuntur : verùm negant illi riſibile reali-
ter diſtingui ab homine, vt poſtea patebit, nec tranſcendentia dicunt eſſe entia rationis,
ſed formales, ac diſtinctos habere conceptus. Ad 4. Negant antecedens; diuiditur enim
ens per vnum & multa primò. Sed de hoc poſtea, cùm de diuiſione entis diſputabimus.* 4.
Ad 5. Dicunt, vnum includere aliquid vltra, nempè indiuiſionẽ. Et cùm quæritur, ſi il- 5.
*lud additum includat ens, negant : Quia negatio , inquiunt , eſt. & cùm infertur : ergo
illud additum eſt paſsio entis: negant iterùm conſequentiam : nam paſsio entis non eſt in-
diuiſio , ſed ens vt ſtat ſub indiuiſione. Verùm tunc ens eſſet paſsio ſuiipſius : nam ſi v-
num eſt paſsio entis; vel vtiq; ratione entis , & ita ens eſſet paſsio ſuiipſius, quod eſt ab-
ſurdum ; vel alicuius additi ſupra ens , quod planè ſi fuerit poſitiuum vnum vtiq; dicet
aliquod poſitiuum, & ex conſequenti formaliter differt ab ente. Negatiuum autem eſſe* Vnum dicere aliquod poſitiuum.
non poteſt , quippè cùm nulla negatio, ſiue priuatio ſit idem cum poſitiuo , alioqui idem 1.

*realiter ens, & poſitiuum, & negatiuum eſſet; paſſio enim eſt idem realiter, cum ſuo
ſubiecto. Item, negatio eſt realiter & formaliter nihil. ſi ergo vnum eſt negatio: igitur*
2. *nihil & non ens, eſt realiter paſſio entis, atq; idem eſt realiter ens, & non ens. quæ cùm*
3. *ſint abſurdiſſima: vnum ergo ſupra ens addit aliquid formaliter poſitiuum. Sanè, in
priuationibus, non datur primum, vtpotè ſummum malum, ſed omnia reducuntur ad
ſummum bonum: ſic etiam omnia, quæ vnius nomine cenſentur, ad primum vnum, quod
planè rationem priuationis formaliter ſubire non poteſt. Profectò, nulla priuatio ſuſci-
pit magis & minùs. ſed vnum ſuſcipit magis & minùs; ſimplex namq; eſt magis vnum*
Reſponſio. *quàm compoſitum: vnum ergo ſolam non dicit priuationem. Sed poſſet aliquis his rati-
onibus ita obuiare: vnum quoad ſuum materiale eſt idem, quod ens: quoad verò ſuum
formale, in intellectu tantummodò obtinet eſſe; proinde nec imperfectio, nec perfectio*
Replica. *ſimpliciter dici poteſt formaliter, ſed materialiter potiùs. Ex quo patet entia reduci
ad vnum per intellectus operationem; nec vnum eſſe magis vnum altero formaliter, niſi
operante intellectu. Inſtaret ille; negatio non habet rationem menſuræ, quippè cùm
menſura ſit aliquod poſitiuum. ſed vnum habet, in quolibet genere rationem menſuræ,
10. met. ergo. Item, aliquod poſitiuum componi intrinſecè ex priuationibus, eſt planè
impoſſibile. ſed numerus eſt aliquod poſitiuum, quod intrinſecè ex vnitatibus componi-*
Reſponſio. *tur: vnitates ergo non ſunt priuationes formaliter. Soluuntur hæc: Extra intellectum
nulla eſt menſura, nullaq; eſt ratio vnius: ideò autem vnum dicitur menſura, quia dum
conſideratur id, quod eſt menſura, vnum eſſe cognoſcitur. Præterea, nullum eſſe nume-
rum extra animam formaliter, conſtat ſatis; ſed bene ea, quæ ſunt numerus: ex quo pa-
tet extra animam, numerum ex negationibus non eſſe compoſitum. Adde, quòd vnum
propriè non eſt paſſio entis, ſed ſecundùm opinionem potiùs, quia ſcilicet aliquam indi-
uiſionem enti addere videtur; ſecundùm rei tamen veritatem, non eſt entis paſſio, cùm
ſit eiuſdem prædicamenti cum ente: paſſio verò in eodem ſubiecti prædicamento nō re-
ponitur. Itaque, quamuis tranſcendentia ſint realiter idem; diſtinguuntur tamen for-
maliter, nempè per intellectus operationem. Hæc ſint ita deſcripta; quilibet tamen o-
tio, & ingenio pollens, poterit multa alia addere.*

CAP. III.

Auicennæ opinio de ente, & vno.

Auicennæ o-
pinio. *QVamuis ea, quæ iam dicta ſunt, his difficultatibus ſoluendis, ſufficere quis
dicere poſſet: quò tamen huius obſcura inquiſitio, clariori illuſtretur in-
telligentiæ lumine; operæpretium me facturum putaui, ſi Auicennam*
1. *de hac re diſputantem, in medium adducerem. Itaq; Auicenna, ens &
vnum, diuerſam dicere naturam, ſubiecto quidem eadem, natura verò
differre dixit. Deniq;, vnum eſſe de genere quantitatis, minimeq; cum ente conuerti, po-
ſtremò ſimul prædicari de omnibus entibus: & hoc quidem ex ſeipſo patet. Aliud autē*
2. *patet: nam ſi vnum & ens natura non diſcrepant; tunc planè multitudo non eſſet ens,*
3. *cùm non ſit vnum, eſſetq; nugatio dicere ens, vnum. Inſuper vnum denominatiuè dicitur
de ente: igitur aliam ab illo indicat naturam. Sanè, vnum, quod cum ente conuertitur,
conſtituit numerum: igitur eſt principium numeri. Denique, quod eſt in ente, eſt etiam*
Soluuntur ra- *in aliquo indiuiduo; ſed indiuiduum eſt vnum numero, ſiue principium numeri: ergo.*
tiones Auicen *Ad primam Auicennæ rationem dico: Vnum, quod cum ente conuertitur, biſariam ac-*
1. *cipi poſſe: vno quidem modo communiter atque ſimpliciter, & ita eſſe paſſionem entis,
cum ipſo ente conuertibilem: alio verò modo ſtrictè, & ſecundùm quid; ſicque opponi*
2. *multitudini, atq; eſſe paſſionem entis cum quadam diſiunctione conuertibilem: hoc mo-
do, ve-*

De vno & ente.

do, verum eſt, vnum & ens, vnam eandemq́ naturam ſimpliciter nequaquam dicere,
quippè cùm ens de multitudine, non tamen vnum prædicetur, niſi largè, & communi-
ter vnum intelligatur. Auicenna igitur æquiuocat de vno, & ſimpliciter, & ſecundùm
quid intellecto, ſiue accepto. Ad aliam rationem negatur conſequentia; non enim idem 2.
bis omninò repetitur: ſtat namq́ cum identitate reali, ex natura rei, vel formalis di-
ſtinctio, quæ nugationem aufert. Ad 3. Duplex eſt numerus, ſicuti duplex eſt vnitas: 3.
quædam principium numeri in genere quantitatis exiſtens: alia tranſcendens, quæ cum
ente conuertitur. Itaq́, vnitas principium numeri, qui ex diuiſione naſcitur continui, ad
genus ſpectat quantitatis; de quo profectò vno non eſt noſter ſermo, ſed de vno, qui eſt
principium numeri cauſati ex eſſentiarū diuiſione. Liquet ergo quonam modo Auicen-
næ rationes neruoſæ non ſint; imò ſi benè inſpiciantur, minimè ſibi conſtant. Reuera, quæ- Rationes contra Auicennā.
cunque ſunt idem realiter, eandem planè dicunt naturam. ſed ens & vnum, ſubiectum
& paſſio, ſunt idem realiter, alioqui vnum ſine altero conſiſtere poſſet: eandem ergo, & 1.
non diuerſam dicunt naturam. Sanè, ſi propria paſſio eſſet à ſubiecto ſeparabilis; tunc 2.
ineſſet contingenter: ſcientia autem cùm ſit de neceſſariis, ſyllogiſmus concludens paſ-
ſionem de ſubiecto, non eſſet ſcientificus, quod eſt falſum. Item, quantitas aliis prædica- 3.
mentis eſſet poſterior; vnum enim cùm ſit paſſio omnium planè prædicamentorum, paſ-
ſio autem natura, ſubiectum ſequatur: omnia ergo prædicamenta, vnum præcederent,
& ex conſequenti quantitatem, ſi vnum eſt de genere quantitatis. at ſubſtantiæ imme-
diatius cæteris prædicamentis, eſt prædicamentum quantitatis: vnum ergo quod cum
ente conuertitur, non eſt de genere quantitatis. Præterea, vnum ſiue vnitas, ſine quanti- 4.
tate intelligi poteſt: nō ergo ſpectat ad genus quantitatis: ſubſtantia namq́ prior eſt omni
accidente: in ſuo ergo priori, priùs cognoſcitur, ſine poſteriori. Nullum inſuper tran-
ſcendens, eſt determinati generis. ſed vnum, eſt tranſcendens, vtpotè, quod conuertitur
cum ente: vnum ergo non eſt determinati generis quantitatis. Adde, quòd nihil vnius 5.
prædicamenti, extra illud, eſt paſſio alterius. ſed vnitas eſt paſſio omnis entis: non ergo
eſt alicuius determinati prædicamenti; paſſio ſiquidem eſt eadem realiter cum ſuo ſub-
iecto, prædicamenta verò ſunt realiter diſtincta, & impermixta: ergo. &c. Auerroes Auerro. ratio cōtra Auicen.
4. & 10. met. arguit contra huiuſmodi Auicennæ ſententiam: Si, inquit, vnum diſpo-
ſitionem enti ſuperadditam diceret; eſſet proceſſus in infinitum. ſit homo vnus per di-
ſpoſitionem ſuperadditam naturæ entis: illa ergo diſpoſitio, vel eſt ens, vel nihil. non
poteſt eſſe nihil: erit ergo ens. at omne ens, eſt vnum per diſpoſitionē ſuperadditam: in
infinitum igitur ſit proceſſus eundi. Ratio ſanè Commentatoris eſt talis: ſi ens eſt vnum
per intentionem additam, illa autem ſi non eſt vna: vnum ergo de quolibet non prædica-
bitur: ſi verò ſit, aut eſt vna per ſe, hoc eſt, non per diſpoſitionem additam, vel per ac-
cidens, id eſt, per diſpoſitionem additam: hoc modo Auer. ratio ſi intelligatur, arguen-
tem non timebit. Sed arguet aliquis: ſi vnum & ens, eandem ſignificant naturam; tunc Quòd vnū & ens nō dicant vnam naturam.
iſta erit vera: tantùm vnum eſt ens, quod à philoſopho in reprehendendo Parmenide,
multis argumentis, atq́ rationibus confutatur. Conſequentia autem valet: nam quando
aliquid prædicatur conuertibiliter de aliquo; de eodem quoque cum dictione excluſiua 1.
prædicatur, ſicut iſta eſt vera: homo tantùm eſt riſibilis: ergo. &c. Item, diuidens non 2.
ſignificat eandem naturam cum diuiſo, alioqui vnum diuidens, quia opponitur condiui-
denti, non participaret diuiſum; ſi enim rationale, eandem cum animali dicerent naturā;
irrationale vtiq́ non participaret animal: cùm igitur vnum, & multa diuidant ens, ſi
ab vno, eadem planè, quæ ab ente ſignificaretur natura: multitudo ergo, ens dici non
poſſet, atque ita vnum, & multa non eſſent differentiæ entis. Iterùm, vnum opponitur 3.
multitudini, ens autem minimè: realiter ergo diſtinguuntur. Sanè, duo ita ſe habent, quòd
vnum corrumpitur, altero remanente, abſque dubio realiter diſcrepant. ſed vnum cor-
rumpi poteſt, ente iam remanente; priuatiuè namq́ oppoſita ſiunt circa idem, vnde pri-

Ordo paſſionum entis.

uatio corrumpit habitum, ſubiecto remanente: vt dicitur in poſtprædicamentis. ſed v-
num priuatiuè opponitur: ſuum ergo oppoſitum corrumpit, ente remanente: ergo quod
4. *prius. Præterea, vnum ſignificat aliquid priuatiuum, ens autem aliquid poſitiuum. ſed*
maior eſt differentia inter poſitiuum, & priuatiuum, quàm inter duo poſitiua: ergo.
Reuera, ſubiectum & propria paſſio, non ſignificant vnam, & eandem naturam, quum
diſtincta poſſideant prædicamenta. ſed ens, & vnum ſe habent ſicut ſubiectum & pro-
pria paſſio: ergo. Adde, quòd non minùs ſeparatur bonum, quàm vnum ab ente. ſed bo-
num dicit aliam naturam ab ente, vtpotè ordinem ad voluntatem, qui planè eſt realis,
cùm ſit eſſe natura rei, atq; ita realiter diſtinctum ab ente: ens igitur, & bonum diuer-
Soluuntur argumenta. *ſa natura gaudent. Ad hæc autem, atq; ſimilia argumenta ſic reſpondere valemus: Ad*
primum, ſi vnum accipiatur tranſcendenter, valet conſequentia. ſed Parmenides, vnum
1. *accipit particulariter, vt dicit philoſophus. veritas autem huius rei declarata in primo*
2. *libro Pymandri, in poſitione Parmenidis. Ad 2. Vnum, à quo ens diuiditur, eſt vnum de-*
terminatè, atq; ſecundùm quid; quod profectò eandem cum ente conuertibilem naturã
non habet: & ſic ratio illa militat. negatur verò de vno, quod eſt ſimpliciter vnum,
3. *quod eandem cum ente naturam conuertibilem indicat. Ad 3. Negatur conſequentia; v-*
num enim, & ens diſtinguuntur formaliter, licet ſint idem realiter: hac de cauſa, non eſt
neceſſe, vt cuicunque opponitur vnum, opponatur etiam & ens. verum nihilominùs eſt,
multitudinem eò magis priuari entitate; quò magis vnitate priuatur. Ad confirmatio-
nem: minor eſt vera, in formarum priuatione ſpecialium, vtpotè viſus, & cæcitatis: nõ
autem in ea, quæ eſt inter terminos tranſcendentes priuatione, quæ propter vniuerſaliſſi-
mam entis naturam, eſſe totaliter auferre non poteſt; imò priuatio entis fundatur in
4. *ente, quod formarum ſpecialium priuationi accidere nequit. Ad 4. Dictum eſt, vnum*
non dicere priuationem aliquam poſitiuam extra intellectum: idcirco ſimilitudo illa ne-
gatur omninò. Eadem facilitate ſoluitur confirmatio, paſſio ſiquidem tranſcendens non
differt realiter à ſuo ſubiecto, ſed formaliter, ſiue ratione tantùm intellectus. Ad aliam
confirmationem dico, bonum tranſcendens non differre realiter ab ente: nam etſi ad-
dat ordinem ad voluntatem; ille tamen ordo non differt realiter ab ipſo bono: ad ſuam
autem naturam ſpectat, ipſam immutare voluntatem, cuius potentia, apta nata eſt mo-
ueri à bono, & eſt ipſa volitiua potentia. Quomodo ergo tranſcendentia differant ab in-
uicem, dixi.

CAP. IIII.

Entis paſſionum diuiſio multiplex, & earum ordo.

Ordo paſſionum entis. Aliquid. Res.

ENtis paſſiones, de quibus paulò antè diſputaui, ſic à nonnullis numerantur: vnum, verum, bonum, aliquid, & res. Aliquid autem dicitur, quaſi aliud quid: alteri namq; comparatum, eſt aliud quid diſtinctum ab eo. Res autem à ratus rata, eò quòd ens reale, præter opus animæ, ſit certæ, & firmæ entitatis.

Verum. *Verum, eſt rei natura, quæ eſt extra animam, & ab eius intellectu cognoſcibilis.*

Bonum. *Bonum, quia appetibile: appetitur autem, quia perficit appetentem: perficit autem, quia habet eſſe; ſiquidem eſſe eſt prima actualitas, primaq; perfectio. ſed in tantum habet eſſe, in quantum eſt ens: ens ergo eſt bonum, quia eſt.*

Vnum. *Vnum, vtpotè in ſeipſo indiuiſum, ab aliis verò diuiſum, & ſecretum:*

Ordo vnius. *ordo autem ſecundùm rationes illorum formales, eſt talis. Vnum, alia præcedit tranſcendentia; primum enim poſitiuum eſt, quod poſt ens à nobis concipitur. Sanè, priùs à nobis concipitur ens: deinde non ens; ex oppoſito namque oppoſitum cognoſcitur: tertium eſt diuiſio; ſtatim enim apprehendimus diſtinctionem inter ens, & non ens: quartum eſt indiuiſio: omne enim ens in ſeipſo eſt*

Ordo paſſionum entis.

ſo eſt indiuiſum: proinde rectè dictum eſt à philoſopho 10. met: tex: 7. Quod non eſt vnum non eſt ens: vltimum eſt conceptus vnius: cùm enim omne ens ſit diuiſum à non ente, & indiuiſum in ſeipſo; neceſſariò ergo poſt ens, vnum concipimus. Poſt vnum verò, aliquid, intelligimus: nam ſi ideo apprehendimus vnum, quia ens indiuiſum inſeipſo apprehendimus, & à quolibet alio diuiſum: igitur aliquid immediatè occurrit, quod perinde eſt quaſi aliud quid, nempè ab alijs diuiſum, atq; ſeparatum. Poſt aliquid concipitur res; à ſua enim propria quidditate, vel eſſentia, ſic dicta eſt, quæ ſi non eſt in ſeipſa indiuiſa, & ab alijs diuiſa, propria dici non poteſt. Rectè ergo poſt aliquid, concipimus rem, id eſt firmam, & ratam cuiuſque propriam eſſentiam, ſiue naturam. Poſt conceptum rei, ſequitur conceptus veri, qui ad intellectum ſpectat: intellectus autem voluntatem præcedit; ſic etiam conceptus veri, boni conceptum. Verum inſuper conſequitur ens abſolutè; bonum autem ens in actu: priùs ergo venit in mentem.

Ordo aliquid.

Ordo rei.

Ordo veri & boni.

Alius ordo.

Nonnulli alio ordine, ens eſſe diſtribuendum, atq; diuidendum dixerunt, nempè ens reale vniuerſaliſsimum, prima ſui diuiſione in quantum & non quantum. Deinde ens quantum, per finitum & infinitum: poſtea per vnum & multa. Per quantum autem quantitatem vtique virtualem, quæ eſt rei perfectio, intelligi volunt, non quantitatem dimenſiuam, & per infinitum, ens infinitæ perfectionis, qualis eſt deus, per finitum, ens finitæ perfectionis, veluti homo, leo &c. Nec temere ſic ens eſſe diuiſum affirmant: nam rationi conſentaneum eſt, in ea quæ ſunt cuilibet enti intima, ipſum ens diuidi debere. ſed 1.
cuilibet enti intimior eſt infinitas, ſiue finitas virtualis, quàm vnitas, ſeu multitudo; ideo per finitum & infinitum ens priùs diuiditur: genus namq; per differentias eſſentiales, tanquam per intimiores, & priores priùs diuiditur: deinde per proprietates, quæ differentias conſequuntur: minor autem patet; finitas enim & infinitas, in eſſe quidditatiuo, & in primo modo dicendi per ſe, rei conueniunt; quidditatum ſiquidem, quæ ad inuicem comparantur, vna eſt altera perfectior: nam teſte philoſopho 8. met: quidditates rerum ſe habent, ſicut numerorum ſpecies: vnde equinitas ignobilior eſt humanitate: finitas igitur & infinitas rei conueniunt in eſſe quidditatiuo: vnitas autem & multitudo, quoniam ſunt entis paſsiones in ſecundo modo dicendi per ſe, rei conuenire, ex multis liquet philoſophi ſententijs. Iterùm, vnum ſupponit ſuam perfectionem enti, ipſumque 2.
ſequitur poſteriùs quàm finitum, & infinitum ſecundùm perfectionem. Reuera, perfectius eſt eſſe vnum, quàm multa, alioqui in prima cauſa, multitudo potiùs, quàm vnitas eſſet ponenda, cùm in illa ſit ſumma perfectio. Soluunt nonnulli has rationes, &

Rationes.

Solutio rationum.

ad primam quidem negant minorem, & ad probationem aiunt, finitatem & infinitatem 1.
rei nequaquam in eſſe quidditatiuo conuenire priùs, omni prorſus eſſe reali ſecluſo. Et cùm dicitur, quidditates rerum præcisè ſumptæ, vna eſt perfectior altera, negatur; imò vt ſic nulla eſt perfectior altera. Et cùm dicitur, quidditates rerum ſe habent vt numeri: ergo &c. Dicunt, ex hoc tantùm haberi, perfectionem illarum, ſcilicet fundamentalem tantùm, non autem formalem; humanitas ſiquidem apta eſt recipere nobilius eſſe quàm equinitas. Itaq; finitas, & infinitas præſupponunt eſſe, & ex conſequenti poſteriùs ens conſequuntur quàm vnum & multa. Etenim vnum conſequitur ens ſimpliciter, finitum autem & infinitum, ſicuti etiam & bonum, ens in actu. Argumentum ſic formari poteſt. Vnumquodq; eſt finitum, vel infinitum perfectionaliter, in quantum eſt perfectum. ſed vnumquodq; in tantum eſt perfectum, in quantum eſt bonum, quia bonum habet rationem perfectiui. ſed in tantum eſt bonum, in quantum habet eſſe; prima ſanè perfectio eſt eſſe: ergo finitum, & infinitum ſupponunt eſſe. Ad 2. negant an- 2.
tecedens, & ad probationem negant, vnũ præcisè ſumptum, vt abſtrahit à quolibet eſſe, perfectius dici poſſe quàm multa. Et cùm probatur, aliter multitudo potiùs, quàm vnum in prima cauſa poneretur: huius probationis authoritas ab ipſis parui fit; dicunt enim vnitatem ab eſſe, perfectionem accipere: vnde ex ſe fundamentaliter tantùm dicitur

eſſe

Ordo paſſionum entis.

eſſe perfecta: Vnitas inquiunt, in prima cauſa ideo eſt perfectior quàm multitudo, quia habet eſſe indiuiſum: perfectius autem eſt habere eſſe indiuiſum, quàm diuiſum: primam ergo rei perfectionem, dicunt ſiue appellant, ipſum eſſe: hæc illi obijcere ſolent contra prædicta. Sed facilis eſt primæ ſententiæ intellectus, ſi quis animum habuerit inueniendæ veritatis, non euertendæ fraternitatis: illi planè comparant finitum ad infinitum, ad vnum, & ad multa, non ad vnum, & ad eſſe; neque enim veriſimile eſt, viros illius ſententiæ in theologia, ac philoſophia præclaros ignoraſſe, quòd eſſe ſit prima cuiuslibet rei perfectio: hoc igitur illi dicere voluerunt. Entis, quod eſt vniuerſaliſſimum, aliud eſt infinita perfectio, nempè ipſe deus; aliud verò, finitæ, vt creatura: hæc ſunt enti cæteris alijs intimiora; propterea per illa ens primò diuiditur: vnum autem et multa, non ita intrinſecè dicunt entis naturam. Cæterùm, modernos quoque non latet, multiplices ac varias eſſe entis diuiſiones: aliquæ namq; dantur per differentias ſubſtantiales, hoc eſt quidditates, ac partes ſubiectiuas, veluti per ſubſtantiam, & accidens. Quam ob cauſam Auer: 22. phyſ: com: 4. ait ſubſtantiam & accidens, eſſe primas entis differentias: aliquæ verò dantur per relatiuè oppoſita, inter quas, actus & potentia primum locum obtinent; ſunt enim valde oppoſita, atque circumeunt omne genus 9: met: com: 11. Omne enim ens extra animam, eſt ſubſtantia, vel accidens: & omnis ſubſtantia, aut accidens, eſt in actu, vel potentia: aliquæ dantur per priuationes & habitus, diuiſio entis per vnum, & multa, eſt prima in huiuſmodi diuiſione, 10: met: com: 8 Vnum enim ſuperaddit enti indiuiſionem, 4. met: com: 3. Et in 3. diſpu: in ſolu: 14. dubij d d. vnum & multa opponi priuatiuè, à commentatore firmiter proclamatur. Significatio ergo vnitatis entis, eſt ſignificatio priuatiua; addit enim modum, qui eſt priuatio diuiſionis, ſicq; opponitur multitudini, cui certè non opponitur ens, ſicq; vnum diuidit ens: quatenus verò eandem cum ente ſignificat naturam conuertitur cum ente. Ex quo facile eſt animaduertere duplicem eſſe diuiſionem, entitatiuam ſcilicet, & quantitatiuam: quare non ſine cauſa 4. met: com: 3. & 8. com: 10. reprehenſus fuerit Auicenna, qui vnum tranſcendens, ab vno, quod eſt principium numeri non diſcreuit; vnum namq; quod eſt principium numeri, eſt accidens, atque numeri prædicamentalis principium is certè ex continui diuiſione cauſatur, & in rebus materialibus inuenitur. Aliud eſt vnum tranſcendens, quod cum ente conuertitur, cui primò ineſt eſſe ſimplex, deinde eſſe indiuiſum, vt quidam aiunt. Siquidem 10. met: vbi philoſophus diſputat contra Pythagorã, & Platonem, an vnum ſit idea, vel aliquid ſeparatum, dicit vnum in vnoquoque genere, naturam ſimplicem eſſe. Reuera, cuius modi, aut ſpecies, in quas aliquod commune diuiditur, ſunt poſitiui, & ipſum commune eſt poſitiuum. ſed modi, ſeu ſpecies, de vno ab Ariſtotele 5. met: aſſignatæ, vtpote, vnum continuitate, genere, ſpecie, in ſubſtantia, in quantitate, in qualitate, dicunt aliquod poſitiuum; ſua enim oppoſita, ſcilicet diſcontinuum, inæquale, diſſimile, dicunt priuationem: vnum ergo formaliter eſt aliquod poſitiuum. Sanè, 10. met: tex: 21. à philoſopho ponitur relatiua oppoſitio inter vnum & multa, vt inter menſuram & menſuratum. ſed menſura dicit aliquod poſitiuum formaliter: & vnũ ergo ſimiliter, cui ratio menſuræ tribuitur. Adde, quòd ſi vnum formaliter priuationem dicit; ſimilitudinis ergo & æqualitatis relationes, quæ ſuper vnum fundantur, non erunt reales poſitiuæ. ſed relationum negationes, atque ita reductiuè, & non per ſe erunt in genere relationis, quod planè philoſopho aduerſatur 5. met: aliter docenti. Amplius, ſi vnum formaliter dicit indiuiſionem; nullius ergo momenti erunt reſponſiones datæ à cõmentatore contra Auicennam 4. met: com: 3. Et 10. com: 8. Auicenna enim intendens probare, vnum addere aliquid ſupra ens, ſic arguit: Si vnum non addit aliquid ſupra ens; igitur eſt nugatio dicere ens eſt vnum. Reſpondet com: hoc non ſequi, niſi ſignificet eandem intentionem, & eodem modo. at nos dicimus, eandem ſignificare intentionem, ſed diuerſis modis. Tunc arguo: ſi vnum diceret formaliter indiuiſionem,

Marginal notes: Defenſio. — Entis diuiſio multiplex. — Subſtantia & accidens. — Actus & potentia. — Vnum diuidit ens, & conuertitur cum ente. — Vnum principium numeri — Vnum tranſcendens dicit aliquid poſitiuum. — Rationes. 1. — 2. — Rationes commentatoris contra Auicennam.

Ordo paſſionum entis.

uiſionem, non bene arguiſſet Auicenna, ſi ens & vnum ſunt idem; eſt ergo nugatio, dicere, ens eſt vnum: ſicut non eſt nugatio dicendo, homo eſt cœcus: nec etiam dicendo, ens indiuiſum. Deinde à Commentatore, planiùs reſponſum fuiſſet, nempe non eſſe nugationem: quia licet eandem ſignificent eſſentiam; ens tamen ſignificat eam poſitiuè, & vnum priuatiuè. Et tunc nulla dubitatio fuiſſet in reſponſione Com. modò autem dubitari poteſt, quia dixit diuerſis modis, vnde poteſt intelligi de modis priuatiuis, & poſitiuis. Si igitur Auicenna apparenter arguit, & commentator rationabiliter reſpondit: vnum ergo non dicit formaliter indiuiſionem. Adde, quòd com: 4. met: com: 3. ſic arguit: vnum & ens differunt non eſſentialiter, ſed intentionaliter, hoc eſt, diuerſis modis: ergo poſitiuè; modus enim non eſt negatio. Poſtremò, in eodem loco reprehendit Auicennam, quia exiſtimauit hoc nomen vnum ſignificare carentiam diuiſibilitatis, & quòd illa carentia, ſit alia à natura illius rei.

Alia ratio.

Alia ratio.

CAP. V.

Soluuntur Argumenta.

Ratio entis duplex.

Materiale entis.

Ratio vnius, vt quibusdam placet, duo complectitur: materiale ſcilicet, per quod non diſtinguitur ab alijs tranſcendentibus, cùm ſe habeat vt genus, & commune prædicatum, in quo omnia tranſcendentia conueniunt: & formale, per quod ab alijs tranſcendentibus, diſcernitur. Itaq; ratio entis quôad materiale, poſitiua quidem, quôad formale eſt negatiua. Cùm enim id ſit ens, in quod omnes conceptus reſoluuntur, rationem poſitiui habet, quôad ſuum materiale: nam quôad ſuum formale, huiuſmodi eſſe non poteſt, quia omne poſitiuum eſt ens, erit etiam vnum; ens enim & vnum conuertuntur. Tunc quæro de illo vno, aut eſt vnum formaliter per aliquod poſitiuum: aut per negationem. ſi per negationem, eadem ratione ſtandum erat in primo. ſi per poſitiuum, cùm tale ſit ens, erit etiam vnum; & ſic vel procedetur in infinitum, vel formale in vno, eſt negatio, atque ita ratio vnius, quôad ſuum formale, eſt negatiua. Contra huiuſmodi rationem argutum fuit ſuperiùs, quòd ſcilicet tunc idem ens eſſet realiter negatiuū, & poſitiuum. Dicunt illi ſe intelligere vnitatem ſtantem ſub indiuiſione, dicere indiuiſionem. ſed contra hoc etiam fuit argutum. Etenim vnum eſt paſſio entis, vel ratione fundamenti, vel ratione additi. non primum; fundamentum enim eſt ens: idem ergo eſſet paſſio ſuiipſius. Ratione ergo additi, ſed additum non eſt negatio, quæ non poteſt eſſe paſſio entis: additum ergo cùm ſit poſitiuum: formale ergo in vno erit poſitiuum. Vnum ergo non dicit puram negationem, tum quia vnitas eſt perfectio ſimpliciter, aliter non eſſet in deo: deinde vnum ſuſcipit magis & minùs, non autem negatio. inſuper numerus non componitur ex negationibus. Sed tum dicunt illi: omne poſitiuum eſt ens, & omne ens, eſt vnum: igitur illud poſitiuum erit vnum. Sed tunc ſimilis inſurget quæſtio de illo vno, quomodo ſit per aliquod poſitiuum, atque ita proceſſus fiet in infinitum. E contra illi, ſi vnum dicit indiuiſionem, non quidem puram; ſed quatenus ſtat ſub indiuiſione: aut igitur ens erit paſſio ſuiipſius: aut negatio erit paſſio entis, quorum vtrumq; eſt falſum. Vnum ergo dicit aliquod formale poſitiuum. Inter has duas partes litigantes, poteſt eſſe modus quidam medius facilior intellectu, vt dicamus, vnum, bonum, verum, quæ videntur enti aliquid ſuperaddere, quôad materiale, idem profectò eſſe, quôad verò formale, opere tantùmmodò intellectus diſtare; mentis enim cogitatione ſola, vnum, bonum, verum, & ens diſtinguuntur. Ad authoritates commentatoris reſpondent, vnius modos eſſe poſitiuos fundamentaliter, non autem formaliter: fundamentum autem cum ſuo formali, eſt entitas rei indiuiſa, atque in hoc ſenſu 5. met: vnum à philoſopho diuiditur: negant poſtea,

Formale.

Vnum poſitiuum.

Duarum opinionum examinatio.

Medius modus.

Soluuntur rationes.

quòd

quòd ſua oppoſita dicant priuationem, imò aiunt, quòd idem dicit formaliter indiuiſionem, quæ eſt vt priuatio; diuerſum autem dicit diuiſionem, quæ eſt vt habitus. Ad confirmationem, quia ad rationem menſuræ ſpectat, eſſe indiuiſibile; ideo eſſe menſuram, proprietatem eſſe dicunt, quæ vnius naturam conſequitur. Argumentum ergo probat, formale in vno non primum, ſed ſecundarium, quod eſt proprietas, eſſe poſitiuum. Ad aliam, negant conſequentiam; non enim fundatur ſuper vnum, quôad ſuum formale, ſed quôad ſuum materiale: vt ſtat ſub ſuo formali. Sed hæc paulò antè perſcrutatiſumus.

2. *Ad 2. Auicenna putabat in ſcientia reali nugationem committi per duorum identitatem realem, ac per alicuius realis additionem auferri: in logica verò per diſtinctas rationes formales, duorum idenditate ſtante reali. At commentator per diſtinctas, nugationem, rationes tollit formales, ſtante inter ea identitate reali. Auicenna ergo apparenter arguit, & commentator benè reſpondit, aſſerens vnum per eſſe indiuiſum, quod eſt ſuum formale, ab ente ſeparari. Ad aliam confirmationem, negatur conſequentia; non enim modus eſt poſitiuus, ſed aliquis eſt priuatiuus, vtpote modus vnius. Ad aliam, maximè reprehenditur à commentatore Auicenna, quòd vnum tranſcendens non diſtinxerit ab vno, quod eſt principium numeri. ſed quomodo vnum dicat poſitiuum formale, ſatis.*

Vnum & multa quomodo opponantur.

His ita excuſſis, quærendum nobis eſt, quomodo vnum opponatur multitudini. Reuera, ſi vnum intelligatur, quatenus habet propriam formam, ab alijs diſtinctam; ſic vtiq; multitudini opponitur: ratio enim formalis vnius, eſt eſſe indiuiſibile, multitudinis verò, eſſe ens diuiſibile. Porrò, diuiſibile & indiuiſibile inuicem eſſe oppoſita, conſtat ſatis. At ſi vnum intelligatur, vt eſt pars alterius, & poteſt eſſe incluſum in altero; ſic multitudini non opponitur, quum in ipſa multitudine includatur, multitudo enim conſtat ex vnitatibus. ſed nullum oppoſitum includitur in ſuo oppoſito, nec ipſum conſtituit.

Vnum eſt prius multitudine.

Vnum præterea eſt prius multitudine, prioritate naturæ: nam ſi vnum eſt, multitudo eſt, non autem è conuerſo. Pars præterea eſt prior toto, & conſtituens conſtituto. at ſi loquamur ſecundùm noſtram cognitionem, multitudo eſt prior, quàm vnum, quia nimirum eſt magis ſenſibilis, ſicut compoſitum ſimplici: vnde ſicut cognoſcuntur ſimplicia, per compoſita; ſic cognoſcitur vnum, per multitudinem. Multa alia de vnitatis dignitate ſcripta ſunt in primo Pymandri fol. 265.

QVAESTIONIS DVODECIMAE. CAP. I.

De bono, quod eſt paſſio entis.

Bonum paſſio entis.

POſt vnius inquiſitionem, in qua multa difficilia intellectu, nobis obuiam venerunt, ad alterius paſſionis indagationem examinandam acceſſi tantò libentiùs, quantò illius nomen eſt mihi cæteris ſuauiùs, atque amabiliùs. Itaq; bonum eſt paſſio entis, & cum ente conuertitur: quælibet namq; res eſt bona, quia appetibilis; nam bonum ex ſe eſt appetibile 1. eth. Appetibile verò, deſiderium perficit appetentis; perficit verò, quia habet eſſe; quoniam eſſe eſt prima actualitas, primaq; perfectio: habet ergo eſſe, quia eſt ens. Res ergo in tantùm eſt bona, in quantùm eſt ens: igitur bonum, & ens ſunt idem, philoſophus 6. met: com: vlt: Bonum & malum ſunt in rebus, inquit, verum & falſum in anima: bonitas ergo eſt paſſio entis extra animam; cuicunq; enim ineſt bonitas, aut eſt actus, aut habens actum: proinde ratio actualitatis, eſt participatio bonitatis.

Bonum extra animam.

Vnde primus actus cùm ſit ſummũ bonum, illius participatione, entia ſunt bona, à quo in illa communicatur omne bonum.

Deus bonus.

A primo quidem principio, ait philoſophus 1. cœl: com: 100. communicatum eſt eſſe, & viuere omnibus, his quidem clariùs, his verò obſcuriùs; quatenus magis minùsq; actus ſunt participia. Reuera, ſi bonum conſideretur, vt amatum; ſic planè finis rationem habet,

bet, mouetq́ vt amatum, & deſideratum 12. met: com: 36. At ſi, vt largiens, atque effundens ſuam naturam, ſubit rationem efficientis 3. phy: 11. At, vt vniuocum, habet rationem formæ 4. met: com: 4. & 7. met: com: 28. Omnia igitur appetunt bonum, quia appetunt eſſe, ac imitari cupiunt ſummum bonum, in quo eſt ſummum eſſe, prima forma, atque primus, & ſimpliciſſimus actus; hac de cauſa, materia teſte Themiſtio 1. phyſ: tex. 81. frequenter ſuſcipit formas, quia appetens eſt diuinitatis: Exiſtente, inquit philoſophus ibidem, quodam diuino, & optimo: ſubiungit commentator, hæc eſt perfectio diuina maxima, cui omnia appetunt ſimilari, ſecundùm quod poſſunt. Itaq́ materia, bonitatẽ participat; quatenus participat formam, qua eſt quædam diuini eſſe participatio. Et 2. de anima tex: com: 34. Naturaliſſimum, inqnit, opus eſt viuentibus, quæcunq́ perfecta, & non orbata, aut generationem ſpontaneam habentia, facere tale alterum, quale ipſum, animal quidem animal, planta autem plantam, quatenus ipſo ſempiterno & diuino eſſe participant, ſecundùm quod poſſunt: omnia enim illud appetunt, & illius cauſa agunt omnia, quæcunq́ agunt ſecundùm naturam: eſſe ergo actuale, habet rationem boni: vnde bene oſtenderunt bonum eſſe, quod omnia appetunt; natura ſiquidem ſemper intendit bonum, quia mouetur ab intelligentia dirigente, & nõ errante, 12. met: com: 18. ſicut ſagitta, à ſagittante. Agentia autem voluntaria, cùm à propria voluntate moueantur, frequenter mouentur in bonum apparens, & non verum. 2. phyſ: com: 31. Aliquod inquit, bonum videtur, ſed non eſt bonum; nemo tamen intendens in malum operatur: Omne igitur quod mouet appetitum, aut eſt verum, aut apparens bonum. 3. de animà com: 51. Quamobrem, ſi omnia appetunt bonum; abſque dubio, appetitu naturali deum appetunt omnia, in quo ſunt omnes rationes boni: ſicut ex multis Mercurij ſententijs, ſatis conſtare poteſt. Bonum namque dicitur ab eo, quod eſt, quia ſic perficit deſiderium appetentis: igitur ex ſui natura cupit eſſe, ac magis magisq́ ſuum eſſe propagare: nam quò magis fuerit propagatum, eò magis erit bonum; hac de cauſa ex ſui natura ſeſe diffundit, atque communicat, dans omnia, & nihil recipiens: vnde tantò diuinius, quantò communius. hoc profectò ſoli deo competere Mercurius firmiſſimè docet: nam 2. dialogo Pymandri: Deus eſt ipſum bonum, *inquit*, nec aliquid, ſiue aliud quicquam præter bonum. Reliqua omnia ab ipſa boni natura ſecreta ſunt: bonus enim porrigit vniuerſa; nec accipit quicquam. Deus exhibet omnia, cupit nihil: *Hæ igitur ſunt duæ conditiones boni, dare omnia, & nil cupere: ſequuntur ex his aliæ conditiones, ſcilicet nullius eſſe indigum, & à nullo vinci poſſe: quod enim exhibet omnia, & aliorum cupit nihil: igitur eſt ſibi ſufficiens, & omnibus numeris perfectum, nullisq́ paſſionibus ſubditum: Ego dixi dominus meus es tu, ait Dauid, quoniam bonorum meorum non eges. Hoc idem à Mercurio dialogo 6. ad Æſculapium dilucidiſſimè oſtenditur:* Bonum o Æſculapi, *inquit*, in nullo penitus niſi in vnico deo, imò ipſum bonum, deus ipſe ſemper, nullius rei indigus, vt illius adeptione fiat malus*: ecce tertia conditio. Sequitur quarta:* Nec eſt, *inquit*, illo validius aliquid, à quo expugnetur. *Sequitur quinta:* Vbi paſsio, nullo modo bonum, vbi bonum, nec paſsio penitus vlla: Deus autem quoniam eſt perfectiſsimum bonum, nullis ſubditus eſt paſsionibus. In homine comparatione mali, bonum eſt minus malum: vnde bonum hominis, eſt mali portio minima: inquinatur enim hoc bonum ad mixtionem malorũ, infectum verò vlterius bonum non permanet. *Loquitur Mercurius de perfectiſſimo bono, cui bonum noſtrum comparatum, malum potiùs, quàm bonum reputatur.. Mundus quoque participatione boni, eſt bonus: bonum dico, in quantum ſcilicet ipſe etiam omnia efficit, qua quidem ex parte bonus eſt mundus: in reliquis omnibus, non bonus: patibilis eſt, & omnium præterea cauſa paſſionum; mundus enim eſt congeries malorum. Cùm igitur bonum det omnia, accipiat nihil, nullius rei ſit indigum, à*

Triplex ratio boni.

Quare materia appetit formam.

Natura appetit bonum.

Quare deus dicitur bonus.

Mercurius dial. 2.

Bonum hominis.

Mundus congeries malorum.

nullo vinci poßit, vt illius admixtione fiat malus, nullíq; ſubiaceat paßionibus: igitur non eſt otioſum, ſed actiuum, & nunquam poteſt deeſſe, & hæ quidem duæ aliæ conditiones numerantur: ſic enim docet Mercurius, ad Tatium loquens, dial: 10 Bonum, *inquit*, ipſum actiuum eſt, vult eſſe, & eſt, & omnia propter ipſum, nullo tempore deficit, & vniuerſa vult eſſe. Proprium quippe boni ô Tati, ſeſe notum præbere.

Nouem conditiones boni ex Mercurio.

Nouem ergo conditiones boni ex Mercurio numerantur: nempè omnia largiri: nil cupere: nullius rei eſſe indigum: à nullo vinci: ſiue nullam habens admixtionem mali: nullis paßionibus ſubdi. ſemper eſſe actiuum: nunquam deficere: omnia fieri propter ipſum: ſeſe notum præbere. Hæ profectò conditiones perfecti abſolutíq; boni, ſoli deo conueniunt optimo maximo.

Plato.

Plato in principio Timæi, aliam addit conditionem, videlicet nulla inuidia moueri: Si quæris, inquit, quam ob cauſam ille rerum author hoc vniuerſum conſtituit, bonus erat. bonus autē nulla vnquam aliqua de re inuidia tangitur Ergo quum liuor ab eo alieniſsimus eſſet, omnia ſibi, quantùm fieri poterat, ſimilia fieri voluit.

Mercurius.

hoc idem à Mercurio dialog: 14. approbatur: Mortalium paſsiones deo non ſunt aſſcribendæ, inuidia, ſuperbia, ignorantia, imbecillitas; niſi enim deus faciat omnia, aut ſuperbus eſt, aut potius imbecillis: quorum vtrumq; nefarium: Deus enim vnicam propriamq; naturam habet, idq; ipſum bonum eſt: bonus autem nec ſuperbus eſt, nec impotens: ipſum verò bonum deus eſt: bonum quippe ipſa vis omnium agendorum.

Voluntas Dei bonitas eius.

In Aſclepio: Voluntas dei, *ait*, eſt bonitas omnis: hæc eadem bonitas omnium rerum, ex diuinitate eius natura, eſt nata; vt ſint omnia ſicut ſunt, & fuerunt, & futuris omnibus de hinc natura ex ſe naſcendi ſufficiat. *Et paulò pòſt:* Voluntas dei caret initio, quæ eadem eſt, & vbique eſt ſempiterna: vult autem omnia bona, & habet omnia, quæ vult: omnia autem bona, & cogitat, & vult.

Deus vult ſemper bonum.

Plato.

Non temere à Platone in Minos, ſiue de lege, vir bonus deo ſimillimus dicitur: ſacratiſsimus omnium eſt vir bonus: prophaniſsimus contrà vir malus.

Boni conditiones ex Platone.

Bonum etiam vim habere attrahendi in libro de amicitia docet: Bonum eſt, inquit, quod trahit, non alterius, ſed ſui gratia. Bonum igitur ſecundùm Platonem, eſt dei ſimilitudo, atque ex ſe attractiuum, ob ſui honeſtatem: igitur eſt omnium finis, fauens omnibus, nulli rei noxium, alioqui ſui gratia, alia ad ſe trahere non poſſet: hanc ob cauſam in Hipparcho ait, bonum eſſe duplex: vnum, quod eſt finis: alterum, quod eſt ad finem.

Duplex bonum.

Illud propter ſeipſum, hoc propter aliud expetendum: illius appetitio, voluntas, huius electio: illud venerandum, hoc vtile: illo fruimur, hoc vtimur: illius adeptio, beatitudo, huius lucrum vocatur lucrum igitur eſt boni vtilis acquiſitio, quod ad veri boni conſequutionem conducere poteſt: quod verò huic non prodeſt, nec ipſum vtile eſt, nec eius adeptio, lucrum. quaſi diceret Plato, eſt duplex bonum: vnum ſimpliciter, aliud ſecundùm quid: primum eſt finis, ſecundum eſt ad finem: in primo eſt beatitudo, in ſecundo eſt vtilitas, ſi ordinetur ad primum. ſin verò detrimentum: in primo eſt fruitio, in ſecundo eſt vſus: abuſus verò, ſi vtimur fruendis, & fruimur vtendis. Dialogo 2. de repub. Bonus eſt deus, nullum autem bonum noxium, quod autem innoxium eſt, mala non facit. Et 6. de legibus, vocat deum patrem bonum, & filium ideam boni. Itaq; conditiones veri ſummíq; boni ſecundùm Platonem tot, ac tales numerantur, omnia largiri: nulla inuidia moueri: ad ſe ob ſui gratiam trahere omnia: nulli rei eſſe noxium: mala non facere, omnium eſſe perfectum, & abſolutum finem, ad quem omnia ſunt ordinanda, atque dirigenda.

Ariſtoteles.

His conſentire videtur philoſophus 3. met: com: 3. Bonum eſt, per quod diſponitur cauſa finalis, 9. met: com: 19. bonum eſt natura prius malo, quia bonum eſt ens, malum autem non ens, vtpote priuatio boni.

Pythagoras.

Pythagoras dicit deum monadem eſſe, ſiluam verò dualitatem: hoc eſt, deum eſſe principium bonorum, ſiluam verò malorum. hac de cauſa Ariſtoteles defectus omnes ad materiam reduxit.

Numenius.

Numenius Platonicus nobilis, viam boni inueni-

De bonitate Dei.

endi, dicit eſſe inuentu difficilem: Via, inquit, intelligendi boni optimi vna eſt, vt primùm negligantur ſenſibilia omnia: deinde vt in diſciplinis numeri ipſi inſpiciantur, ac inde ad intelligendum ipſum ens eleuari. Hæc in primo libro de bono. & in quinto, Quatuor, inquit ſunt, primus deus, qui eſt ipſum bonum: imitator eius, qui eſt omnium creator, qui eſt bonus: eſſentia verò, altera quidem primi, altera verò ſecundi, non quidem diſtinctas ſubſtantias, ſed perſonas oſtendit: nam aliquando vſia, perſonas ſignificabat. Itaq́; qui cupit doceri ſcientiam veri boni, à ſenſibus ſeſe abſtrahat, cum nullum ſit phantaſma talis boni.

Modus cognoſcendi veri boni.

CAP. II.

De bonitate dei, ſecundùm philoſophos.

QVamuis, quæ dicta ſunt, ſufficere poſſent; quia tamen huius rei inquiſitio, ad pietatem maximè facit, addam & alia, ab vnoquoque verè philoſopho, hilari animo ſuſcipienda. Plato, huius diuinæ virtutis, ſeu naturæ, diligentiſſimus inueſtigator, in Protagora ſic loquitur, atque aſſerit, hominem bonum inueniri perdifficile eſſe, fieri autem poſſe, vt ad aliquod tempus. ſed cùm bonus fuerit, perſeuerare in bonitatis habitu, vt dixit Pythagoras, impoßibile, minimeq́; humanum, ſed ſolum deum hoc honore præditum: hoc ergo nomen, bonum ſoli deo congruere Plato apertißimè docet. Cùm ergo mala, id eſt, peccatorum pœnæ à deo nobis inferuntur; ob id tamen, deus author malorum minimè eſt dicendus: Melius eſt autem (inquit Plato in Gorgia) ſic nos caſtigari, quàm permanere in ſcelere. In ſexto de repub: ideam boni dicit eſſe ſcientiæ, & veritatis cauſam. Et in 7. de repub: Hæc idea boni omnibus omnium rectorum, & honeſtorum cauſa eſt, veritatem & mentem præbens: quam neceſſe eſt videre, qui prudenter, aut priuatè, aut publicè aliquid agere cupit: Quemadmodum, inquit, ſol efficit, vt omnia videantur corporaliter; ſic ſummum bonum in regno intelligibili. Deinde, ſicut ſol dat lucem, & facit viſionem; non tamen eſt viſio, nec ſparſa lux; ſic ſummum bonum non eſt ipſa cognitio, radius aut mens cognoſcens, ſed maius. Poſtremò, quemadmodum ſol dat ortum, augmentum, alimentum viſibilibus, ipſe autem non eſt generatio, res facta; ſic bonum, non ſolùm præbet rebus, vt intelligantur, ſed & ipſum eſſe, & ſubſtantiam: ipſum autem non eſt ſubſtantia, ſed maius, & melius dignitate, & poteſtate vltra ſubſtantiã. Adde, quòd ſicut præeſt huic mundo ſol, & imperat; ſic imperat ipſum bonũ mundo intelligibili. In ſeptimo de repub: fingit habitantes in terra, quaſi in ſubterraneo ſpecu eſſe, qui à pueris aſſueuerint illic videre in pariete ſola rerum ſimulachra ab aliquo lumine repræſentata. Sic nos inter vmbras eſſe, veritatis autẽ campum, veraſq́; res, apud ſuperos eſſe, vbi eſt idea boni.

Plato.

Deus ſolus bonus.

Idea boni cauſa veritatis.

Quatuor ſimilitudines bonitatis.

Simile quiddam à Numenio dicitur lib: primo de bono: Corporalia, inquit, à ſignis, & ſimilibus quibuſdam comprehendere poſſumus, ipſum verò bonum à nullo inſito ſigno. Quare, ſicut aliquis in ſpecula ſedens, paruam nauiculam ſolam in magno pelago inter vndas, acutie viſus vno intuitu perſpexerit; ſic longè à ſenſibilibus ſedens ſolum intueri poteſt. Si quis autem ſenſibilibus detentus, ipſius boni quaſi phantaſmatibus mouetur, ac ideo putet bonum ipſum perſpexiſſe, vehementer peccat; nullum enim phantaſma ipſius eſt. Simplicius ſuper Epictetum, contra eos, qui duo principia ponebant, bonum, ſcilicet & malum ex Zoroaſtris impietatibus: Vnitas, inquit, neceſſariò præcedit multitudinem, cunctaq́; ex participatione vnitatis extiterunt. In principio operis diuini, omnium rerum fons, & principium eſt ipſum bonum. Nam quod omnia concupiſcunt, id omnium eſt principium & finis. A ſeipſo quoque bonum cuncta producit, prima, media, & extrema. Neque principium temporis habet bonitas diuina, à qua bene cuncta fiunt: neque deus aliquando adeſt, ali-

Numenius.

Bonũ verum non facile cognoſcitur.

Simplicius.

Bonitas eſt æterna.

tate Dei. *quando abeſt; hæc enim corporea ſunt, ſed ipſe ſemper adeſt omnibus, ab omnibus ſegregatus: & prouidentia eius, quia ipſe ſemper, & vbiq; eſt, & bonus eſt, omnibus rebus*
Similitudo. *infunditur, vt quodq; meritum eſt. Et quemadmodum à lumine ſolis omnia irradiantur, aliaq; vident, alia videntur; alia germinant, alia proſeminantur; aliaq; albeſcunt, alia nigreſcunt, vnumquodque vt aptum eſt, ſine luminis labore; ſic, imò multò magis ex immenſa bonitatis fonte omnia accipiunt eſſe, & congruentem naturæ ipſorum, mo-*
Proclus. *dum, ordinemq; Proclus. A natura, inquit, diuina, omniū aggregatio bonorum: ſi quid in orbe boni dimittitur inde. Itaq; ex doctrina Platonis, Numenij, Simplicij, atque Procli, Dei bonitas, cauſa eſt omnis boni, omnisq; veritatis, ſed cognitu difficilis, ob eam, quam cum ſenſibus habemus amicitiam, ac familiaritatem noxiam. Non mirum ergo, ſi veris, æternisq; bonis neglectis, ſimulachra ſequimur veri æterniq; boni. Hos etiam, imi-*
Plotinus. *tatur Plotinus enn: 1. lib: 7. cap: 1. Illud, inquit, eſt verum bonum, omniumq; præſtantiſſimum, cuius virtute cætera quoque boni participia ſunt. Cætera verò duobus præcipuè modis ita bonum habent, tum quia illi ſimilia facta ſint, tum quia operentur ad ipſum: proinde, ſi appetitio, actioq; ad optimum eſt bonum; conſequens eſt, ipſum bonum ad aliud non aſpicere, nihilq; aliud exoptare: eſſe verò fontem, quietumq; omninò principium, ſecundùm naturam exordium actionum, quod quidem cætera ad ſui ſimilitudinem efficit bona. hoc autem bonum ſuper eſſentiam exiſtit, ſuper actionem, intellectum,*
Bonum eſt ſicut circulus. *atque intelligentiam. Quin etiam idipſum bonum oportet aſſerere, ad quod omnia referuntur, ipſum verò ad aliud non refertur; ſic enim illud quoque verum eſſe conſtat, ipſum bonum eſſe, quod omnia appetunt. Oportet itaq; ipſum firmiter permanere, & ad ipſum cuncta conuertere: quemadmodum reuoluitur circulus circa centrum, à quo lineæ ſingulæ producuntur. Exemplo nobis ad id ſol eſſe poteſt, qui quaſi centrum eſt ad lumen, quod ab ipſo dependet, ſimul ad ipſumq; annectitur, ideoq; vnà cum illo exiſtit vbi-*
Quomodo bonum ſit vita. *que, nec ab illo alicubi ſeparatur. Omnia igitur bona, à ſummo bono fluunt, & in illud refluunt; quia ſcilicet vnde exeunt, redeunt flumina. Omnia ſanè appetunt bonum illud, ſed diuerſimodè: nam inanimata, ad animam reducuntur, anima verò ad ipſum bonum per intellectum: intellectus verò poſt ipſum bonum ſedē obtinet. Quapropter vita illis, quibus viuere datum eſt, bonū eſt iudicanda: ſimiliter intellectus quibuscunq; intelligentia conuenit. Itaq; vbicunq; vita vnà cum intellectu viget, dupliciter adeſt bonum. Hæc eſt Plotini ſecreta, de ſummo bono, atque abſcondita theologia. Deus planè ſua nos con-*
Intellectus poſt bonum. *didit bonitate, & eadem ad ſe trahit, qua condidit: ipſa eſt vita animæ intelligentis, & intellectus poſt ipſam: nam ſi vita intelligentiæ, ſiue intellectus, eſt veritatem intelligere: veritas verò, ſine dei bonitate intelligi non poſsit, vt patuit ex Platonis doctrina: bonitas ergo dei, in anima intelligentis, primum vitæ gradum obtinet, deinde intellectus. Libro 2 eiuſdem enn: cap: 2. boni naturam abunde deſcribit: Eſt, inquit, verum & ſummum*
Boni natura ex Plotino. *bonum, à quo omnia dependent, quodue omnia appetunt, accipientia ab ipſo principium, eiusq́ue penitus indiga: ipſum verò nullius egenum, ipſum ſibi ſufficiens, nihil penitus appetens, menſura omnium, atque terminus: ex ſeipſo producens intellectum, eſſentiam, animam, vitam, rurſus actionem circa intellectum: ipſum eſt ſupra pulchrum, & ſuper*
Intellectus diuinus. *ea quæ ſunt optima: in mundo regnans intelligibili; quia ſanè intellectus eſt, intellectus inquam, non qualis noſter, ſed qui habeat omnia, ſit omnia, ſecum habitet, ſibi prorſus vnitus, habeat cuncta non habens: non enim ea poſsidet tanquam alia, nec ipſe exiſtit alius, neque quæ ſunt in eo, ſingula ſegregantur à ſingulis; imò verò quodlibet eſt vniuerſum, & vbique, neque tamen confunduntur cuncta, ſed rurſus ſingula diſtinguuntur. Sunt autem & prima bona, ſunt & ſecunda, ſunt quoque tertia: cunctaq; circa regem vniuerſorum: ipſeq; rex bonorum omnium cauſa eſt, & illius gratia omnia. Deniq; cir-*
Plotinus. *ca ſecundum ſecunda ſunt, & tertia circa tertium. Mirabilis planè hæc Plotini theologia, quæ & boni naturam, & intellectus diuini, atq; attributorum vnitatem, ordinem-*

que,

De bonitate Dei.

que, deniq; ſanctæ Trinitatis myſterium, ſubtiliter, profundéque deſcripſit. Similia quædam ab eodem depromuntur enn. 2. lib. 9. cap. 1. Quando dicimus vnum, inquit, & quando dicimus ipſum bonum, vnam eandemq; naturam intelligimus. Illud verò primũ dicitur, quia ſimpliciſſimum, ſeipſo ſufficiens, quoniam non conſtat ex pluribus; alioqui in ea, ex quibus componitur referretur. Rurſus non eſt in alio, quoniam quidquid eſt in alio, eſt & ab alio: nulla ergo in eo compoſitio, & nihil eo ſuperius. Reuera, ſi tale eſt bonum, proculdubio eius vita, eſt purus actus, quo cætera ſunt in actu, & viuunt; ſic enim docet Plotinus enn. 6. lib. 7. cap. 20. Virtus, inquit, intellectus, vita, anima ſapiens in boni gradu verſantur: nam & vita ipſius boni. cap. 21. actus eſt; imò verò actus ex ipſo bono dependens, à quo amor accenditur intelligentiis: torpet profectò animus priuſquàm boni lumen acceperit, ipſeque animus ex ſe recidit reſupinus. Poſtquàm verò à boni lumine animus eſt accenſus, corroboratur, debacchatur, ſtimulis incitatur, ſurſum attollitur, ab eo ſublatus, qui infundit amorem, & intellectum. Neque quiſquam mirari debet, ipſum, quod animam ſequitur bonum, tantam potentiam habere, dum videlicet ad ſeipſum trahit, quia nihil ſe melius eſſe patitur, cùm ſit ipſum omnium optimum, cuius notitia eſt magna, quæ illius intuitum præcedit, ad quem cùm acceſſerimus, completur in nobis boni cognitio. Itaque bonum verum, & ſummum (vt Plotinus docet) eſt, à quo omnia dependent: quodq; omnia appetunt: ad quod omnia redeunt: quod eſt ſuper omnia: ſibi ſufficiens: nullius rei indigum: ad ſe trahens omnia: primum bonum animæ: lumen intellectus: veritatis, & ſcientiæ cauſa: amoris fons, & origo: denique omnium bonorum principium, medium, & finis, actus purus, & vita.

Bonum eſt actus & vita.

Vis ſummi boni.

Epilogus.

CAP. III.

De bonitate dei, ſecundùm theologos.

ADmodum præclara ſunt, quæ de Dei bonitate, ab illis ſapientiæ ſtudioſis depromuntur teſtimonia, adeóq; animum alliciunt, vt diuino quodam ſpiritu afflatos, putem eſſe locutos. Poſt ergo, illorum admirabilem, ſublimemq; doctrinam, ad theologorum, ac ſanctarum oracula ſcripturarum, tranſcundum mihi eſſe arbitror; vt ex illis, veluti ex firmis teſtibus, mira de dei bonitate audiamus, percipiamus, denique ſapiamus: nam & ipſa bonitas, ſecundùm quandam dictionem hebraicam, Taam, propriè ſaporem, & guſtum ſignificat. Sapor eius, inquit Moyſes Exo: 16. ſicut placenta. Transfertur autem ad ſaporem externum, id eſt, ad decorem, ſeu bonam rerum diſpoſitionem, quæ inde conſurgit, quando in omni parte vitæ ſeruamus decorum, & honeſtum: Pſal. 118. bonitatem, & diſciplinã, aliter, bonum ſaporem: Græcè eſt χρηστοτητα, bonitatẽ ſeu comitatem, benignitatem, humanitatem. Paulus ad Titum cap. 1. cùm autem χρηστοτης, id eſt, benignitas, & amor erga homines apparuit. Rom. 11. Vide ergo bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate. Auguſtinus, vertit ſuauitatem. Ambroſius: Iocunditatem feciſti cum ſeruo tuo, hoc eſt, feciſti vt delectaret me bonum. Hebræi, bonum vocant, Tob, quod ſignificat amabile, iucundum, vtile, gratum, humanum, benignum. Congruit hoc ipſius boni naturæ, quæ ex ſe amabilis eſt, vtilis, & grata: hac de cauſa frequenter in ſcripturis Deus vocatur bonus. Pſal. 118. Bonus es tu, id eſt, beneficus, & ſuauis. Et 72. Quàm bonus Iſraël Deus. Et 117. Confitemini Domino quoniam bonus. Et 134. Laudate Dominum, quia bonus dominus. Iudith 11. Tu ſolus bonus. Paralip. 30. Dominus bonus propitiabitur cunctis. Ier. 3. Lam. Bonus eſt Dominus ſperanti in eum. Matt. 19. Vnus eſt bonus Deus. Propriè bonitas in diuinis ſpiritui ſancto congruit. Pſa. 142. Spiritus tuus bonus. Heb. bonitas. Nam quemadmodum potentia patri attribuitur, & filio ſapientia; ſic etiam ſpiritui ſancto

Bonitas quid ſignificet.

Pſal. 118.

Paulus.

Auguſtinus.

Ambroſius.

Hebræi.

Pſal. 118.

Pſal. 72.

Pſal. 117.

Pſal. 134.

Iudith.

Paralip. 30.

Hier:

Pſal. 142.

bonitas: hac ſanè bonitate recreamur, accendimur, renouamur. Itaque, Deus eſt ſummum bonum, quia incommutabilis eſt, (inquit Iſidorus de ſummo bono) & corrumpi omninò non poteſt: creatura verò bonum eſt, ſed non ſummum, quia mutabilis eſt.

Iſidorus.

Dionyſi. Bonum ſoli comparat.

Rectè ergo dictum eſt à Dionyſio Areopagita de diuinis nominibus cap. 4. boni nominationē excellenter, ſempiternæ deitati, theologos attribuiſſe; ipſa enim ad omnia exiſtentia, ſuam extendit bonitatem. Etenim ſicut noſter ſol non ratiocinans, neq; præeligens, ſed per ipſum eſſe, illuminat omnia, illius lumen participare valentia; ita quod eſt bonum ſuper ſolem, per ſuam eſſentiam, omnibus exiſtentibus proportionabiliter, immittit bonitatis totius radios: propter iſtos ſubſtiterunt intelligibiles, & intellectuales omnes, & ſubſtantiæ, & virtutes, & operationes: propter iſtos ſunt, & vitam habent indeficientem, & imminorabilem ab omni corruptione.

Bonitas dei in angelis.

Ex bonitate Dei habetur in ipſis, & collocatio, & continentia, & cuſtodia, & eſſe, & bene eſſe, & ad ipſam (ſicut eſt poſſibile) ſeſe configurant, & boniformes ſunt, & ſequentibus communicant: ſicut diuina lex inducit dona ad ipſas, ex bono venientia. Inde vnitiones, diſcretiones inconfuſæ, & quæcunq; ſunt cœleſtis Hierarchiæ ex fontana ſunt bonitate, ex qua datum eſt illis, manifeſtare occultam bonitatem, & eſſe nuntios diuini ſilentii: & ſicut lumina clara interpretatiua eius, quæ in abditis proprietas.

Bonitas dei in hominibus.

ſed & poſt illas ſacras mentes, animæ, & quæcunque animarum bona, ſunt propter bonam bonitatem. Sed & de ipſis irrationabilibus animalibus, & animabus (ſi oportet dicere) quæcunq; aërem ſecāt, & quæcunq; in terra extenduntur, & in aquis vitam ſortita ſunt, & ſub terra cooperta viuunt, propter bonum animata ſunt, & viuificata.

In alijs rebus.

Et plantæ omnes motiuam, & nutritiuam habent vitam ex bono, & quæcunque inanimata, & non viuens ſubſtantia propter bonum eſt.

Sol imago bonitatis.

Itaque manifeſta diuinæ bonitatis imago, magnus eſt iſte, & ſemper ſplendens ſol; ipſe enim illuminat, illuminari valentia omnia, creat, viuificat, continet, perficit, menſura eſt exiſtentium, & æuum, & numerus, & ordo, & ambitus, & cauſa, & finis, auget, mundat, renouat, ornat. Pulchrè etiam modus inueniendi veri boni ab

Auguſtinus.

Auguſtino ſuper Pſal. 26. deſcribitur: Excedat, inquit, cor veſtrum omnia viſa, intentio, vniuerſas cogitationes: totum ab animo reiicite, quidquid occurrerit quod cogitare poſſitis: dicite, non eſt illud: non enim ſi illud eſſet, mihi iam occurriſſet.

Bonum ſimplex.

Ita deſiderabitis quoddam bonum, omnis boni bonum, vnde omne bonum; dicitur enim bonus homo, bonus ager. adiunxiſti, quoties dixiſti bonum, bonum ſimplex, ipſum bonum, quo cuncta ſunt bona. Iſta, quæ videntur non ſunt bona, quia ſunt mutabilia. Et Pſal. 70. Deus eſt bonus, & de ſe bonus, & ſummè bonus, & nullo alio bono, bonus: recedendo inde, eris malus. dic ergo: Domine quis ſimilis tibi?

Dionyſius.

Quamobrem Dionyſius Areopagita ſæpè de Deo dicere conſueuerat: Deus non eſt ens, ſed ſuper ens, ſuper dominus, ſuper bonus. &c. quia nimirum eſt cunctarum eſſentiarum excellentiſſima, & ſufficientiſſima cauſa: omne namq; bonum, aut eſt Deus, aut à Deo, ſecundùm triplex cauſarum genus. Cùm audis igitur bonum hoc, & bonum illud, tolle hæc omnia, & bonum inuenies incommutabile, quo melius nihil, dignius, nobilius cogitari poteſt.

Baſilius.

Baſilius Magnus Conſtit. mon: cap. 19. Huius, inquit, ſummi, ac veri boni contemplatio, angelorum theſaurus eſt. hæ autem eiuſmodi ſunt, vt cùm perfectam eorum pro ſe quiſq; ſinguli cognitionem, poſſeſſionemq; adipiſcantur; vniuerſis tamen in ea liceat intueri.

Bonus natura.

Et contra Eunomium lib. 3. Bonus Deus, inquit, & dicitur, & eſt, non aſtructam habens bonitatem, ſed natura ſibi innatam. Et ſuper primum Pſal. Bonus eſt Deus, ad quem reſpiciunt omnia, quem vniuerſa cupidè expetunt, natura immutabilis, nulli obnoxius perturbationi, expers mœroris & triſtitiæ, temperies totius, fons ſcaturiens, luculenta, & exundans bonitas, theſaurus nunquam exhauriendus, cuius naturam amantiores huius mundi ignorantes, ſæpè quæ nullius ſunt momenti admirantur. Et in Pſal. 114. Bonum eſt, quod omnia expetūt: bonum autem Deus, & primum, ac perfectiſſimum bonorum.

Chryſoſto:

Chryſoſtomus ſuper illum

verſiculum

De bonitate Dei.

verſiculum: Bonitatem feciſti: bonitas fecit formam boni, quæ radicem fixam habens, in conſcientia culmeſcit, frondeſcit, grandeſcit: nec aliunde aſcendunt virtutes, niſi à bonitate boni. hæc bonitas, bonos facit: perfectos conſtituit ciues vitæ æternæ: colligit ſuos, vt ament ſe boni, habentes vnam bonitatem matrem, & amicam; & illa amet filios, & amicos ſuos. Itaq; deus eſt ſummum bonũ ſimpliciter, quippe qui habeat omnes boni conditiones perfectiſſimas, ab eoq; fluant omnia bona; non quidem velut à cauſa vniuoca, ſed potiùs æquiuoca, vnde & excellentiori modo in ipſo inuenitur, ſicuti calor in ſole: bonum habet rationem perfecti: ergo appetibilis; vnumquodq; enim ſua ſponte, ad perfectionem tendit, quod eſt vltimum appetibile: & hoc dicitur bonum ſimpliciter. alia verò quia hac perfectionis dignitate vacant, bona ſecundùm quid, & non ſimpliciter dici poſſunt. Bonum quoque ſubit rationem finis, præſupponitq; efficientis, atq; formalis cauſæ rationem: quod enim eſt primum in cauſando, vltimum eſt in cauſato: ignis namq; primò calefacit, quàm formam inducat; calor nihilominùs in igne, formam ſubſtantialem conſequitur. In cauſando bonum primùm inuenitur & finis, qui mouet agentem: deinde actio efficientis mouens ad formam: poſtremò accedit forma. In cauſato autem ordo inuertitur: nam primum eſt ipſa forma, deinde virtus effectiua: poſtremò ratio boni. Cæterùm, quamuis bonum & pulchrum idem ſint ſubiecto, quippe quæ ſuper eandem formam fundentur; ratione tamen ab inuicem diſſentiunt: bonum enim ad appetitum, pulchrum verò ad vim cognoſcitiuam attinet: bonum eſt, quod omnia appetunt, finis rationem: pulchrum autem rationem formæ obtinet; ſiquidem in debita proportione conſiſtit, quia nimirum, rebus debitè proportionatis, ſenſus maximè delectatur: ſicuti in ſibi ſimilibus; ſenſus enim quædam ratio eſt, omniſque virtus cognoſcitiua. Quoniam autem, per aſſimilationem, cognitionem fieri ſcimus, ſimilitudo verò formam intuetur: iure ergo, ad cauſæ formalis rationem, pulchrum reſpicere diximus. bonum in voluntate conſiſtit, quæ tum finis, tum actus rationem habet: reſpicit namque finem, vt obiectum, actumq;, vt ſui perfectionem; hac etiam de cauſa in debito ordine, ſpecie, atque modo inueniatur, ac ſubſiſtat, neceſſe eſt omninò. Reuera, in tantùm vnum quodq; dicitur bonum, in quantum eſt perfectum; ſic enim eſt appetibile: perfectum autem dicitur, cui ſecundùm ſuæ perfectionis modum deeſt nihil: id autem eſſe non poteſt, niſi per ſuam formam: forma autem aliqua præſupponit, & aliqua ad ipſam neceſſariò conſequuntur: igitur, vt aliquid ſit perfectum, opus eſt, vt & formam habeat, & ea, quæ ad ipſam conſequuntur. Porrò, principiorum materialium, ſeu efficientium determinatio, ſeu commenſuratio ad formam præexigitur; & id quidem modum indicat: nam menſura modum præfigit: ipſa verò forma ſpeciem; vnumquodq; enim per formam in ſpecie conſtituitur: ideoq; dicitur, numerum ſpeciem præbere. diffinitiones certè numerum ſignificantes ſunt ſicut numeri 8. met: Etenim quemadmodum numerus per additionem vnitatis variatur; ita planè diffinitio, per differentiæ adiunctionem, ablationemq;. Ad formam autem, inclinatio ad finem, ſeu ad actionem, vel ad aliquid huiuſmodi conſequitur: nam vnumquodque quatenus eſt actu, in id, quod ſuæ congruit naturæ, agit, tenditq;; quod planè ad pondus, ordinemq; ſpectare videtur: ex quo patet quomodo in modo, in ſpecie, atque in ordine ratio boni conſiſtat. Cæterùm, ſicut motus corporis naturalis terminatur quidem ſimpliciter ad vltimum; ſecundùm quid verò; ad medium, quo itur ad vltimũ, à quo motus terminatur, diciturq; terminus motus, eò quod aliquam motus partem terminet, ipſe quoque vltimus terminus, vel eſt res ipſa, in quam tenditur, vtpote locus, vel forma, aut quies in re illa: id, quod eſt appetibile, motum appetitus terminans ſecundùm quid, idq; vt medium, quo tenditur in aliud, vtile vocatur: id verò quod appetitur, vt vltimum, inſtar rei, in quam per ſe appetitus tendit, motus appetitus totaliter terminans, nominatur honeſtum; honeſtum ſiquidem dicitur, quod per ſe deſideratur. Id autem, quod appetitum terminat, vt quies in re deſiderata, eſt delectatio.

Bonitatis vires.

Bonum eſt appetibile.

Bonum eſt finis.

Bonum differt à pulchro.

Pulchrum reſpicit formã.

Ratio boni conſiſtit in ſpecie modo & ordine.

Modus.

Forma.

Ordo.

Vtile.

Honeſtum.

Delectatio, delectatio. Ex his autem patet, ſolum deum & dici, & eſſe bonum, quia per ſuam eſſentiam eſt perfectus: nam illius eſſentia eſt ſuum eſſe, cui nullum accidens contingere, ſeu accidere poteſt, deniq; ad aliquod extrinſecum non ordinatur: & hæc eſt triplex per-
Solus deus bonus. fectio, quæ ſoli deo congruit. Cætera verò omnia, bona dicuntur, cauſaliter & extrinſecè, ob bonitatem diuinam; proprijs autem bonitatibus, formaliter, & intrinſecè. Sanè, vnumquodq; eſt bonum, effectiuè, exemplariter, atque finaliter, bonitate quidem diuina, ſimilitudine autem illius, formaliter, ſicuti aër lucidus luce ſolari. Itaq; vnumquodq; bonum appellatur, diuinæ bonitatis ſibi inhærente ſimilitudine, quæ eſt formaliter ſua bonitas ipſum denominans. Quid ſit ergo bonum, vt paſſio entis, & ipſa quoque diuina bonitas, dixi.

QVAESTIONIS DECIMAETERTIAE. CAP. I.

De vero, quod eſt paſſio entis.

EXpediti à bonitatis negotio, ad veri, veritatisq; indagationem tranſire feſtinauimus, vt abſolutum de entis paſſionibus ſtudium habeamus. Porrò,
Verum duplex. verum bifariam intelligi poteſt: vno quidem modo, quatenus contra fal-
Formale. ſum diſtinguitur, alij dicunt, formaliter, & ſic eſt relatio quædam, quæ compoſitio, vel diuiſio, quæ eſt ſecunda mentis operatio, vera vel falſa, dicitur: ab eo enim quod res eſt vel non eſt dicitur oratio vera vel falſa: hæc autem quoniam abſtrahit à relatione reali, & rationis, non eſt idem cum ente reali; idcirco illius paſſio dici non poteſt. alio modo accipitur, quatenus diſtinguitur contra
Materiale. fictum, vt aurum verum, & aurichalcum, quod à nonnullis nominatur materialiter, diciturq; rei naturam habentem ordinem intelligibilitatis ad intellectum. Verum ergo ma-
Quomodo eſt paſſio entis. terialiter eſt rei natura, vt intelligibilis, vel cognoſcibilis ab intellectu. Itaq; ens reale, & verum materialiter ſumptum ſunt idem, quippe cùm quodlibet ens, ſit ſeipſo intelligibile: igitur ſeipſo verum. Ens ergo & verum ſunt idem. Sanè, vnumquodque eſt intelligibile per ſuam entitatem; res ſiquidem, quæ maioris ſunt entitatis, ex ſui natura ſunt magis intelligibiles; & quæ minoris, minus; & quæ nullius, nihil: quod enim non eſt, non contingit ſcire 1. poſte: igitur vnumquodq; eſt intelligibile ſeipſo, quoniam non diſtinguitur res & entitas rei. nam ſicut ad entitatem coloris, ſequitur viſibilitas; ita ad cuiuſcunq; rei entitatem intelligibilitas, quæ eſt apta conformari intellectui, quum ani-
Veritatis ſcientia pertinet ad met: ma ſit quodammodo omnia. Cùm igitur verum, & ens conuertantur ad inuicem, & ens ſit primæ philoſophiæ ſubiectum, vt dixi paulò antè; eiuſdem vtiq; erit contemplatio ve-
1. ritatis. Etenim quælibet ſcientia ſpeculatiua, magnopere incumbit veritati inueniendæ, atq; habendæ; illius enim finis eſt veritas, & finis quidem vltimus. ſed prima philoſophia
2. eſt talis: igitur ad ipſam maximè ſpectat conſideratio veritatis. Amplius, ſcientia veritatis per cauſam habeatur neceſſe eſt; verum namq; non per falſum, ſed per verum cognoſcitur, & ſcitur; demonſtratio enim, quæ facit ſcientiam, eſt ex veris, & his ſimilibus, 1. poſter: ſed prima philoſophia, eſt cauſarum conſideratiua, 1. met: tex: com: 4.
3. igitur eſt ſcientia veritatis. Item, illa ſcientia, quæ circa veritatis ſtudium maximè occupatur, eſt proprio nomine veritatis ſcientia: à rerum namque conſideratarum nominibus, ſcientiæ denominationem ſortiuntur. ſed prima philoſophia, maximè vera contemplatur, vtpote primas cauſas, primaq; principia, ex quibus omnis veritas profluit, atque proficiſcitur, præſertim in cauſis vniuocis: igitur ſpeculatio veritatis primæ cōpetit phi-
Verum eſt in intellectu. loſophiæ. Reuera, quemadmodum bonum, id potiſſimùm nominatur, in quod tendit appetitus; ita planè verum id dicitur, in quod tendit intellectus: hoc autem intereſt inter vtrumq;, quòd nimirum cognitio, eſt in cognoſcente; appetitus verò, ad id, quod appetitur, inclinatur. atque terminus appetitus, quod eſt bonum, eſt in re appetibili: cogni-

tionis

De veritate.

tionis verò terminus, quod eſt verum, in ipſo intellectu. Porrò res intellecta, interdum per ſe, nonnunquam verò per accidens, ordinem habet ad intellectum: per ſe quidem, quia ab illo ſuum eſſe dependet: per accidens autem, quia ab illo cognoſcibilis: vnaquæq; autem res abſolutè vera dicitur, ſecundum eum profectò, quem ad intellectum, a quo pendet, ordinem habet. hanc ob cauſam res artificiales, propter ordinem ad intellectum, veræ eſſe dicuntur; domus namq; vera dicitur, quæ formæ, quæ eſt in mente artificis, ſimilitudinem aſſequitur. Oratio quoque vera eſt, quatenus eſt veri intellectus ſignum. Eodem modo res naturales veræ eſſe dicuntur, quatenus diuinarum quæ in intellectu diuino ſunt ſpecierum, ſimilitudinem attingunt: veritas igitur in intellectu primò, ac præcipuè, deinde in rebus, quatenus ad intellectum, velut ad principium referuntur, conſiſtat, neceſſe eſt. Sanè, quidquid voce ſignificatur, eſt ens in anima, aut extra animam: non quidem extra; niſi fortè cauſaliter tantùm: in anima ergo. non per ſimplicem terminorum apprehenſionem, quæ format quidditates, ſed per eorundem compoſitionem

Rei veritas reſpondet veritati in anima.

Quomodo veritas ſit in anima.

diuiſionemq́. Adeſt ergo veritas intellectus, per ſecundam illius operationem. Sanè, 1.
cuiuslibet perfectio illi formaliter ineſt, cuius eſt perfectio. ſed veritas eſt perfectio intellectus, illam per compoſitionem, diuiſionemq́ acquirentis: ineſt ergo intellectui formaliter. Amplius, quælibet cognitio perficitur, ſi cognitæ ſimilitudo rei ſit in cognoſcente. ſed veritas eſt perfectio intellectus cognoſcentis, qui iudicando, & diſcernendo ad 2.
illud peruenit munus dignitatis: ergo quod prius. Iterum, omne perfectibile, naturaliter ſuam perfectionem deſiderat. ſed intellectus eſt imperfectus, quoàduſq; rei veritatem attigerit: igitur eſt veritate perficiendus, & per conſequens veritatis ſedes eſt intellectus, & huius ſedis perfectio, eſt ipſa veritas ſiquidem in illa intellectus, ſua operatione nontantùm rei ſimilitudinem obtinet; verùmetiam ſupra illam reflectitur, tum 3.
illam cognoſcendo, tum etiam iudicando ex illa. Etenim quamuis, prima intellectus operatio, rei ſimilitudinem habeat; non iudicat tamen, quia ſecundæ eſt operationis iudicium In ſenſu quoque rei ſimilitudo inuenitur: ſed ſimilitudinis ratio, non quidem à ſenſu, ſed ab intellectu cognoſcitur Veritas ergo eſt perfectio intellectus, atque bonum, quia in ipſo eſt rei cognitæ ſimilitudo, quæ ab ipſo cognoſcitur intellectu, & diiudicatur; non autem à ſenſu, ſiue prima illius actione. Ex lib: 9 primæ philoſophiæ colligitur diffinitio veritatis, nempè quòd veritas ſit adæquatio rei & intellectus. Cùm enim verum ſit in intellectu, atque omnis res vera ſit, quatenus naturæ ſuæ propriam formam habet: neceſſe eſt ergo, quòd intellectus in quantum eſt cognoſcens, ſit verus, quia ſcilicet rei cognitæ ſimilitudinem habet, quæ eſt ipſius forma cognoſcentis: hac de cauſa ex conformitate rei & intellectus, veritas diffinitur: nam ſi quis conformitatem illam perceperit; veritatem vtiq; percipit. hanc autem ſenſus minimè cognoſcit: nam etſi viſus rei viſibilis ſimilitudinem habeat; comparationem tamen, quæ eſt inter rem viſam, & id, quod ipſe apprehendit de ea, nequaquam diſcernit. Intellectus verò cognoſcere illam valet, non quidem ſecundùm quod cognoſcit de aliquo quod quid eſt; ſed potiùs dum diiudicat rem ita ſe habere, ſicut eſt forma, quam de re apprehendit: tunc planè cognoſcit, dicitq́ verum, idq́ facit componendo, ac diuidendo; ideoq́ veritas propriè eſt in intellectu componente, & diuidente: non autem in ſenſu, vel in intellectu cognoſcente quod quid eſt. Auer 4 met: com: 27. Verum eſt illud, inquit, quod extra animam eſt, ſicuti eſt in anima, falſum verò, ſi fuerit è conuerſo. Et d. d. diſp: 1. ſolu. dub. 22. int: com: 21, Putans diuiſum diuidi, & compoſitum componi verus eſt. Mentitur autem contrariò habens, ac res ipſæ ſe habent. vnde in proœmio primæ diſputationis ait: veritatem à virtute intellectuali ſupra cæteras res maximè appeti Cæterùm veritas, quæ intellectui ineſt ſpeculatiuo, eſt bonum ſimpliciter, 3. de anima com: 34. Falſitas verò eiuſdem eſt malum ſimpliciter. At veritas, quæ eſt in intellectu operatiuo, eſt bonum in reſpectu, falſum verò, in eodem ſimiliter ſe habet. Adde, vt ex textu com: 25. eiuſdem libri colligitur,
4. (beside the line "illam cognoſcendo, tum etiam iudicando ex illa.")

Diffinitiones veritatis.

Senſus non percipit veritatem.

Auerroes.

Veritas intellectus ſpeculatiui.

Operatiui.

tate. quòd veritas quæ eſt in intellectu potentiæ, oppoſita ſit falſitati: quæ verò in intellectu agente, atque ſeparatis intelligentiis, eſt veritas ſimplex, cui mendacium non opponitur:
Auicenna. ex quo patet non omni veritati, falſitatem oppoſitam eſſe. Auicenna, veritas vnius cu-
Anſelmus. iusq; rei, eſt proprietas ſui eſſe; quod ſtabilitum eſt ei. Anſelmus, veritas eſt rectitudo
Hilarius. ſola mente perceptibilis; nam rectum eſt, quod principio concordat. Hilarius: Verum
Auguſtinus. eſt declaratiuum, aut manifeſtatiuum eſſe. Auguſtinus de vera religione: Veritas eſt, qua oſtenditur id, quod eſt: Et iterum: Veritas eſt ſumma ſimilitudo principii, quæ ſi-
Plato. ne vlla diſsimilitudine eſt. Hac de cauſa Plato de ſummo bono, ait mentem eſſe veritatem, aut omninò certè ſimillimam, atque veriſsimam: quaſi doceret, mentem eſſe veritatis ſedem. Vnde dial: 6. de repub. veros appellat philoſophos, qui odio habent falſitatem, diliguntq; veritatem. Quapropter diſcendi cupidum neceſſe eſt ſtatim à pueritia veritatem omnem ſummoperè affectare. Et in Phædro ait: mentes illas cœleſtes veritatis contemplatione nutriri: Quæcunq;, inquit, conuenientem ſibi conditionem ſuſceptura eſt, intuita per tempus id, quod eſt, contenta veritatis contemplatione nutritur, & gaudet. Cùm autem redierit, auriga ad præſepe ſiſtens equos, id eſt, intellectum, & voluntatem,
Ambroſia. ad dei viſionem, obijcit illis ambroſiam, hoc eſt, veritatem intellectui, & poſt ipſam
Nectar. nectar potandum, id eſt, amorem voluntati. Atque hæc eſt deorum vita, veritas, & a-
Obiectum intellectus. mor. Itaq; veritas in intellectu conſiſtit, atque illius eſt obiectum, ſi verum materialiter atque abſolutè intelligatur: nam quatenus relationem importat, ſub qua intellectus in ſuum fertur obiectum; illius vtiq; obiectum eſſe non poteſt; quia verum & falſum ſunt in anima 6. met: Obiectum autem intellectus, eſt aliquid extra animam conſiſtens. Nec eſt ſimile de bono, & vero. quia bonum eſt formaliter in rebus, verum autem in anima.
Verum eſt prius bono. Verum præterea prius eſt quàm bonum; enti enim propinquius eſt, quia ipſum eſſe ſimpliciter, & immediatè intuetur: boni verò ratio conſequitur eſſe, quatenus ſcilicet perfecti habet rationem; ſic namq; eſt appetibile. Adde, quòd ſi cognitio præcedit appetitum: verum ergo præcedit bonum, quia ad cognitionem reſpicit, illud verò ad appeti-
In deo eſt ſumma veritas. tum. Ex his autem patet, deum eſſe veritatem: nam ſi veritas eſt, & quatenus res, & apprehenditur ab intellectu, habetq; conformem ordinem intelligendi, in intellectu conſiſtit; proculdubio cùm in deo pleniſsimè, perfectiſsimèq; hæc omnia habeantur; in ipſo vtiq; perfectiſsima eſt veritas. Etenim ſuum eſſe non ſolùm eſt ſuo intellectui conforme; verùmetiam eſt ipſum ſuum intelligere, & menſura, atq; cauſa cuiuslibet alterius eſſe, & intellectus: quamobrem non modò in ipſo eſt veritas; ſed etiam ſumma & prima ve-
Vnica veritas. ritas, à quo eſt omnis veritas: & ſine quo nulla veritas. Ipſa autem æterna dei, & vnica veritate, ſunt & aliæ veritates, vnde & res omnes veræ denominantur: intellectus ſiquidem diuinus, quia eſt æternus, in ipſo ſolo eſt veritas æterna, nec eſſe poteſt opinionum alternatio, quippe cùm eius ſcientiam, res aliqua ſubterfugere nequeat; idcirco in deo eſt immutabilis veritas. In noſtro autem intellectu, qui ſubditus eſt & varietati, & falſitati, veritas immutabilis non inuenitur; imò quatenus veritas exiſtit, ſecundùm vniuſcuiusq; intellectus rationem, non vna, ſed plures ſunt veritates: & in vno eodemq; intellectu ſecundùm plura cognita, plures quoque reperiuntur veritates: vnde illud. Diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.

CAP. II.

De diuina veritate ſecundùm diuinas ſcripturas.

Pater eſt verax. QVoniam hæc diuina nomina, nempè vnum, bonum, verum, diuinam præſeferre videntur maieſtatem; hac de cauſa, copioſiorem cæteris, de illis inſtitui ſermonem. Quare, poſtquàm oſtendi, quomodo verum ſit paſsio entis, & quônam pacto ſit in intellectu, atque deus ſit ſumma, & vnica veritas; viſum eſt

um eſt rectum, id, quod poſtremò dixi, diuinarum oraculis ſcripturarum ſtabiliendum eſſe. In diuinis autem literis eſt frequens vſus iſtius nominis, ſoliq́ deo propriè conceditur: vnde ipſe veritatis magiſter in euãgelio Ioan: 14. veritatẽm ſe nominat: Ego ſum, inquit, veritas: & rectè quidem, quia gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta; nam vmbra erat lex futurorum: Corpus autem Chriſti, ait Apoſto: ad Hebr: 10. Propterea diſputans cum Pilato 18. dixit ſe natum ad hoc, vt teſtimonium perhiberet veritati: venerat ſiquidem deſtructurus, atque penitus euerſurus opera illius, qui in veritate non ſtetit, quia veritas in illo non eſt. Pater quoque appellatur verax: Sed qui miſit me verax eſt, inquit Ioan: 8. Verax pater, veritas filius, veritas ſpiritus ſanctus, quia ſpiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem: Ioan: 14. Veritas lex. Pſal 118. Et lex tua veritas. Pater autem verax, ait Auguſt: vtpote de ſuo, genuitq́ veritatem; aliud enim eſt homo verax, quia iam percipit veritatem: aliud eſt verax deus, qui genuit veritatem; non enim eſt verax participando, ſed generando veritatem. Veritas filius, quia verbum plenum gratiæ & veritatis: omniaq́ præſtitit, quæ per ſe, aut per ſuos promiſit. Veritas ſpiritus Sanctus, qui veteri errore ſublato, veritatis diuinæ nos effecit participes Veritas lex, per quam eſt cognitio peccati, & teſtimonium perhibetur diuinæ iuſtitiæ. Iudicia dei veritas, Pſal. 118. Et in veritate tua humiliaſti me: Humiliatus ſum, inquit, vt cognoſcerem vera iudicia tua, quia ij qui exaltati ſunt corde, oculos ad veritatem aperire non poſſunt. Cùm autem humiliamur, ait Ambro. peccata noſtra cognoſcimus, & ipſa humilitate delicta noſtra purgamus. Maudata dei veritas, Pſal. 118. Omnia mandata tua veritas, Hebraicè, Amunah, id eſt, fides, veritas, fidelitas, conſtantia. In Cantico Moyſi Deut 32. Infideles filij, Hebr. in quibus non eſt fides. Iſa. 25. Cogitationes antiquas fideles, Amen, id eſt, certiſſima veritas. Pſal. 11. Quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum. Græcè ἀληθέια id eſt, veritas. Omnia autem mandata dei veritas, quia à veritate, & ad veritatem, & pro veritate ſunt poſita, ordinata & conceſſa. Veritas domini nulli generationi defuit. Pſal. 118. In generatione, & generatione veritas tua, id eſt, per omnes generationes, teſte Auguſtino, à quibus nunquam defuit veritas dei in ſanctis ſuis, modò paucioribus, modò pluribus. Ambroſ. In generatione id eſt, in ſynagoga, quæ habebat eloquia dei, & in generatione Chriſtianorum, in qua eſt veritas euangelica: Ceteræ verò generationes, veritatis diuinæ fuerunt extorres. omnia verba dei veritas Pſal. 118. Principium verborum tuorum veritas. Hiero Caput verborum tuorum veritas, id eſt à capite, à principio perſuaſum eſt hominibus, quòd verbum tuum ſit verum, quia à veritate tua, verba tua procedunt, inquit Auguſt. ideo veracia ſunt, & neminem fallunt, quibus pronuntiatur vita iuſto, & pœna impio. propterea in alio verſu ait: Et veritatem tuam nimis. hoc eſt, oſtendiſti clariſſimis argumentis te eſſe iuſtum & fidelem, ac voluiſſe vt iuſtitia & veritas tua nimis, id eſt, magnoperè à nobis cuſtodirentur. Viæ domini veritas, Pſal. 118. Et omnes viæ tuæ veritas. Sanè in tribulationibus ſuis, quòd eas non immeritò patiuntur, tribuere deo veritatem, ſanctorum eſt vſitata confeſſio. Ita Regina Heſter. 14 Ita ſanctus Daniel 6. Ita tres pueri in camino ignis 3. Dan: confitentur. Quæri poteſt, inquit Auguſt. quomodo hic dictum ſit: Omnes viæ tuæ veritas, cùm in Pſal: 24. legatur: Vniuerſæ viæ domini miſericordia & veritas. ſed & erga ſanctos, & vniuerſæ viæ domini miſericordia, & vniuerſæ viæ domini veritas, quia & in iudicando ſubuenit, atq; ita non deeſt miſericordia: & in miſerando id exhibet, quod promiſit, ne veritas deſit Erga omnes autem, & quos liberat, & quos damnat, omnes viæ domini miſericordia & veritas, quia vbi non miſeretur, vindicta veritas exhibetur. Multos quippè immeritos liberat, immeritum autem neminem damnat. Veritas tanquam fidelis comes, ac conſiliarius, à diuinis nunquam abeſt conſiliis: vnde Pſal. 88. Tu potens es domine, & veritas tua in circuitu tuo hoc eſt, vndequaq; vallatus es veritate. In Pſal. 90 ait: Scuto circumdabit te veritas eius. Et dominus in Euangelio Ioan 8 Cognoſcetis veritatem, & veritas libera-

Filius eſt veritas.

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Pater verax.

Spiritus veritas.

Lex veritas.

Iudicia veritas.

Hebr.

Græcè.

Mandata veritas.

In omni generatione.

Verba dei vera.

Viæ veritas.

Auguſt.

Miſericordia veritas.

Veritas in circuitu dei.

De veritate.

tas liberabit vos. Veritas ergo in exhibitione promiſſorum, in præſtandis, in conferendis, his, quæ pollicita eſt, circumdat ſuos inſtar ſcuti fortiſſimi tuetur vt pugnator fidelis: liberat, vt potens imperator.

Eccleſia eſt columna veritatis.

Eccleſia eſt columna, & firmamentum veritatis, Timoth. 1. cap. 3. Non quemadmodum fuit olim illud iudaicum templum: ſed hæc eſt eccleſia dei viuentis, cuius lex eſt veritas: paſtor eſt veritas: protector, & doctor ſpiritus, ſpiritus Veritatis: prædicatores veritatis: doctor gentium in fide, & veritate: promiſſa veritatis. hoc eſt ſolium veritatis de quo Iſa. 16. Et ſedebit ſuper ipſum in veritate: hæc eſt gens cuſtodiens veritatem, de qua idem Propheta: Aperite portas, & ingredietur gens cuſtodiens veritatem.

Paulus doctor veritatis.

Verbum veritatis.

hæc eſt via veritatis Pſal. 118. quam elegit Dauid. hoc eſt labium veritatis firmum, de quo Salomon 12. Prouer. loquitur. hæc illa ſpecioſa, de qua Sapiens Eccl. 27. vaticinatus eſt: In me omnis gratia vitæ & veritatis, quæ iuxta Paulum ad Cor. 1. 13. congaudet veritati. qui facit veritatem, & creſcit in charitate. Ephe. 4. Qui habet verbum veritatis 2. Tim. 2 Sine qua nulla poteſt eſſe fidei veritas. Omnia ergo conſtant veritate. Veritas autem quomodo naſcatur, atq; quomodo Chriſto aptiſſime conueniat, eleganter ſubtiliterq́; docetur ab Auguſt. 36. de vera religione: Si, inquit, falſitas eſt, qua id putatur eſſe, quod non eſt: eam ergo intelligimus eſſe veritatem, quæ oſtendit id, quod eſt. At ſi corpora in tantum fallunt, in quantum non implent illud vnum, quod conuincuntur imitari, à quo principio vnum eſt, quidquid eſt: ad cuius ſimilitudinem quidquid nititur naturaliter, approbamus, quia naturaliter improbamus quidquid ab vnitate diſcedit, atq; in eius diſſimilitudinẽ tendit: datur intelligi eſſe aliquid, quod illius vnius ſolius, ita ſimile ſit, vt hoc omninò impleat, ac ſit ipſum, & hoc eſt veritas, & verbum in principio: & verbum deus apud deum. Cætera illius vnius ſimilia dici poſſunt in quantum ſunt; in tantùm enim & vera ſunt. Hæc eſt eius ſimilitudo, & ideo veritas.

Chriſtus eſt vera veritas.

Falſitas vnde.

Quapropter vera ſunt, in quantum illius principij ſimilia ſunt: falſa verò cùm à ſimilitudine illius principij peccando recedunt. Veritas ergo perfecta eſt filius dei, de quo propheta Pſal. 84. Veritas de terra orta eſt, hoc eſt, de beata virgine, quæ eſt terra noſtra, & dedit fructum ſuum. Vnde Iſa. Erit fructus terræ ſublimis, terra quam fundauit altiſſimus ſuper maria: terra immaculata & benedicta: & iuſtitia de cœlo proſpexit, vt iuſtificarentur homines diuina gratia. Hæc veritas eſt incommutabilis, mentes reficit, nec deficit, mutat veſcentem, non ipſa in veſcentem mutatur.

Veritas de terra orta eſt.

hæc veritas aliquando per malos, & neſcientes loquitur, occulto quodam inſtinctu mentem hominis mouens: Non ſanctitatis illius merito, inquit Auguſt. 2. lib. de conſen: euan. cap. 70. ſed iure propriæ poteſtatis. Sic per Balaam, per Caipham, per Iudæos, malos malè perdet, inquiunt. Hæc eſt illa veritas, de qua pſal. 35. Et veritas tua vſq; ad nubes, id eſt, prædicatores verbi dei, ait Auguſt. de quibus profectò nubibus dicit Iſa. 5. Mandabo nubibus, ne pluant, & pſal. 88. Magnificentia eius in nubibus. vſq; ad nubes autem veritas domini venit; ideo per nubes dei miſericordia annuntiata eſt nobis. Et reuera prædicatores ſunt nubes verbi veritatis. Quando minatur deus, tonat per nubes. Quando miracula facit, corruſcat per nubes, terret, irrigat, pluuiam voluntariam ſpargit Pſal. 88. vocantur cœli: in cœlis præparabitur veritas tua. Et 18. Cœli enarrant gloriam dei, id eſt, in ſanctis Apoſtolis impleta fuit præparata veritas Chriſtus, ad mundi totius conuerſionem complendam.

Veritas aliquando loquitur per malos.

Veritas vſque ad nubes.

Prædicatores ſunt nubes.

Veritas in cœlis.

Verbum veritatis.

Optat Propheta Pſal. 118. Ne ab eo auferatur verbum veritatis: Et ne auferas, inquit, de ore meo verbum veritatis vſq; quaq;; tollitur enim ex ore verbum, cùm dicitur peccatori: Quare tu enarras iuſtitias meas? Et ipſa obmuteſcit facundia, ait Ambroſius, ſi ægra ſit conſcientia, ſermo cohibetur indigni animi, non obſtruitur pœnitentia: cauendum tamen eſt, ne cor variis cogitationibus obcœcatum, lucem veritatis amittat. Auguſtinus: Superbia à nobis tollit verbum veritatis. Angeli, teſte Auguſt. de ciuit. lib. 16. cap. 6. veritate nutriuntur: Ab angelis, inquit, piis cogitationibus conſulitur incommutabilis veritas, tanquam lex æterna in illa eorum curia ſuperna; neq; enim ſibi ipſi ſunt veritas, ſed creatricis participes ve-

Angeli nutriuntur veritate.

De veritate.

cipes veritatis. Ad illam mouentur tanquam ad fontem vitæ, vt quod non habent ex ſe-
ipſis, capiant ex ipſa: & ideo eorum ſtabilis eſt iſte motus, quo veniunt, qui non rece- Qui ſint ex veritate.
dunt. Bene ergo dictum eſt à domino: Qui eſt ex veritate, audit vocem meam: Quamuis
enim, inquit Auguſt. omnes creauerit veritas; non tamen omnes ſunt ex veritate, quia
non omnes obediunt veritati: O inſenſati Galathæ, quis vos faſcinauit non obedire ve-
ritati? eſſe ergo ex veritate, eſt obedire veritati, ſicut filij lucis: fructus autem lucis, ait Lucis fructus veritas.
Paulus ad Epheſ. 5. eſt in omni bonitate, iuſticia, & veritate: bonitate, malitia, iuſtitia,
proximi fraus, veritate, hypocriſis excluditur. Vnde qui deum orant; in ſpiritu & veri-
tate debent orare, vt ſint veri adoratores, hoc eſt, in filio, & ſpiritu ſancto: alioqui ſi
aliquem ipſorum negauerint, non placebit Deo eorum ſacrificium. Sed ecce lux venit in Epilogus.
mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quàm lucem; quia non erant ex verita
te; omnis enim qui odio habet veritatem, non venit ad lucem, ne arguantur opera eius.
Itaq; quôcunq; vertamus oculos, veritatem blandientem, arguentem, adiuuantem, docen
tem ſemper & vbiq; inuenimus: quam ſi quis negare contenderit; Deum vtiq; negabit.
ſed veritatis vires non effugiet: omnia enim veritati teſtimonium perhibent, quòd veri-
tas ſit pater, filius, ſpiritus ſanctus. Angeli veritatis alumni, iudicia, verba, mandata, viæ
domini veritas: Eccleſia columna veritatis: Apoſtoli, Prophetæ, Martyres, omnes quippè
teſtes veritatis: Cœli, elementa, animata, inanimata, pariter conclamant, viuat veritas,
id eſt, dominus Ieſus Chriſtus, veritas patris, legis, & prophetarum, nouæ legis veritas,
charitas, principium, medium & finis, Amen.

CAP. III.

Veritatis potentia.

AVdiuimus nonnulla ſanctarum ſcripturarum oracula, quæ Dei veritatem
mirificè commendant; libet modò illius potentiam intueri, quæ cæteris Veritas omnia vincit.
prorſus rebus & potentior eſt, & validior. Veritas, teſte Chryſo. Pſ. 100.
tres habet ſyllabas, & 7. literas. quia in ſeptima die requieuit Deus ab o- Tres ſyllabæ 7. literæ.
mnibus operibus ſuis, quæ fecit. & quia in ipſa veritate requieſcit Deus:
cùm in nobis illam videt firmatam, ibi facit manſionem. Nihil ergo fortius eo, in quo De- 1.
us omnium fortitudo habitat. Amplius, quod omnia parit, etiam fortiſſima, eſt omni- 2.
um fortiſſimum. ſed talis eſt veritas; ipſa enim iuſtitiam creat; ſiquidem iuſtitia, ſine
veritate eſſe non poteſt; miſericordiã parit, ſanctitatem procreat; miſecordia namque
abſque veritate, & ſanctitas quoque, fictitiæ ſunt, & inanes. Veritas inſuper falſitatem
impugnat, repellit aduerſitatem, nuſquam offendit, nuſquam errat, ducit vſque ad ſe-
cretarium iudicis, ibi iudex, dux, & teſtis eſt. Præterea, illud eſt maximæ fortitudinis, 3.
quod nemo poteſt amittere inuitus, maximèque animum liberat. ſed huiuſmodi eſt ve-
ritas, teſte Augu. 2. de lib. cap. 14. Veritas eſt noſtra libertas, quæ liberat nos à morte. Auguſt.
Ioan. 8. Nulla re fruitur animus cum libertate, niſi qua fruitur cum ſecuritate. Nemo
autem ſecurus eſt in his bonis, quæ poteſt inuitus amittere: veritatem autem nemo inui-
tus amittit; non enim locis ſeparari ab ea quiſquam poteſt; ſed ea, quæ dicitur à verita-
te ſeparatio, peruerſa voluntas eſt, qua inferiora diliguntur. Nullæ ſunt ei anguſtiæ:
nullus in ea defectus: amatores non recipit inuidos: omnibus eſt communis, & ſingulis
caſta: nemo alicui dicit, recede, vt etiam ego accedam: remoue manus, vt etiam ego am-
plectar: omnes inhærent, ipſam omnes tangunt. Cibus eius nulla ex parte diſcerpitur:
nihil de ipſa bibis, quod ego non poſſim bibere. Item, ad fortis naturam ſpectat, ſibi poſ- 4.
ſe conſtare, ac nulla ex parte à ſeipſo diſcrepare, inconſtantia planè, animi debilitatem,
prauitatemq; indicat. ſed veritas eſt ſibi conſtans. 1. eth. cap. 10. Verum, vero conſonat

te.

ex omni parte : falſum autem ſtatim diſſonat à vero. Et 3. de anima commen. 5. Veritas
ſibi teſtatur omni modo, quippè, quæ in varias partes ſcindi non poteſt, diuiſionem refu-
git: varietatem non nouit : immobilis eſt, atq; immortalis; quia veritas domini manet in
æternum. hæc eſt gloria fidei noſtræ, cuius veritas eſt perpetua : ſynagoga verò hæreti-
corum inſtabilis, continuis fluctuans erroribus: & inſtar maris ſpumat confuſiones ſuas.

Mendacium.

Mendacium ſanè ſibi non conſtat, quia ex contrarijs atq; ſibi mutuò pugnantibus par-
tibus conflatur; hac de cauſa vir mendax inſtabilis eſt in omnibus vijs ſuis. Ne ergo con
tradicas verbo veritatis vllo modo, & de mendacio tuæ ineruditionis confundere. Eccle.
4. & Plato, veritati iraſci, nefas eſt. 5 dial. de repub. Item, veritate nihil eſſe potentius,
5. *lib Eſdr. 3 cap. 3 & 4. clariſſimè docet: Super omnia, inquit, vincit veritas. omnes populi*
clamauerunt & dixerunt : magna eſt veritas, & præualet. Sanè talis eſt conditio men-
dacij, vt etiam ſibi nullo aſſiſtente, conſeneſcat : è diuerſo veritatis ſtatus eſt, vt etiam
multis impugnantibus creſcat. Magna planè vis veritatis, quæ contra omnium ingenia,
calliditatem, ſolertiam, atq; contra ficta hominum inſidias, facilè ſe per ſeipſam defen-

Mendacij imbecillitas.

dit. Itaq; mendacio imbecillius nihil, etſi innumeris obtegatur operimentis; nam etiam
ſic deprehenditur, & effluit facilè, veritas autem nuda, omnibus proponitur, volentibus
eius pulchritudinem intueri : neq; latêre vult, nullum timet periculum, nullas inſidias

Veritas fortior igne.

tremit. omnia excedit: excedit ignis potentiam; nam Abraham de Hur liberauit Chal-
dæorum, & tres pueros de camino ignis. excedit maris fluctuantis procellas; iuſtum e-
nim Noe, ex aquarum vorticibus eduxit: & Moſen ex rubri profundo liberauit. exce-
dit catenas ferreas, & carceris vincula, in Ioſeph: leonum ferociam in Daniele, tyranni-
cam potentiam in Dauide, alijsq; ſanctis in martyribus. excedit calumniæ proteruiam,
in ſancta Suſanna mortem, dæmonum turbam, infernum. peccatum in Chriſto, cuius ve-
6. *ritate hæc omnia victa ſunt. Amplius, in hoc maximè oſtenditur veritatis potentia, quòd*
res ſit communis, & vndiq; ſtipata comitibus, ac auxiliaribus præſidiis : tacere non po-
teſt, labiis non clamat, corde vociferatur : communis eſt omnibus, non eſt mea, nec tua,

Veritas à dextris dei.

teſte Auguſt. in Pſal 75. & fortaſſis ideo media, vt in circuitu eius ſint omnes, qui dili-
gunt eam. Veritas ſanè nō diligit ſingulos, ſed palàm omnibus loquitur: vult ab omnibus
videri & ſciri cupit omnibus adeſſe, & nulli deeſſe hæc communis eſt deo, angelis, & ho-
minibus: non ſic ſapientia, robur, diuitiæ, pulchritudo. hæc vna eſt ex duabus, quibus tre

Modus inueniendæ veritatis.

menda illa dei ſedes præparatur : hæc à dextris ſedet omnipotentis, cuius viæ ſunt miſe-
ricordia & veritas: hac angeli nutriuntur. cœli ſubſiſtunt. elementa gubernantur: homi-
nes viuunt: leges cuſtodiuntur: infernus ſuos caſtigat: Gygantes gemunt: dæmones con-
tremiſcunt, mundus vincitur, mendacium profligatur. Cæterùm quum hæc ſit omnibus
communis, quid cauſæ eſt, illam paucos admodum habere ſui participes? hæc planè ſunt
in cauſa, quia cùm cognitio, & actio dona ſint Dei, beatumq; hominem faciant : ſicut in
cognitione cauendus eſt error; ita in actione nequitia. Errat autem, quiſquis putat ſe ve-
ritatem poſſe cognoſcere, cùm adhuc nequiter viuat. Nequitia autem eſt mundum iſtum
diligere, & ea quæ ſunt in mundo, prima veritate relicta atq; deſpecta. Qui ergo confi-

Socratis petitio.

dunt in domino, intelligent veritatem. Non ſine cauſa autem ſic Socrates orat in 2. Alci-
biadis: O amice Pan aq; cætera numina, date obſecro, vt intus pulcher efficiar. Veritatis
diuinæ cognitionem petebat, quam dare ſolus deus poteſt, quam accipere ſolus animus
7. *pulcher, id eſt, temperatus valet. Amplius, quò res eſt magis vnita, ſiue vna; eò maiore*
pollet fortitudine. ſed veritas eſt vna, & non multiplex : omnium ergo eſt fortiſſima.

Vna eſt veritas.

Vnius ſane ſcibilis vna tantùm eſt ſcientia: vna eſt ergo veritas. Quare qui putat ſe ali-
quid ſcire, & veritatem ignorat, quaſi qui volantia perſequitur 4. met. co. 21. hæc autem
veritas per ſeipſam apprehenditur; extra enim veritatem, non eſt veritas : ſicuti extra
humanitatem, non eſt humanitas : & circularitas extra circularitatem. Itaq; vna tan-
tùmmodo eſt veritas, ſicuti vna eſt vnitas. Etenim quemadmodum in numeris vna eſt

vnitas,

De veritate.

vnitas;ita planè in omnibus veris,vna eſt veritas. Quare,ſi aliquis vnitatem numeri non attigerit, numerum ſemper ignorabit: eodem quoq; modo, qui veritatem in vnitate non aſſequitur;nihil planè verè ſcire poterit,quia ab eo non videtur,vt in veritate videri poteſt. Hæc autem vera, & propria veritas menti inſidet diuinæ, à qua veritatis radij, in alias mentes conditas emanârunt,ſemperq́; emanant:in alia quoq; per quandam rei ſimilitudinem proportionemq́;, ita vt omne verum ab illo ſupremo & incommutabili vero deſcendat.

Vnitas eſt veritati ſimilis.

Sanè,ſi in vnoquoq; rerum genere,vnum eſt omnium metrum,& menſura:vt in calidis eſt ignis,& in albis eſt nix; ita & in veris eſt vnum primum verum, à quo eſt omnis veritas Veritas vna eſt,inquit Auguſt.pſal.11. qua illuſtrantur animæ ſanctæ. ſed quoniam multæ ſunt animæ: in ipſis multæ veritates dici poſſunt:ſicut ab vna facie, multæ in ſpeculo imagines apparent.Et in Pſal. 30. Veritas,inquit, nec quadra eſt,nec rotunda,nec longa,vbiq; præſens eſt,ſi cordis oculus ad eam pateat. Et de vera religione ca. 31. Supra rationalem creaturam eſt incommutabilis veritas,quæ lex omnium artium rectè dicitur: & ars omnipotentis artificis.vnde ſicut nos ex hac veritate,de inferioribus iudicamus;tantò enim meliora eſſe dicimus, quæ oculis cernimus, quantò viciniora ſunt iis,quæ animo intelligimus;ſic certè de nobis, quando eidem cohæremus, ſola ipſa veritas iudicat.

Auguſt. quòd vna ſit veritas.

Vna ergo veritate æterna,& incommutabili, omnium metro,& menſura,iudicantur atq; diſcernuntur vera & falſa; rectum namq; eſt cognitio ſui, & obliqui:ſic ſpiritualis iudicat omnia. Cùm ergo veritas ſit vna,& immutabilis: omnium ergo eſt fortiſſima.

Vna veritate iudicantur aliæ.

Accedit ad hæc authoritas Baſilij magni li.de Spir.ſan.cap.1.Rerum, inquit,omnium potentiſſima eſt veritas,difficilis inuentu; ideoq́; vndiq; nobis eſt inueſtiganda. & Homel. 26. Ne pudeat nos veritatis,ne veritatem verborum ornatu obuoluemus. Nuda eſt veritas,abſq; patrocinio ipſa ſeipſam declarans.Et in expoſitione illius verſiculi Pſal.14.Qui loquitur veritatem in corde ſuo:Si veritas, inquit, eſt dominus noſter,impreſſam, & quodammodo ſignatam hanc quiſq; in corde ſuo retinere debet. Exponit quoq; illud Pauli 1.Rom.Qui veritatem dei in iniuſtitia detinent: Quotieſcunque, inquit,datis ſibi à deo bonis,ad proprias voluntates abutitur, quod vitium in ſe negauit fuiſſe Apoſtolus 2. Cor.2. Non enim ſumus, ſicut plurimi, adulterantes verbum dei. & Theſſ.1.cap.2. Neq; aliquando fuimus in ſermone adulationis,ſicut ſcitis: neq; in occaſione auaritiæ,deus teſtis eſt: neq; quærentes ab hominibus gloriam,neq; à vobis, neque ab aliis.

Baſilius magnus.

Hieronymus lib.primo contra Pelagianos: Veritas, inquit, laborare poteſt, vinci non poteſt. Et in proœmio in quintum commentariorum Ieremiæ.Veritas claudi & ligari poteſt,vinci non poteſt: quæ & ſuorum paucitate contenta eſt, & multitudine hoſtium non terretur.Et exponens illud cap.4.ad Epheſ. Sicuti eſt veritas in Ieſu: In ſolo Ieſu fuit veritas ait,alij ex parte cognoſcebant:in ſolo Ieſu veritas apparuit,quæ loquitur confidenter:Ego ſum veritas,& veritas liberabit vos.

Hieronymus.

Cyrillus in cap. Ioan.6. Veritatis pulchritudo plurimos latet,inquit; non enim poſſunt indoctiores, qui quodcunq; ſibi viſum fuerit,abſq; diligenti examinatione ſequuntur,veritatem rectè intelligere.Origenes Homel.30 in Matt.veritatis potentiam fulgori comparat,qui exit ab oriente, & patet vſq; in occidentem: Exiit,inquit,fulgor veritatis ab oriente,id eſt, ab initiis Chriſti, apparet vſq; ad diſpenſationem paſſionis ipſius,in qua eſt occaſus ipſius. Item,veritas dei exit ab oriente,id eſt,à primo initio creaturæ mundi; & apparet vſq; in occidentem,hoc eſt,vſq; in finem mundi.

Cyrillus.

Nihil ergo veritate potentius, quæ nulli tempori deeſt, omniaq́; perluſtrat ſuæ fulgore poteſtatis.Quoniam igitur veritas,eſt ſanctitatis mater,iuſtitiæ parens, miſericordiæ genitrix,ac à nemine inuito amittitur, ſibiipſi conſtans,ac nulla ex parte diſſentiens. Quoniam inquam,violentiam ignis,maris ſonantis procellas, catenas, calumnias,ferociam tyrannicam,& tormenta ſuperat omnia. Inſuper,quia communis eſt omnibus,& nuſquam deeſt: fugientes perſequitur: ſui dilectores amplectitur. vna ſibi eſt,& vinci nō poteſt,nec multitudine hoſtium terretur:patet ſatis,veritate nihil eſſe validius,

Epilogus.

nihilq;

nihilq; potentius. hæc eſt theſaurus fidei, eccleſiæ gemma: Corona prædicantium: fortitudo ſapientum: ſpei fundamentum: charitatis augmentum: virtus pugnantium, flagellum infidelium, fons vitæ, arra gloriæ.

CAP. IIII.

Veritatis inueniendæ, atq; intelligendæ difficultas vnde oriatur.

Veritatis cognitio quomodo ſe habeat.

Cognitio veritatis partim quidem inuentu difficilis eſt, partim verò facilis: quatenus intelligentis, aut rei intellectæ cauſa aliqua contingere poteſt. Etenim, quoniam veritatis contemplatio, ad primam attinet ſapientiam, cuius finis eſt veritatis cognitio: ſi illa ab intellectu creato apprehendi nō poſſet; fruſtra profectò natura cognoſcendæ veritatis inuincibilem dediſſet appetitum, quod de ipſa natura ſentire nefas eſt. Porrò, difficultatis indicium eſt, quod nemo, hanc contemplatricem ſapientiam perfectè attigerit: facilitatis autem, quod neque vniuerſi aberrârint, ſed vnuſquiſq; aliquid de natura dixerit, quibus congeſtū magnitudo quædam emerſit. Cæterùm in veritatis contemplatione, ea, quibus ad aliorum cognitionem, patet acceſſus, nempè prima principia, ſunt veluti oſtium domus: circa concluſiones verò non eadem facilitas: neq; via reſolutionis, neq; compoſitionis.

Prima principia.

Difficultas autem duobus modis fit 2. met. fortaſſis non in rebus, ſed in nobis eſt difficultatis cauſa. Nam, vt veſpertilionum oculi ſeſe habent ad lucem diei; ſic & noſtræ animæ mens, ad ea, quæ omnium manifeſtiſſima ſunt natura. Porrò, in cognitione rerum materialium, difficultatem ex parte rei intellectæ contingere, Commentator arbitratur. Sanè intellectus poſſibilis eſt in potentia ad omnia intelligenda, modò fuerint in actu. at entia materialia non ſunt actu, ſed potentia tantùm intelligibilia, egentq; intellectu extrahente de potentia ad actum 3. de anima Co. 18. hac de cauſa difficultas intelligendi ex eorum materia dependet.

Difficultas ex parte rei.

Reuera, cognoſcibilitas conſequitur ens in actu 9. met. tex 20. potentia entia ad actum reducta inueniuntur, id eſt, cognoſcuntur, ait philoſophus. ſed multa entia ſunt, quæ minùs habent de actu, vtpotè materia, motus, tempus, infinitum, priuationes negationes, & quæ ſunt generis eiuſdem: parum ſunt ergo intelligibilia, ac difficultas intelligendi ab ipſis non ab intelligente proficiſcitur.

Cognoſcibilitas vnde.

Difficultas ex parte intelligentis.

In cognoſcendis autem ſubſtantiis immaterialibus, quæ ſunt entia in actu, ac proinde maximè intelligibilia, ex debilitate noſtri intellectus naſcitur difficultas, qui eſt infimus in genere ſubſtantiarum intellectualium; ſiquidem illæ ſubſtantiæ non indigent, vt extrahantur de potentia ad actum, cùm ſint ipſæ actus, vnde Commentator 3. de anima com. 18. Si eſſent, inquit, vniuerſalia Platonica extra animam; non opus eſſet ponere intellectum agentem. ſed noſter intellectus, qui in intelligendo dependet à ſenſu: illæ verò cùm ſenſuum phantaſmatibus non ſubſint, etiamſi ex ipſarum natura ſint maximè intelligibiles, quia maximè in actu; ſe tamen habent ad illas, vt oculus noctuæ ad lumen ſolis, vbi non impoſſibilitatem, ſed difficultatem, inquit Com. oſtendit intelligendi.

Oculus noctuæ.

Vnde primo poſter. com. 33. ait philoſ. Quòd ſi aliquis ſenſus defecerit; neceſſe ſit, & aliquam ſcientiam deficere. & 7. met. com. 10. Quæ ſingulis, inquit, nota ſunt, & prima multoties debiliter nota, ſcilicet quoad naturam, & parū, aut nihil entis habent; attamen ex malè quidem noſcibilibus, ipſi autē noſcibilibus, quæ omninò noſcibilia, noſcere tentandū. in proœmio met. dicit vniuerſaliſſima eſſe difficilia ad cognoſcendū, quia ſunt à ſenſib. remotiſſima. Nec proinde vult commentator eſſe ignota omninò, ſed percipi ſaltem ſecundùm intellectus, etſi non ſecundū rei capacitatem 2. cœli. com. 60. in quibuſdam rebus homo non poteſt enuntiare ſecundùm naturas rerum ſed vt eſt in natura hominis. Suffragatur huic propoſito philoſ. 9. met. tex. com. vlti. vbi

Quomodo diuina intelligimus.

De veritate.

aſſerit ſimplicium ſubſtantiarum ignorantiam nobis nõ ineſſe, ac cœcitas ineſt cœco. Ex
his ergo patet, quomodo ſimplicium cognitionis ſubſtantiarum difficultas, ex nobis pen-
deat, aliquorum verò, ex parua illorum entitate. Aiunt nonnulli omnem planè difficul- Quòd omnis
tatem intelligendi ex noſtro pendere intellectu: Si, inquiunt, difficultas intelligendi difficultas ſit
entia materialia ab ipſis pendeat maximè: eodem ergo modo ad diuinum intelle- ex parte no-
ctum ſe habebunt; huiuſmodi enim ſubſtantiæ eadem ſunt, cuicunq; intellectui com- ſtra. 1.
parent. ſed conſequens eſt falſum: ergo. Adde philoſophi verba: Fortaſsis, inquit, non
in rebus, ſed in nobis eſt cauſa huius difficultatis. Quòd ſi dixeris, quare vna perfe-
ctiùs quàm altera res cognoſcitur. Dico duplicem eſſe perfectionem cognitionis: pro- Duplex perfe
portionis vnam, ſimpliciter alteram: proportionis autem modo, & materialia, & im- ctio cognitio
materialia æquè perfectè intelliguntur: nam ita paruus ignis ſecundùm proportionem nis.
ſuæ virtutis agit in combuſtibile, ac magnus. At ſi ſpectes modum ſimpliciter, non æquè 2.
perfectè intelliguntur omnia: in cauſa autem eſt, quia ſicut res ſe habet ad eſſe; ſic ſe ha-
bet ad intelligi 2.met. Materialia autem, quoniam non ſunt ita diſpoſita ad actum in-
telligendi, ſicuti immaterialia; ideo minùs poſſunt intelligi: ergo &c. Item, intellectus non 3.
intelligit, quia eſt improportionatus obiecto. ſed hæc improportio, aut eſt propter exce-
dentem, & perfectam obiecti entitatem, vt patet in abſtractis: aut propter minimam
rerum materialium entitatem, ſed vtraq; ex noſtri intellectus debilitate proficiſcitur. De
prima quidem conſtat ſatis: de ſecunda verò extat philoſophi authoritas de ſenſu & ſen-
ſato. Quòd ſi viſibile decreſcit in minus in infinitum, inquit, neceſſe eſt viſum creſcere in
maius in infinitum, ſi debet tale viſibile videre: ergo ad cognitionẽ minimi cognoſcibilis,
neceſſe eſt potentiam cognoſcitiuam eſſe perfectiorem. Quòd ergo intellectus noſter non
poſsit intelligere minima intelligibilia, qualia ſunt materialia potentialia, ex illius im-
perfectione naſcitur. Omnis ergo difficultas intelligendi, ad noſtrum intellectum reuol-
uitur. Si quis autem obijceret illud philoſ. 9.met.cap.vlt. multa entia eſſe in potentia, vt- Obiectiones.
pote materiam, motum, tempus, infinitum, ac ideo minimè intelligibilia. Soluunt illi hoc 1.
modo: entia in entitate imperfecta, non habere quidem perfectam cognitionem ſimpli- Solutio.
citer; ſed proportionatam tamen ſicut dictum eſt. Iterum ille inſtabit: ſicut ſe habet ma- 2. Obiectio
teria ſummè diſpoſita ad formæ ſuſceptionem; ita planè intellectus ſummè diſpoſitus ad
rei intellectionem. ſed quando materia eſt bene diſpoſita, in forma recipienda; nullam ex 3.
parte ſui difficultatem patitur: exemplo nobis eſſe poteſt lumen in medio bene diſpoſito,
vbi medium nullum ſuſtinet impedimentum luminis recipiendi. Eodem modo ſi noſter in-
tellectus ſit bene diſpoſitus, vtpote non habens contrarietatem intrinſecam: nulla ergo
ex parte ſui poteſt eſſe difficultas intelligendi. Soluunt illi, & aiunt minorem eſſe falſam, Solutio.
& ad probationem dicunt: hoc non contingere propter contrarietatẽ, ſed propter debili-
tatem potiùs intellectus: ſicut oculus noctuæ non habet contrarium lumini ſolis. Rurſus
ille arguit: ſenſus corrumpitur ab excellenti ſenſibili, intellectus autem excellenti intel- Obiectio.
ligibili vigoratur: ille eſt potentia organica: iſte autem nequaquam: ergo &c. Dicunt,
difficultatem intelligendi naſci, non quidem propter organi impedimentum, ſed propter Solutio.
ipſius virtutis intellectiuæ debilitatem in intelligendo. Porrò, ſenſui vtraq; ineſt difficul-
tas, & organi, & virtutis. Hac quidem illi, & meo quidem iudicio bene; quamuis non de-
ſint, qui huiuſmodi rationes funditus euertere nitantur, & in caput retorquere arguen- Contrariæ ra
tium: Si, inquiunt, res ex parte ſui eſt cognitu difficilis, reſpectu cuiuſcunq; intellectus; tiones.
eodem modo difficultas intelligendæ rei ex parte rei, cuilibet attribuetur intellectui: 1.
omne enim tale per ſe, & abſolutè, eſt de omni. ſed hoc eſt falſum in intellectu diuino:
ergo, &c. Iterum, ſi ſecundùm proportionẽ, quædam ſunt facilia intellectu, quædam verò 2.
difficilia: hoc autem ex parte intellectus contingere non poteſt, quia eſt in potentia fieri
ad omnia: ex parte rerum ergo. Amplius, ſi intellectus quædam cum difficultate reci- 3.
pit: illa igitur cum difficultate in intellectum, cognitionem agunt; agens enim difficul-

Solutio. ter agit,quia patiens difficulter patitur.Erit ergo tum ex parte rei intellectæ,tum etiam ex parte intelligentis,par difficultas. Verùm ſi hæc candidè examinentur,abſq; libidine contradicendi,facilè animaduertemus, omnem difficultatem intelligendi, ex parte in-
Quare intellectus cum difficultate intelligit. telligentis dependere: nam vnumquodq; ens ſicut ſe habet ad eſſe; ſic ſe habet ad intelligi: nec vllam ex parte ſui ingerit differentiam intelligendi; ſed omnibus ſecundùm ſuæ virtutis proportionem,ſe offert intelligendum: quod autem à quibuſdam quidem intelligatur clarè, à quibuſdã verò obſcurè,ex qualitate procedit intelligentium. Solis lumen ab oculis aquilarum in reuerberatis luminibus conſpicitur: ab oculis autem noctuæ minimè: nulla eſt ibi contrarietas,ſed debilitas ex parte videntis. Intellectus angelicus intelligit hæc inferiora per ſpecies innatas,& illicò,nos autem hoc modo nequaquam: & ſimilia multa ſe offerunt intelligenda diligenti inquiſitori. Ex his ergo bene intellectis
Ignorantia vnde. facilè ſoluuntur quæ præcedunt argumenta. Accedit ad virtutem intellectiuam determinatam ad intelligendum ſecundùm ſuæ proportionem virtutis,(quippe cùm omnia indifferenter intelligere,dei ſit ſolius,)inclinatio ad oppoſitum ſcientiæ,nempè ad ignorantiam, atq; errorem,idq́; ob ſenſuum famulantium deceptionem multiplicem,partim qui-
Galenus. dem ob rationem copulationis cerebri,compoſitionis,vel figuræ,teſte Galeno 2. Thegnæ, partim verò ob ſpirituum turbulentiam,ſubtilitatem, craſſitiem, mobilitatem,tenacita-
Ptolemæus. tem: partim etiam,ſecundùm Ptolemæum,ob occultam ſtellarum virtutem vnde quoſdam aſſerit poeticis eſſe ineptos, quoſdam verò rethoricis aptos, & quæ ſunt id genus multa. hæc & ſimilia ſubſeruiunt, ſiue officiunt intellectui entia intelligere cupienti. Si
Auguſt. alicui hæc ratio non placet,abundet in ſenſu ſuo,quantùm libuerit. Auguſtinus difficultatem intelligendæ veritatis,ex peccati labe proficiſci arbitratur: Errat, inquit de agone Chriſtiano cap. 13. quiſquis putat veritatem ſe poſſe cognoſcere, cùm adhuc nequiter viuat. De baptiſmo contra Donatiſtas lib.2. cap. 5. veritatem non reuelari diſcordibus ait: Veritas,inquit,non reuelatur, niſi ambulantibus in via pacis, & in nullam vnitatis
Veritatis cognitio parua. præciſionem deuiantibus: propterea lib. 18. de ciuit. ca. 4. paruam dicit eſſe in hac vita veritatis cognitionem: Perceptio, inquit,veritatis in hac vita,qualis,aut quanta eſt,quando,ſicut legimus in veraci ſapientia 9. corpus corruptibile aggrauat animam. & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem? In Manuale docet qualis eſſe debeat cognitio veritatis: Primò,inquit, cognoſcere teipſum, quid eſſe debes, eſſe ſtudeas:quod autem corrigendum eſt,corrigas.Deinde cognoſcere, & amare creatorem tuum; hoc enim eſt totum hominis bonum,ad quod nos perducat ipſa veritas Chriſtus amen.Quomodo ergo verum ſit paſſio entis,& quid ſit ipſa veritas, dixi.

QVAESTIONIS DECIMAEQVARTAE CAP. I.

Ens non poteſt eſſe genus.

Ens non eſſe genus. HActenus de vno,bono, atq; vero locuti ſumus, quæ entis paſſiones à nonnullis appellantur; reliquum nobis eſt ſcire,ſi ens ſit genus nec ne. Et reuera ſi propria ratio generis in hoc maximè conſiſtit, vt prædicetur in
1. quid de ſuis inferioribus.ſed ens non eſt vniuocum ad alia entia igitur non prædicatur in quid de aliis entibus, & ex conſequenti generis naturam
2. ſubire non poteſt. Amplius,genus non prædicatur de ſuis differentiis,ſed ens prædicatur de omnibus: igitur propriè genus dici non poteſt. Sanè, genus ad aliquas contrahi-
3. tur ſpecies,per aliquas differentias extra ipſum exiſtentes; genus enim determinabilis, differentia verò rationem ſubit determinantis: ſimul ergo coincidere nequeunt. at ni-
4. hil eſt,quod rationem entis ſubterfugere queat: ergo quod prius. Item,nulla differentia participat genus, quippe cùm genus à materia, differentia verò à forma ſumatur, vtpote ra-

*pote rationale à natura intellectiua: animal verò à ſenſitiua. Porrò forma, potentia non
actu in materia includitur, vnde genus, poteſtate tantùm differentiam continet, & ex
conſequenti ad illius intellectum non pertinet. ſed nulla differentia accipi poteſt, ad cu-
ius intellectum ens non pertineat: igitur ens non poteſt eſſe genus. Sed dicet aliquis, illud* Obiectiones, quod ens ſit genus.
*quod ſe habet, vt genus, ad omnia, quæ ſub ipſo continentur, habet vtiq; rationem generis:
ſed huiuſmodi eſt ens ad alia entia, teſte phil. 4. met. Primi, inquit, philoſophi eſt conſide
rare de omnib. ſubſtantiis; quia ōnia entia ſunt vnius generis, id eſt, vnius entis: ens ergo* 1.
*habet rationem generis ad ſua inferiora. Sanè, quod immediatè prædicatur de pluribus
differentibus ſpecie in eo quod quid eſt; genus vtiq; eſt appellandum, vt conſtat ex ge-
neris diffinitione. ſed ens prædicatur de decem prædicamentis: ergo &c. Reuera, genus
generaliſſimum eſt, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus. ſed tale eſt ens: igitur
eſt genus. Amplius, ſi ens non eſſet genus; hoc planè accideret, quia non vnam dicit na-* 2.
*turam ſed id, ad generis naturam conſtituendam, minimè eſt neceſſarium; nam cùm
multa lateant in genere 7. phyſ. com. 31. non opus eſt, aliquid vnum dicere: ergo quod pri-
us. ſiquidem, quod per differentias contrahitur, ſine dubio, generis ſubit naturam. ſed
ens per differentias, hoc eſt, per eſſe in ſe, & in alio, ad ſubſtantiam, & accidens con-
trahitur: igitur eſt genus: alioqui quomodo prima philoſophia, vna dici poſſet ſcientia,
ſi ens, genus non eſſet; vnitas namq; ſcientiæ vt dicitur primo poſteri: ex generis vnitate
dependet? Amplius, Potentiæ diſtinguuntur per obiecta, authore phil. 2. & 3. de anima* 3.
*com. 33. igitur ens eſt genus. Tenet conſequentia: obiectum enim intellectus eſt ens; ſed in
tellectus eſt vnus genere; ens quoq; ſimiliter ſe habeat, neceſſe eſt, atq; ita ens habet ra-
tionem generis. Quòd ſi quis dixerit, ob ſui illimitationem, ens non eſſe genus, neq; in ge-
nere, hoc parui refert: nam deus eſt illimitatæ naturæ, & tamen eſt in genere, vt dicitur
10. met: & primo eth. Iterum, Ens ſe habet vt vniuerſale reſpectu prædicamentorum: igi-* 4.
*tur eſt genus; non enim eſt ſpecies, aut differentia, proprium, aut accidens: ergo eſt ge-
nus, ex loco à ſufficienti diuiſione. Adde, quòd ens vniuocè de ſubſtantia, & accidente
prædicatur: genus eſt ergo. conſequentia patet, antecedens etiam conſtat ſatis; ens nam-
que ab actu eſſendi dicitur. ſed huiuſmodi actus, tum ſubſtantiæ congruit, tum etiam
accidenti: vniuocè ergo de illis prædicatur, quia ſcilicet ſecundùm idem nomen, eandem-
que rationem. Sanè, ſi ens prædicatur de ſubſtantia, & accidente, non quidem accidenta-
liter, quia non eſt accidens: eſſentialiter ergo, idq; vt genus: igitur ens eſt genus. Sed* Soluuntur argumenta.
*huiuſmodi argumēta ſic ſolui poſſunt. Ad primum, quamuis ens ſit vnum genus ſcibile,
omniaq; entia ſub obtentu ſcibili contineantur; non tamen eſt vnum genus prædicamen-* 1.
*tale, nec omnia entia ſunt vnius generis prædicamentalis; ideoq; non licet inferre, ens eſſe
genus. Ad confirmationem, licet ens prædicetur de pluribus differentibus ſpecie; quia
tamen prædicatur analogicè, & non vniuocè, genus propriè dici non poteſt. Ad aliam
confirmationem, ens non poteſt appellari genus, quia non congruit illi generis diffinitio,
tametſi non habeat ſupra ſe ſuperius genus aliquod. Ad 2. licet in genere plurimæ la-* 2.
*teant æquiuocationes, phyſicè loquendo: ſi tamen logicè loquamur, genus eſt quoddam
vniuocum. Ens autem non eſt vniuocum, vniuocatione logica, quæ contra analogam præ-
dicationem diſtinguitur; ideoq; non eſt ſimile de ente, & de genere logico. Ad confir-
mationem: Ens non contrahitur ad ſubſtantiam, & accidens, per aliquas differentias,
ſed potiùs per quoſdam modos intrinſecos, qui ſunt eſſe per ſe, & eſſe in alio. Ad aliam
confirmationem, ad vnitatem ſcientiæ ſpecificam ſufficit vnitas generis ſcibilis: proinde
non eſt neceſſaria prædicamentalis generis vnitas. Ad 3. Quòd ens non ſit genus, non eſt* 3.
*in cauſa, eius illimitatio, quandoquidem per modos intrinſecos contrahatur; ſed potiùs
quod non contrahatur per differentias conſtitutiuas ſpecierum, quæ ſunt extra ratio-
nem generis. Ad confirmationem, dicemus poſtea, an deus ſit in genere. Ad aliam patet
ſolutio ex ſuperioribus; ens namq; eſt vniuerſale, ſiue genus, non quidem prædicamen-*

tale, ſed ſcibile. Ad 4. Quamùis ens communiter ſumptum ſit prædicabile; quia tamen
eſt aliquid reale limitatum; hac de cauſa, vniuocationem generis ſuſcipere nequit. vnde
4. conſequentia non valet, quum ſub aliquo prædicabili nequaquam contineatur. Ad con-
firmationem, conſequentia quoq; non valet; actus enim eſſendi, non æquè conuenit ſubſtan
tiæ, & accidenti, ſed priùs ſubſtantiæ, & per ſubſtantiam, ipſi accidenti. Ad aliam con-
firmationem, dicimus ens prædicare analogicè; ſiquidem prædicare eſſentialiter, ad ge-
nus pertinet, quod certè enti non competere diximus. Quomodo ergo ens genus propriè
dici non poſsit, patet ſatis. Accedit authoritas phil. 4. met. Non eſt poſsibile, inquit, ge-
nus exiſtentium vnum eſſe, neq; ens: nam neceſſe eſt differentias cuiuſlibet generis eſſe,
& vnam eſſe quamlibet: igitur vnum commune genus omnium non eſt ens.

CAP. II.

Si Deus ſit in genere.

QVoniam ſoluendæ ſunt philoſophi ſententiæ, nec commodè ſolui poterant,
niſi particularis de hac re quæſtio texeretur; hac de cauſa, præcedenti
ſpeculationi, hanc adiungere ſtudui, in qua, paulò vberiùs pro rei digni-
tate, hoc negotium erit mihi pertractandum. Et inprimis non ignorare
oportet, genus multiplex eſſe: nam quoddã eſt genus logicum, quod pla-
Genus logicũ
nè nihil aliud eſt, quàm intentiones ſecundæ, ſecundùm ordinem rerum, quæ ſubijciun-
tur, atq; prædicantur, ab ipſo intellectu diſtributum; intellectus enim, à quo fiunt inten-
tiones ſecundæ, illas ſecundum ordinem primarum, habitudinemq́; adaptat. Itaq; ſi for-
Prædicamentum logicum
maliter loquamur, logicum prædicamentum, eſt intentio ſecunda generis generaliſsimi,
ſubalternarum, ſpeciei ſpecialiſsimæ, differentiarum, indiuiduorum, vel indiuidui vllius
Intentio ſecũda.
generis. Eſt autem intentio ſecunda quidam reſpectus, qui fit ab intellectu, ad primas in-
tentiones illum comparante. vnde aliter ſic poteſt deſcribi: Genus logicum eſt, quod præ
dicatur in quid de pluribus differentibus ſpecie; quatenus illud ab intentione ſecunda,
quæ ſuper ipſum fundatur intellectum, concernitur; ideo enim logicum genus nomina-
tur: genus verò metaphyſicum appellatur, quod de pluribus differentibus ſpecie prædi-
Metaphyſicũ.
cetur, & à motu, atq; materia phyſica, eſt abſtractum. Genus verò phyſicum eſt, quod
prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in quid, atq; motui eſt, & materiæ phyſicæ,
ſeu naturali coniunctum. Porrò, prædicamentum metaphyſicum, eſt aliquorum multitu-
do, ex natura rei diſtinctorum, ſecundùm realitates magis, minuſq́; cõmunes de ſe inui-
cem ordinatè prædicabiliũ, quæ profectò realitates, primæ intentiones dici poſſunt. Ex
Prædicamentum ſubſtantiæ.
quo patet prædicamentum ſubſtantiæ, multitudinem eſſe ſubſtantiæ corporis, corporis a-
nimati, animalis, hominis, ſortis, leonis &c. & differentiarum lateralium, quæ per ſe non
ſunt in prædicamento; ſed per reductionem ad illa, quæ genus diuidunt, atq; conſtituunt.
Ceterùm, genus metaphyſicum, ſecundùm philoſophum, abſtrahit à materia, & motu:
Genus phyſicum.
ſed hoc maximè ſpectat ad primam ſubſtantiam. genus autem phyſicum accipitur pro
materia, quod eſt phyſicæ tranſmutationis principium: quare illa ſunt eiuſdem tranſmu-
tationis, ſiue generis phyſici, quæ adinuicem tranſmutari poſſunt, vtpote corruptibile, &
aliud ſimile: non autem corruptibile, & incorruptibile, quæ differunt plusquàm gene-
re phyſico. His ita elucidatis, ad rei indagationem accedamus, atque inprimis ſit talis
ſententia: Deus non eſt in genere Metaphyſico, ſiue logico: alioqui in deum caderet
Genus & differentia dicũt diſtinctas realitates.
compoſitio; genus enim & differentia, in eſſentia eius, quod per ſe eſt in genere, diſtin-
ctas realitates enunciant. ſed ex huiuſmodi, vnum per ſe fieri, eſt impoſsibile, niſi vna
alteri, ſicut actus potentiæ fuerit compoſita. at in deum non cadit compoſitio: ergo &c.
quod autem genus & differentia ſint tales, conſtat ſatis, alioqui vna realitas prædi-

caretur

An Deus ſit in genere.

caretur de altera in abſoluto, vt animalitas eſt rationalitas, quod philoſopho, aliiſque
ſapientibus non probatur. genus ſiquidem, vt dicitur 3. met: & 6. Topicorum, & poſtea
nos diſputabimus) non prædicatur per ſe de differentia: aliter tunc vnum animal eſſet
duo animalia. Etenim ſi de quocunq; prædicatur genus per ſe, de eodem prædicaretur 1.
differentia eius per ſe; tunc planè de boue, rationale per ſe prædicaretur, quod eſt ab-
ſurdum. Reuera, ſi genus dicit totam ſpeciei realitatem; pari quoq; ratione, & ipſa dif- 2.
ferentia, atque ita in diffinitione, quod eſſe rei bis haberetur, & per conſequens alte-
rum ſuperflueret: nulla præterea diffinitio eſſet prima in eodem diffinito, quippe cùm
nihil ſit his primò ſibi idem; diffinitio namq; ſemel quid ipſum rei enuntiat. Præterea, 3.
Ariſtoteles 8. metaphyſ: diſputans contra Platonem, ait, ideam diffiniri non poſſe, quia
nimirum diffinitio eſt ſermo longus, & habens partes: idea verò eſt ſimplex ſine par-
tibus, quæ profectò philoſophi ratio nullius eſſet momenti, ſi generis, & differentiæ ea-
dem eſſet realitas. Adde, quòd potentiale perfectibile, & actuale, diſtinctas omninò 4.
dicunt realitates; nihil enim eſt per ſeipſum perfectibile realiter. ſed genus (teſte
Porphyrio) eſt potentiale, nullas differentias actu complectens: differentia verò quid
actuale: igitur propriis realitatibus diſtinguuntur. Amplius, ſicut ſe habet tota diffini- 5.
tio, vt dicitur 7. met: ad totum diffinitum; ſic pars diffinitionis, ad partes rei, ſiue dif-
finiti. ſed tota diffinitio, totam dicit ſubſtantiam diffiniti: partes ergo, partem di-
cent, & non totum. ſed genus, & differentia ſunt partes diffinitionis: quodlibet er-
go illorum, partem dicet, & non totam ſubſtantiam diffiniti. Deum autem in Quòd deus
genere non eſſe, adhuc multis claret rationibus, ob ſuam ſimplicitatem in genere non ſit in ge-
eſſe non poſſe, patuit. Hoc idem oſtendi poteſt ex infinitate eiuſdem: Deus eſt inten- nere.
ſiuè infinitus (vt dictum eſt in primo Pymandri) omnia igitur compoſſibilia in ipſo, 2.
ſunt eadem realitas. At genus non dicit eandem realitatem cum differentia, vt dictum
eſt, tametſi in eodem compoſito, ſeu ſuppoſito conueniant: Deus ergo non eſt in genere.
Amplius, ſi neceſſe eſſe habet genus (teſte Auicenna 8. met.) intentio ergo generi, aut 3.
ex ſe neceſſe erit eſſe, aut non; ſi ex ſe eſt neceſſaria: in vltima ergo eſt actualitate, at-
que ita erit aliquod genus ſine differentia, quod eſt abſurdum. ſi verò ex ſe non eſt ne-
ceſſaria; non erit in his, quæ neceſſe eſt eſſe; & ſic genus dici non poſſet. ſed Deus eſt ne-
ceſſe eſſe: igitur non eſt in genere. Reuera, quod propriè eſt in genere, aliquam in ſe re-
alitatē habet, cui non repugnat eſſe in alio: vtpote animalitas poteſt eſſe in in alio, quàm
in homine. ſed cuilibet diuinæ realitati hoc nequaquam competit, alioqui Deus eſſet ens
contingens: Deus ergo non eſt in genere. Amplius, Deus eſt cauſa cuiuſlibet generis, ſe- 4.
cundùm omnem illius generis realitatem: igitur non eſt in genere, alioqui ſuæ eſſet re-
alitatis cauſa, imò ſuiipſius, quod nefas eſt ſentire. Sanè per realem identitatem, quā-
libet generis perfectionem continet: ſub aliqua ergo generis natura claudi, ſeu contineri
non poteſt. Item, omne quod eſt in genere, includit genus, tanquam partem eſſentialē.
ſed hoc deo nequaquam congruit, quia eſt ſimpliciter ſimplex: igitur non eſt in genere. 5. Quòd Deus
Ex his ergo atque ſimilibus conſtat, deum non eſſe in genere. Sunt aliqui, qui aduerſus ſit in genere.
huiuſmodi ſententiam ſic arguere conati ſunt. Illud, quod eſt menſura omnium in gene- 1.
re ſubſtantiæ, vtique in prædicamento ſubſtantiæ connumerari poteſt: veluti albedo
menſura omnium colorum, eſt in genere colorũ. ſed primus motor eſt huiuſmodi 10. met.
ergo deus eſt in genere, ſaltem in genere logico, cui non eſt neceſſaria compoſitio ex par
te rei, ſed tantùm ex parte rationis, quod certè Deo nihil imperfectionis addit, ſiue ad-
dere poteſt. Amplius, in Deo (iuxta Boetium in lib: de Trinit.) duo manent genera, 2.
ſubſtantiæ ſcilicet & relationũ; ſubſtantia enim continet vnitatem, & relatio multipli- Boetius.
cat realitatem: Deus ergo, vel aliquid in Deo, eſt in genere. Accedit ad hoc authoritas
Damaſceni in elementario cap. 9. vbi ait, incorporeum ſubſtantiæ differentiam eſſe, atq; Damaſcenus.
ſub illo Deum angelosq; concludi: ergo quod prius. Deum ergo eſſe in genere patet. Sed Soluuntur argumenta.

facilè eſt huiuſmodi difficultates auferre. vnde ad primam, & ad authoritates philoſo-
1. phi in præcedenti quæſtione poſitas ſic reſpondeo. Deus non eſt menſura entis intrinſe-
ca, ſed extrinſeca. philoſophus verò de intrinſeca, quæ eſt einſdem generis, cum menſu-
rato, diſputauit. in primo autem Ethic. ſecundùm gentilium errorem locutus eſt, qui cor
2. pus cœleſte, pro deo colebant. Ad 2. Non fuit Boetii intentio, aliquod in diuinis prædi-
camentum ponere, ſed hoc innuere volebat, nempe quòd omne prædicamentum, vel eſt
abſolutum, vel reſpectiuum; & hæc quidem ſubſtantiæ & relationi maximè attribui,
& id quidem in creaturis, non autem Deo, cùm hæc Deo atque creaturis vniuocè nõ con-
ueniant. Ad Damaſceni authoritatem dico, ipſum abuti illa vocula ſubſtantia, pro o-
mni eo ſcilicet, quod non inhæret, & differentia ſubſtantiæ incorporea, pro eo, quod non
eſt corpus. Eodem modo, cùm natura diuina ab eo, ſuppoſitorum ſpecies nominatur. Ex
his ergo patet Deum non eſſe in genere.

CAP. III.

Genus per ſe non prædicari de differentiis.

IN præcedenti quæſtione plurimis probaui rationibus, genus, & differenti-
am realitates diſtinctas poſſidere, pollicitusq; ſum de hac re copioſiorẽ me
facturum eſſe ſermonem. Volens igitur ſtare pollicitis, ac conſulere cupiẽs
Quot modis dicitur per ſe prædicari. vtilitati legentis, hanc propoſui quæſtionem. Et reuera huiuſmodi ſpecu-
lationes ſunt ita ſibi connexæ, vt vnius notitia, ex alterius pendeat cogni-
tione. Ne quis ergo putet, quòd me delectet per copioſos quæſtionum campos ſpatiari,
1. ſed vtilitati potiùs ac doctrinæ conſulere lectoris diligentis: Inprimis non ignorare opor-
tet, prædicari per ſe, aliquando idem eſſe, ac prædicari naturaliter, hoc eſt, quando id,
quod natura eſt prædicatum, ſuo fungitur munere, & ſubiectum ſimiliter, vt homo eſt
2. animal, & paries eſt albus. Interdum perinde eſt, ac ſi diceret: prædicatum dicit ra-
3. tionem ſubiecti, ut animal, & rationale de homine. nonnunquam, quando ſubiectum di-
cit rationem prædicati, vt naſus eſt ſimus: numerus eſt par, vel impar: homo eſt diſci-
4. plinæ capax. Hæc omnia habentur ex primo poſteriorum Ariſt. Iterum, quando prædi-
catum ineſt ſubiecto, ſine ſubiecto medio, 5. met. vt ſuperficies eſt per ſe alba, corpus
5. verò per accidens: vt pote per medium ſuperficiei. Amplius, quoties eſt tale ſine cau
ſa, hoc eſt per ſuam naturam, vt homo eſt homo ſine cauſa, id eſt, per ſuam naturam.
Denique prædicari per ſe eſt, quando prædicatum ſoli ineſt ſubiecto; & quidem ſepa-
ratim, vt pote ridere de homine: ſolus enim homo inter cætera animantia huius orbis
Genus non prædicatur per ſe de ſua differentia. inferioris, ridet. His ita excuſsis dico, genus non prædicari per ſe de ſua differentia.
Sanè, ſi ita res ſe haberet, tunc iuxta philoſophum 6. Topic: vnum animal, puta homo,
eſſet plura animalia, quod eſt falſum. Conſequentia autem patet: nam ſi animal in con-
1. ceptu rationalis includitur, aut eſt idem; & ſic eſſet nugatio dicendo: homo eſt animal
rationale; idem enim bis fruſtra repeteretur. Si autem non eſt idem, habetur intentum;
homo ſiquidẽ eſt animal, & non illud, quod in rationali includitur: ergo multa animalia.
2. Amplius, quamuis genus & differentia (teſte Auicenna 5. met.) prædicentur de to-
to, id eſt de ſpecie; non tamen ſignificant per ſe totum. ſed genus ſignificat materiale,
differentia verò formale; vtrumque autem ſpeciei partem ſignificat, per modum toti-
us. vnde quemadmodum materiale eſt extra formale; ſic conceptus generis eſt extra
differentiæ conceptum: genus ergo non prædicatur per ſe in primo modo de differentia,
nec etiam in ſecundo modo, cùm proprietatem, aut nomen proprietatis non habeat re-
3. ſpectu differentiæ. Iterum, genus non ponitur in diffinitione differentiæ, quia differen-
tia non participat genus, 4. Topic. igitur non prædicatur de differentia in primo modo.

per ſe

per ſe, nec differentia in diffinitione generis ponitur, alioqui vbicunque inueniretur genus, & differentia ſimiliter, atque ita rationale prædicaretur de leone, quod eſt falſum. nec etiam in ſecundo modo per ſe, vt dixi, cùm ſubiectum non ſit de ratione prædicati. 4. *Amplius, primò diuerſa, in nullo conueniunt, ſed differentiæ diuiſiuæ generis, ſunt primò diuerſæ in genere: igitur non conueniunt in genere. nam ſi per illas immediatè genus deſcendit: igitur illæ in ſuo genere ſunt primò diuerſæ; ac ex conſequenti, de illis genus per ſe non prædicatur. Reuera (vt diximus) contrahibile eſt extra rationē contrahentis. ſed genus ſe habet, vt contrahibile, differentia verò locum tenet contrahentis: vnius ergo conceptus, in alterius conceptu non includitur: genus ergo per ſe non prædicatur de ſua differentia.*

Quomodo genus prædicatur de differētia.

Licet autem affirmare, genus de differentia prædicare, prædicatione naturali; eſt enim ſuperius, & naturale prædicatum ad illam, atque immediatum, & differentia ſimiliter ad genus, immediatum ſubiectum: de differentia ergo modo per ſe prædicandi immediato poterit prædicare: rationale namque per ſuam naturam, ſuamq́; formam eſt animal; animalis ſiquidem atque rationalis vna eſt forma. Differentia autem prædicatur de genere, quatenus videlicet non per medium aliquod ſubiectum, aut cauſam; non tamen, vt naturale prædicatum, ſicut dictum eſt. Patet ergo quomodo hæc prædicentur.

Genus prædicatur per ſe de differentia.

1. *Contra autem ſolent nonnulli ita arguere. Quod eſt animal per ſuam formam, eſt per ſe animal. 5. met. cap. de per ſe. vbi ponit primum modū per ſe, qui profectò eſt, quando aliquid eſt tale per ſuam formam. ſed rationale eſt animal per ſuam formam, vtpotè ſenſitiuam, ad quam ſequitur eſſe animal: rationale ergo per ſe eſt animal; & ſic de differentia genus per ſe prædicatur. Porrò, quæ à philoſopho dicuntur 3. met. teſte Commentatore, comment. 1. ex certa determinatione nō ſunt dicta, & in Topicis ex probabilibus argumentatur. Quare nihil certi de hac re ex philoſopho haberi poteſt.* 2. *Item, quod recidit in idem, homo per ſe eſt animal, quod ſic probatur: homo per ſe eſt rationalis: ergo rationale per ſe eſt homo; propoſitio enim neceſſaria ex primo priorum conuertitur in neceſſarium, vtpote per ſe in per ſe. ergo rationale eſt per ſe animal, quia homo eſt per ſe animal. Reuera, ſi homo eſt per ſe animal, & homo per ſe eſt rationalis; ergo rationale eſt per ſe animal: ſicuti enim ex præmiſſis neceſſarijs, ſequitur concluſio neceſſaria; ita planè ex præmiſſis per ſe, concluſio etiam per ſe: animal ergo per ſe de rationali prædicatur.* 3. *Præterea, ſi genus non prædicatur per ſe de differentia: ergo per accidens: inter hæc enim non datur medium, ſicuti neque inter ens per ſe, & ens per accidens. ſed tunc rationale, & animal conſtituerent vnum per accidens: atqui conſtituunt vnum per ſe, nempè ſpeciem. Adde, quòd prædicatio per accidens, quando accidens de ſubiecto, aut è conuerſo, aut accidens de accidente prædicatur, in quibus planè omnibus, vnum fit per accidens. Profectò, ſi genus per accidens de differentia prædicatur, de ſpècie ſimiliter prædicabitur; differentia enim in ſpecie formaliter includitur. ſed hoc eſt ſalſum: ergo &c.* 4. *Adhuc, quando aliquid prædicatur de alio per ſe primo modo; in abſtracto quoque vnum de altero prædicabitur, vt docet ſeptimus metaphyſ. Quare, ſi iſta eſt vera in primo modo dicendi per ſe, homo eſt animal: ergo quoq; iſta erit admittenda: humanitas eſt animalitas, atq; ita concretum prædicabitur de concreto in primo modo dicendi per ſe, & habetur intentum. Accedit ad hoc, quòd ōne diuiſum prædicatur per ſe de diuidentibus; diuiſum certè non eſt aliud quàm ſua diuidentia. ſed genus diuiditur per differentias, teſte Porphyrio, de differentijs: ergo per ſe prædicatur.*

Soluuntur argumenta.

Verùm ad hæc facile eſt reſpondere. 1. *& ad primum quidē. Rationale eſt animal: eſt prædicatio per ſe entitatiua, quia ſecundùm ſuam naturā eſt animal; non tamen per ſe prædicatiua, quia prædicatum non eſt de ratione ſubiecti, nec viciſſim ſubiectum de ratione prædicati, alioqui de omnibus ſimiliter prædicarentur.* 2. *Ad 2. eadem facilitate ſoluitur: qua enim ratione rationale eſt per ſe homo; eadem planè eſt per ſe animal entitatiuè, & non prædicatiuè. Similiter ſoluitur confirmatio:*

matio; per ſe enim in præmiſſis tenetur prædicatiuè, in concluſione verò entitatiuè: extrema namque comparata ad medium, eandem habitudinem quam retinent ad inuicem comparata, vt habeant, nequaquam eſt neceſſarium; non enim ſequitur, homo neceſſariò eſt animal: homo neceſſario eſt ſubſtantia: igitur ſubſtantia neceſſariò eſt animal.

3. *Ad 3. dico, genus prædicari de differentia, non purè quidem accidentaliter, ſed per quandam accidentis ſimilitudinem, quæ profectò contingit, quando vnum eſt extra alterius rationem, cuiuſmodi eſt prædicatio generis de differentia. ſed ex hoc non conſtituitur vnum per accidens.*

4. *Ad 4. Ratio philoſophi, quæ ponitur 7. met, veritatem habet in accidentibus, non autem in ſubſtantijs. Adde, quòd rationale in concreto, per modum totius ſignificatur, ideo de homine prædicatur: in abſtracto autem partis rationem ſuſcipit; hac de cauſa de toto nequit prædicare: parti namque non conuenit de toto prædicare. proinde hæc eſt falſa: humanitas eſt animalitas. Ad confirmationem patet ſolutio ex ſuperioribus; genus enim propriè per accidens de differentia non prædicatur. Quomodo ergo genus de differentia per ſe non prædicetur, ſatis patere puto.*

CAP. IIII.

Ex genere & differentia ſit vnum per ſe.

Ex genere & differentia fit vnum per ſe.

DIxi ex genere & differentia non fieri vnum per accidens, quia genus de differentiis propriè accidentaliter non prædicatur: ſi ergo non ſit vnum per accidens: vnum ergo per ſe efficiant, neceſſe eſt. Propter quod quidē (inquit philoſophus 7. met. tex. com. 42.) vnum eſt, cuius rationem, diffinitionem eſſe dicimus. vbi philoſophus innuere videtur, diffinitionem vnum per ſe ſignificare, quamuis conſtet ex genere & differentia, quæ plura ſignificare
1. *videntur. Etenim differentia addita generi; non quidem vt forma, vel natura à genere realiter diſtincta additur, ſed potius vt determinatum indeterminato; ita tamen, vt eadem natura, indeterminatè concepta, generis, determinatè verò differentiæ rationē ſubeat: atque ita ex his duobus, vnum per ſe, non autem per accidens conſtituitur. Secus autem ſe habet res in ſubiecto & accidente; accidens namque qualecunque fuerit,*
2. *eſt quid extraneum, & à ſubiecto diſtinctum. Inſuper vtrunque eſt in actu; ideoq; vnum per ſe ex vtroque fieri non poteſt: alterum certè illorum deberet eſſe in potentia, & alterum in actu. Quoniam igitur genus & differentia reali diſtinctione ab inuicem non ſeparantur, nullum inde ſequitur abſurdum, quod ex illis fiat vnum per ſe ens, non autem per accidens: genus certè identicè, non formaliter de differentia prædicatur, propterea non eſt inter illa cōpoſitio realis, quæ extrema realiter diſtincta requirit, ſed rationis potius. Suffragatur huic ſententiæ Commentator 7. com. 42. Dicere, inquit, quare homo albus non ſignificet vnum, hoc eſt in cauſa; quoniam alterum iſtorum non eſt reliquum eſſentialiter. quaſi diceret, ideo genus & differentia conſtituunt vnum per ſe, quia ſunt idem eſſentialiter, quod planè ſubiecto & accidenti congruere non poteſt.*

Alia opinio.

Nonnullis autem placuit, ita huiuſmodi rem diſtinguere: Formæ, inquiunt, multiplicantur in ſubſtantia compoſita, ſicut & prædicata illius quidditatiua: proinde ex genere proximo & differentia finali fit vnum per ſe; quoniam genus quidem formam dicit generalem, puta animam ſenſitiuam: differentia verò finalis, formam ſpecificam, puta animam intellectiuam: differentia autem ſic intellecta, ac generi hoc modo comparata, eſt ſicut actus perfectus ac completus, ad actum incompletum, & imperfectum.

Reprehenſio.

Hæc autem opinio non multùm laudatur; genus enim non dicit formam generalem, diſtinctam realiter à forma ſpecifica: nec ipſa quoq; differentia vltima, ad medias differentias actum addit perfectum, quaſi mediæ differentiæ, formam imperfectam, à forma ſpeci-

De gene-re.

ma ſpecifica realiter diſtinctam dicerent. Adde, quòd nullum compoſitum eſt vni-
uerſale; vniuerſalia enim ſunt formæ 1. met: comm: 27. animal namq; nihil aliud eſt, Vniuerſale nõ eſt compoſitũ
quàm animalis forma: veluti nigrum, nihil aliud eſt, quàm nigredo 7. met: com: 21. O-
mne compoſitum habet formam, & tale apud Auer: eſt indiuiduum: nullum ergo cõ-
poſitum poteſt eſſe genus, nec etiam differentia: vt fautores iſtius ſententiæ dicere vi-
dentur. Quomodo ergo ex genere, & differentia fiat vnum per ſe, patet ſatis. Sed ali- Argumenta.
quis ſic poſſet arguere: genus non ineſt differentiæ, nec è conuerſo; diſtinctis enim con 1.
ceptibus ſeparantur: ex genere ergo & ex differentia non fit per ſe vnum. Tenet con-
ſequentia ex philoſophi authoritate 7. met: Ex duobus, inquit, quorum vnum, alteri
nõ ineſt, non fit per ſe vnum: nec quia differentia & genus, vni inſunt ſpeciei, vnum con-
ſtituere poſſunt, alioqui accidentia, id efficere poſſent, quæ vni inſunt ſubſtantiæ. Item, 2.
ex ſubiecto & accidente non fit vnum per ſe: nec ergo ex genere & differentia; diffe-
rentia enim accidit generi, cùm ad illius eſſentiam non pertineat: aliter certè ſine illa
intelligi non poſſet, quod eſt falſum. Ad hæc autem, & ſimilia ſic reſpondemus. Ad Soluuntur argumenta.
primum, quoniam genus & differentia, vni inſunt eſſentialiter, atque intrinſecè, nullam-
que illi addunt nouam eſſentiam, propterea vnum per ſe efficiunt. nec obeſt, quòd tunc 1.
in vno eſſent duo contraria, nempe differentiæ contrariæ, cùm in illo poteſtate, non a-
ctu contineantur: genus poteſtate, differentias continet: (ſicut mox dicemus) ex hoc
patet ſolutio ad confirmationem. Ad 2. negatur conſequentia: differentia namq; non 2.
ita accidit generi, vt nouam addat eſſentiam, ſicuti album homini; hac de cauſa, pro-
priè accidens generis dici non poteſt; in generis tamen poteſtate continetur. genus ſiqui-
dem potentia indeterminata, ſuas continet differentias, ex ſeſe planè, ad vnam, vel ad
alteram determinare ſe nequit differentiam. Nec eo modo ſe habet ad differentiam, quo- Differẽtia eſt qua ſpecies abundat à genere.
modo ſe habet materia, quæ eſt in potentia ad formam, quam non habet, quia ſcilicet
genus non habet actu differentiam, ſicut habet ſpecies, & propterea dicitur abunda-
re à genere, hoc eſt, genere ditiorem eſſe: quia ergo genus indeterminatè ſe habet ad
differentiam; ideò differentias poteſtate continere dicitur, poteſtate nempè indetermi- Quomodo cõtinet differentias poteſtate.
nationis. Ex quo patet differentiam ſpeciem habere à genere, in cuius poteſtate contine-
tur; actu enim differentias diuiſiuas non habet. Naſcuntur autem differentiæ à genere
non quaſi ex latibulo prodeuntes; ſed potiùs quia in ipſa forma generica indiſtinctæ,
ad proprias actualitates recipiendas, ex illo procedant, atq; ita poteſtas generis ad a-
ctum reducitur, fitq́; comes ipſum genus omnium, quæ in eius poteſtate erant differenti-
arum. Porrò, poteſtas generis, eſt eſſentiæ ipſius aptitudo per diuerſas differentias, at- Poteſtas generis.
que ad diuerſas ſpecies determinanda: ſic natura animalis de ſe eſt communis, & ſua-
rum reſpectu ſpecierum indeterminata. Hæc autem generis poteſtas, aliquando ambitus
ipſius, atq; cõmunitas nominatur, quippe quæ ſine delectu communis ſit ad omnes: inter- Habitus confuſus.
dum habitus differentiarum generis confuſus nominatur, quòd in tali aptitudine confu-
ſa eius differentiæ contineantur, quæ poſtea ab illo eſſe confuſo extrahunt ab intelle-
ctu, ac in proprias actualitates diſtinguuntur. hæc autem generis poteſtas ratione tan-
tùm, non autem realiter ab eius eſſentia diſcernitur; eſſentia enim eſt ens abſolutum,
poteſtas verò, reſpectiuum. Ex his ergo patet, quomodo, aut qua poteſtate genus, diffe-
rentias contineat. Sed dicet aliquis, differentia nihil addit realiter vltra genus, cùm in Obiectio.
genere realiter contineatur: per differentias ergo ſpecies non abundat genere, ſiue ſu-
praquàm genus. ſi enim adderet aliquid vltra genus; non diceret planè totam ſpeciei eſ-
ſentiam: genus enim eſt in ſpecie eſſentialiter. Adde, quòd ſi differentia ſeparata eſt
à genere, vt dicitur 4. Topicorum: igitur eſt ſeparata à ſpecie: igitur non abundat plus- Solutio.
quàm genus. Reſpondeo, quòd genus dicit eſſentiam indeterminatè quidem, differentia 1.
verò eandem determinatè: addit ergo determinationis modum. Ad 2. differentia eſt 2.
extra genus formaliter, non autem identicè; ideò non ſequitur, quod infertur. Quòd ſi

De genere. quis dixerit, proprium ineſſe ſpeciei actu, generi verò poteſtate: igitur abundat pluſquàm genus, non eſt ſimile; proprium enim non ineſt eſſentialiter ſicuti differentia, ſed conſequitur eſſentiam. Audiuimus quæ ab huiusmodi viris dicta ſunt; & quidem ſecundùm communem propemodum omnium ſententiam, quæ etiam rationi ſunt admodũ

Vniuerſale an ſit extra animam. conſentanea. Verùm huic quæſtionis veritati, aliam neceſſariam eſſe video, nempè an vniuerſale ſit aliquid extra animam, alioqui ſolutio illius quæſtionis tenuis eſt, & minimè neruoſa. Etenim ſi genus, & ſpecies ſunt tantùmmodo in mentis conceptu; eodem modo, eademq́ poteſtate differentia inerit generi, ac ipſi ſpeciei: in mentis enim conceptibus, non eſt delectus realitatum: nec plus actus in vno inuenitur, quàm in altero. Porrò, de hac quæſtione cùm apud veteres, tum etiam apud iuniores, non parua extitit controuer-

Heracliti opinio. ſia Heraclitus atq; Cratylus, vniuerſalia è medio penitus abſtulerunt, quippe qui intellectum, ſenſum eſſe dixerunt, & ex conſequenti intelligibile eſſe ſenſibile: quare intelligibilia erant apud eos mera ſenſibilia, ac ſingularia, atq; ita neq; in re, neq; in mente aliquod vniuerſale collocârunt. Mens quoq; apud eos erat ſenſus, ſiue potiſſima ſenſitiua vis: ex hac ratione coacti ſunt negare ſcire, atq; ſcientiam, quæ ſine vniuerſalium adminiculo haberi non poteſt. Sed iam pridem, veluti rationi, rectæq; philoſophiæ mi-

Plato. nimè conſentanea, exploſa eſt hæc ſententia. Plato poſuit vniuerſalia, à ſingularibus ſeparata, de qua quidem ſententia in primo Pymandri, vbi de ideis locutus ſum, abundè diſputaui: ſi quem ergo huiuſce rei ſpeculatio delectat, non pigeat illum, librum illu-

Conciliatio. ſtrem, & vtiliſſimum conſulere. Et reuera, dimiſſis ideis diuinis, Plato ideò putauit formas eſſe vniuerſalia, quia formæ ſunt aliud à ſingularibus compoſitis; ideoq; dixit eſſe ideas ſeparatas; non quidem ſecundùm eſſe exiſtentiæ, vt Xenocrates, aliiq; putauerunt; ſed potiùs ſeparatione, qua forma differt à compoſito, quod planè philoſopho probatur, qui certè magis contra malos Platonis interpretes, quàm contra ipſum Platonẽ

Quid ſit vniuerſale. pugnare videtur. Alia opinio poſita eſt in primo Pymandri. Cæterùm, vniuerſale eſt nomen concretum ſecundæ intentionis: ſecunda autem intentio, eſt quidam reſpectus rei conceptæ, per actum intellectus collatiuum attributus, vt hæc intentio genus, ſpecies &c. prima autem intentio, eſt conceptus rei obiectiuus, quæ abſolutè apprehenditur.

Vniuerſale duplex. Porrò, omne concretum (ſecundùm Auer: 5. met: com: 34.) & pro forma, & pro re formæ ſubiecta, accipi poteſt. Quare ipſum vniuerſale, tum pro intentione, tum etiam pro re intentioni ſubiecta intelligi poteſt: quòd ſi pro re ſubiecta intentioni intelligatur, adhuc ſubdiuiditur, nempe in ſubiectum propinquum, quæ eſt ipſa natura per intellectum indeterminatè ſumpta: & in ſubiectum remotum, quod eſt ipſa natura, quæ poteſt

Vniuerſale nõ eſſe ſeparatũ à ſingularibus. eſſe in pluribus. Cùm igitur hæc ita ſe habeant; quæro an vniuerſale aliquo iſtarum acceptionum modo ſit à ſingularibus ſeparatum. Sed reuera, cùm à ſingularibus re, aut diffinitione non ſeparetur, à ſingularibus non videtur eſſe diſcretum: nam ſi naturarum

1. diſtinctiones per operationes inuentæ ſunt, vna autem cùm ſit hominis huius, & hominis operatio, nulla inter huius hominis, & hominis naturam (præter intellectus operationẽ) videtur eſſe diſtinctio: & per conſequens vniuerſale non eſt ſeparatum à ſingularibus.

2. Amplius, ſi natura humana (circumſcripto omni opere intellectus) eſt communicabilis: eſt ergo talis per eſſentiam, atq; ita ſuaptè natura ſeparata, & per conſequens intelligibilis per eſſentiã, atq; ita fruſtra poneretur intellectus agens, pro vniuerſalis fabrica

3. conſtituenda. Præterea, aut hic homo, eſt homo participatione huius hominis, aut hominis: aut idem eſt homo, & hic homo, & non participatione huius hominis; alioqui nihil eſſet homo, niſi per participationem iſtius hominis, quod eſt falſum; homo enim abſolutè eſt homo, & non participatiuè, alioqui eſſet ens imperfectum, ſicuti ſunt entia per participationem. Nec hic homo, eſt homo participatione hominis, alioqui daretur homo per eſſentiam, qui non eſſet hic homo; non enim eſt idem participans, & participatum, quod eſt falſum. Igitur, idem eſt homo, & hic homo, præter intellectus operationem.

tionem. Iterùm, ante actum intellectus, natura humana, eſt vniuerſalis in potentia:
eſt ergo actu ſingularis; potentia enim & actus ſunt oppoſita circa idem. Quare, ſi na- 4.
tura, eſt poteſtate vniuerſalis; eſt ergo actu ſingularis, atque ita non eſt vniuerſale ex-
tra intellectum. Reuera, actus & potentia ſunt eiusdem generis; imò circa idem nume-
ro. ſed actu vniuerſale eſt per intellectus operationem 3. de anima comm: 18. ſpecies e-
nim intelligibilis ab intellectu agente producitur: vniuerſale ergo potentia erit etiam
per intellectus operationem: igitur extra animam non datur vniuerſale. Amplius, quic- 5.
quid eſt in potentia ad aliquid præter operationem intellectus, ad actum tandem, ſine
vlla prorſus intellectus operatione deducendum eſt; actus enim, ſecundùm eandem
rationem, potentiæ correſpondeat, neceſſe eſt. Quare, ſi illa natura (præter omnem in-
tellectus operationem) eſt potentia vniuerſalis, quandoque erit actu vniuerſalis, intelle-
ctu nihil operante: quod eſt falſum: quiquid certè eſt extra animam, eſt particulare.
Adde, quòd res ante, & poſt intellectionem, eodem modo ſe habet, hoc eſt, æquè v-
num & ens eſt; nihil enim mutationis rei accedit per noſtrum intelligere, vt dicitur in
lib: de interpretatione: ſemper ergo eodem modo erit ſingularis. Patet ergo quomodo v-
niuerſale non ſit extra animam. Sunt ergo formæ rerum ſingularium, per mentis fabri-
cationem inuentæ 1. met: comm: 27. Et 12. com: 6. de quibus habetur ſcientia, quia ſigni-
ficantur per nomina communia.

CAP: V.

Vniuerſalia habere eſſe extra animam:

QVoniam præclara ingenia acutioribus quæſtionib. maximè delectantur:
in quarũ numero hæc, quam præ manibus habemus, numerari poteſt; hac
de cauſa, aliorum rationes in medium adducere curaui, qui arbitrantur
vniuerſalia extra animã eſſe habere. Porrò, nomine vniuerſalis, aliquan
do vniuerſalitas, quæ eſt relatio rationis, interdum res, quæ vniuerſa-
lis appellatur ab ipſa quidem vniuerſalitate, nonnunquam aptitudo ſignificatur, quæ a-
pta nata eſt eſſe in multis: & hæc quidem in dubium vertitur: nam relatio, quæ voca-
tur vniuerſale formaliter, fit ab intellectu, res verò, quæ denominatur vniuerſalis, atque Vniuerſale
vniuerſale obiectiuè in potentia, eſt extra animam: igitur dubium eſt: An aptitudo il- formaliter.
la, citra omne opus intellectus, ſit extra animam, & hæc quidem vocatur vniuerſale ob- Vniuerſale obiectiuè.
iectiuè in actu: an res ſit extra animam, aptitudo verò eſſendi in multis, in anima tan- In potentia.
tùm? Cæterùm, quia illa aptitudo, vniuerſalis rationem in actu obiectiuè ſumendo
vniuerſale, complet, non autem formaliter; ob hanc rationem, quærere an res apta In actu.
nata eſſe in pluribus ſit extra animam, perinde eſt, ac ſi quis quæreret, An vniuerſale
obiectiuè in actu ſit extra animam. Itaque vniuerſale formaliter, eſt ipſa vniuerſalitas,
quæ eſt relatio rationis. Vniuerſale obiectiuè in actu, eſt res vna cum aptitudi-
ne illa. Vniuerſale obiectiuè in potentia, eſt res ſine illa aptitudine. Vniuerſale
ſubiectiuè non datur; vniuerſalitas enim in nullo eſt ſubiectiuè, cùm ſit ens rationis.
Quæſtio ergo eſt de vniuerſali obiectiuè in actu. Quidam ergo arbitrantur huiuſmo- Argumenta.
di vniuerſale inueniri extra animam, atque ita argumentantur à diffinitione ad diffini- 1.
tum: Circumſcripto quocunque actu intellectus, res eſt apta nata eſſe in pluribus: ergo
datur vniuerſale extra animam. Tenet conſequentia, quia vniuerſale obiectiuè in actu,
vt diſtinguitur cõtra ſingulare & prædicabile diffinitur primo Perihermenias: Vniuer-
ſale eſt, quod aptum natum eſt eſſe in pluribus. Antecedens probatur, quia ſi non in-
eſt illi aptitudo, qua poteſt eſſe in pluribus: repugnat ergo illi, nec conferri ſibi poteſt
ſaltem ab intellectu, alioqui conferri poſſet & indiuiduo, vtpote ſorti, vel Platoni &c.
igitur præter operationem intellectus, natura humana eſt alia à natura ſingulari, eius-

que vnitas ab illius vnitate. Iterum, natura coloris eſt ratio formalis obiectiua viſus
2. *terminandi, non autem hic color. ſed color, qui eſt ratio aſsimilandi; ſingulare enim*
ſub propria ratione ſingularitatis nou eſt apprehenſibile ab intellectu: differunt ergo
ex natura rei. Reuera, vniuerſale in actu, eſt proprium obiectum intellectus: praece-
dit ergo actum intellectus; nam obiectum eſt prius actu, 2. de anima: tex: 33. Adde,
quòd obiectum ſcientiæ realis, eſt ens extra animam. at vniuerſale in actu, eſt obie-
3. *ctum ſcientiæ realis: igitur eſt ens extra animam. Præterea, relatio menſuræ eſt realis*
5. met: tex: 20. ſed illa fundatur in aliquo vniuerſali; decet enim, vt aliarũ menſura ſpe-
cierum ſit vnum non quidem numero (ſecundùm philoſophũ) erit ergo vniuerſale. Re-
rum ergo realium menſura, & vna eſt, & realis, quippe cum menſuratum à menſura
dependeat: ens autem reale non dependet ab ente rationis. ſed vnitas ſpeciei, apud phi-
loſophum, eſt prima generis menſura, qua menſurantur, quæ ſub ipſo genere continen-
tur: eſt ergo realis non in aliquo, quod eſt vnum numero, ſed in vniuerſali actu exiſten-
4. *te. Amplius, vnitas naturæ, in qua aliqua comparantur realiter, debet eſſe realis,*
quia etiam entia comparata ſunt realia. ſed in vnitate ſpeciei, indiuidua eiuſdem com-
parantur: realis eſt ergo. Sanè, omni prorſus remoto opere intellectus, maior eſt in-
ter Mercurium & Platonem, quàm inter Mercurium & Leonem conuenientia. Ineſt
ergo illis (ſine aliqua intellectus operatione) illa ſimilitudo, cuius fundamentum, eſt
5. *natura communis realis; relationi namq; reali fundamentum competit reale. Item, o-*
peratio ſeu paſsio realis primò & adæquatè ineſt vniuerſali (vt intelligere homini) pri-
mo poſter: tex: 39. Datur ergo vniuerſale extra animam. Accedit ad hoc, quòd contra-
rietas, eſt oppoſitio, eiuſq; extrema ſunt vniuerſalia, non autem ſingularia: dantur ergo
vniuerſalia extra animam. alioqui ſi ſit ſolùmmodò ab intellectu, quomodo vniuerſale
eſt æternum, & incorruptibile, & quomodo vniuerſalium eſt diffinitio, ſcientia, &
6. *quomodo prædicamenta ſunt entia vniuerſalia extra animam? Adhuc, ſi nihil eſſet in*
rebus niſi ſingulare, nulla eſſet vnitas realis, niſi numeralis, quæ eſt propria ſingulari,
quod eſt falſum: alioqui omnis diuerſitas realis, eſſet numeralis; idem enim & diuer-
ſum, vt dicitur 10. met: ſunt immediatè oppoſita, ſed tunc omnia æqualiter differrent,
quod eſt abſurdum omninò. Etenim quæ ſolo numero differunt, ſine intellectus operati-
one, non ſunt ſpecie diſtincta. valet argumentum à negatiua de prædicato finito, ad af-
firmatiuam de prædicato infinito cum conſtantia ſubiecti. ſunt indiſtincta ſpecie præter
7. *operationem intellectus: datur ergo vnitas quædam ſpecifica. Profectò, ſi differen-*
tia numeralis non deſtruit vnitatem ſpecificam: permittit ergo illam, atq; ita cum di-
ſtinctis numero, ſtat vnitas realis ſpecifica, etiam ſine omni intellectus operatione. Ad-
huc, quæ non diſtinguuntur realiter, ſecundùm omnem, quam habent incluſam rationẽ,
in aliqua ratione reali conueniant, neceſſe eſt. ſed ita ſe habẽt Mercurius & Plato, quip-
pe cùm Plato à Mercurio, in quantum homo non diſcrepet, alioqui à ſeipſo diſcreparet:
Auerro: authoritas. *ergo quod prius. Accedit ad hoc authoritas commentatoris 7. met: comm 48. Nullum,*
inquit, vniuerſalium prædicabilium, ſecundùm quod de re demonſtrata, ſignificatur ea
ſecundùm quod eſt demonſtrata, & indiuidua, ſed ſecundùm quod in ea eſt natura ſi-
milis naturæ, quæ eſt in quolibet indiuiduorum illius, id eſt, natura communis præter
naturam propriam vnicuique eorum: eſt ergo natura vniuerſalis actu exiſtens præter
ſingularia. Simile quiddam inuenies 1. met: com: 9. Species hominis, inquit, non eſt for-
ma hominis tantùm, vt dicit Plato, ſed congregatum ex materia & forma: eſt ergo a-
liquid in rebus præter ſingulare. Et com: 5. eiuſdem libri ait, quòd qui ponunt vniuer-
ſalia eſſe nomina tantùm, quibus nulla correſpondeat in re intentio communis, ſcientiam
deſtruunt omninò. Accedit etiam alia authoritas 1. phyſ: com: 25. Genus, inquit, & dif-
ferentia debent eſſe entia in rei veritate, quia partes rei, quæ ſunt ſecundùm diffinitio-
nem, præcedunt rem in eſſe. Ex quo patet, quòd ſi datur natura ſpecifica realis; detur,
neceſſe

Vniuerſalia an habeant eſſe extra ani.

neceſſe eſt vnitas realis generi correſpondens. Ex his ergo, atq; ſimilibus patet, quomodo non eſt abſurdum aſſerere dari, ſiue inueniri vniuerſale extra animam, præter omnem operationem intellectus. Præterea, vniuerſale, ſecundùm illius deſcriptionem, eſt
aptum natum dici de pluribus. ſed res etiam eſt huiuſmodi: igitur vniuerſale eſt aliquid 8.
reale exiſtens, non in mente tantùm conſiſtens. Sanè, ſi prædicatur de re: eſt ergo in re extra animam exiſtente, quippe cùm ſit ipſum quod quid abſolutè; diffinitio enim ad
vniuerſale ſpectat: vniuerſale ergo eſt ens reale extra animam. Iterum, ignis generans 9.
ignem, non intendit ignem ſingularem; ſingularia enim ſunt præter artis naturæq́ intentionem. Ad vniuerſalem ergo ignem reſpicit, atq; ita dari ignem vniuerſalem realem, neceſſe eſt omninò: vniuerſale ergo eſt ens reale extra animam.

CAP. VI.

Soluuntur Argumenta.

IN hac magnorum controuerſia Theologorum, ac phil. principum, non puto
nobis eſſe multùm laborandum, cùm breui illius difficultas, atq; obſcuri- Conciliatio.
tas auferri poſſit. Reuera, ſi vniuerſale pro ſecunda intentione accipiatur; ſic abſq; dubio, eſt tantùmmodo opus intellectus, & hoc innuere volebant primæ rationes. Atſi pro re intelligatur, in qua eſt illa aptitudo, vt ſit in multis; illa profectò eſt realis, ſine operatione intellectus, & hoc aſtruere conantur, hæc quæ modò recitauimus argumenta. Verùm illa aptitudo rei exiſtens realiter, non manet extra rem realiter, quaſi quoddam ens reale, & abſolutum per ſe exiſtens; ſed ſolùmmodo per operationem extrahitur, congrègatur, atq; diſtribuitur intellectus negotiantis. hæc profectò ſi ita candidè intelligantur, omnis prorſus ceſſat altercationis controuerſia: vnde vtramq; partem rectè; diuerſimodè tamen ſenſiſſe profiteor. Cæterùm, qui ita non intellexerunt, aut intelligunt, præpoſitas rationes, ſic eas ſoluere nituntur: &
primam quidem hoc modo, nempè antecedens non eſſe verum dicunt, nec eiuſdem pro- 1.
bationis conſequentiam: quia, inquiunt, natura ipſa, circumſcripto actu intellectus, abſtrahit ab illa aptitudine, quæ poteſt eſſe in multis. Porrò, ſi ita res ſe haberet, vt iſti dicunt; tunc illa aptitudo eſſet accidens, vtpote ab intellectu producta. atqui accidens non producit ſubſtantiam: quomodo ergo ineſſet ſpeciei aptitudo eſſendi in multis naturalis? vnde licet hæc non ſeparetur à ſingularibus; ineſt tamen illis realiter, & non per operationem intellectus tantùm. Natura ſiquidem humana, eſt alia à natura ſingulari, ſecundùm illam aptitudinem; non tamen alia à natura ſingulari, quia non alia à ſeipſa. Ad 2.
Extra animam, nec color, nec hic color eſt ratio obiectiua; bene tamen color eſt in re 2.
aliquid, quod à nobis intelligi poteſt vt ratio formalis obiectiua viſus, idq́ue per conceptum coloris formalem nobis occurrentem hoc autem accidere dicunt ex parte intellectus concipientis. Sed tunc dubium eſt, ſi ille conceptus eſt coloris particularis, vel communis, & ſpecifici; ſi enim, vt quidam volunt, ſingulare non cadit ſub ſpeculationem intellectus: igitur ratio obiectiua formalis, conſtat ex communi illa aptitudine, quæ ineſt realiter ipſis ſingularibus: & ſic remanet adhuc lis ſub iudice. Ad confirmationem dicunt, vniuerſale in actu, & rem, & aptitudinem ſignificare, rem verò obiectum, aptitudinem verò eſſe modum obiecti, ſine quo res nequaquam obiecta eſſe dicitur. Itaq; res, non autem modus rei, actum præcedit intellectus. ſed hoc quoq; eſt difficile intellectu. Etenim ſi res non poteſt eſſe obiecta, ſine modo ſiue aptitudine eiuſdem: igitur, ſi vnum præcedit obiectum, & alterum ſimiliter. Ad aliam confirmationem, eadem facilitate reſpondere tentant, quòd videlicet res obiecta ſcientiæ realis ſit extra animam, non
modus eiuſdem: vniuerſale autem in actu vtrumq; ſignificat. Quam ob cauſam non ſe- Quomodo vniuerſale eſt
quitur, vt vniuerſale ſit extra animam, quia res eſt extra animam. Sed hoc quoq; mihi extra animā.

 perſua-

Vniuerſa. an habeāt eſſe extra animam.

perſuadere non valeo; ſi enim vniuerſale eſt illa aptitudo, quæ rei realiter ineſt: igitur ſi res eſt extra animam; & aptitudo ſimiliter, atque ita vniuerſale eſt extra animam, eo quidem modo, ſicut dictum eſt. Nec puto, eos, qui dixerunt vniuerſale extra animam inueniri, aliquod vniuerſale ab omnibus prorſus ſingularibus ſeparatum finxiſſe, alioqui abſurdiſſima eſſet illorum ſententia, ſed aptitudinem illam rei inſidentem, vniuerſale quidem fundamentaliter, non autem formaliter appellârunt; nam propriè vniuer-

3. *ſale eſt opus intellectus. Ad 3. Dicunt relationem menſuræ non eſſe fundatam in aliquo vniuerſali, aut ſingulari, ſed in natura vna formaliter, quæ in ſingulari reperitur. ſed quæ nam ſit hæc natura, non explicant: fortaſſis eſt illa aptitudo, quæ ab aliis vniuerſale vocatur; nam ſi à ſingularibus non eſt ſecreta, & relationis menſuræ eſt fundamentum: eſt*

4. *ergo illa natura formaliter, aptitudo ſpecifica, atq; communis. Ad 4. Indiuidua, citra operationem intellectus, in aliqua communi natura comparari non poſſunt, proinde in rerum natura, non eſt aliqua diſtinctio: confirmatio quoq; faciliter ab illis ſoluitur: dicunt enim Mercurium & Platonem, vna ſimilitudine non comparari, ſeu aſſimilari, ſed pluribus. Sed hoc mihi videtur deſtruere vnitatem ſpecificam, ac philoſophiæ fundamentum, quæ apertè docet omnes homines, participatione ſpeciei eſſe vnum hominem: illa autem ſpecies non eſt pùra intellectus intentio, alioqui non eſſet ſubſtantia, quod eſt contra Porphyrium, & philoſophum. Præterea, ſi non eſt vna natura ſpecifica, in qua conueniant indiuidua humana; non maior erit inter Platonem & Mercurium, quàm in-*

5. *ter Platonem & piſcem naturæ conuenientia, quod omnibus modis eſt abſurdum. Ad 5 Eodem modo ſoluunt, vniuerſale videlicet pro re accipi extra animam: ſed dixi iam, rem illam non intelligi ſine illius aptitudine, quam ipſi vocant rei conditionem, atq; modum; nam res ex ſui natura eſt particularis, aptitudo verò vniuerſalis, ſicut dictum eſt. Ad confirmationem ſimiliter reſpondent, videlicet res ipſas extrema contrarietatis eſſe: non res particulares, neq; vniuerſales, alioqui hæc albedo, & hæc nigredo non eſſent cōtrariæ. Sed hæc reſponſio eandem patitur difficultatem, quam paulò antè moui, quum non explicentur illæ res, quæ, & quales ſint: ego autem illas voco aptitudinem illam ſpecificam. Ad aliam confirmationem aiunt, vniuerſale quod pro re accipitur, prædicari quidem; non tamen fieri ab intellectu, ſed vniuerſale tantùmmodo, quæ eſt aptitudo; quippe cùm prædicatio rebus non debeatur, niſi aliquam habuerint intentionalem conditionem. Verùm, res, quæ eſt extra animam, quomodo eſt vniuerſale, quum ex ſui natura ſit ens ſingulare? Item, aptitudo, ſi omninò fiat ab intellectu, ita vt non inſit rei extra animam exiſtenti; erit vtiq; pura intentio, vnde vniuerſale dici non poteſt: non enim eſt ſubſtantia: vniuerſale autem ſubſtantia eſt, alioqui genus & ſpecies, ſecundæ ſubſtantiæ nequaquam dicerentur. ex quo apparet, vniuerſale non eſſe puram mentis fabricam, ſed fundamentum habere extra animam, quæ planè eſt ipſa rei aptitudo, ſicut dictum. Ad*

6. *6. ſub ſingularis nomine duo intelligi poſſe arbitrantur, nempe ipſam rem & ſingularitatem. ſi autem ipſa ſingularitas intelligitur, negant conſequentiam: ſi verò res, tunc admittunt quidem conſequentiam, ſed antecedens negant; aiunt enim in ſingulari, multas vnitates exiſtere, & non vnam tantùm numeralem. Certè ſi plures ſint vnitates in ſingulari; illæ profectò ſub numero comprehenduntur: quare ſi nulla eſt vnitas ſpecifica; ſola profectò manebit vnitas numeralis: & ſequentur, quæ recitauimus abſurda. Ad confirmationem aiunt, differentiam numeralem permittere quidem vnitatem ſpecificam: nam quamuis nonnulla numero ſint diſcreta; ſub eadem tamen ſpecie continentur, quam tantùm participant per operationem intellectus. ſed eadem manet difficultas, nempè ſpeciem non eſſe ſubſtantiam, pura ſanè intellectus intentio, ſubſtantia nequaquam eſt dicenda. Ad 7. dicunt differentiam numeralem, & ſpecificam non eſſe*

7. *oppoſitas: propterea quæ numero differunt, ſpecie conuenire, & hoc quidem illiſmet rebus, quibus inter ſe numero diſſentiunt. ſed hoc quoq; eſt obſcurum ad intelligendum:*

etenim

etenim ſi Mercurius & Plato, quatenus ſunt homines à ſemetipſis non diſcrepant, in aliquo vno conueniant, neceſſe eſt. hoc autem eſſe non poteſt numeralis vnitas, multæ quippe ſunt illæ: Igitur neceſſe eſt, vt ſit vna ſpecifica natura, in qua Plato, & Mercurius conueniant. Ad confirmationem aiunt, naturam intendere ſingulâre non quidem diſcretè, ſed confusè tantùm: igitur ſpeciem diſcretè, atq; diſtinctè intendit: primum enim ſtudium naturæ eſt circa ſpeciem conſeruandam; hoc enim modo perpetuitatis æmula, voti compos redditur. Ad Auerro: rationes vnica ratione reſpondent, quòd ſcilicet ipſe Auer. ratiões.
pro natura paſſim intelligat formam. vnde 7. met. com. 44. ait, indiuiduo non ineſſe ſubſtantiam, niſi materiam & formam, ex quibus conſtat. Et ad authoritatem primi phyſicorum, dicunt, genus & differentiam explicare formam, quia nimirum ab eadem forma ſumuntur, ideoq; eſſe partes rei, atq; ipſam, eo modo, quo forma præcedit compoſitum, rem in eſſe præcedere. Cæterùm, ſi genus & ſpecies ſumuntur à forma; illa profectò non eſt particularis, ſed aptitudo illa, de qua ſæpius locutus ſum: & tunc ſequitur idem, quod paulò antè ſtatuere conati ſumus. Itaq; vniuerſale non eſt pura intellectus fabrica, neq; ens reale omninò per ſe exiſtens. ſed ex vtroq; mixtum: ab vno quidem fundamentaliter, ab alio verò formaliter dependens. Cæterùm, cui hæc non placent, abundet quantùmlibet voluerit in ſenſu ſuo: ego autem his acquieſco. Ex his ergo patet, quomodo genus, differentiam quidem potentia, ſpeciem verò actu contineat: nam cùm illa Quomodo differentia ſit in genere.
aptitudo ſpeciei ſit proximior, cuius conſeruandæ ſtudium gerit; idcirco actu differentiam ſpecificam continere dicitur: genus verò magis remotè, ac in quodam confuſo: vnde & prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid, in illa vtiq; ſua ampliſſima poteſtate, de qua ſequens erit ſermo.

QVAESTIONIS DECIMAEQVINTAE. CAP. I.

Genus ſecundùm totam eius eſſentiam eſt in qualibet ſpecie.

EXcuſſa iam illa controuerſia de vniuerſalis ſubſiſtentia, ad locum, vnde fluxit redeat oratio, nempè ad generis poteſtatem inueſtigandam. Dixi enim genus ſuæ potentiæ plenitudine, differentiam complecti; libet modo quærere, & quidem non temerè, ſi genus ſecundùm totam eius eſſentiam ſit in qualibet ſpecie: etenim ſi poteſtate, differentias complectitur; iuſtum eſt percontari, an eadem eſſentiæ æqualitate ſit in qualibet ſpecie. Verùm antequàm hæc in medium afferantur; operæpretium fuerit ſcire, quàm multiplex ſit huius Quot modis dicitur genus
nominis ſignificatio, tum ſecundùm philoſophum 5. met. tum etiam ſecundùm Porphyrium in prædicabili de genere: Genus imprimis eſt continua aliquorum generatio, vnam 1.
ſpeciem habentium: ſiue eſt multorum coordinatio ad vnum principium: Eſt, inquit Porphyrius, aliquorum hominum aggregatio, qui quidem ad vnum aliquid, & inter ſe habent reſpectum. Sic Romanorum collectio dicitur genus ab vnius habitudine, nempè Romuli: multitudo ergo Romanorum, connexam habet habitudinem adinuicem, qua ab aliis diſtinguitur hominum generibus; & ad vnum aliquid, quatenus ſcilicet originem habet ab illo. Dicitur etiam genus, quod eſt vniuſcuiuſq; generationis principium, vel ab 2.
eo, qui genuit, vel ab eo loco, in quo quis genitus eſt; ſic enim Oreſtem quidem dicimus à Tantalo genus habere: Platonem verò Athenienſem genere eſſe: Pyndarum verò Thebanum. Cæterùm, principium generationis propriè eſt initium originis, nempè vis aliqua in patre, ſiue in patria manens; hoc enim indicant ipſamet Porphyrij verba: Vel ab eo, inquit, qui genuit, vel ab eo loco, non ille qui genuit, nec ille locus, q. d. principium generationis voco, vim aliquam occultam in patre, ſiue in patria manentem: de vi autem in

patre

De gene-re.
Pater.
Locus.
Principium generationis.

patre latitante, ſunt nobis preſtò exempla, quæ in eius liberis continuè perſpicimus, vtpote morum, ſimilitudinis, naturæq́ conformitatem. De vi quoq́, quam locus obtinet in his, quæ ibidem generantur, non modò homines nobis fidem faciunt; verùmetiam cætera animantia, arbores, lapides, & id genus plurima, quæ loci naturam præſeferunt: videmus enim quædam animalia in vno loco generari, in alio verò minimè. Reuera, locus & vim habet generandi, & conſeruandi, cuius præcipua pars eſt benigna cœlorum clementia, atq́ influxus. Cæterùm, iſtæ duæ generis ſignificationes, quandam habent cum genere logico cognationem: nam quemadmodum genus primo modo multorum collectionem

Genus logicũ

ſignificat; ita etiam genus logicum, multarum dicit collectionem ſpecierum: deinde ſicut genus ſecundo modo, eſt generationis principium; ſic genus logicum eſt intrinſecum ſuarum ſpecierum principium. genus autem logicum ſic diffinitur: quod ſcilicet prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid. Cæterùm, genus ſumi poteſt pro ſecunda intentione, quæ hîc propriè diffinitur, non ipſa quidditas ſub illa ſecunda inten-

Intentio diffinitur.

tione, vt quidam volunt; quidditas enim ſic concepta, non dicit vnum conceptum per ſe, ſed potiùs per accidens, vtpote ex re, & intentione aggregatum. atqui, vt dicitur 7. met: diffinitio dicit vnum per ſe: ergo &c. Adde, quòd logicus per ſe, ſecundas ſpeculatur intentiones, primas verò non ex profeſſo; ſed quatenus ſunt ſecundarum fundamenta. Intentiones igitur logicæ, quæ ſignificant conceptus in anima per ſe vnos, diffiniuntur. Accedit ad hoc, quòd complexorum non ſit diffinitio. 7. met. com. 18. quod igitur diffinitur, vnum ſit in natura, neceſſe eſt. Itaq́, quocunq́ modo dicatur, nempè, quòd res ſub in-

Quomodo genus ſignificat ſubſtantiam.

tentione, ſiue ipſa intentio diffiniatur in concreto; ad hoc tandem deueniendum eſt, vt dicamus, ipſam intentionem diffiniri, in eo quod quid; genus enim ſignificat eſſentiam per modum ſubſtantiæ: ſubſtantiæ autem proprium eſt, aliis ſubſtare. Cùm ergo materia ſubſtet formæ, vtpote formarum receptaculum, atq́ fundamentum, genus verò vicem materiæ ſubeat; hac de cauſa, ſic illud prædicare dicimus: genera namq́ atq́ ſpecies per modum per ſe ſtantis ſignificant; ideo in quid prædicari dicuntur, & re, & mo-

Qualis intentio.

do ſimul: differentia autem, re tantùm. Itaq́ intentio, quatenus eſt apta nata fundari in quidditate ſic prædicabili, ſic diffinitur: nam intentio ſola de pluribus differentibus numero prædicatur: fundamentum ergo intentionis prædicatur, cuius termini ſunt ipſæ ſpecies, de quibus prædicatur genus: ergo eſt relatio prædicabilis, quod prædicatur de

4. *pluribus differentibus ſpecie. Adhuc & quarto modo apud Porphyrium genus nominatur, cui ſupponitur ſpecies. Ad horum fortaſſe ſimilitudinem dictum eſt: etenim*

5. *principium quoddam eſt huiuſmodi genus earum, quæ ſub ipſo ſunt, ſpecierum. Videtur etiam multitudinem continere omnium, quæ ſub eo ſunt ſpecierum. genus præterea nominatur aliquarum paßionum ſubiectum, ſicuti ſuperficies, figurarum ſuperficialium genus dicitur, & corpus figurarum corporearum genus. hoc autem modo vocatur genus ſubiectum, quod alij vocant genus philoſophicum, nempè generationis corruptionisq́ materiam. Ex quo patet illa eſſe eiuſdem generis philoſophici, quæ eandem participant materiam tranſmutabilem; propterea corruptibile, & incorruptibile plus quàm genere differre, nonus meta. liber proteſtatur. Illa autem ſunt eiuſdem generis logici, quæ in communi prædicabili conueniunt, quod de pluribus differentibus ſpecie prædicatur. His ita elucidatis, dico genus prædicabile, quatenus eſt contractum ad ali-*

Quomodo genus adeſt ſpeciebus.

quam ſpeciem per differentiam ſpecificam, ſecundùm totam ipſius eſſentiam, virtutemq́ illi ineſſe, atq́ in illa ſaluari. Animal ſiquidem contractum ad hominem, non poteſt eſſe alicuius operationis principium, quæ ab homine fieri non poßit, niſi per accidens aliquid impedierit. Itaq́ totum vniuerſale, cuilibet parti, ſecundùm totam virtutem, atq́ eſſentiam adeſt: non ſic autem totum potentiale, atq́ integrale; alterum enim nec ſecundùm totam eſſentiam, neq́ etiam ſecundùm totam virtutem adeſt: alterum verò, vna illarum, eſſentia ſcilicet, non autem virtute.

CAP. II.

CAP. II.

Argumenta contraria.

*Contra prædicta ſic arguere poſſumus: Id diffinitur, cui conuenit diffini-
tio. ſed rei ſubſtratæ, non autem intentioni conuenit diffinitio; id enim, quod 1.
prædicatur de ſpeciebus in quid, non eſt intentio generis: Etenim abſur-
dum eſt dicere: homo eſt genus, ſed bene homo eſt animal. Neq; conuenit
aggregato ex re, & intentione, quippe cùm huiuſmodi aggregato prædi-
catio in quid cõuenire nequeat: altera namq; pars illius, ad alicuius ſpeciei attinet quid-
ditatem. Animal ergo, quod generis intentioni ſubiicitur, prædicatur de homine & leo-
ne: non autem animal genus, neq; genus. Adde, quòd omne prædicabile dicit formam
totius. ſed genus materiæ partem ſumit, differentia verò formæ: non conuenit ergo illi
forma totius, & ex conſequenti prædicabile dici non poteſt. Non ergo genus de ſpecie
prædicatur. Item, omne quod prædicatur, totum illius eſſe de quo prædicatur, enuntiat. 2.
at genus non dicit totum eſſe ſpeciei, nempè eſſe, quod à differentia recipit: igitur genus
non prædicatur de ſpecie. Accedit ad hoc, quòd ſi genus prædicetur; non tamen de plu-
ribus ſpeciebus, quod ſic patet: Quæ conueniunt in aliquo indiuiſibili, ſunt idem eſſentiali
ter. ſed genus eſt indiuiſibile ſecundùm eſſentiam: quæ ergo ſub illo conueniunt, ſunt
idem eſſentialiter. Amplius, genus etiamſi pro re ſubiecta intentioni ſumatur; adhuc 3.
tamen non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie: pars ſiquidem non prædicatur
de toto: genùs autem cùm ſe habeat vt materia, differentia verò vt forma 8. met: Eſt
ergo pars eſſentialis ſpeciei: non ergo prædicatur de ſpecie. Adde, quòd genus eſt quod-
dam vniuocum, quia ſcilicet eſt prædicabile: non ergo eſt analogum, nec dicitur ſecun-
dùm prius & poſterius. Sanè, vnius rei vna eſt diffinitio, 6. Topicorum: non ergo tot mo-
dis genus eſt diffiniendum. Diffinitio præterea per priora atq; notiora datur, 6. Topic.
ſed huiuſmodi diffinitio non eſt talis; prædicari enim cuiuſlibet eſt vniuerſalis propri-
um. Inſuper, ſpecies non eſt prior, neq; notior genere; correlatiua enim ſunt ſimul vera,
ſimulq́; nota: ergo &c. Præterea, genus in vna tantummodò ſpecie ſaluari poteſt: non ergo 4.
prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Sanè, in quocunq; ſaluatur diffinitio ali-
cuius; & ipſum quoq; diffinitum ſaluari poteſt. ſed diffinitio animalis in ſolo homine ſal-
uari poteſt, cæteris eiuſdem ſpeciebus deſtructis: igitur animal in ſolo homine ſaluari
poteſt. Reuera, ſi fuerit aliquod vniuerſale, vt dicitur primo poſter. ſub quo vna tan-
tùm ſpecies continetur, demonſtreturq́; paſſio de illa ſpecie, poterit vtiq; in illa ſaluari.
Ergo &c. Adde, quòd genus prædicatur denominatiuè: ergo non prædicatur in quid.
Quantitas enim de linea, ſuperficie, & corpore denominatiuè prædicatur: nam dicimus
lineam eſſe quantam, ſuperficiem, atq; corpus. Ex his ergo atq; ſimilibus patet, generis
diffinitionem non eſſe legitimam, ac rectè diſpoſitam. Contra alia ſic arguo: ſi genus ſe- 5.
cundùm ſuam eſſentiam eſſet in qualibet ſpecie; tunc planè duæ differentiæ oppoſitæ
formaliter in eodem actu inuenirentur: differentiæ enim diuiſiuæ generis virtutem, po-
teſtatemq́; conſequuntur: propterea diffinitio eſſe rei indicat: diuiſio verò, poſſe. Quare,
ſi genus ſecundùm totam eius eſſentiam eſſet in qualibet ſpecie; duæ quoque differentiæ
generis eſſent in qualibet ſpecie, quod eſt impoſſibile. Accedit ad hoc, quòd tunc genus
in vna eademq́; ſpecie ſaluari poſſet; eidem namq; ſpeciei, differentiæ formaliter oppoſi-
tæ ineſſent. ſed hoc aduerſatur philoſ. 5. phyſicorum, vbi loquens de differentiarum ſub
eodem genere, oppoſitione, ait, quòd ſi vnum oppoſitorum inuenitur in rerum natura; ne-
ceſſe, & alterum inueniri. Quare, vtramq; differentiarum in rerum natura, neceſſe eſt
inueniri: genus ergo in vna ſpecie ſaluari non poterit, & ex conſequenti non eſt ſecun-
dùm eſſentiam in qualibet ſpecie. Patet ergo quo nam pacto genus non ſit eſſentialiter*

re. *omninò in qualibet ſpecie. Porrò, ad hæc atq; ſimilia ſic reſpondere poterimus: & primi quidem negatur maior, quippe cùm illud, quod prædicatur, non diffiniatur, ſed intentio potiùs, quæ in id fundatur, quod prædicatur, quæ quidem per ſuum nota ſit fundamentum. Neq; id quiſpiam abſurdum reputabit, nempè rationis relationes per ſua diffiniri fundamenta, cùm philoſ. 5. met: relationum realium ſpecies, ſiue modos, per ipſarum fundamenta diſtinguat. In cauſa autem eſt, modica ſpecificarum entitas differentiarum, quæ nos facilè fugit: Relationes autem rationis minoris ſunt, quàm relationes reales entitatis. Itaq; maior illius argumenti ſic eſt intelligenda: illud diffinitur, cui planè quidditatiuè conuenit diffinitio. ſed tunc minor eſt falſa, quippè cùm rei ſubſtratæ, generis diffinitio nequaquam conueniat quidditatiuè, ſed denominatiuè potiùs: ipſi verò intentioni, quidditatiuè. Ad confirmationem dico, genus habere rationem totius vniuerſalis reſpectu ſpecierum, atq; de ipſis prædicari, quando conſideratur in communi, ſub nulla ſpecie contractum: ſecus autem ſe habet, ſi ſub vna concluſum ſpecie conſideretur; tunc enim ſubit rationem materiæ, ſiue partis materialis: ſpecies verò totius.*

Soluuntur argumenta.

1\.

2\. *Ad 2. Quamuis genus non dicat totum eſſe ſpeciei diſtinctum; bene tamen eiuſdem indicat eſſe confuſum: ſpecies namq; à genere, confuſum, à differentia verò diſtinctum obtinet eſſe. Ad confirmationem patet ſolutio ex prædictis: ſpecies enim non actualiter, ſed potentialiter in genere continentur; hac de cauſa, non eſt neceſſe, vt quæ in genere conueniunt, eiuſdem ſint ſpeciei.*

3\. *Ad 3. Pars non prædicatur de toto per modum partis; nam falſum eſt dicere: homo eſt animalitas; bene tamen ratione ſuppoſiti, quod concernit, per modum totius prædicari poterit in concreto; ideoq; hæc eſt vera: homo eſt animal. Ad confirmationem dico, genus bifariam accipi, propriè ſcilicet, vtpote, quod in ſpeciei diffinitione ponitur, & prædicatur in eo quod quid, atq; ita eſt vniuocum prædicabile: alio verò modo communiter, ſicq; ſeſe extendit ad quodcunq; ipſius ſignificatum: vnde hoc modo non eſt vniuerſale, ſed analogum. Ad aliam confirmationem, verum eſt vnius rei, vno modo conſideratæ, vnam tantùm diffinitionem eſſe. At diuerſimodè intellectæ, plures habere poterit: propterea genus diuerſis eſt diffinitionibus diſtributum. Ad phil: authoritatem dico, illam eſſe intelligendam de vera diffinitione, non autem de hac deſcriptione, quæ tamen per notiora datur: ſpecies namq;, vt terminus ad quem, notior eſt genere, vt termino à quo. Patet ergo, quare genus tot contineat deſcriptiones.*

4\. *Ad 4. Prædicabile aptitudinem, non autem actum indicat prædicandi: proinde ſpecies in vno quidem indiuiduo, genus verò in vna ſpecie, ſaluari poteſt. genus præterea accipi poteſt pro communi ſua amplitudine, qua ſeſe extendit ad quodlibet ſui ſignificatum; & ſic abſq; dubio, in vna tantùm ſpecie ſaluari non poterit. Alio modo, pro genere prædicabili intelligitur; & hoc etiam bifariam, vel pro genere phyſico, & ita ſecundùm totam ſuam poteſtatem, in vna ſola ſpecie nequit conſiſtere, præſertim ſi corruptibilium genus extiterit: alio verò modo pro genere logico; & hoc iterum dupliciter, vel in ſua latitudine, vel vt contractum ad aliquam ſpeciem: primo quidem modo, minimè: ſecundo autem bene ſaluari poterit, ſicuti dictum eſt. Ad confirmationem dico, quantitatem non propriè denominatiuè de aliqua ſuarum prædicari ſpecierum, ſed communiter tantùm: propriè namq; prædicatur concretum accidentale, vt album de homine: communiter verò, quidquid huius ſimile. Itaq; cùm dicitur, linea eſt quanta, id eſt, habens quantitatem, tanquam accidens, falſa eſt oratio: vera autem, ſi dixeris: linea eſt habens partes integrales.*

Quomodo genus ſaluatur in vna ſpecie.

Denominatiuè.

5\. *Ad 5. quamuis duæ differentiæ formaliter oppoſitæ, generis in ſua communitate conſiderati, poteſtatem conſequantur, atq; ita in vtra illarum ſaluari non poſſit; non tamen generis ad aliquam ſpeciem contracti poteſtatem ſequuntur: duo ergo formaliter oppoſita in eodem eſſe, argumentum probare non poteſt. Ad confirmationem, ex prædictis patet ſolutio Sed dicet aliquis, cùm ſpecies conueniant in genere, nunquid genus dicat vnũ ex parte rei an tantùm ex parte intellectus? Sanè, genus vno modo ſecundùm*

Genus non dicit vnum ex parte rei.

 De genere.

ſe, & abſolutè conſiderari poteſt, ſicq; nec vnum, neq; plura dicit; ſed de eo tantùm re-
cta ac vera prædicatione, ea prædicantur, quæ ad illius eſſentialem, & quidditatiuum 1.
intellectum pertinent. Alio autem modo, ſecundùm eſſe, quod in ſingularibus habet, 2.
neq; ita vnum dicit ex parte rei, cùm propemodum tot ſint naturæ, quot indiuidua, ſi
realiter loquamur. Poſtremò, genus intelligi poteſt ſecundum eſſe, quod habet in intel- 3.
lectu, atq; ita genus dicit vnum prædicabile de multis. ex quo patet genus, citra omnem
intellectus operationem, non dicere vnum ex parte rei. Reuera, quidquid ſignificat vnum
ex parte rei, aut vnum indiuiduum, ſeu naturam, aut quidditatem communem pluribus
ſignificat: quorum aliquid generi non competit, propter ſuam ſcilicet potentialitatem:
ſpeciei verò congruit eſſentia, ſiue natura communis, quia videlicet eſt magis in actu; hac
de cauſa, hæc vnum ex parte rei, illud verò dicit minimè. Ex quo patet, genus eiuſdem
non eſſe cum ſpecie conceptus obiectiui: Eſt autem conceptus obiectiuus, ipſum obie- Obiectiuus.
ctum conceptibile, quod formali concipitur, & intelligitur conceptu: formalis verò eſt Formalis.
ſpecies intelligibilis, ſiue actus intelligendi, qui planè multiplex eſt, ſecundùm obiecto-
rum multiplicitatem: de hoc autem dubium non eſt, quin non ſit vnius ſpeciei, generiſq;
conceptus: de obiectiuo verò, nempè, an huic nomini animal, ſiue alterius generis, alius
præter obiectiuos ſpecierum, reſpondeat conceptus, nonnulla eſt inter ſapientes contro
uerſia. quam vt commodiùs intelligatur, in alio capitulo examinandam eſſe puto; ſic e-
nim omnia diſtinctiùs, faciliuſq; intelligi poſſunt.

CAP. III.

Generis, ac ſpeciei non eſſe vnum, eundemq; conceptum.

DE hac controuerſia, quidam ſic locuti ſunt, conceptum videlicet generis ob-
iectiuum vnum eſſe, ab aliarum conceptibus ſpecierum diſcretum, atq; ex Genus habet
natura rei diſtinctum. Reuera, intellectus, de generis conceptu non ambi- diſtinctum
git, dubitat verò de conceptibus ſpecierum: non eſt ergo vnus vtriuſq; con conceptum.
ceptus. Sanè, eadem in vno eodemq; conceptu conuenire, atq; differre, eſt 1.
omninò impoſſibile. ſed ſpecies conueniunt in conceptu generis, conceptibus autem dif- 2.
ferentiarum diſtinguuntur: conceptus ergo generis eſt per ſe diſcretus, atq; diſtinctus
à conceptibus ſpecierum. Adde, quòd genus prædicatur in quid, & vniuoce: vnum ergo 3.
dicit conceptum, ſecundùm cuius vnitatem de ſuis ſpeciebus vniuocè prædicatur. Ad-
de, quòd pars diſtat à toto, ſiue partiale à totali. ſed generis conceptus ſimul cum con- 4.
ceptu differentiæ, ſpeciei conſtituit conceptum: ab vtroq; ergo diſtinguitur. Profectò,
circumſcripto omni actu intellectus, adhuc tres conceptus apparent diſtincti, atq; di-
ſcreti: nam cùm concipitur genus, aut certè aliquid rei in ſpecie concipitur, aut nihil: ſi
nihil; fictitia profectò eſſet talis conceptio. Si verò aliquid rei in ſpecie, aut idem, aut
aliud: ſi verò idem; tunc abſq; dubio, idem eſſet conceptus generis & differentiæ, quod
antea reprobaui fol. 221. ſi verò aliud, habetur intentum, quod videlicet diſtinctio in re,
conceptuum diſtinctionem præcedat. Præterea, vna res conceptibilis, vnius conceptus 5.
adæquati formandi, aptitudinem habet: non poteſt ergo ſimul, diuerſos formare con-
ceptus. Accedit ad hoc, quòd differentia, omni rationis actu prior, eſt differentia ex
natura rei. ſed obiecta naturaliter præcedunt actus; & obiectorum vtiq; diſtinctio, a-
ctuum diſtinctionem præcedet. In re igitur, eſt aliqua actualis diſtinctio, quæ conceptuũ
diſtinctionem præcedit. Hæc atq; ſimilia adducta ſunt, & adduci poſſunt, quibus gene- 6.
ris conceptum diſtinctum eſſe oſtendunt. Profectò, ſi idem omninò eſt conceptus vtri-
uſq; tunc verum eſſet dicere, quot ſunt conceptus ſpecierum, tot eſſe & generis, quod eſt

 falſum.

falſum.ſin autem idem ſit vni tantummodò ſpeciei; tunc de vna tantùm prædicabitur.
Soluuntur rationes.
Adde,quòd tunc genus eſſet æquiuocum; eſſet enim multa, ſecundùm multas rationes
ſpecierum. At genus de ſuis ſpeciebus æquiuocè non prædicatur: genus ergo habet di-
1. ſtinctum conceptum ab aliis ſpecierum conceptibus. Porrò, his ita reſpondere quidam
conati ſunt, & ad primam quidem ſic: Intellectus, inquiunt, de conceptu generis obie-
ctiuo certus eſſe poteſt,de conceptibus verò ſpecierum obiectiuis,dubius; non ob id ta-
men à rebus,ſed à modo concipiendi diuerſitas proficiſcitur vtriuſq;.ſed quomodo,quæ-
ſo, conceptuum diuerſitas haberi poteſt, niſi ex obiectorum diuerſitate? obiectorum
2. autem diuerſitas,à rerum diuerſitate procedit.Ad 2. eadem facilitate reſpondent,nem-
pè alium eſſe conceptum generis, à conceptibus ſpecierum, non quidem ante conceptio-
nem,ſed in ipſa tantùm conceptione, ſiue dum illi concipiuntur. Sanè hæc reſponſio in
idem labitur,ſi firmum erit illud fundamentum,ſcilicet genera & ſpecies non eſſe puros
mentis conceptus, ſicut paulò antè dixi folio 231. alioqui, ſi illud fundamentum in rui-
3. nam iuerit; tota quoq; moles ædificij erit caſura. Ad 3. ſic reſpondent: Quia, inquiunt,
prædicatur in quid vniuocè, ideo alium habet conceptum obiectiuum; non quidem ante
conceptionem: volunt ergo iſti conceptus obiectiuos ex ſola pendere animi cogitatione,
quod quidem approbo, & idem ipſe ſentio;formaliter tamen, non autem fundamentali-
ter, ſicut ſuperius diffuſè,copioſeq́; diſſerendo oſtendi. Ex his patet,quid ſit ad illorum

Aliæ rationes quòd genus habeat diſtinctum conceptum.
rationes dicendum. Accedunt ad illam primam ſententiam,& aliæ rationes nequaquam
contemnendæ.Reuera,ſi genus propriè,& in quid prædicatur de ſpecie: ſecundum ergo
conceptum,à ſpeciei conceptu diſtinctum, prædicatur; alioqui eiuſdem de ſe eſſet præ-
dicatio,quod eſt abſurdum. Nomen præterea generis non eſſet vniuocum, niſi vnum ſi-
1. gnificaret conceptum. Item, quæ in aliquo vno conueniunt; in illo profectò ſunt magis
2. vnum, quàm in illo, in quo differunt, alioqui non eſſent differentia, ſed potius primò
3. diuerſa. Illud ergo,in quo ſunt idem,eſt magis vnum,quàm illa, in quibus differunt. ſed
ſpecies propriis differentiis diſtinguuntur, & genere conueniunt: genus ergo eſt magis
vnum,quàm differentiæ,quibus ſpecies inter ſe ſunt diſcretæ,atq; diſtinctæ,quod profe-
ctò fieri non poſſet,niſi generis,in quo conueniunt, aliquis vnus eſſet conceptus, alioqui
inter conceptus generis,& differentiarum nihil intereſſet, quod planè conſtat abſurdiſ-
ſimum eſſe. Tunc ſanè nulla eſſet ſpecierum connexio,& æquè homo à leone, ac à lapide

Quomodo cōceptus generis ſit vnus.
differret.Sed dicet aliquis: quonam modo conceptus generis eſt vnus, dico, genus poſſe
per ſe primò intelligi,vt adæquatum intellectus obiectum,atq; ita, conceptus generis eſt
vnus numero,ſicuti intellectio eſt vna numero: alio modo,genus non per ſe primò intel-
ligi poteſt,veluti in ſpeciebus exiſtens, ſicq́; in diuerſis diſtinguitur; tametſi in ſe ſit
vnus numero: bene ergo dictum à philo.10.met: genus hoc modo eſſe diuerſum in diuer-
ſis ſpeciebus. Patet ergo,quomodo conceptus generis ſit vnus, quomodo etiam ſe habeat
ad ſpecies: Etenim differentia eſt vltimus actus,quo ſpecies eſt in actu, ac ſuam obtinet

Actus vltimus.
poteſtatem:genus verò ad vltimum actum ſe habet, vt quoddam potentiale. Reuera, ſi-
cut ſe habet diffinitio ad diffinitum;ſic partes diffinitionis ad partes diffiniti 7.met.& 8.
met.dicit diffinitionem debere eſſe longam,ac quid,& quale exprimere. Porrò,in ſpecie,
quæ propriè diffinitur,duæ tantùm ſunt partes eſſentiales,nempè actus vltimus, id eſt,

Potentialis.
differentia ſpecifica,& actus potentialis,genus ſcilicet. A differentia igitur vltima,ſpe
cies & rei,& diffinitionis vnitatem ſortitur, quippe cùm ſit cauſa vnitatis completiua:
genus verò ſe habet vt quoddam potentiale ad huiuſmodi actum. Iſti autem conceptus
generis,& differentiæ non fiunt ſola intellectus operatione, quippe cùm vnicæ rei, vnius
actus producendi conueniat aptitudo, aliter non eſſet cognoſcibilis; ſecundum enim il-

Varietas obiectorum.
lum actum,immutat intellectum ad ſui cognitionem,atq; notitiam: varietas ergo in con-
ceptibus,ex varietate pendet obiectorum:obiecta autem præcedunt actus,& diſtinctio
obiectorum,diſtinctionem actuum. Itaq́; diuerſitas intentionis, quæ eſt in conceptibus,

De differentia.

Diſtincti conceptus.

diuerſitatem in obiectis indicat priorem eſſe, eamq́; realem, vel ſaltem ex natura rei. Ne ergo generis, atq; differentiæ conceptus ſint omnibus modis fictitij, & pura intellectus machinamenta, liberè fateri poſſumus, aliquam in rebus naturam illis correſpondere, etiam ſine omni prorſus mentis fabrica, atq; ſtructura. Sunt præterea inter ſe diſtincti, vt ſæpè dixi: ſunt enim eſſentialiter intra conceptum generis & differentiæ. Quare, aut vtraq; ratio eſt eſſentialis intra conceptum ſpeciei, aut non. ſi non: diffinitio ergo aliquid includit, quod non ſpectat ad ſpeciem eſſentialiter, quod eſt falſum. ſi verò ſic; conceptus ergo generis, & differentiæ ſunt inter ſe diſtincti. Adde, quòd tũc eſſet nugatio, vt dixi: nec excuſatur, ex diuerſo modo intelligendi. Sanè, diffinitio eſt eadem adæquatè diffinito. ſed conceptus iteratus non eſt ita: alter ergo conceptuum ſuperabundaret. Patet ergo quomodo conceptus generis ſit vnus, diſtinctus à conceptibus ſpecierum, atq; differentiarum, deniq; quomodo ex parte rerum, aliquam habeat correſpondentiam: alia patent ex ſuperioribus.

CAP. IIII.

Si differentia diuiſiua generis inferioris, includat formaliter differentiam ſuperioris.

Generaliſſimum.

Specialiſſimũ

Arbor Porphyrij.

Subſtantia.

Corpus.

Corpus animatum.

Animal.

Homo.

Plato.

QVoniam hactenus oſtenſum eſt, quomodo genus conceptum habeat diſtinctum, à ſpeciei, atq; differentiæ conceptu, ſubit in animum, ſi de differentiis inter ſe diuerſorum generum, idem ſit ſentiendum. Vt autem hoc facilius ſit intellectu; non ignorare debemus, in vnoquoq; prædicamento (teſte Porphyrio in prædicamento, ſiue prædicabili de ſpecie) inueniri quædam generaliſſima, & rurſus alia ſpecialiſſima: & inter generaliſſima, & ſpecialiſſima, alia media. Eſt autem generaliſſimum quidem, ſupra quod non eſt aliud ſuperueniens genus: ſpecialiſſimum autem, poſt quod non eſt alia inferior ſpecies. Inter generaliſſimum autem, & ſpecialiſſimum, genera & ſpecies ſunt eadem, ſecundùm diuerſum reſpectum prædicandi. Porrò, quæ à Porphyrio dicta ſunt, collectiuè ſunt intelligenda, vt ſit ſenſus: in omnibus prædicamentis, quædam ſunt, quæ generaliſſima vocantur, non quòd in ſingulis prædicamentis plura ſint generaliſſima; ſed quòd in ſingulis, ſingula ſint generaliſſima. Et quòd hæc extiterit Porphyrij ſententia, contextus verborum eiuſdem manifeſtat: Sit, inquit, manifeſtum in vnoquoq; prædicamento, quod dicitur: ſubſtantia eſt quidem & ipſa genus: ſub ſubſtantia autem eſt corpus: ſub corpore animatum corpus, ſub quo, animal: ſub animali verò, rationale animal, ſub quo, homo: ſub homine verò Socrates & Plato. horum autem ſubſtantia generaliſſimum, eò quòd genus ſit ſolùm: homo autem ſpecialiſſimum, eò quòd ſolùm ſpecies ſit. corpus verò ſpecies eſt ſubſtantiæ, genus autem corporis animati: & animatum corpus, ſpecies quidem eſt corporis, genus verò animalis. animal autem ſpecies quidem eſt corporis animati, genus verò animalis rationalis. ſed rationale animal, ſpecies quidem eſt animalis, genus autem hominis. homo verò ſpecies eſt rationalis animalis, non autem genus particularium hominum; ſed ſolùm ſpecies: & omne, quod ante indiuidua proximum eſt, ſpecies erit ſolùm & non genus. Deſcendentibus autem ad ſpecialiſſima, opus eſt per media deſcendere, ac ſpecificis differentiis diuidere, atque ita per multitudinem ire: aſcendentibus autem ad generaliſſima, colligere multitudinem; in vnum enim collectiuum multorum, in vnam naturam, ſpecies eſt, & magis id, quod eſt genus. Cæterùm, hoc intellige de extenſiua collectione, non autem intenſiua: nam ſic ſpecies eſt magis collectiua; dicit enim naturam omninò indiuiſibilem formaliter: vnde & atoma vocatur: genus verò naturam formaliter diuiſibilem ſignificat.

*Accedunt ad hæc differentiæ laterales, quæ ſunt ſuperioris diuiſiuæ, inferioris verò con
ſtitutiuæ. vt ſubſtantiæ, diuiſiua differentiæ, corporea, & incorporea: omnis enim ſub-
ſtantia, aut corporea eſt, aut incorporea. corporis verò, animatum, & inanimatum:
corporis autem animati, ſenſibile, & inſenſibile: animalis verò, rationale, & irrationa-
le: animalis autem rationalis, mortale, & immortale: homo demum, quæ eſt ſpecies*

Quòd differẽtia inferior includit ſuperiorem.

*ſpecialiſsima. His ita delucidatis, dubium modò eſt, an differentia ſpeciei, vtpotè ratio-
nale, formaliter includat, ſuperiorum differentias generum, nempè corporeum, ſenſiti-
uum, & id genus alia. Et quidem in principio, multæ in mentem rationes veniunt, quæ*
1. *nobis ſatis efficaciter perſuadent, ſenſitiuum formaliter in rationali non includi. Etenim
ſi vltima differentia, omnes præcedentes ſuperiorum generum includeret; hoc profectò
ei non competeret, ni totam rei ſubſtantiam diceret, quod planè conſtat eſſe falſum;
tunc enim genus ad rei diffinitæ ſubſtantiam non pertineret, quod certè philoſopho ad-
uerſatur 7. & 8. aſſerenti rei diffinitioni duo adeſſe neceſſariò, genus ſcilicet, & diffe-
rentiam: quorum alterum, formæ, vtpotè differentia; alterum verò, materiæ, nempè*
2. *genus, vice fungitur. Amplius, omnis diffinitio, aut datur per genus primum, & dif
ferentias intermedias, ad vltimam vſq; differentiam ſpecificam: vel per genus proxi-
mum, & ſpecificam, atq; vltimam differentiam tantùm. Si ergo differentia vltima for-
maliter ſuperiores includit, quouis iſtorum modorum res diffiniatur, ſemper continget
nugatio. Reuera, ſi omnes propemodum differentiæ intermediæ, in rei diffinitione po-
nerentur, atq; in vltima omnes clauderentur; idem abſq; dubio, bis repeteretur, quod
certè rectæ diffinitioni minimè congruit. Adde, quòd rectæ diffinitioni, rectus ac
legitimus ordo eſt atribuendus, qui planè in hoc maximè conſiſtit, vt vnum ſeſe habeat,
vt materia, & prius: aliud verò, vt forma & poſterius. Quòd ſi vltima differentia, cæte-*
3. *ras formaliter includeret; periret penitus ordo huiuſmodi, deſtrueretúrq;. Item, ſi res i-
ta ſe haberet; tunc differentiæ non eſſent primò diuerſæ: ſiquidem rationale, & irrati-
onale in differentia ſuperiori generica primò conuenirent, deniq; prædicatio vnius de al
tera, non eſset immediatè negatiua, quippe, quæ in generica conuenirent. Accedit ad
hoc proceſſus in infinitum; nam ſi rationale, & irrationale in ſenſitiuo conueniunt: aut
igitur ſeipſis, aut aliis differentiis differunt: non quidem ſeipſis; tunc enim eſſent pri-
mò diuerſa, & ita in nullo conuenirent. ſi verò aliis, ſtabitur tandem ad primò diuerſa,*
4. *aut ibitur in infinitum. Præterea, quod includit aliquas differentias actu, atq; forma-
liter; proculdubio, veræ ſpeciei rationem habet: ſi ergo vltima differentia, alias for-
maliter includeret; ſpecies eſſet, & non differentia: & ſic conſtitueretur, & non con-*

Soluuntur argumenta.

*ſtitueret. Hæc autem, atq; ſimilia dici, & adduci poſſunt ad huius poſitionis ſtatuen-
dam ſententiam. Poſſet tamen ſic ad argumenta reſponderi, & ad primum quidem aſ-*
1. *ſerendo, vltimam differentiam eſſe totam rei ſubſtantiam virtualiter; non tamen ſecun-
dùm omnem modum cognoſcendi. Sanè, philoſophus 7. met: dicit diffinitionem eſse
rationem, quæ eſt ex differentiis, & harum ex finali, ſubſtantia rei eſt, ſi diuiſio fiat
ſecundùm rectum. Itaq́; finalis differentia eſt tota ſubſtantia rei: ſubſtantia verò rei,
differentias priores complectitur omnes, & genera etiam. Vltima ergo differentia for-*

Obiectio.

*maliter complectitur præcedentes. Dicis, ſi ita res ſe haberet; tunc genus ſuperfluum
aliquod in diffinitione reputaretur. differentia præterea eſt pars: non ergo totam dicit
ſubſtantiam rei. Philoſophus quoq; ita eſt intelligendus, vltima differentia eſt tota ſub
ſtantia rei, completiuè ſcilicet, quia nimirum totam complet diffinitionem: non autem*

Solutio.

*quòd totam diffinitionem includat. Verùm ad hæc ſic reſpondere valemus, nempè ge-
nus ſignificare totam rei ſubſtantiam, confusè quidem, atq; per determinabilis, contra-
hibilisq́; modum; differentiam verò determinatè, atq; per modum contrahentis, atq; de-
terminantis. Quælibet præterea pars diffinitionis, totam ſignificat rei eſſentiam. Neque
dicendum eſt, vltimam differentiam ſignificare totam rei ſubſtantiam completiuè tan-*

tùm,

tùm, alioqui non prædicaretur de diffinito in recto in primo modo dicendi per ſe, quod
planè contra philoſophum militat primo poſt: pars enim, etiam eſſentialis non prædica-
tur de ſuo toto; nam iſta eſt falſa: homo eſt anima, aut homo eſt materia; tametſi ſint
hominis partes eſſentiales. Itaq; illud, quod per ſe prædicatur de aliquo in primo modo
dicendi per ſe; ſine dubio; in illo formaliter includitur ſed ſuperioris generis differentia
per ſe de differentia vltimi generis prædicatur, quemadmodum docet philoſophus 7.
met: diuidere differentias per differentias per ſe, & non per differentias per accidens:
ergo &c. Dicis, hoc eſſe intelligendum prædicatiuè non autem diuiſiuè, veluti fixio Obiectio
pedum diuidit hominis pedes per ſe; non tamen pedalitas, vt ita dicam, de fixione pe-
dis prædicatur. Verùm, ſi omne diuiſum eo modo in modis diuidentibus includitur, quo Solutio.
planè modo diuiditur: igitur, ſi differentia communis, ſiue ſuperior, in differentias vl- 1.
timas per ſe diuiditur; in illis vtiq; per ſe erit incluſa. Dubium ergo huiuſmodi ſic ſolui
poteſt, vt dicamus differentiam vltimam, materialiter acceptam, & quantum ad id,
quod eſt, non ſolùm ſpeciem; verùmetiam præcedentes concludere differentias: forma-
liter verò intellectam, & ſpeciem conſtituere, & genus contrahere, non autem diffe-
rentias ſuperiores includere; ſiquidem hoc modo genus per ſe de differentia non prædi-
catur, neq; differentia de alia differentia. Ad 2. tunc nugatio contingeret, quando i- 2.
dem, eodem modo bis repeteretur: quod autem in propoſito ſecus ſe habet; nam priùs
confuſè, atq; indeterminatè, ſecundo verò diſtinctè, atq; determinatè intelligitur. Quan
do igitur, magis commune minus commune includit, modò illud præcedat, aliud verò
ſequatur, nullum incurrimus nugationis vitium; non enim eſt nugatio, ſi quis dixerit,
animal hominem currere, nec etiam ſenſibile rationale, quandoquidem maius in mino-
ri, non autem minus in maiori includatur. Ad confirmationem dico, in diffinitione or-
dinem inueniri, qui certè eſt inter magis minusq; commune; ideoq; non eſſe impedimen-
to, quò minus differentia vltima, ſuperiores includat. Ad 3 differentiæ ſunt primò di- 3.
uerſæ, quia etſi in ſuperiori differentia conueniant; illa tamen per alias non diuiditur
differentias. Ad confirmationem negatur conſequentia: immediata enim illa dicenda,
quæ in ſyllogiſmo non eſt altera prior, ſicuti eſt iſta: nullum rationale eſt irrationale.
hac ſiquidem, nulla eſt ſyllogiſtica prior. Ad aliam confirmationem dico, ea quæ
conueniunt in ſuperiori differentia, ſeipſis differre; nec opus eſſe, vt quæcunq; in aliquo
conueniunt, ſi differentiæ fuerint, per alias differentias diſtingui, atq; diſcerni. ſiqui-
dem in proceſſu huiuſmodi, ad eas tandem deueniendum eſt, quæ ſeipſis diſtinguuntur,
veluti ſunt differentiæ, quibus genus generaliſſimum diuiditur. Ad 4. quod includit 4.
aliquam differentiam, ſicuti conſtituta res, conſtituentem includit; illa proculdubio, Quòd differẽ-
vera ſpecies vocari poteſt. at ſi differentiam incluſerit per modum contrahentis tan- tia materiali-
tùm, ſic veræ ſpeciei authoritate carebit. Patet ergo quomodo differentia vltima, ſupe- ter non inclu
riores includat, deniq; qualis ſit in diffinitione ordo: res enim diffinibilis ſi ſecundùm dat ſuperiores 1.
ipſius partes conſideretur, ordinem quidem habet; ſi verò ſecundùm ſignificationem
partium, ordine vacat: quælibet namq; pars diffinitionis, totam dicit eſſentiam rei; di-
uerſimodè tamen. Hoc modo ſit reſponſum ad primam quorundam ſententiam. Ad ali-
am verò dico: ſi differentia vltima, materialiter tantùm, non autem formaliter, ſupe-
riores includeret; multa profectò ſequerentur abſurda, inprimis quia differentia quan-
tùm ad id, quod eſt, ſiue, vt alij dicunt, materialiter intellecta, eſt potiùs ſpecies, quàm
differentia: ſpecies autem formaliter ſuperiores includit differentias. Si præterea ob 2.
rationem materialem: aliquid poſſet includi in alio formaliter; tunc ſanè in albo ſub-
ſtantia includeretur; album enim quòad ſuum materiale, eſt corpus, quod eſt formali-
ter ſubſtantia; & tamen nemo audebit dicere in albo ſubſtantiam includi. Adde, 3.
quòd tunc differentia ſuperior abſolutè eſſet extra omnem differentiam inferiorem;
formale enim illius, ab alterius formali eſſet diſcretum: à formali autem ſumitur po-
tiſſima,

tiſſima diſtinctionis ratio. Item, quod prædicatur de aliquo in abſtracto, in illo for-
4. maliter includitur; in abſtractis enim prædicatio vera non eſt, niſi formalis. ſed diffe-
rentia ſuperior prædicatur de inferiori in abſtracto 7. met: tex: com: 43. fixio eſt pe-
dalitas, vbi fixio, inferioris, pedalitas verò, ſuperioris ſubit rationem differentiæ: ſupe-
5. rior ergo differentia, eſt de formali conceptu inferioris. Reuera, ſi ad conceptum forma-
lem inferioris non ſpectaret; tunc inferior eſſet ſimpliciter ſimplex; cùm aliquo e-
nim non conueniret formaliter. ſed hoc eſt falſum; generaliſſimo namque ſimplicior eſſe
non poteſt: ergo quod prius. His accedit, quòd tunc vltima differentia, ad prima præ-
dicata ſpectaret, quod planè Auerroi aduerſatur 8. met: com: 8. vbi decem numerat
Reſolutio. prima prædicata. Sanè, ſi de differentia genus non prædicatur; nec etiam differentia
ſuperior: de ipſa ergo nihil prædicabitur, atque ita ad prima prædicata attineret: perſpi-
cuum ergo eſt, quomodo ſecunda ſententia eſt dubia, atque incerta. Stat ergo veritas rei,
vt dicamus, ſuperiorem differentiam non includi in inferiori formaliter, quatenus eſſe
idem formaliter à ratione formali proficiſcitur; formale enim illius, à formali inferio-
ris eſt diſcretum, atque diſtinctum: nam etſi ab eadem forma deſcendat; non tamen eun-
dem formæ gradum obtinet. quòd ſi formaliter includi, perinde ſit, ac eandem formam
poſſidere; tunc planè dicere poſſumus ſuperiorem in inferiori formaliter includi diffe-
rentia. Etenim ſuperior differentia, atque inferior dicunt eandem formam, vt ſenſitiuum
& rationale in homine: à forma autem deducitur formalitas: ſunt ergo ſic formaliter.
Itaque, quomodo vna differentia formaliter claudatur in altera, dixi, reliquum modò
nobis eſt, vt modum vtriusque prædicandi diſtinguamus; diximus namque ſuperiùs, genus
prædicari de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quid: iam de modo, quo prædica-
tur ipſa differentia, loquamur.

CAP. V.

Differentia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale.

EX multis, quæ inter genus & differentiam deſcribuntur, rebus, ante noſtræ
oculos mentis, lucidior euadit notitia vtriusque, hac de cauſa, poſt aliqua
quæ de generis naturæ, proprietate, conditioneque dicta ſunt, ad differen-
tiæ cognitionem aliquantò longiorem, exactioremque inueſtigandam acceſ-
Differentia ſi, vt ſic bono, ac candido lectori magis proficere poſſim Porrò, differētia,
quot modis teſte Porphy: multipliciter dicitur: quædam enim eſt communis differentia, qua alterū
dicitur. ab altero, & etiam à ſeipſo, quadam alteritate differre dicitur. Sic Socrates differt à
Communis. Platone, & ipſe à ſe ſene, vel iā puero, vel iam faciente aliquid. Quædam verò propria,
Propria. qua alterum differt ab altero inſeparabili accidente, vtpote naſi curuitate, oculorum
Magis propria. cœcitate, & ſimilibus. Magis autem propria vocatur ſpecifica differentia, qua homo
differt ab equo. & hac eſt quæ facit aliud, hoc eſt, dicit ſpecificam ſubſtantiam: aliæ
verò faciunt alteratum, id eſt, accidentaliter diſcrepare, atque differre. Itaque, differen-
Separabilis. tiarum aliæ quidem ſunt ſeparabiles, vt moueri, quieſcere, ſanum eſſe, & quæ ſunt gene-
Inſeparabilis. ris eiuſdem: aliæ verò inſeparabiles, vt aquilinum eſſe, ſimum, rationalem, & irratio-
nalem. Inſeparabilium quidem aliæ quidem ſunt per ſe, vt rationale, & irrationale: aliæ
per accidens, vt aquilinum eſſe & ſimilia. Quæ autem per ſe ſunt, in ratione ſubſtantiæ
accipiuntur, & faciunt aliud, nempè aliam ſubſtantiam ſpecificam: quæ verò ſecundùm
accidens, neque in ſubſtantiæ ratione accipiuntur, nec faciunt aliud, ſed alteratum. Et
illæ quidem quæ per ſe ſunt, non ſuſcipiunt magis & minus; genus enim non prædicatur
magis & minùs de eo, cuius eſt genus; ſimiliter & rationale, ſicuti antè diſputaui folio
90. Aliæ

De differentia.

Diuiſiuè.

Conſtitutiua.

90. Aliæ verò ſuſcipiunt magis & minus. Rurſus, quæ per ſe ſunt differentiarum, aliæ quidem ſunt, ſecundùm quas diuidimus genera in ſpecies: aliæ verò ſecundùm quas, quæ diuiſa ſunt, ſpecificantur, vt animati, & ſenſibilis differentia, conſtitutiua eſt animalis ſubſtantiæ; eſt enim animal ſubſtantia animata ſenſibilis: ea verò, quæ eſt mortalis & immortalis, & rationalis & irrationalis, diuiſiuæ ſunt animalis differentiæ; per eas enim genera in ſpecies diuidimus, ſicut dictum eſt. Sed & hæ quidem, quæ diuiſiuæ ſunt differentiæ generum, completiuæ ſunt ſpecierum. His ita diſtributis, vno modo differentia ſic diffinitur: Differentia eſt, qua abundat ſpecies à genere, ſuperiùs fol: 230. de hac diffinitione locutus ſum. Diffiniunt & iterum hoc modo: Differentia eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale; rationale enim prædicatur de homine in eo quod quale. quid eſt homo interrogatis nobis, conueniens eſt dicere, animal: quale autem inquiſiti, quoniam rationale & mortale conuenienter aſsignabimus. Etenim homo communis & ſpecialis, ex materia, id eſt, ex genere, & ex forma, hoc eſt, ex differentia conſiſtit. Cæterùm, hæc diffinitio conuenit differentiæ formaliter, atque abſolutè intellectæ: non quidem poſitiuè, ſed non repugnanter; differentia ſiquidem eſt vniuerſale, cui non repugnat prædicari de pluribus differentibus ſpecie. ſic quantitati non repugnat diuidi in infinitum, in quantum quantitas, quod tamen repugnat quantitatibus phyſicis; ita etiam differentia in quantum differentia, prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. hæc autem diffinitio vltimæ non competit differentiæ, quia ſic contrahit differentiæ rationem, vt ſibi repugnet huiuſmodi modus prædicandi: quod tamen non repugnat differentiæ rationi: proinde licebit aſſerere, differentia vltima, in quantum eſt differentia prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Alij aiunt, diffinitionem illam differentiis tantummodò ſubalternis congruere. ſed prior ſententia mihi magis probatur, in eo quod quale, vtique eſſentiale, quod eſt ipſi ſpecie intrinſecum, & ab eo nullo pacto ſeparabile. vnde Auicenna ſic diffiniuit: Differentia, inquit, eſt vniuerſale prædicatum eſſentialiter de pluribus differentibus ſpecie in eo quod quale. Quoniam ergo differentia eſt qualitas eſſentialis generis atque ſpeciei; idcirco prædicatur, in quale, qualitas certè idem ſonat, quod formalis determinatio: determinatur autem non modò ſubiecti potentia ſecundùm accidentale eſſe, per formas accidentales, & materiæ potentia ſecundùm eſſe ſubſtantiale, per formas ſubſtantiales; ſed etiam generis potentia ſecundùm eſſe quidditatiuum, per differentias. Profectò, animal ſecundùm ſe, eſt indeterminatum ad rationale & irrationale, per rationale verò determinatur ad hominem: per irrationale autem, ad bruta. Patet ergo quomodo differentia ſit generis qualitas. Porrò, ſpeciei eſt eſſentialis qualitas, quia eius eſt determinatiua, vt formale principium atque intrinſecum compoſitum determinat: ſpecies autem non eſt in potentia ad differentiam ſicut & genus: propterea non eadem ratione, vtriuſque qualitas, differentia nominatur; genus enim non ſpecificatum ſupponit; ideoque illud qualificando, ad determinatæ ſpeciei rationem trahit: ſpeciem verò efficit, ac actu conſtituit. Genus præterea & differentia, ſecundùm veritatem, vna res ſunt, quod à partibus eſt alienum, propterea genus materiæ ſimile proportionaliter dicitur, & differentia formæ, & ſpecies toti compoſito. Itaque, ſicut forma eſt qualitas materiæ, quia ab ipſa formaliter determinatur; ita planè prædicatum quod ſe habet vt forma, prædicatur in quale; quia ſcilicet actum formæ participat, qui eſt formaliter determinare. His accedit alia diffinitio: differentia eſt, quod eſt aptum natum diuidere ea, quæ ſub eodem genere ſunt; rationale enim & irrationale, hominem & equum, quæ ſub eodem genere ſunt, diuidunt. Sanè, huiuſmodi actus, nempè diuidere, differentiæ ex propria ratione conuenit, atque ab ipſa ſeparari non poteſt. diuidit autem non ſolùm ſpecies ſub genere; ſed & ipſum genus, diuerſimodè tamen: Diuidit enim genus, vt terminum, à quo diuidendo ſpecierum ſeparationem inchoat, ad quas diuiſio vltimò terminatur. Etenim diuiſio aliquid reſpicit, vt termi-

Prima diffinitio.

Secunda diffinitio.

Quomodo prædicatur de pluribus differentibus ſpecie.

Differentia vltima.

In eo quod quale.

Quale determinat genus.

Quale determinat ſpeciẽ.

Quomodo genus & differẽtia ſint vnum

Tertia diffinitio.

Actus differẽtiæ eſt diuidere.

rentia.

terminum à quo, illud vnum videlicet, quod diuidendo ſcinditur: & aliquid vt terminū ad quem, vtpote partes illius diuiſi, ad quas diuiſio terminatur, cuiusmodi ſunt generis ſpecies.

Quare non dicitur quòd differentia diuidit genus.

Sed diceret aliquis: quare non dicitur, quòd differentia diuidat genus, & ea, quæ ſub genere continentur? quia nimirum ipſa generis eſſentia per differentiam non ſcinditur; genus namq; & totum eſſentiale, & totum poteſtatiuum continet.

Totum eſſentiale generis.

Porrò, totum generis eſſentiale per differentias non diuiditur in ſpecies, quippe cùm partes eſſentiæ eius, ſpecies non ſint; per reſolutionem tamen in partes ſuæ rationis diuiditur, vtpote in genus ſuperius, ac differentiam conſtitutiuam. Quamobrem in ſingulis ſpeciebus eſt tota generis eſſentia, nec aliquo modo diſtracta, aut ad vnam ſpeciem magis quàm ad alteram contracta.

Totum poteſtatiuum generis.

Totum verò poteſtatiuum, per differentias in ſpecies diuiditur; partes enim eius potentiales, ſpecies ſunt. Quoniam autem diuiſum non remanet vnum; ideò poteſtas generis hoc modo, non ſeruatur vna, atq; eadem in ſingulis ſpeciebus: animal enim contractum ad hominem vim ſuæ poteſtatis amittit. amplitudo ſiquidem illius in rationali quidditate contracta, potentiæ ſuæ magnitudine gaudere non poteſt: ſimili quoq; modo ſe habet in aliis eiusdem ſpeciebus.

Species partes poteſtatiuæ.

Non temere ergo ſpecies ipſæ, poteſtatiuæ generis partes appellantur; quælibet enim ſpecies, eſt pars eorum, ad quæ poteſtas generis terminatur: poteſtas autem generis ad omnes ſub ſe extenditur ſpecies, vel certè ſpecies; ideò poteſtatiuæ generis partes nominantur, quia ſcilicet nulla ſpecierū euacuare ſiue perficere poteſt ampliſſimā generis naturā. Cùm igitur hæc ita ſe habeant, non immeritò dictum eſt, differentiam eſſe, quæ diuidit ea, quæ ſub genere ſunt, quò intelligamus, differentiam diuidere totum generis poteſtatiuum, non autem eſſentiale. Sub eodem genere, eò quòd differentia non ſecet diuerſorum generum ſpecies; rationale enim non diuidit hominem, ab albedine, ſed à bruto: diuidendo ergo ſpecies, genus in ſua vnitate relinquit: nam etſi generis eſſentiam diuerſificet ſecundùm vnitatem diſtinctionemq; ſpecificam, ad quam trahit generis naturam; genericam tamen vnitatem violare non audet, quia deeſt talis poteſtas agendi. Quomodo ergo genus diuiditur ſecundùm poteſtatem, non autem ſecundùm eſſentiam ex his, quæ dicta ſunt, diligenti lectori ſatis patere puto.

Quarta diffinitio.

Aſſignant etiam & aliam diffinitionem hoc modo: differentia eſt, qua differunt à ſe ſingula; namq; ſecundùm genus nō differunt; ſumus enim animalia & nos, & irrationalia; ſed additum rationale, diſiunxit nos ab illis: rationales ſumus, & nos & Dij, teſte Porphyrio; ſed mortale appoſitum nobis diſiunxit nos ab illis.

Diuerſum.

Profectò, vt dicitur primo met: omne cuicunq; comparatum eſt idem, vel diuerſum: non autem idem vel differens; diuerſitas namq; ſonat alietatem inter quæcunq; diſtincta:

Differentia.

differentia autem alietatem non importat inter quæcunq; diſtincta; ſed inter illa tantùm, quæ ita ſunt diſtincta, vt tantùm in aliquo vno conueniant. Quamobrem illa differre dicuntur, quæ vnum diuerſimodè participant, cuiusmodi ſunt, quæ ſub vno genere conueniunt; ideoq; res diuerſorum generum, diuerſæ potiùs, quàm differre dicuntur. Differentia itaq; eſt, qua differunt à ſe ſingula, quæ ſub eodem genere conueniunt.

Quinta Diffinitio.

Addunt & quintam diffinitionem: differentia eſt ſubſtantia rei, & diffinitio 7. met: com: 43. vnde Porphyrius: Interiùs perſcrutantes, inquit, & ſpeculantes, differentiam dicunt non quodlibet eorum, quæ ſub eodem ſunt genere diuidentium eſſe differentiam, ſed quod ad eſſe conducit: & quod eſt pars eius quod eſt eſſe rei;

Nauigare.

neque enim quod aptum natum eſt nauigare, erit homini differentia, etſi proprium ſit hominis; dicimus enim animalium hæc quidem apta nata ſunt ad nauigandum, illa verò minimè, diuidentes ab illis; ſed natum eſſe & aptum ad nauigandum, non erit completiuum ſubſtantiæ, nec eius pars, ſed aptitudo quædam: idcirco non eſt talis, quales ſunt differentiæ, quæ ſpecificæ vocantur. Erunt ergo ſpecificæ differentiæ, quæcunq; alteram faciunt ſpeciem, & quæcunq; in eo quod quale eſt accipiuntur.

Eſſe rei.
Ratio rei.

Cæterum, nomine eſſe rei, vel ipſum ſpeciei eſſe eſſentiale, vel eius ratio intelligitur: primo modo differentia non eſt pars, ſed totum eſſe rei: ſecundo autem modo pars vocari poteſt.

CAP.

CAP. VI.

Argumenta contraria.

*QVamuìs de differentia bene rectèq; à ſapientiæ cultoribus diſputatum ſit;
aliqua tamen exercendi ingenij gratia adducenda eſſe putaui, quæ prædi- 1.
ctis obuiare videntur: & inprimis quòd differentia non prædicetur in qua-
le, hoc modo. ſi differentia prædicatur in quale: ergo diffinitio ſimiliter
prædicabitur; vnumquodq; enim, teſte philoſopho 2. phyſ: & 9. met: ab actu potiùs,
quàm à potentia denominatur. diffinitio verò cùm ex genere, & differentia conſtet,
differentia autem ſit diffinitiouis actus: ab ea ergo iure recipere debet modum prædi-
candi. At, diffinitio prædicatur in quid, quippe quæ dicit ſubſtantiam rei: differentia
ergo non prædicatur in quale. Sanè, ſi differentia in quale prædicatur; eſſet vtiq; qua-
litas, quod eſt falſum: qualitas enim ſequitur ſubſtantiam, differentia verò præcedit
ſpeciem. Conſequentia patet, quia modus prædicandi ſumitur à modo eſſendi; modus e-
nim, rem, cuius eſt modus, conſequitur. Quam ob cauſam ſi differentia prædicatur in
quale; ſimili quoq; modo eſsendi gaudebit: ergo quod prius. Amplius, quod dicit quid-
ditatem, prædicatur in quid; quid namq; à quidditate denominatur. ſed differentia di- 2.
cit quidditatem eius, cuius eſt differentia, vt poterationale dicit quidditatem hominis:
non ergo prædicatur in quale. Suffragatur philoſophus huic ſententiæ 2. poſt: Oportet,
inquit, prædicata in quid ſumere in diffinitione. at differentia in diffinitione ſumitur: in
quid ergo prædicatur. His autem accedit, quòd differentia ſit illud idem, cuius eſt dif-
ferentia, idem planè eſt homo, & rationale: non ergo prædicatur in quale; illud enim
de ea re non prædicatur in quale, cui eſt idem. Iterum, differentia non dicit totum
eſſe rei; eſt enim pars ſpeciei, & eſſe confuſum, quod ſpecies recipit à genere enuntiare 3.
nequaquam valet: igitur differentia non eſt prædicabile. omne ſiquidem prædicabile,
dicit totum eſſe rei. Adde, quòd differentia non ſit terminus vniuocus; rationale enim,
& homini, & angelo ſecundùm diuerſas competit rationes, nempè homini, ob rationem
ſenſitiui, angelo autem ob rationem intellectiui: igitur differentia non eſt pars rei eſ-
ſentialis, nec diffinitionem ingredi poteſt, quæ eſt terminus vniuocus. Sanè, terminus
vniuocus eſt terminus ſimplex, plura ſignificans eadem planè diffinitione. ſed differen-
tia diffinitionẽ non habet, alioqui differentiam haberet; & ſic eſset proceſsus in infinitũ:
igitur differentia non eſt terminus vniuocus, nec pars diffinitionis, atq; ex conſequenti de
ſpecie nequaquã prædicatur. Iterum, rationale eſt differentia; non tamen prædicatur de
pluribus differentibus ſpecie: nam ſi dixeris prædicari de homine & angelo, dico hominẽ 4.
& angelum aut non differre ſpecie, aut non eadẽ diffinitione rationale participare. Ra-
tionale ergo non prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. Profectò, differentia ſolùm
prædicatur de ſpecie, quam conſtituit. ſed vna differentia, vnam conſtituit ſpeciem: igi-
tur differentia de vna tantùm prædicatur ſpecie. Adde, quòd tunc etiam genus eſſet
differentia; per genus enim vna ſpecies diſtinguitur ab altera. Hæc & ſimilia dici
poſſunt aduerſus prædicta, diſputandi gratia.*

CAP. VII.

Soluuntur Argumenta.

*ADhæc ſic reſpondere poſſumus, & ad primum quidem negatur conſe- 1.
quentia: & ad probationem dico, ab aliqua ſuarum partium modum præ-
dicandi diffinitionem nequaquam accipere, ſed à ſeipſa. ſimiliter ſentien-*

rentia. *dum eſt de ſpecie. Quare, ſicut ſpecies prædicatur in quid; ita quoq; diffinitio prædicatur in quid: differentia verò prædicatur in quale, vtpote per modum determinantis, ſicut dictum eſt. Ad confirmationem, negatur conſequentia: non enim valet, prædicatur in quale, igitur eſt qualitas; non enim prædicatur in quale, quia eſt qualitas;*
2. *ſed potiùs quia habet modum qualitatis. Ad 2. vt aliquid prædicetur in quid, non modò illi neceſſe eſt, vt dicat quid; verùmetiam modus dicendi in quid, qui profectò cùm deſit differentiæ, vt dictum eſt; hac de cauſa differentia non prædicatur in quid. Ad confirmationem dico, prædicata in quid in diffinitione eſſe ſumenda, quia nimirum omne ſuperius in diffinitione ſui inferioris ponitur; ex hoc tamen non ſequitur, eſſe prædicatum in quid, omne illud, quod in diffinitione ponitur. Ad aliam confirmationem negatur conſequentia: licet enim ſint idem realiter; diſtiguũtur tamen formaliter. Ad*
3. *3. differentia eſt pars ſpeciei, non quidem quantùm ad eſſe, ſed quantùm ad modos eſſendi; dicit enim eſſe ſpeciei per modum actuantis, atq; determinantis, non per modum confuſi, qui ad genus ſpectat. Itaq;, differentia & totum eſſe ſpeciei dicit; & tamen*
Rationale quomodo homini cõuenit & angelo. *eſt illius pars, propter modũ prædicandi. Ad confirmationem dicunt nonnulli, rationale ſic competere homini, vt angelo eodem modo competere nequeat; homo enim ſua vtitur ratione diſcurrendo, ac ſyllogizando, angelus autem illico diſcernit, atq; diiudicat. Aliis autem videtur, vt vti ratione idem omninò ſit, quod rationalem eſſe; ideoque homini, atque angelo eodem modo ineſſe dicunt: vtrum autem anima hominis ſpecie diſtet ab angelo, dixi in 6. lib: vbi de anima ex profeſſo diſputaui. Rationale igitur non eſt æquiuocum, ſed vniuocus terminus, hominique atq; angelo vniuocè conuenit, licet in modo ratiocinandi non ſit idem ordo; ille tamen rationem vniuocationis non mutat. Ad aliam confirmationem dico, habere diffinitionem; non tamen propriè dictam, quæ ſit per genus & differentiam, & ita non ſequitur proceſſus in infinitum. Ad 4.*
4. *paulò antè dixi, quomodo differentia prædicetur de pluribus differentibus ſpecie, fol: 243. illa ſufficere puto. Ad confirmationem vltimam dico: genus largo quidem modo poſſe differentiam appellari, non autem propriè: Differentia ſiquidem propriè eſt, qua genus in ſpecies diuiditur, & vna ſub eodem contenta genere ſpecies ab altera diuiditur, ſiue diſtinguitur. Quomodo ergo differentia prædicetur in quale, & quam rationem habeat ad genus, dixi. Cæterùm, quia naturam generis, non ſolùm ex differentiæ notitia; verùmetiam ex ſpeciei maximè intelligere poſſumus; hac de cauſa vt exacta, perfectaq; de ipſius generis natura cognitio haberi poſſit, ſpeciei ſpeculationem ſubſtituendam eſſe decreui, atq; in medium adducendam eſſe putaui.*

QVAESTIONIS DECIMAESEXTAE. CAP. I.

Species prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid.

Diffinitiones ſpeciei. *QVoniam nondum abſolutam eſſe video generis notitiam, ſpeculationemq;, ſed ſemiplenam potiùs, idq; in cauſa eſt, quia ſpeciei cognitio nondum nobis propalata eſt, atq; oſtenſa: palam ergo fiat, vt perfecta generis notitia à nobis haberi poſſit. Itaq; ad ſpeciei cognitionem inueſtigandam accedamus. Species à Porphyrio ſic diffinitur: Species autem dicitur quidem & de vniuſcuiuſq; forma, ſecundùm quam dictum eſt, Priami quidem ſpecies digna eſt imperio, paulò antè fol. 82. tetigimus formæ ſignificata, quæ latiſſimè patent.*
Species, id eſt, pulchritudo. *Cæterùm ſpecies propriè formoſitatem rei venuſtatemq; denotat; quapropter non immerito,*

meritò, id quod eſt generis pulchritudo, ſpecies appellatur. Et reuera, genus ex ſui natura, eſt quoddam confuſum, atq; difforme, omni prorſus venuſtatis decore vacuum; idcirco maximè appetit eſſe ſpecificum, vt inde ſuæ difformitati conſulere poſſit, ac illius commertio venuſtari. Latiſſimè patet huius nominis ſignificatio cùm apud philoſ. atq; oratores, tum etiam apud ſacros. Pſal. 44. Specioſus forma præ filiis hominum, id eſt, omnium hominum pulcherrimus. Et Iſa. 52. Non erat ei ſpecies neq; decor: Græcè eſt εἶδος, latinè effigies, forma, figura: inde ideæ dictæ ſunt, de quibus in primo libro circa finem abunde copioſeq; diſputauimus. Cicero 1. Offic. Quadam (inquit) vtilitatis ſpecie. Virgil.

Virg.

ſecundo Eneid. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus, id eſt, aſpectum, ſiue rem viſam. Aliquando obiecti ſimilitudinem oſtendit, ſiue denotat 2. de anima: Lapis, inquit, non eſt in anima, ſed ſpecies lapidis. Nonnunquam verò pro natura ſpecifica: interdum autem pro ſecunda intentione, quæ in ipſa fundatur, atq; ita diffinitur, ſicuti & generis data eſt diffinitio: ſpecies namq;, quatenus eſt ſecunda intentio, eſt reſpectus rationis cauſatus per actum noſtri intellectus comparantis ad tale ſignificatum.

Species 2. intentionaliter.

Natura ſiquidem ſpecifica, ſi abſolutè intelligatur; non eſt profectò vniuerſalis, neq; particularis: hoc enim modo ſub aliquam ſecundam intentionem non cadit. At ſi reſpectum habeat ad indiuidua; ſic vtiq; vniuerſalis dicitur. Tertio autem modo, reſpectum habet ad genus à quo eius intentio accipitur: vnde ſecundùm huiuſmodi reſpectum, ſpecificat genus, illuſq; confuſam potentialitatem diſcernit atq; diſtinguit; ſpeciei enim proprium eſt ſpecificare, id eſt, in ſpecies diſtinguere generis confuſam naturam. Rectè ergo dictum eſt, ſpeciem eſſe formam, id eſt, generis pulchritudinem: nam ſi pulchritudo in actu conſiſtit, genus autem non ſit in actu, niſi in ſpeciebus, teſte Commentatore 3. met. com. 11. & 7. com. 45. Animal, inquit, non habet eſſe in actu, niſi in ſuis ſpeciebus, in quas diuiditur, conſtat ſpeciem eſſe generis venuſtatem: propterea in eodem commento vocatur generis perfectio, perficit certè generis potentiam, quæ ex ſe eſt indeterminata atq; confuſa.

Species eſt pulchritudo generis.

Perfectio.

Iterum, ſpecies ſic diffinitur: ſpecies eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere, id eſt, determinato & non vago genere; quælibet enim ſpecies ſub determinato ponitur genere: actu ſiquidem genus includit, ideoq; ſub vago indeterminatoq; genere degere nequit.

Secunda diffinitio.

Sub genere, inquam, & ordine quidem poſitionis, & participationis naturalis: ſpecies namq; eſt inferior genere, & poteſtatem generis participat.

Duplex ordo.

Item, noſſe autem oportet, quoniam genus eſt alicuius genus, & ſpecies alicuius ſpecies; idcirco neceſſe eſt in vtrorumq; rationibus vtriſq; vti. Non ergo mirum eſt, ſi vnum in diffinitione alterius poſitum ſit; animaduerſione tamen dignum eſt, quòd ſi genus & ſpecies fundamentaliter, ſiue pro rebus ſubiectis, intelligantur; tunc planè relatiua dici non poſſunt: animal enim & homo non ſunt correlatiua, ſed ſubſtantiæ. Quòd ſi formaliter, ſiue pro intentionibus accipiantur; hoc certè modo relatiua dicuntur: ad inuicem ſiquidem referuntur.

Quomodo genus & ſpecies ſint relatiua.

Aſſignant ergo & ſic ſpeciem: ſpecies eſt, quæ ſub genere ponitur, & de qua genus in eo quod quid ſit prædicatur.

3. Diffinitio.

Sanè, ſpecies multipliciter accipi poteſt, ideoq; multipliciter diffinitur: interdum enim accipitur vt inferius, quod in recta prædicamentali linea, ſuum ſuperius reſpicit; & tunc ſic diffinitur: ſpecies eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere. Aliquando vt ſubijcibile intelligitur, quod ſuum quidditatiuum prædicabile intuetur, & ſic diffinitur: ſpecies eſt, de qua prædicatur genus. Nonnunquam vt eſt prædicabile ab aliis diſtinctum, & hoc modo tunc diffinitur: ſpecies eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod quid. Quoniam autem prima diffinitio eſt cauſa ſecundæ; ideo enim genus prædicatur de ſpecie, quia ſcilicet ſpecies ſub ipſo in recta prædicamentali linea collocatur; hac de cauſa primo dictum: ſpecies eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere: deinde dictum eſt de qua genus prædicatur in eo quod quid.

Ordo diffinitionum.

At verò quoàd eſt prædicabile diſtinctum, dicitur prædicare de pluribus differentibus numero: differentia autem numero dicuntur quæcunq; ſpecificis conditionibus conueniunt, materiali-

Differre numero.

Quomodo eſt prædicabile.

*bus autem diſtinguuntur. Numerus certè ex continui diuiſione cauſatur; ideoq́ eius di-
uiſio materialis eſt & non formalis. Porrò, hæc diffinitio conuenit ſpeciei ſecundùm
quandam eius proprietatem; nam quatenus reſpicit genus, prædicabilis rationem nequa-
quam ſubire poteſt. Proprietas autem illa, eſſe ſequitur ſpeciei: nam ex eo quod ſpecies
poſita eſt ſub genere, fit vt ipſa ſub ſe aliqua habeat, de quibus prædicetur in eo quod
quid. Diuiditur autem ſpecies diuiſione materiali, vtpote per diuerſas partes, in quibus
multiplicatur ſecundùm eſſe: quoniam autem ex hac diuiſione indiuidua prodeunt, ſiue
cauſantur; propterea ſpecies prædicatur de pluribus differentibus numero: genus verò
quia diuiditur diuiſione formali, nempè per formales differentias, generis eſſentiam, ad
diuerſas ſpecies formaliter contrahentes; hac de cauſa, genus prædicatur de pluribus
differentibus ſpecie in eo quod quid. Senſus autem huius diffinitionis ſic eſt intelligen-
dus: Species eſt, quæ ſolùm prædicatur de pluribus differentibus numero in eo quod
quid; alioqui & generi congruere poſſet: Eſt autem adhuc & alia ratio, quia genus ſic
immediatè non prædicatur. Hæc autem diffinitio eſt ſpeciei ſpecialiſſimæ, cuius parti-
cipatione plures homines ſunt vnus homo; conditione namq́ illa diſtrahitur præiacens*

Plures homines vnus homo.

*prædicatum: nam vnus homo, eſt vnitas numeralis, quæ eſt omnium maxima, propterea
non licet inferre, plures homines participatione ſpeciei ſunt vnus homo: ergo ſunt vnus
homo: ſic etiam non valet, bos & leo ſunt idem genere: ergo ſunt idem. Quare perinde
eſt dicere participatione ſpeciei, ac ſi quis diceret, plures homines ſunt vnum in homine,
id eſt, in natura ſpecifica Itaq́ inferiora, quæ plura ſunt intèr ſe, in ſuperiori adunantur,
cuius participatione vnum eſſe dicuntur: pluralitate ſiquidem ſublata, & differentia-
rum multitudine amota, quibus genus diuiſerunt, remanent id, quod ſunt: nempè vnum
in ſpecie; non enim diuiduntur, niſi proprietatibus indiuidualibus, quas in natura ſpeci-
fica habere non poſſunt. Quid ergo ſit ſpecies, dixi.*

CAP: II.

Argumenta contraria.

Speciem & genus nō eſſe relatiua.

*VNum correlatiuorum non debere poni in diffinitione alterius, ſic oſtende-
re poſſumus: Diffinitio datur cauſa innoteſcendi. 6. Topicorum. ſed vnum
correlatiuum non eſt notius altero, quia ſunt ſimul natura: vnum ergo po-*
1. *ni non debet in diffinitione alterius, & ex conſequenti ſpecies poni non de-
bet in diffinitione generis, nec viciſſim genus in diffiuitione ſpeciei. Sanè,
ſi vnum relatiuum diffinit reliquum: idem ergo in ſuiipſius diffinitione poneretur. patet
hoc ex 2. Topicorum cap. 5. vbi dicitur, quòd loco nominis poſiti in alicuius diffinitione,
eius ratione quis vti poſſit. verbi gratia: ſi genus & ſpecies mutuò ſe diffiniant, & diffi-
nitio ſpeciei illa ſit; ſpecies eſt, quæ ponitur ſub aſſignato genere: loco autem iſtius vocu-
læ, genere, poneretur generis diffinitio, atq́ diceretur: ſpecies eſt, quæ ponitur ſub aſſigna
to prædicabili de pluribus differentibus ſpecie, in eo quod quid; tunc planè ſpecies in*
2. *diffinitione ſpeciei poneretur. Amplius, illa, quæ ſunt omnibus prædicamentis commu-
nia, in aliquo prædicamento determinato eſſe non poſſunt. ſed ſpecies & genus ſunt om-
nibus prædicamentis communia, quippè cùm in omni prædicamento ſint genera & ſpe-
cies: genera ergo & ſpecies non ſunt in aliquo prædicamento determinato: igitur non
ſunt in prædicamento relationis. Adde, quòd relatiua ſunt ſimul natura, vt dicit philoſ.
in poſtprædicamentis: at genus & ſpecies non ſunt ſimul natura; genus enim naturaliter
ſpeciem præcedit. prius ſiquidem (vt dicitur in poſtprædicamentis) eſt à quo non con-
uertitur ſubſiſtendi conſequentia. ſed huiuſmodi eſt genus, & ſpecies: ergo &c. contra*
3. *2. diffinitionem ſic arguo: illa diffinitio eſt inſufficiens, atq́ diminuta, quæ profectò
conuenit*

conuenit aliis à diffinito: nam bona diffinitio ſoli conuenit diffinito. ſed ita ſe habet hæc
diffinitio, quippè cùm indiuiduo conuenire queat: Socrates enim directè ſub genere po-
nitur, quod eſt animal, & huiuſmodi genus de Socrate in eo quod quid prædicatur. Quòd
ſi dixeris indiuiduum immediatè ſub genere non poni; hoc certè parui refert: nam in-
diuiduum generis, nempè hoc animal, directè, ac immediatè ſub genere ponitur; & ta-
men ſpecies nequaquam dicitur. Simile quoq; iudicium eſt de aliis huius generis indiui-
duis, vt de hoc corpore, de hac ſubſtantia &c. Sanè, magis commune, ſub minus commu-
ni non eſt collocandum; inuerteret enim naturæ ordinem. ſed ſpecies eſt communior ge-
nere; plures enim ſunt ſpecies, quàm genera: de pluribus ergo dicitur quàm genus, &
per conſequens non ponitur ſub genere. His accedit, quòd mulier & vir differunt ſpecie:
igitur homo ſpecies ſpecialiſſima eſt genus, & non ſpecies. Item, contra vltimam diffi- 4.
nitionem, ſic arguo: omnis bona diffinitio debet cõuenire diffinito, in quantum huiuſmodi;
diffinitio enim hominis, conuenit homini, in quantum huiuſmodi, id eſt, in quantum homo.
at, hæc diffinitio non conuenit ſpeciei, in quantum ſpecies: ſpecies namq;, vt ſpecies, ge-
nus reſpicit, cuius ſanè reſpectu, vniuerſale eſſe non poteſt, neq; prædicabile, ſed vt infe-
rius ſubijcibile potiùs. non ergo eſt bona diffinitio. nec dici poteſt, quòd ſpecies, vt ſpe-
cies, & genus, & indiuidua reſpiciat, quandoquidem relatiuum ſemel tantùm refera-
tur. Itaq; hæc diffinitio non conuenit ſpeciei, vt ſpecies, ideoq́; legitima diffinitio dici
non poteſt. Sanè, quod eſt in alio, eſt ens imperfectum, & potentiale. at ſpecies eſt ens
perfectum, vtpote in actu: non eſt ergo in pluribus, & per conſequens non prædicatur
de pluribus. Adde, quòd omne prædicabile dicit totum eſſe ſui ſubijcibilis. ſed ſpecies
non dicit totum eſſe indiuidui, vtpote materiam accidentibus ſignatam: igitur, non eſt
congrua, & bona ſpeciei diffinitio. Præterea, indiuiduis non ineſt quidditas, ſiue dif- 5.
finitio, quæ naſcitur ex genere & differentia, igitur, ſpecies non prædicatur de differen-
tibus numero in quid, quia nimirum non dicit indiuiduorum quidditatem. Adde, quòd
materia prædicatur in quid de hac, & illa materia; nec tamen eſt ſpecies, cùm non ſit
forma totius: genus quoq; prædicatur in quid de differentibus numero, vt animal, de
Platone, & de Mercurio. Non ſola ergo ſpecies prædicatur de pluribus differentibus in
eo quod quid: igitur non eſt bona diffinitio. Inſuper, anima humana prædicatur de plu-
ribus differentibus numero in eo quod quid, vt de anima Mercurij & Platonis; & tamen
non eſt ſpecies. Multæ quoq; ſunt ſpecies, quæ vno tantùm indiuiduo gaudent, nempè,
Sol, Luna, & quæ ſunt generis eiuſdem. Igitur non omnibus congruit ſpeciebus diffinitio
huiuſmodi. Hæc, atq; his ſimilia adduci poſſunt contra aſſignatas ſpeciei diffinitiones.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

AD primum, ſi vnumquodq; ſecundùm modum ſui eſſe quidditatiuum de- 1.
finiendum eſt, relatiuum autem eſſe quidditatiuum eſt ſui correlatiui, vt
in prædicamentis dicitur: ſine ergo ſuo correlatiuo diffiniendum non eſt.
Sanè, non eſt quærenda vniformiter omnium rerum diffinitio, ſicuti nec Relatiua non
eſſentia; ſubſtantiarum enim completarum diffinitio abſq; addito fit, quia ſunt entia abſoluta.
nimirum earum eſſentia abſoluta eſt omninò. formarum verò & ſubſtantialium, & ac-
cidentalium diffinitio, aliquid additum recipit, nempè ſubiectum, quia abſoluta à ſub-
iecto entia non ſunt. Et ſimiliter relatiuorum diffinitio additum recipere debet; non eſt
enim ens à termino abſolutum. vnde bene à nonnullis annotatum eſt, relatiuum non dif-
finiri per reliquum, ſed ad reliquum, hoc eſt, non per cauſalitatem, prioritatemq́; ſui cor
relatiui, ſed potiùs per eiuſdem reſpectum, ac neceſſariam connexionem. vnde Auicen- Auicen.

na in

na in ſua logica ait: Dicentes (inquit) vnum relatiuum diffiniri per reliquum, non aduer-
tunt differentiam inter eſſe notum cum alio, & eſſe notum per alium: vnum ergo rela-
tiuorum in diffinitione aſſumitur, vt neceſſariò connexum, atq; connotum, non autem vt
priùs, aut magis notum, nec eſt mirum ſi ſingulare genus entium, ſingularem diffinitio-
nis, atq; notitiæ modum ſibi vendicet. Ad confirmationem, negatur conſequentia: autho-
ritas namq; phi. intelligenda eſt de his, quæ intrinſecè cadunt in illius nominis rationem,
Vt additum. *& non de his, quæ cadunt, vt additum: correlatiuum autem, in alterius diffinitionem cor-*
relatiui cadere, vt additum, conſtat ſatis; ideoq; non ſequitur, idem diffiniri à ſeipſo. Ex-
empli gratia, ſi dicatur: homo eſt animal rationale: loco illius dictionis animal, poſſet
poni eius diffinitio, quia nihil habet in ſua ſubſtantia additum, & dicatur, homo eſt ſub-
ſtantia animata ſenſibilis. At loco voculæ rationale non poteſt poni tota ſua ratio; ali-
quod enim additum intrinſecè includit, puta, potens vti ratione. Quando ergo ponitur
aliquid vt additum, non poteſt poni loco nominis eius diffinitio, alioqui ſequeretur nu-
gatio in diffinitione: in ratione namq; differentiæ clauditur genus vt additum: & ideo,
ſi loco differentiæ tota eius diffinitio poneretur, genus bis in diffinitione poneretur, ſe-
mel quidem ſui, & ſemel differentiæ ratione. Patet ergo quomodo ſit intelligenda philo-
ſophi authoritas, & quomodo vnum relatiuum non diffiniat ſeipſum. Multa de relatiuo-
2. *rum natura ſcripſi in 2. lib. Pymandri, vbi hanc materiam ex profeſſo digeſſi. Ad 2.*
verum quidem eſt, genus & ſpeciem eſſe in quolibet prædicamento denominatiuè, eò
quòd omnium prædicamentorum res denominent; quidditatiuè tamen in ſolo ſunt rela-
tionis prædicamento. Ad confirmationem dico, quòd ſi genus & ſpecies accipiantur pro
his, quæ principaliter ſignificant; tunc certè ſunt ſimul natura, atq; vnum, alterum non
præcedit. At ſi pro his intelligantur, quæ denominant; ita profectò genus, ſpeciem præ-
cedit, vt animal, hominem. ſed hoc modo relatiua nequaquam dicuntur; genus enim &
ſpecies ſignificant intentiones in anima, generibus & ſpeciebus in quolibet prædicamen-
to communes, atq; ita ſunt relatiua tranſcendentia, quæ in quolibet reperiuntur prædi-
camento. At ſi accipiantur pro his, quæ denominant, vt pote pro his, de quibus prædican-
3. *tur, nempè pro homine & animali; ſic certè relatiua dici non poſſunt. Ad 3 Illa præpo-*
ſitio (ſub) non tantùm poſitionis, participationisq; ordinem denotat; verumetiam genus
eſſe totius poſitionis principium. Poſitionis autem ſpeciei ſub genere principium, eſt i-
pſum genus: nam quod addit ſpecies ſupra genus, nempè differentiam, ipſam ſpeciem
ſub genere conſtituentem; ex ipſo planè genere procedit; differentiæ ſiquidem ſunt quæ-
dam generis proprietates, ac qualitates. Poſitionis autem indiuidui ſub genere principi-
um, ex ipſa materia accidentibus ſubiecta, non autem ex ipſa generis eſſentia procedit:
Quapropter nequaquam verum eſt, eodem modo ſpeciem, & indiuiduum ſub genere re-
poni, atq; collocari. Ad confirmationem dico, ſpeciem eſſe genere communiorem, ſi pro
intentione ſumatur; at ſi pro re intentioni ſubiecta intelligatur, pro qua hic diffinitur;
4. *ita certè eſt magis determinata quàm genus, minusq; communis. Ad 4. Dico, vltimam*
diffinitionem conuenire ſpeciei in eo quod ſpecies, non quidem quidditatiuè, ſed conco-
mitatiuè potiùs, ac ſecundùm quandam ſpeciei proprietatem. Ad confirmationem dico,
quòd quamuis ſpecies ſit ens, eſſentiali, atq; formali perfectione completum; non eſt ta-
men ſuppoſiti perfectione abſolutum, atq; perfectum; hac de cauſa non eſt per ſe ſubſi-
ſtens, ſed poteſt eſſe in multis: ſicuti ſuperius in ſuo inferiori; non eſt tamen in alio, vt
accidens in ſubiecto. Ad aliam confirmationem reſpondeo, quòd ſpecies dicat totum
eſſe indiuiduorum ſpecificum, quod planè illi ſufficere poteſt, vt de illis prædicare poſ-
5. *ſit: non autem dicit eſſe materiale, quod indiuiduum citra ſpeciem habet. Ad 5. Bifari-*
am indiuiduum intelligi poteſt: vno quidem modo, vt eſt quoddam diſcretum, ac intra
ſeſe includens accidentia indiuiduantia. & ſic profectò non habet eſſentiam, niſi per
ſuas partes: de diuerſis enim prædicamentis includit eſſentias. hoc autem modo ſpecies
de in-

De proprio.

de indiuiduo non prædicatur. Alio autem modo indiuiduum eſt res particularis, quæ fluxum naturæ terminat, ſicq; & eſſentiam habere dicitur, & quidditatem, atq; de illo indiuiduum prædicatur. Ad Confirmationem, licet materia ſecundùm modum prædicetur in quid de differentibus numero, non autem ſecundùm rem prædicatur; non enim eſt forma, quæ dicat eſſe huius vel illius materiæ. Ad aliam confirmationem, genus prædicatur mediatè de pluribus differentibus numero, ſpecies verò immediatè. vnde quamuis diuerſæ ſpecies ſubſtantiæ per ſe, & primò differant numeroſitate eſſentiæ; non tamen numeroſitate ſuppoſiti, de qua eſt hîc ſermo. Ad aliam confirmationem, ſpecies propriè ponitur recta linea ſub aſſignato genere, & prædicatur de differentibus numero, non quocunq;, ſed numero naturæ completæ: anima autem, & punctus, & ſimilia non ſunt huiuſmodi: ergo &c. Ad vltimam confirmationem dico, ſpeciem dici non poſſe rem ſecundùm ſe ſumptam, neq; ſecundùm eſſe, quod habet in ſingularibus, ſed ſecundùm eſſe, quod habet in intellectu; proinde quatenus abſtrahit ab indiuiduis conditionibus ſpecies nominatur, & hæc certè prædicatur de pluribus differentibus numero.

Quomodo prædicatur de differentibus numero.

QVAESTIONIS XVII. CAP. I.

De proprio.

QVoniam multa dicta ſunt de genere & ſpecie, & differentia; de proprio quoq; & accidente, aliquid dicere decreui, ad lectoris vtilitatem. Porrò, proprium poteſt eſſe terminus primæ intentionis; & ſic quoddam ſignificat complexum, quod alteri communicari non poteſt, opponiturq; communi. Cùm verò terminus eſt ſecundæ intentionis, rationis reſpectum oſtendit, qui quoad denominationem, alicui cognito, ſeu ſignificato adæquato termini propriæ paſſionis attribuitur: vt ſenſibile, & riſibile, & de tali proprio nobis loquendum. Itaq;, proprium ſecundæ intentionis eſt vna relatio rationis, cauſata in tali natura, per comparationem intellectus. Quæ planè natura, ſiue proprietas, ſi ad ſpeciem comparetur, cuius eſt proprium, appellatur proprium; non tamen prædicabile, eò quòd prædicabile, reſpectum habeat ad plura. Quòd ſi comparetur ad indiuidua ſpeciei; tunc quidem rationem ſubijt prædicabilis, atq; ita ſic poteſt definiri: Proprium eſt, quod prædicatur de pluribus differentibus numero, in quale accidentale per ſe, intranſmutabiliter, in quo differt ab accidente: per quale autem differt à genere & ſpecie, per quale autem accidentale, differt à differentia, quæ prædicatur in quale eſſentiale. Quoniam verò ipſum propriū, ſiue propria paſſio emanat ex principiis ſpeciei, ſicut riſibilitas, & diſciplinæ capacitas, ratione formæ, cōſequitur hominis ſpeciem: deniq; quia conuertitur cum ſua ſpecie, & eſt in ſecundo modo dicendi per ſe, propterea ponitur proprium poſt differentiam prædicamentalem, quando de proprio philoſophi ſunt locuti. Porrò, proprium quatuor modis accipitur. Primo quidem modo, ſoli, ſed non omni conuenit ſpeciei, eò quòd cauſetur contingenter, & non neceſſariò à principiis ſpeciei, mediante intellectu, & voluntate, vt eſſe medicum, eſſe grammaticum. hoc autem intelligi debet de eſſe in actu, & non de eſſe aptitudinali; tali enim modo, omnes poſſunt eſſe medici, & grammatici. Secundo autem modo, ineſt omni, ſed non ſoli ſpeciei: ineſt autem quia principia ſpeciei conſequitur, non autem ſoli, quia illa principia non ſunt adæquata ipſi ſpeciei, ſed multis communia, ideo competit omni, ſed non ſoli, vt eſſe bipedem, quæ quidem diſpoſitio neceſſaria eſt homini, propter ſuarum operationum vſum neceſſarium. Similiter & aliis animantibus. Iſte autem ſecundus modus proprij aptitudinem potiſſimùm dicit. Tertio modo, ineſt omni, ſoli, ſed non ſemper. Ineſt autem omni, quia neceſſariò conſequi-

Proprium primæ intentionis.

Secundæ intentionis.

Propriū quando prædicabile.

Propriū emanat ex principiis ſpeciei.

Primus modo proprij.

Secundus modus.

Tertius modus.

tur principia ſpeciei, in quantum ſtant ſub aliqua determinata diſpoſitione: ineſt verò ſoli, quia ſola illius ſpeciei principia conſequitur, ſed non ſemper; quia illa principia non ſemper ſunt ſub illa determinata diſpoſitione, ſicut canicies, quæ cauſatur ex frigiditate

Canicies vnde ſit.

cerebri: nam cùm cerebrum ſit frigidiſſimum, eiuſq; frigiditas temperetur per calorem cordis; & in ſenibus deficiente calore, frigiditas illa non temperetur, inde caput caneſcit; frigiditas enim mater eſt albedinis.

Quartus modus.

Quarto modo, ineſt omni, & ſoli, & ſemper, vt riſibile, quia principia ſpeciei hominis inſeparabiliter inſequitur. Ineſt ſoli, eò quòd principia adæquata habet: ineſt ſemper, quòd principia non conſiſtant ſub aliqua determinata diſpoſitione; ſemper enim homo aptitudinem habet ad ridendum. Quartus autem modus facit prædicabile, ab aliis diſtinctum. Porrò, hoc quarto modo, quoniam reſpectu ſpeciei, proprij locum obtinet, de ipſa ſpecie conuertibiliter prædicatur: reſpectu verò indiuiduorum nequaquam; ſubit enim rationem communis.

Ariſto. diſtribuit propriũ.

Ariſto. 1. lib. Topicorum: proprium in tres modos diſtribuit, nempè in proprium ad aliquid, ſub quo duos priores modos eſt complexus: in proprium quando, & ſub iſto continetur tertius modus iam aſsignatus: & in proprium ſimpliciter, vt riſibile. Deinde non ignorare oportet, quòd proprium acceptum pro prima intentione, alicuius proprietatem denotet, alteri non communicabilem. ſi verò pro ſecunda intentione accipiatur; adhuc bifariam ſubdiuiditur, ſcilicet pro paſsione tranſcendente, ſiue illimitata; & ſic ſpecies vniuerſalis dici non poteſt; illimitatis ſiquidem rebus non competit: alio modo propriè & ſtrictè, quatenus ſecundam intentionem, propriæ & limitatæ paſsioni denotat attributam. Et ita proprium eſt ſpecies vniuerſalis, & de tali proprio diſputat Porphyrius.

Proprium ſpecies vniuerſalis.

Vnde proprium quatenus eſt ſpecies vniuerſalis, propriis, & limitatis attribuitur paſsionibus, cuiuſmodi ſunt riſibile, flebile, ſenſibile, ita quòd qualibet paſsio limitata dicitur eſſe proprium pro denominato. Ex quo licet colligere, quòd ſicut duplex eſt differentia, nempè

Duplex proprium.

generica, & ſpecifica; ita quoq; duplex proprium inuenitur: genericum ſcilicet, quod conuertitur cum genere, vt ſenſibile, quod conuertitur cum animali: & ſpecificum cum ſpecie, vt riſibile cum homine.

Prædicari immediatè dupliciter.

Deinde nota, non eſſe de ratione proprij immediatè de pluribus prædicari; nihil enim tale in eius definitione continetur. Ad hæc accedit, quòd aliquid immediatè de aliquibus prædicari, duobus modis intelligi poſsit: vno quidem modo immediatione modi prædicandi, ita vt inter ipſum, & ſua ſubijcibilia, nihil mediet, quod ſcilicet reſpectu illorum ſubijcibilium, tali fungatur modo prædicandi, & hoc modo riſibile de Socrate & Platone immediatè prædicatur; nihil enim interponitur,

Propriũ quomodo eſt prædicabile.

quod prædicetur in quale accidentale, & intranſmutabile. alio modo immediatione cauſæ, vel ſubiecti, & ſic non prædicatur immediatè; riſibile enim prædicatur de ſingulis hominibus, mediante homine. Verùmtamen huiuſmodi modus mediandi non eſt impedimento, quominùs proprium non ſit prædicabile propriè ſumptum. In quantum autem eſt prædicabile, non prædicatur conuertibiliter, ſed in quantum eſt propria paſsio & ſimplex reſpectus aptitudinalis. ſiquidem riſibile formaliter aptitudinem, ſiue reſpectum ad riſum importat. Ex quo patet, quamlibet paſsionem ſimpliciter, & propriè dictam, cum illo, cuius eſt paſsio, idem eſſe realiter, diſtingui verò formaliter, quod quidem ſic probari poteſt: Quod alicui ſubiecto neceſſariò ineſt ita, vt eius oppoſitum im-

Paſsio differt formaliter à ſuo ſubiecto.

plicationem denotet; idem realiter eſt cum illo. ſed qualibet propria paſsio ita ſe habet cum ſuo ſubiecto: ergo. Minor patet: quia ſi ita non eſſet; de propria paſsione haberetur concluſio contingens, & non neceſſaria, quod eſt falſum: aut de contingentibus haberetur ſcientia, quod philoſopho non probatur primi poſteriorum.

CAP. II.

Proprium non diuidi in quatuor modos.

POſſet aliquis contra prædicta ſic arguere: Modi quarti prædicabilis ſunt Argumenta.
tres, & non quatuor: valet ab authoritate phi. à quo aſſignati ſunt tres mo-
di tantùm, ſcilicet, proprium ad aliquid: proprium quando: & ſimpliciter. 1.
Confirmatur, quia ſecundus modus nō diſtinguitur ab vniuerſali innomina-
to; proprium enim diſtinguitur à communi, aliter proprium non eſt propri-
um. ſed eſſe bipedem, multis ſpeciebus eſt commune, & non alicui proprium: omne au-
tem tale habet rationem generis, vel communis analogi: igitur ſecundus modus eſt reijci-
endus, & ſic ſunt tantùm tres, & non quatuor. Item, quod conuenit ſpeciei, conuenit omni 2.
indiuiduo, quod ſub ipſa continetur; ſuperius enim eſt de eſſentia inferioris. ſed propri-
um primo modo ineſt ſpeciei propriè, & non aliis à ſpecie: conuenit ergo omni indiui-
duo: non ergo ſoli, & non omni. Item, vltima differentia ſpeciei proprium ſecundo modo 3.
dici non poteſt; illud enim conuenit aliis à ſpecie: vltima autem differentia, minimè, alio-
qui non eſſet vltima. ſed bipes eſt vltima hominis differentia; nam homo ſic definitur:
homo eſt animal greſsibile bipes, non alatum. ergo. Confirmatur, quia bipes non accidit
homini; importat enim duos pedes, qui ſunt partes integrales ſubſtantiæ, quiq; nulli ho-
minum accidunt, ſed inſunt illi à natura: ergo quod prius. Item, quod conuenit omni, con- 4.
uenit pluribus, & non ſoli. ſed proprium tertio modo conuenit omni: ergo non conuenit
ſoli. Adde, quòd canes, & lupi caneſcunt, & plures homines etiam in ſenectute non ca-
neſcunt, & aliqui caneſcunt adhuc iuuenes: ergo proprium tertij modi non rectè poni-
tur. Item, illud eſt alicui eſſentiale, quod ſibi ineſt per ſuam eſſentiam. ſed proprium in- 5.
eſt ſpeciei per ſuam eſſentiam, nempè per ſua principia eſſentialia: eſſentiale eſt ergo,
& non accidens. Confirmatur, quia accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcen-
dum quod quid eſt, & præcipuè accidentia propria. ſed proprium quarto modo eſt
huiuſmodi, quia facit cognoſcere quidquid eſt ſpeciei: igitur, non rectè dicitur, propri-
um non indicare eſſe ſpeciei. Item, omnis bona definitio non conuenit aliis à definito; de- 6.
finitio enim, & definitum conuertuntur. ſed definitio proprij quarti modi competit vlti-
mæ differentiæ, quæ conuenit omni, & ſoli, & ſemper, vt rationale competit homini: igi-
tur non rectè aſsignata eſt definitio proprij quarto modo dicti. Adde, quòd nulla bona
definitio debet dari per oppoſita; definitio enim vnum dicit, oppoſita autem non dicunt
vnum, quia omni & ſoli opponuntur: ergo quod prius. Item, illa definitio non eſt bona, 7.
in qua ponitur ſpecies oppoſita alterius diffiniti. ſed in diffinitione proprij, ponitur ac-
cidens, ſiue verbum accidit: at proprium & accidens ſunt intentiones, & ſpecies diſpa-
ratæ: igitur definitio proprij non eſt bona. Confirmatur, quia omnis definitio data per
copulationem, non eſt bona; illa enim copulata, diuerſas partes denotant. ſed definitio
proprij eſt huiuſmodi; datur enim per hæc tria, omni, ſoli, & ſemper: ergo. Deniq; illa
definitio non eſt bona, in qua vniuoco diffinito, opponitur æquiuocum. ſed talis eſt defi-
nitio proprij, proprio enim opponitur accidens: ergo quod prius. Item, illa definitio non 8.
eſt bona, in qua non ponitur proprium genus, nec loco ſui ratio generis: patet, quia omnis
bona definitio conſtat ex proprio genere, & propria differentia: proinde, vbi aliqua iſta-
rum conditionum non aderit, bona definitio non dicitur. ſed ita res ſe habet in definitio-
ne proprij, quia in ea non ponitur certum genus, nec ratio loco generis, vt expreſsè appa-
ret: ergo quod prius. Item, proprium neceſſa iò non ineſt: ergo. Probatur, quod neceſ- 9.
ſariò ineſt, ſemper ineſt, aliter non eſt neceſſarium, ſed contingens potiùs, quod poteſt
ineſſe, & non ineſſe. ſed riſibile non ſemper homini ineſt. nec valet dicere, ineſſe homini
ſecundùm aptitudinem, non autem ſecundùm actum; quandoquidem ſubſtantia præce-

dit omne accidens natura, & tempore, 7.meth: ergo aliquo tempore, eſt ſubſtantia ſine accidente, ſubiectum ſine proprio. Omnis præterea potentia paßiua, eſt potentia contradictionis, 9.meth. ſed ſubiectum potentia eſt paßiua ad proprium, quia eſt eius materia: igitur poteſt eſſe ſub proprio, & ſub eius oppoſito, & conſequenter proprium non neceſſariò ineſt.

CAP. III.

Soluuntur Argumenta.

1. *AD primum ita reſpondeo, omne proprium fluere à principiis eſſentialibus*
ſpeciei: aut ergo illa principia ſunt adæquata ſpeciei, & intrãſmutabilia, &
ſic ſe habet quartus modus, vt riſibile: vel ſunt tranſmutabilia, & ſic ter-
tius modus comprehenditur. Quòd ſi non fuerint adæquata, vel excedunt
principia ſpeciei, & ſic eſt ſecundus modus, qui in pluribus ſpeciebus in-
uenitur: vel non excedit, cuiuſmodi eſt primus modus huius prædicabilis. Itaq; ſub tri-
bus modis poſitis ab Ariſtotele primi Topicorum, quatuor illi comprehenduntur; pro-
prium enim ſimpliciter, eſt proprium quarti modi: proprium autem ad aliquid, eſt pro-
prium primi, & ſecundi modi, ſed proprium quando eſt tertij modi. Ad confirmatio-
nem, nihil prohibet eſſe idem proprium, & commune; diuerſo tamen reſpectu: eſt enim
2. *commune reſpectu indiuiduorum, proprium autem reſpectu ſpeciei. Ad 2 Quod neceſ-*
ſariò ineſt ſpeciei; ineſt etiam neceſſariò omni indiuiduo. ſed ad hunc modum non ſe ha-
bet primus modus, quia à principiis ſpeciei contingenter & liberè proficiſcitur. Contra:
Raphael Archangelus medicus. *Archangelus Raphael vocatur medicus: ergo non ſoli homini conuenit. Soluitur, Ille an-*
gelus non vocatur medicus, per habitum medicinæ, per ſtudium acquiſitum; ſed potiùs
per habitum infuſum, ſiue concreatum, & ideo non eſt ſimile. Ad 3. Licet in definitio-
3. *ne quidditatiua, in qua ponitur propria differentia, ſub nomine quarti prædicabilis, vlti-*
ma differentia ſit conuertibilis cum definito, vt rationale cum homine: non tamen idem
ſentiendum eſt de differentia, quæ per circumlocutionem tantùm habetur, ſicuti eſt iſta:
Homo bipes. *homo eſt animal bipes greßibile: hæc enim duo greßibile, & bipes, propriam differen-*
tiam circumloquuntur, rationale ſcilicet. Quapropter non eſt neceſſe, vt bipes cum ho-
mine conuertatur. Ad confirmationem, duos habere pedes, accidit homini; poteſt enim
homo abſq; illis viuere: non autem accidunt indiuiduo, cùm ab extrinſeco illi non adue-
4. *niant. Ad 4. Licet illud quod ineſt omni, inſit pluribus indiuiduis; non tamen ineſt o-*
mnibus ſpeciebus, ſed poteſt tantùm vni ſpeciei ineſſe: omni igitur ad indiuidua, ſoli verò
ad ſpeciem refertur. Ad confirmationem, canicies propriè homini, & non alijs anima-
Aliqui non caneſcunt, aliqui citò. *libus refertur, ſiuè competit. Quòd verò aliqui non caneſcant, in cauſa eſſe poteſt par-*
ticularis complexio, aliis præſtantior atq; fortior. Quòd verò aliqui caneſcant in iuuen-
tute; vel ex nimia cura rerum agendarum cauſatur. vnde Boetius. Intempeſtiuè funduntur
tur vertice cani: vel ex læſione capitis, propter defectum caloris: vel propter malam
Flegmatici & Melancholici citò caneſcũt. *complexionem; flegmatici enim, & melancholici citò caneſcunt. Ad 5. Aliquid dici-*
tur eßentiale dupliciter: vel quia eſt de eſſentia eius; & ſic proprium non eſt eſſentiale
ſpeciei: alio modo quia neceſſariò conſequitur eſſentiam, & ſic proprium eſſentiale di-
5. *citur eſſe ſpeciei. Ad confirmationem, licet proprium, quoâd nos, & à poſteriori, confe-*
rat ad cognoſcendum quod quid eſt; non tamen à priori, ſicut à principio eſſentiali, ideo-
6. *que propriè non indicat quid eſſe rei, niſi accidentaliter tantùm. Ad 6. Proprium*
quarti modi, accidentaliter quidem, vltima autem differentia, ſpeciei competit eſſen-
tialiter, ideoq; non eſt ſimile. Ad confirmationem, illa non opponuntur, quia referuntur
ad diuerſa: nam omni, ad indiuidua, ſoli autem refertur ad ſpeciem; riſibile enim ineſt

omni

omni indiuiduo, contento ſub ſpecie humana, & ineſt omni ſpeciei humanæ: non ergo
ſunt oppoſita; quia non ſunt circa idem, neq; ſecundùm idem. Ad 7. accidens tribus 7.
modis poteſt intelligi: vno quidem modo, vt accidens reale, quod per ſe conſideratur à
metaphyſico, per accidens autem à logico: alio certè modo, vt accidens intentionale,
& illud eſt duplex; quia quoddam eſt prædicatum non eſſentiale, cuiusmodi ponitur
in definitione proprij: tertio modo eſt ſecunda intentio, ſumpta à proprietate rei, vel
accidentis realis, & ſic eſt quintum vniuerſale. argumentum ergo currit de accidente
tertio modo ſumpto, in definitione verò proprij, accidens ſecundo modo accipitur. Ad
confirmationem, argumentum verum eſſet, ſi illa copulata, diuerſas partes dicerent:
cùm verò dicant vnum, nihil concludit; etenim illa tria, ſcilicet, omni, ſoli, & ſemper,
quædam eſt circumlocutio, ſignificat ſanè conuertibiliter prædicari. Ad aliam confir-
mationem, argumentum procedit de accidente primo modo, in proprij autem definitio-
ne, ponitur accidens ſecundi modi, vt paulò antè annotatum eſt. Ad 8. definitio pro- 8.
prij conſtat ex proprio genere, & propria differentia: nam illud verbum, accidit, te-
net locum generis; habetur enim modus prædicandi in quale accidentale. Differentiæ
verò locum ſeruant illa copulata, ſcilicet, omni, ſoli, & ſemper, per quas differentias
deſcendit vniuerſale in proprium: per accidit verò habetur ratio prædicati, & modus
prædicandi, ſcilicet prædicari de pluribus in quale accidentale, quod ſubit rationem v-
niuerſalis. Ad 9. proprium neceſſariò ineſt; poſita enim cauſa immediata, ponitur 9.
eius effectus. ſed forma ſpecifica ſubiecti, reſpectu proprij, eſt huiuſmodi, quia pro-
prium egreditur à principiis ſubiecti, maximè verò à forma. Cùm autem ſubiecto ſem-
per inſit ſua forma; quia per illam habet eſſe: ſemper ergo neceſſe eſt, vt illud comite-
tur eius propria paſſio. Dico ergo ad argumentum, riſibile ſemper ineſſe, non autem ri-
dere; actus enim ridendi ineſt homini, vt accidens ſeparabile: aptitudo verò ſemper eſt
in actu. Ad confirmationem, ſubſtantia, quantùm ſpectat ad ſuam naturam, poteſt
eſſe ſine accidente, eò quòd præcedat omne accidens; contingenter tamen quando eſt
ſubſtantia, & accidens pariter; quia accidens immediatè ſubſtantiam conſequitur.
Ad aliam confirmationem, ſubiectum non ſolùm eſt in potentia paſſiua ad proprium,
ſiue propriam paſſionem; verùmetiam in potentia effectiua: ex ipſo enim ſubiecto pro-
pria paſſio procedit. Contrà, materia & efficiens non coincidunt, vt dicitur 2. phyſ. Si
ergo ſubiectum tenet locum materiæ, efficientis locum minimè poſſidebit. Reſpondeo,
id veritatem habere in materia in qua, & de efficiente ſine transmutatione: non autem
in materia ex qua, & de efficiente per tranſmutationem; hoc enim modo, ſubiectum
ſubire poteſt vicem & materiæ, & efficientis.

Accidens tribus modis cō ſideratur.

Subſtantia poteſt eſſe ſine accidente.

CAP. IIII.

Proprium non eſſe vniuerſale.

Contra prædicta aliquis ſic arguet: Omne illud quod prædicatur de pluri- 1.
bus, eſt vniuerſale: valet à definitione ad definitum. ſed proprium, vtpo-
te riſibile prædicatur de omnibus hominibus: ergo. Contra ſic arguo.
Nullum oppoſitum prædicatur de oppoſito, quia prædicatum dicit eſſe
ſubiecti. ſed oppoſitum non dicit eſſe ſui oppoſiti; habent enim eſſe diuer-
ſum. atqui proprium, & commune ſunt oppoſita, eſſe oppoſitum habentia: igitur pro-
prium non eſt commune, ſiue vniuerſale; à quocunq; enim remouetur commune; remo- 2.
uetur & vniuerſale. Item, nulla ſecunda intentio poteſt verè prædicari in abſtra-
cto de re primæ intentionis; abſtractum enim non prædicatur de concreto. ſed propri-
um eſt ſecunda intentio apud logicum: nam riſibile eſt proprietas, & riſibile eſt pro-

prium: igitur eſt proprietas, & per conſequens non prædicatur de prima intentione,
3. atq; ita non poteſt eſſe vniuerſale. Item, omne vniuerſale refertur ad aliquid, quia
omne prædicabile refertur ad aliquid, ſcilicet ad ſuum ſubiicibile. ſed omne vniuerſale
eſt prædicabile: ergo refertur ad aliquid. ſed proprium non refertur ad aliquid, quia
illa quæ referuntur adinuicem, ſunt ſimul natura. ſed proprium non eſt ſimul natura
cum ſuo ſubiecto, cuius eſt proprium; ſubiectum ſiquidem naturaliter propriam
4. paſsionem præcedit: ergo quod prius. Item, proprium eſt ens reale extra animam:
nam triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis, etiam nullo cogitante, ſemper
eſt verum. ſed vniuerſale logicum, non eſt ens reale; quia eſt ſecunda intentio, quæ
non eſt ens reale extra animam: igitur proprium non eſt vniuerſale logicum, de quo eſt
5. quæſtio. Item, vniuerſale prædicatur de pluribus, quia vniuerſale eſt, quod eſt, & dicitur
de multis; ſed proprium dicitur de vna tantùm ſola ſpecie: igitur non eſt vniuerſale.
Confirmatur, quia non videtur diſtinctum à ſpecie. Etenim quorum eadem ſunt principia,
illa non diſtinguuntur ab inuicem; diſtinctio namq; rerum pendet ex diſtinctione
principiorum. ſed ſpeciei & proprij eadem ſunt principia: animal namq; & rationale
ſicut conſtituunt ſpeciem, hominem ſcilicet; ita quoq; & proprium, nempè riſibile.
Adhæc accedit, quòd quæcunq; habent eadem ſubiicibilia, à ſe inuicem in ratione prædicandi,
minimè diſtinguuntur. prædicari ſiquidem dicit reſpectum de quibus prædicatur.
ſed homo, & riſibile habent eadem ſubiicibilia, nempè indiuidua, de quibus
prædicantur: non ergo ſunt diſtincta prædicabilia.

CAP. V.

Soluuntur Argumenta.

Proprium nomen æquiuocum.

PRo clara ſolutione argumentorum habenda, non ignorare oportet, proprium
eſſe nomen æquiuocum; poteſt enim eſſe primæ intentionis, & ſic proprium
opponitur communi: poteſt quoq; eſſe nomen primæ intentionis, vel
proprium indiuidui, vt ſchola Socratis, vel ſpeciei, vt riſibilitas eſt proprium
hominis: poteſt quoq; eſſe nomen ſecundæ intentionis, quæ ſignificat
prædicatum conuertibile cum ſpecie; non tamen prædicans eſſentiam ſpeciei. Si itaque

Proprium quomodo ſpecies vniuerſalis.

proprium accipiatur pro ſecunda intentione, applicabili alicui conuertibili cum ſubiecto,
eſt ſpecies vniuerſalis; vniuerſale enim in ipſum proprium deſcendit per differentias
1. eius diuiſiuas, per prædicari ſcilicet conuertibiliter in quale accidentale. Reſpondeo
ergo ad primum argumentum, proprium & commune, eſſe quidem relatiua, & vnum
relatiuum de altero dici; ex hoc tamen non ſequitur oppoſitum dici de oppoſito:
oppoſita enim ſunt illa dicenda, quæ ſunt reſpectu eiuſdem. ſed proprium dicitur commune,
& vniuerſale reſpectu indiuiduorum, quæ continentur ſub ſpecie, proprium verò,
reſpectu ſpeciei. Patet ergo quomodo rectè, & proprium, & commune dicatur.
2. Ad 2. intentio ſecunda prædicatur in concreto, & non in abſtracto. Et cùm dicitur, quòd
riſibile eſt; tunc committitur fallacia accidentis, quia variatur ſuppoſitio; nam riſibile
eſt proprietas, eſt nomen primæ intentionis in abſtracto, quod non poteſt prædicari
de concreto. Cùm verò dicitur, riſibile eſt proprium, eſt fundamentum, ſiue ens, &
3. res primæ intentionis: variatur ergo ſuppoſitio. Ad 3. proprium ſecundùm rationem
proprij, ad ſpeciem refertur, in quantum ſpecies habet proprium. Ad probationem dicitur:

Subiectũ proprij duobus modis conſideratur.

ſubiectum proprij poſſe dupliciter conſiderari: vno quidem modo ſecundùm ſe,
& ſic proprium, ſiue propriam paſsionem præcedit: alio autem modo, in quantum habet
proprium, & ſic ſunt ſimul natura. Ad 4. quamuis fundamentum proprij ſit in
4. re, ex natura rei, nullo intellectu negotiante; non tamen hæc ſecunda intentio proprij,

abſq;

abſq; intellectu comparante riſibili poteſt ineſſe. Idem intelligendum eſt de proprij de-
finitione, quæ de aliquo, abſq; intellectus operatione, verificari non poteſt. Ad 5. pro- 5.
prium prædicatur de ſpecie, non vt abſtracta ab induiduis, ſed potiùs, vt ad indiui-
dua inclinationem habente. Ad confirmationem, habent eadem principia materiali-
ter, non autem formaliter; ſunt enim principia ſpeciei intrinſece, & formaliter, in quan
tum ſcilicet, accipiuntur per modum potentiæ & formæ: proprij verò ſunt principia ex-
trinſecè, per habitudinem totius eſſentiæ ad actus, ſiue ad operationes conſequentes:
non ergo oportet proprium eſſe ſubſtantiam. Ad minorem ſecundæ probationis dico:
non habere eadem ſubiicibilia formaliter: nam ſi indiuidua conſiderentur, quò ad prin-
cipia eſſentialia, quæ ſunt hæc materia, & hæc forma; ſic ſubiiciuntur ſpeciei. ſi verò
quantum ad illa accidentia, quæ ratione ſpeciei, ipſa indiuidua conſequuntur; ſic proprij
ſubiicibilia numerantur. in quantum autem, includunt conditiones indiuiduantes, ſic
ſubiiciuntur accidenti.

CAP. VI.

Proprium eſt diſtinctum prædicabile ab accidente.

PRo intellectu eorum, quæ ſunt diſputanda, animaduertere neceſſe eſt, accidentium quædam ſubiecto extrinſecè, quædam verò intrinſecè, accidere. Eorum autem, quæ ab extrinſeco proficiſcuntur, quædam ratione formæ eueniunt ſpecificæ, cuiusmodi ſunt accidentia propria: quædam verò ratione materiæ, cuiusmodi eſt qualitas: quædam verò ratione primarum qualitatum actiuarũ, & ſic ſunt qualitates ſecundæ, quæ dicuntur qualitates poſteriores, & ſenſibiles, vt colores: primæ autem, vt ſiccitas, humiditas, frigiditas, caliditas. Porrò ex coloribus, quidam ſequuntur principium actiuum caliditatis, vt nigredo, aliqui principium actiuum frigiditatis, vt albedo. Vocantur autem ſenſibiles qualitates; quia à ſenſu apprehenduntur: ſecundæ verò, per reſpectum, quem habent ad primas. Quòd ſi illa accidentia ab extrinſeco proficiſcantur; hoc certè biſariam fieri poteſt: primò quidem, cùm cauſis effectiuis in ſubiecto non permanentibus; effectus tamen permanet. Exempli gratia, calore ſolis, ſiue ignis recedente, remanet exuſtionis, ſiue æſtus veſtigium. Alio modo, quando cauſa & effectus ſimul adſunt, ſimulq; recedunt, vt circulationes cauſatæ in aqua per iactum lapidis. Itaq; proprium, vt eſt ſecunda intentio, accidentibus non attribuitur, quæ ab extrinſeco originem habent; quia huiusmodi ſecundæ intentionis, nullum ex illis poteſt eſſe fundamentum. Præterea, nulla ſecunda intentio, quæ eſt proprium, ſiue proprium, vt ſecunda intentio, accidentibus applicatur, quæ oriuntur vel à materia, vel à primis qualitatibus. In cauſa autem eſt, quòd talia ſint accidentia, quæ ratione indiuidui, ſubiecto ſunt attributa. Quam ob cauſam, proprium, in quantum eſt vniuerſale, accidentibus applicatur, à forma ſpecifica emanantibus. vnde illud accidens reale, quod emanat à principiis ſpeciei, ſecundæ intentionis, quæ eſt proprium, appellatur, dicitur eſſe fundamentum. Accidens autem ſumptum pro ſecunda intentione, quæ eſt quintum vniuerſale, communibus applicatur accidentibus, quæ ab extrinſeco, vel intrinſeco, ratione primarum qualitatum, proficiſcuntur. Itaq; accidens proprium, & accidens commune, multis modis abinuicem diſtinguuntur. Primo quidem, quia accidens proprium, ſiue propria paſſio, ſpeciem habet pro principio ſui, commune verò indiuiduum. Deinde differunt ratione ſubiecti; nam ſubiectum propriæ paſſionis, ſine ſuo proprio, eſſe, vel intelligi non poteſt, neq; ſub modo oppoſito, puta inriſibilitatis, ſubiectum verò accidentis communis ſub modo oppoſito intelligi poteſt, vt coruus ſine nigredine. Tertio modo, ratione conuertibilitatis; proprium enim conuertitur cum ſuo ſub-

Qualitates primæ & ſecundæ.

Propriũ quomodo attribuitur accidenti

Fundamentũ ſecundæ intẽtionis, quod eſt proprium. Accidens cõmune, & proprium quibus modis diſtinguantur.

ſuo ſubiecto, non autem accidens: nequaquam ſiquidem ſequitur, quòd ſi omnis coruus ſit niger, quòd omne nigrum ſit coruus: ſicut ſequitur, omnis homo eſt riſibilis, & è conuerſo. Quarto differunt, quia propria paßio neceßariò ineſt ſubiecto: & in ſecundo modo per ſe, de ſubiecto prædicatur, accidens verò commune contingenter prædicatur, & in quarto modo, vt coruus nigredine eſt niger. vnde in ſyllogiſmo demonſtratiuo, propria paßio locum obtinet prædicati; in concluſione enim propria paßio prædicatur de ſuo ſubiecto: accidens autem à demonſtratiuo ſyllogiſmo excluditur, vt dicitur in primo poſteriorum. Deniq;, vt ſemel dicam, accidens proprium, eſt idem realiter cum ſuo ſubiecto, diſtinguitur verò formaliter; quia cum identitate reali, manet diſtinctio formalis: accidens verò commune, non eſt idem realiter cum ſuo ſubiecto. Ex quo patere arbitror, hæc duo prædicabilia eſſe abinuicem diſtincta.

CAP: VII.

Proprium non diſtingui ab accidente.

1. *Contra prædicta poſſet aliquis ſic arguere: Proprium vel eſt ſubſtantia,
vel accidens: valet à ſufficiente diuiſione, ſiue enumeratione. Non eſt
ſubſtantia; quia omnis ſubſtantia, vel eſt eſſentialiter eadem ſpeciei de
genere ſubſtantiæ, vel diuerſa; idem enim & diuerſum, circa ens, ſunt
immediatè oppoſitæ differentiæ. Non eſt dicendum proprium ſubſtantiam eſſe eſſentialiter diſtinctam, & diuerſam à ſpecie; non enim prædicaretur de ſpecie.
neq; eſſe de ſubſtantia ſpeciei, eò quòd in eius definitione non ponitur, alioqui eßet medium demonſtrationis; definitio enim eſt medium in demonſtratione potißima. vnde
proprium ex ea parte, qua eßet idem eſſentialiter cum ſpecie, eſſet vtiq; terminus inferens, ex parte verò, qua proprium dicitur; eſſet terminus illatus, quod eſt falſum.*
2. *Item, omne diffinitum prædicatur de diffinitione, conuertuntur enim. ſed omne accidens diffinitur per ſuum ſubiectum, vt riſibile per hominem, & ſimitas per naſum, &
ſimilia: igitur omne accidens prædicatur de ſuo ſubiecto in ſecundo modo dicendi per
ſe: & in demonſtratione concluditur: & per conſequens eſt proprium, per regulam de-*
3. *monſtrationis: igitur omne accidens eſt proprium. Item, ſumatur albedo, tunc quæro, an illa inſit homini per ſe, aut non. ſi per ſe ineſt; vtiq; erit proprium: ſi non per
ſe, ſed per accidens; tunc illud accidens, per aliud accidens; & ſic proceßus eſſet in in-*
4. *finitum in ſubiectis, quod eſt falſum: ergo quod prius. Item, proprium diffinitur per
accidens: ergo non differt eſſentialiter ab accidente: valet ſequela; quia nihil differt
eſſentialiter ab eo, per quod diffinitur. Confirmatur, quia vel eſt accidens ſeparabile,
vel inſeparabile, non primum: ergo ſecundum.*

CAP: VIII.

Soluuntur Argumenta.

1. *Ad primum, argumentum procedit de accidente primæ intentionis; nam
cùm dicitur proprium, vel eſt ſubſtantia, vel accidens: iſta eſt diuiſio entis realis in ſubſtantiam, & accidens, tanquam in membra oppoſita ad inuicem. Atqui hîc eſt ſermo de proprio & accidente, quatenus ſunt ſecundæ intentiones. Quare ſumendo proprium pro accidente intelligibili, vel
pro accidente, quod eſt prædicatum, non indicans eſſentiam rei, nullum ſequitur abſur-*
2. *dum. Ad 2. quidam ſic reſpondent, omne accidens determinans ſibi ſubiectum, vt*

ſimitas

ſimitas, diffinitur per ſuum ſubiectum. ſed omne accidens non eſt huiuſmodi: non ergo prio.
eſt neceſſe, vt omne accidens per ſuum ſubiectum debeat diffiniri. Contrà. Ex hoc enim
ſequeretur accidens eſſe rem abſolutam, & conſequenter ſubſtantiam, quod eſt falſum.
Dicendum ergo, omne accidens, quod diffinitur per ſubiectum, & manat à ratione for-
mali ſubiecti, in ſecundo modo per ſe de ſubiecto prædicari. ſed non omne eſt huiuſmo-
di: ergo. Ad 3. illud per ſe poteſt intelligi duobus modis: vel per ſe, ſcilicet ſine medio: 3.
vel per ſe, quia procedit à principiis illius ſubiecti. Itaq; albedo ineſt per ſe ſuperficiei;
quia ſine medio, non autem ineſt per ſe homini, quaſi per cauſam per ſe, ſed per acci-
dens. Ad 4. accidens poſitum in diffinitione proprij, non eſt quintum vniuerſale, ne- 4.
que accidens reale; ſed accidens, quod non dicit eſſentiam ſubiecti. Ad confirmatio-
nem, proprium non eſt accidens ſeparabile, neq; inſeparabile; talis enim diuiſio eſt com
munis accidentis. Propterea cuicunq; non competit diuiſio, nec illi competunt mem-
bra diuidentia. Quòd verò non ſit accidens inſeparabile, patet, quoniam ſubiectum po-
teſt intelligi ſub oppoſito accidentis inſeparabilis, non autem cum oppoſito propriæ paſ-
ſionis. Quomodo ergo proprium ſit diſtinctum vniuerſale ab accidente, dixi.

CAP. IX.

Propriam paſſionem non diſtingui realiter à ſuo ſubiecto.

Voniam in ſupradictis, dixi, propriam paſſionem eſſe idem realiter cum Prima ratio.
ſuo ſubiecto, hoc paulò fuſiùs explicabo hoc modo. Aliqua propria paſ-
ſio eſt idem realiter cum ſuo ſubiecto: ergo omnis paſſio; eadem enim ra-
tio eſt de omnibus. Antecedens patet, quia vnum, quod eſt propria paſ-
ſio entis, eſt idem realiter cum ente 4. met: tex: 3. Item, quod ſcitur ne- 2.
ceſſariò ineſſe alicui ſubiecto, ita, quòd eius oppoſitum non poſſit ineſſe, eſt vtiq; idem
cum illo realiter. ſed quælibet propria paſſio eſt huiuſmodi: ergo. Minor patet, quia ſi
propria paſſio non ineſt neceſſariò; concluſio de illa, non eſſet ſcientifica, quod eſt fal-
ſum. vt dicitur 7. met: tex: 53. Item, cauſa exiſtente immediata, neceſſaria, adæ- 3.
quata in aliquo ſubiecto, talis cauſa effectus ſubiectum ſemper conſequitur, cui illa cau-
ſa tribuitur. ſed illa cauſa, eſt ſpecifica forma ſubiecti, effectus verò propria paſſio, &
compoſitum ſpecificum eſt in actu, per talem formam in actu: igitur effectus eſt ſem-
per in actu. Ampliùs, non poteſt eſſe poſterius ſine priori, neq; totum ſine ſuis par- 4.
tibus eſſentialibus; ita nec poteſt eſſe homo ſine rationali determinante hominem ineſſe
ſpecifico. Ex hoc ſic formatur argumentum: rationale ſemper eſt in actu, & riſibile
ſemper erit in actu: valet conſequentia à cauſa neceſſaria, & adæquata ad ſuum effe-
ctum. Quòd ſi riſibile ſemper ineſt homini; neceſſariò, & ſimpliciter ineſt, quia non
poteſt ſe aliter habere Omne autem tale identificatur realiter cum homine propter per-
petuam inhæſionem ad ſubiectum: igitur propria paſſio eſt idem realiter cum ſuo ſub-
iecto. Cæterùm, forma ſpecifica, vt rationale, eſt cauſa efficiens propriæ paſſionis: Rationale cau
cauſa autem efficiens eſt duplex: quædam cum motu, & transmutatione, quam philo- ſa efficiens.
ſophus 2 phyſ: tex: 29. principium vnde motus, nominat: alia eſt cauſa efficiens ſine
motu, & transmutatione, vt Deus creans, intellectus intelligens, & ſubiectum produ-
cens paſſionem. Ex quo patet, huiuſmodi ſubiectum à ſuo effectu realiter non diſtin-
gui, ſed illud, quod agit cum motu, & transmutatione.

CAP: X.

De proprio.

Argumenta contraria.

1. *CONtra prædicta arguet aliquis ſic : omne quod poteſt ſeparari ab aliquo, non eſt idem realiter cum eo; implicat enim, poſſe ſeparari, & eſſe idem realiter. ſed proprium eſt ſeparabile à ſubiecto ; quia ei non ineſt eſſentialiter, ſed formam ſpecificam potiùs conſequitur : omne autem tale, eſt ſeparabile ; quia ſuperius poteſt eſſe ſine ſuo inferiori : igitur propria paſſio non eſt idem realiter cum ſuo ſubiecto. Confirmatur, quia ſubſtantia præcedit omne accidens, tempore, definitione, & cognitione, vt dicitur 7. met: com: 4. atqui, ſubiectum eſt ſubſtantia: præcedit ergo ſuam propriam paſſionem tempore. ſed quæ ſunt idem realiter vnum non*
2. *præcedit aliud tempore : ergo. Item, cauſa materialis in qua, & cauſa efficiens, non coincidunt 2. phyſ: 70. ſed ſubiectum reſpectu propriæ paſſionis, eſt cauſa materialis in qua recipitur propria paſſio : igitur non eſt cauſa efficiens eiusdem, quod prædictis*
3. *aduerſatur. Item, omne quod ſcitur, per aliquod medium, alicui rei ineſſe, vtiq; ab eo realiter diſtinguitur, alioqui idem ſciretur de ſeipſo, & per ipſum. ſed propria paſſio ſcitur ineſſe ſubiecto per medium, id eſt, per defiňtionem : igitur realiter à ſubiecto diſtinguitur. Confirmatur, quia omnis cauſa realiter diſtinguitur à ſuo effectu : ergo ſub-*
4. *iectum, quod eſt cauſa propriæ paſſionis, realiter ab ea diſtinguitur. Item, quidquid eſt in aliquo inſtanti, in quo non eſt aliud, eſt ab eo realiter diſtinctum. ſed ſubiectum eſt in aliquo priori naturæ, in quo non eſt propria paſſio : igitur diſtinguitur realiter ab eo. Confirmatur, quia poſſumus intelligere, illam propriam paſſionem immediatè à Deo produci, ſiue produci ſubiectum ſine propria paſſione : omne autem tale, non eſt idem realiter cum ſuo ſubiecto : ergo.*

CAP: XI.

Soluuntur Argumenta.

1. *AD primum, riſibile non eſt actu ſeparabile ab homine, cùm ſit eius propria paſſio, quæ neceſſariò ſequitur ſubiectum. Et cùm dicis, quia non ineſt eſſentialiter, concedo quantùm ad eſſe quidditatiuum, non autem quantùm ad eſſe completum ſubiecti, ad cuius complementum, non ſolùm ſunt neceſſariæ partes eſſentiales ; verùmetiam & propria paſſio, quæ ex ipſis partibus proficiſcitur. Ad confirmationem : illa propoſitio intelligenda eſt per ſe, quæ ex ſui natura habet, vt ſubiectum ſit ſimul tempore cum ſua propria paſſione, cuiusmodi*
2. *eſt homo, ſeu rationale, & riſibile. Ad 2. duplex eſt materia : quædam in qua, cuiusmodi eſt ſubiectum propriæ paſſionis: quædam verò ex qua fit compoſitum, cum forma ineſt. Similiter duplex eſt efficiens, quoddam ſine transmutatione, vt ſubiectum reſpectu ſuæ paſſionis: & quoddam cum transmutatione, ſicut efficiens phyſicum. Itaq; materia ex qua, & efficiens phyſicum non coincidunt ; quia rationes principiandi iſtorum principiorum, ſunt ſpecificè diſtincta : materia verò in qua, & efficiens ſine transmu-*
3. *tatione, bene poſſunt coincidere vt dixi. Ad 3. maior non eſt vera, & ad probationẽ dicitur, non eſſe conueniens, idem realiter, diſtinctum verò formaliter, ſciri de ſeipſo. Ad confirmationem, cauſa realiter à ſuo effectu diſtinguitur, quando ab ea cum motu producitur ; quia motus non fit ſimul : non autem in cauſa, quæ producit ſine motu, ſi-*
4. *cut eſt in propoſito. Ad 4. negatur maior : nam aliud prius natura, nihil aliud videtur eſſe, quàm ab illo non conuerti ſubſiſtendi conſequentiam. vel quia illi, quantùm eſt de ſe, non repugnet eſſe ſine illo poſteriori ; ſicut homini, quantùm eſt de ſe, non repugnat eſſe*

gnat eſſe ſine riſibili; tametſi ſecundùm eſſe completum, & ſimpliciter repugnare omninò videatur, propter identitatem realem, quam habet cum illo poſteriori, cum ſua vtiq; paſſione. Sed aliquis non temere dubitabit, ſi in illo priori inſtanti ſeu priori naturæ, in quo homo præcedit riſibilitatem, ſit riſibilis nec ne. Dicitur, neutro modo ſe habere. Contrà: ergo duo contradictoria erunt vera de eodem. Dicitur, quod licet duo contradictoria abſolutè ſumpta, non poſſint verè negari, & affirmari ſimul de eodem; bene tamen poſſunt, cùm ſunt aliquibus circumſtantiis determinata, nempè in primo inſtanti quidditatiuè per ſe primo modo. Ad confirmationem, maior eſt ſimpliciter falſa; noſter enim intellectus aliqua intelligere poteſt, quæ Deus non poteſt producere, cuiuſmodi ſunt, quæ contradictionem implicant. Sed de quarto prædicabili ſatis dictū habeo.

QVAESTIONIS DECIMAEOCTAVAE. CAP. I.

De quinto prædicabili, ſiue vniuerſali.

PRo intellectu quinti vniuerſalis, non ignorare oportet, accidens eſſe æquiuocum, ad accidens reale, & intentionale. Eſt autem accidens reale extra animam, vtpote, nigredo, & albedo; ſunt enim in rerum natura, etiam nihil nobis cogitantibus. De tali autem accidente per ſe conſiderat phyſicus, per accidens autem logicus; albedo enim, in quantùm quidditas eſt, & ens, ſpectat ad metaphyſicum: in quantùm verò eſt ſecundæ intentionis fundamentum, ſpecies nominatur, & conſideratur à logico. hoc modo diuiditur ens 5. met: in ſubſtantiam & accidens, & ponitur à commentatore in proœmio 7. met: 13. Accidens eſt æquiuocum

Cæterùm, accidens ſumptum pro ſecunda intentione, eſt commune ad duo vniuerſalia, ad proprium ſcilicet, & ad accidens. Accidens intentionale.

Porrò, accidens quod in proprij definitione ponitur, idem eſt quod prædicatum non eſſentiale, denotatq; eſſe, in, ſcilicet propoſitionem denominatiuam, non autem eſſe, de, quæ eſt prædicatio ſuperioris, de ſuo inferiori; verùmtamen, in quantùm eſt quædam intentio ſecunda, ſumpta à proprietate, quæ in re inuenitur, ſub quo accidente, abſq; repugnantia, eius oppoſitum intelligi poteſt, eſt quintum vniuerſale. Accidens quo modo eſt quintum vniuerſale.

Sed dices, quomodo accidens, ſubiectum erit accidentis? Reſpondeo, aliquod præſupponendum eſt ſubiectum ſubſtantiæ, puta Platonem, cui albedo ineſt, & reſpectu Platonis eſt accidens, & in concreto eſt prædicatum denominatiuum, atq; fundamentum intentionis ſecundæ; & ita accidens erit ſubiectum accidentis.

Porrò, intentio illa ſecunda, à proprietate albedinis ſumitur, & cauſatur. Illa autem proprietas eſt, accidens eſſe alteri, inhærens, & mutabile ab illo ſubiecto. Hæc autem ſecunda intentio, ſumpta à tali proprietate albedinis, ipſi poſt modum albedini per intellectum applicatur, in concreto, tanquam eius proprio fundamento. Intentio ſecūda vnde cauſetur.

Accidens ergo ſic conſideratum, & intellectum pro ſecunda intentione, eſt quintum vniuerſale, & ſpecies quinta vniuerſalis. Itaq; accidens reale per ſe conſideratur à methaphyſico, vt quidditas: per accidens verò à logico. Accidens verò intentionale, quoddam eſt prædicatum, non eſſentiale, ſub quo poteſt intelligi eius ſubiectum, & non oppoſitum illius, ſine repugnantia, & tale ponitur in proprij definitione: quoddam eſt, quædam ſecunda intentio à rei, vel accidentis realis proprietate ſumpta, quæ quidem poteſt cum eius oppoſito intelligi: cuiuſmodi eſt quintum vniuerſale.

Porrò, accidens, ſi fuerit primæ intentionis, vel contingit raro, & in paucioribus, vt dicitur 2. phyſ: 48. vel accidit rei poſt eſſe completum, & ſic eſt commune æquiuocum ad nouem prædicamenta. Item, accidens ſi fuerit intentionale, aut accipitur pro extraneo, vt in fallacia accidentis: aut pro eo, quod ex intellectus conſideratione cauſatur; & ſic numerantur quinq; vniuerſalia: vel accipitur pro prædicato non eſſentiali; & ſic eſt commune duobus vltimis prædicabilibus: vel prò Accidens de numero vniuerſalium.

prædicato non eſſentiali, neq; conuertibili; & ſic eſt quintum vniuerſale. Sanè, id cenſendum eſt vniuerſale, cui conuenit diffinitio vniuerſalis. ſed accidens eſt huiuſmodi, quoniam prædicatur de pluribus: ergo. Item, vniuerſale deſcendit ad accidens per hanc differentiam, quæ eſt prædicari in quale accidentale non conuertibiliter: ergo eſt vniuerſale.

CAP. II.

Argumenta contraria.

1. Contra prædicta ſic aliquis arguet: omne quod eſt in ſingulari, eſt ſingulare; quia omne receptum, ſe habet per modum recipientis. ſed accidens commune, cui applicatur hæc intentio, eſt in ſingulari: igitur eſt ſingulare, & non vniuerſale.
2. Item, omnis bona diuiſio datur per oppoſita. ſed diuiſio entis in ſubſtantiam, & accidens eſt huiuſmodi: datur ergo per oppoſita: atqui, vnum membrum diuiſionis, ſubſtantia ſcilicet, eſt ens reale, & aliud quoq; ſimiliter, atq; ita accidens erit ens reale, & non intentionale; illa enim non ſunt oppoſita.
3. Item, nulla ſecunda intentio prædicatur de prima. ſed accidens per ſe prædicatur de prima intentione, vt qualitas eſt accidens: igitur accidens ſumptum ex parte prædicati, eſt ens reale, & non ens rationis. Probatur minor; nam iſta eſt per ſe: qualitas eſt ens: ergo qualitas eſt accidens. valet conſequentia per regulam Topicam: Denominatũ à ſuperiori, denominatur etiã ab inferiori: ergo accidens eſt ens reale, & non intentionale; et per cõſequens nõ eſt vniuerſale.
4. Itẽ, nulla vniuerſalis ſpecies, ſingulari applicari poteſt, patet inductiuè; hæc enim propoſitio eſt falſa: hoc animal eſt genus, hic homo eſt ſpecies. ſed hæc eſt vera: hæc albedo eſt accidens; quia poteſt adeſſe, & abeſſe, & eſt quædã operatio, quæ non niſi ſingulari conuenit, vt huic, vel illi albedini, & non albedini in communi. Cùm igitur diffinitum ſit ſingulare: ſpecies ergo vniuerſalis eſſe nequit.

Soluuntur argumenta.

1. Ad primũ reſpondeo, hæc intentio accidens eſt in ſubiecto communi, vt in albo, vel in nigro, vel in aliquo alio ſimili, cui applicatur, ſicut ſpecies eſt in communi ſubiecto, qui dicitur homo. Porrò Ariſtotelis ſententia intelligenda eſt de illo, cui hæc intentio accidens applicatur, ſicut album nigrum; illud enim primò ineſt ſingulari, quia ſecundùm ſe non conſequitur principia ſpeciei. Contra, ſi illud, cui primò applicatur intentio, eſt ſingulare; intentio quoq;, quæ in illo eſt, ſicut in ſubiecto, erit ſingularis: ergo idem quod prius.

Secunda intẽtio applicatur ſubiecto communi.

Dico, illud, cui applicatur hæc intentio, album, vel nigrum, ſecundùm eſſe materiale, primò poni iu ſingulari, ſed eo modo, non eſſe ſecundæ ſubiectum intentionis; ſed potiùs quatenus conſideratur ab intellectu, vt extraneum à ſingularibus.

2. Ad 2. argumentum locum habet iu accidente reali, non autem intentionali; ens enim diuiditur in ſubſtantiam, & accidens reale, non autem intentionale.
3. Ad 3. hæc propoſitio, qualitas eſt accidens, eſt per ſe, ſi accidens ſumatur ex parte prædicati, pro accidente reali, & pro vno ſignato nouem generum accidentium. In cauſa autem eſt, quia tunc eſt prædicatio ſuperioris de inferiori. ſi autem ſumatur pro intentione ſecunda, ſic eſt prædicatio denominatiua, ſicut hæc, homo eſt ſpecies.
4. Ad 4. hæc propoſitio eſt falſa, hæc albedo eſt accidens, ſumendo accidens pro ſecunda intentione; dixi enim ſecundam intentionem, in ſingulari alicuius accidentis in communi fundari poſſe. verùmtamen hæc propoſitio eſt vera: hæc albedo eſt accidens, ſi accidens ſumatur ex parte prædicati pro accidente reali. Cæterùm, hæc ſecunda intentio accidens, quod eſt quintum vniuerſale, non applicatur albedini in communi, vel huic albedini ſingulari; ſed albo in communi, & non huic albo. Ad probationem, adeſt, & abeſt, eſt circumlocutio, per quam vnum prædicatum accidentale exprimitur, non per ſe conuer-

ſe conuertibile, quod quidem prædicatum dicitur applicari albo in concreto, cui applicatur hæc ſecunda intentio, quæ eſt quintum vniuerſale.

CAP: III.

Argumenta contra primam definitionem accidentis.

*Contra primam definitionem accidentis aliquis ſic inſtabit: Nulla bona
definitio datur per oppoſita copulatiuè ſumpta; deſtruunt enim vnitatem 1.
definitionis. ſed prima definitio accidentis, eſt huiuſmodi, ſcilicet, adeſſe &
abeſſe: non ergo eſt bona definitio. Confirmatur, quia accidens eſt vniuer-
ſale, quod non mutatur, vt dicitur in lib. poſteriorum. Si ergo accidens eſt
vniuerſale; non rectè illa oppoſita ponuntur in definitione accidentis. Item, ſi accidens
abeſt: ergo non eſt, quia non habet eſſe ſeparatum à ſubiecto. quòd ſi accidens non eſt; 2.
neq; ſubiectum erit; ſunt enim relatiua: omnis enim ſpecies vniuerſalis eſt relatiuum; ſi-
quidem accidens refertur ad ſubiectum, cuius eſt accidens, & ſubiectum ad accidens.
Confirmatur, quia quod ſemper eſt in ſubiecto ſubſiſtens, non abeſt à ſubiecto. ſed acci-
dens eſt tale: ergo quod prius. Confirmatur etiam, quia mors, combuſtio ſunt acciden-
tia, quæ tamen abeſſe nequeunt, ſine ſubiecti corruptione: ergo. Item, omnis definitio 3.
ideò eſt bona, quia competit omni definito. ſed hæc non eſt huiuſmodi, quia viuere eſt ac-
cidens, cùm non ſit de eſſentia viuentis; & tamen non poteſt abeſſe à ſubiecto, præter eius
corruptionem: ergo. Confirmatur, quia accidens corrumpitur per corruptionem ſui ſub
iecti; & ſic non poteſt abeſſe ſine corruptione ſubiecti. Item, diffinibile debet habere 4.
eſſe neceſſarium, quia contingens, & infinitum, non ſunt diffinibilia. ſed accidens habet
eſſe contingens & indeterminatum: igitur non eſt diffinibile, & per conſequens eius
definitio non poteſt eſſe bona. Item, ſi accidens per ſe adeſt: ergo non poteſt abeſſe, quia 5.
vnum extrudit alterum. Confirmatur, quia accidens neceſſariò eſt accidens: ergo neceſ-
ſariò ineſt, & ita non poteſt abeſſe, quod eſt contra primam definitionem accidentis.
Item, contra aliam definitionem ſic arguo: nulla bona definitio debet dari per negatio- 6.
nem, quia negatio non explicat quid eſſe rei. ſed ſecunda definitio accidentis, eſt huiuſ-
modi; ſic enim diffinitur: quod non ſit genus, neq; ſpecies, neq; differentia, neq; proprium:
ergo: Adde, quòd calor eſt accidens; & tamen eſt genus, & ſpecies qualitatis: igitur
definitio conuenit aliis à definito. Item, alia prædicabilia ab accidente, non definiuntur 7.
per negationem accidentis, & aliorum: ſimili quoq; modo quintum vniuerſale definiri
debuerat. Item, quòd non detur aliquod accidens ſeparabile: ſi aliquod accidens eſt ſe- 8.
parabile; illud vtiq; poteſt eſſe ſine ſubiecto. ſed nullum accidens per potentiam natu-
ralem, poteſt eſſe ſine ſubiecto, quia hoc ſoli ſubſtantiæ conuenit: ergo. Nullum ergo accidens eſt ſeparabile. Confirmatur, quia ſi accidens poteſt adeſſe, & abeſſe: idem ergo erit ſimul ſeparabile, & inſeparabile, quod eſt falſum. Reuera, accidens inſeparabile coincidit cum proprio, eò quòd totam ſpeciem conſequatur: ſicut videre eſt in albedine cigni, quæ in quolibet indiuiduo illius ſpeciei inuenitur, & in nigredine in coruo, & æthyope; & ſic non erunt duo prædicabilia diſtincta.*

CAP. IIII.

Soluuntur Argumenta.

Pro intellectu definitionis huius vniuerſalis, neceſſe eſt ſcire, accidens à philoſopho primi Topicorum 4. ſic definiri: Accidens eſt quod contingit eidem ineſſe, & non ineſſe. Et hæc quidem definitio coincidit cum definitione prima accidentis, paulò ſuperiùs annotata. Porrò, adeſt vel abeſt, te-

Accidentis definitio.

eſt, teſte Porphyrio, aut eſſe vel non eſſe, teſte Ariſtotele, pro prima intentione accipi poſſunt, vt loquitur Ariſtoteles, 7. met: 2. Accidentis eſſe, eſt ineſſe. ſimiliter 8. phyſ. 62

Adeſſe & abeſſe quid ſignificent.

Impoſsibile eſt idem ſimul adeſſe eidem ſubiecto, & abeſſe ab eodem ſubiecto. Vbi adeſſe & abeſſe ſumitur pro prima intentione. Pro ſecunda autem intentione, eorum prædicamentorum, quæ ſunt extra eſſentiam ſubiecti, prædicationem denominatiuam, atq; accidentalem denotant. Porrò, ineſſe ſumptum pro ſecunda intentione, poteſt accipi tripliciter, propriè, communiter, & communiſsimè. Propriè autem communibus competit accidentibus, vt albo, cui propriè competit ineſſe. Communiter verò conuenit ſingularibus accidentibus, vt huic albo. Communiſsimè, vt prædicatum ineſt ſubiecto.

Accidens diffinitur per ineſſe.

Cùm autem hîc diffinitum ſit ſecunda intentio, diffinientia quoq;, ſcilicet adeſſe, & abeſſe, pro ſecunda intentione accipiantur: rectè ergo data eſt definitio accidentis per ineſſe; propriè enim conuenit communi accidenti: communiter autem, cuilibet accidenti: communiſsimè autem prædicato, quod ineſt ſubiecto. Itaq; ſumendo adeſſe pro ſecunda intentione, tenet locum generis, abeſſe verò differentiæ. Accidens ergo adeſt & abeſt, ſecundùm conſiderationem intellectus, præter deſtructionem eſſentialis intellectus, ſiue conceptus ſubiecti. Dicitur eſſentialis intellectus propter conceptum accidentalem, qui corrumpitur.

Obiectio.

Sed aliquis dicet: ſi accidens non abeſt ſecundùm rem à ſubiecto, niſi ſecundùm conſiderationem tantùm; proculdubio definitio accidentis non diſtingueretur à definitione accidentis: ſubiectum enim proprij, poteſt ſine proprio intelligi, ſicut ſubiectum accidentis, ſine accidente.

Solutio.

Reſpondeo, ſubiectum proprij non poſſe intelligi cum ſuo oppoſito, ſicut ſubiectum accidentis. Hæc ergo definitio cum illa non coincidit. His præmiſſis, ad primum argumentum reſpondeo: adeſſe, & abeſſe accipi pro ſecunda intentione, præter ſubiecti corruptionem, quia ſine eo ſubiectum intelligi poteſt, & cum eius oppoſito, ſine deſtructione ſui intellectus, & ſine repugnantia intelligendi.

Soluitur primum argumentum.

Adeſſe ergo & abeſſe, in quantum ſunt nomina ſecundæ intentionis, propriam prædicationem ſignificant, quæ ſunt extra eſſentiam ſubiecti, vel alterius generis à ſubiecto: ſicut prædicari de, dicit propriam prædicationem eſſentialium, quæ ſunt in eodem genere cum ſubiecto. Itaq; per adeſſe, & ineſſe intelligitur genus accidentis, cum vna differentia, nempè prædicatum non eſſentiale, neq; conuertibile: per abeſſe verò, differentia, & correlatiuum diffiniti. Ad probationem, adeſſe & abeſſe conueniunt accidenti in vniuerſali, vt ſunt aptitudines. In quantùm verò ſunt actus, & actualem denotant inhærentiam, particulari conueniunt accidenti. Atqui hîc diffinitur accidens pro ſignificato, ſiue pro ſecunda intentione, non pro accidenti particulari.

2.

Ad 2. Quamuis accidens abeſt, vt hîc ſumitur abeſſe; non tamen inde ſequitur, ipſum non eſſe.

Accidens quomodo adeſt & abeſt.

Quia licet ſubiectum, ſine accidente, imò cum eius oppoſito poſsit intelligi; ex hoc tamen non concluditur, ipſum non eſſe. Præterea, nullum ſequitur inconueniens, ſi dixerimus, accidens corrumpi ſecundùm eſſe, quod habet in iſto vel in illo particulari, non autem ſecundùm eſſe commune, quod eſt abſtractum à particularibus. Ad probationem, ſubiectum manet, accidente deſtructo; quia præcedit accidens, & ab eo non dependet. Deſtruitur autem eſſe relatiuum, deſtructo eius correlatiuo.

Mors quomodo eſt accidẽs

Ad primam confirmationem dico, accidens quàmdiu eſt, ſemper eſſe in ſubiecto ſubſiſtens, cùm verò non eſt in ſubiecto, tunc quidem corrumpi, non ſimpliciter ſed ſecundùm eſſe materiale, quod erat ei in ſubiecto. Ad 2. confirmat: mors, corruptio, combuſtio, non ſunt propriè accidentia prædicabilia: ſed potiùs mori, corrumpi, & comburi. Mors igitur materialiter accepta, in quantùm dicit alterationem, viuentis corruptionem præcedentem, accidens nominatur, quia poteſt adeſſe, & abeſſe à ſubiecto: formaliter verò accepta pro corruptione viuentis, qua mutatur de eſſe in non eſſe, non eſt accidens, ſed mutatio ſubſtantialis. De combuſtione quoq; ſimile poteſt eſſe iudicium.

Viuere quomodo eſt accidens.

Ad 3. Si viuere intelligatur pro eſſe ſubſtantiali viuentis, in quantum viuere eſt eſſe in viuentibus, hoc modo vita & viuere ſubſtantiam viuentis denotant. Quòd ſi accipiantur

pro ope-

*pro operationibus viuentium,audire, videre, ſentire, & huiuſmodi ; ſic viuere eſt acci-
dens,& poteſt adeſſe,& abeſſe præter ſubiecti corruptionem Ad confirmat: Accidens
tribus modis corrumpitur:vno quidem modo per accidens ſibi contrarium,vt frigus per
calorem : alio modo per deſtructionem cauſæ , per quam ſubiecto ineſt , vt lumen cor-
rumpitur in aëre per receſſum ſolis : tertio modo per remotionem termini dependentis,
vt pater ceſſat eſſe pater,per remotionem filij. Poteſt ergo accidens corrumpi,ſine cor-* Accidens tri-
ruptione ſubiecti. Ad 4. Accidens ſecundùm eſſe particulare, quod habet in ſubiecto, bus modis
non eſt neceſſarium,& finitum,ſed benè ſecundùm eſſe vniuerſale,& ſic poteſt definiri. corrumpitur.
Ad 5. Conſequentia aliquo modo poteſt eſſe bona. ſed antecedens eſt diſtinguendum ſe- 4.
cundùm compoſitionem,& diuiſionem, ob illam particulam,ſcilicet,per ſe ; etenim ſi illa 5.
*determinet inhærentiam,ſic vtraq; præpoſitio,& conſequentia, eſt vera ; ſi verò deter-
minet inhærens, ſic vtraq; eſt falſa: ſed hoc modo non ponitur in definitione accidentis.* Senſus defini-
Senſus ergo eſt ,adeſt,& abeſt,per ſe inſunt accidenti. ſed idem prædicatum determina- tionis.
tum,ſiue acceptum per ſe,non ineſt illi ſubiecto. Itaq; , vt dixi, in hac definitione acci- Genus & dif-
dentis,verbum illud,adeſt, vice fungitur generis ; per ſe enim intelligimus prædicatum ferentia defi-
non eſſentiale:differentiæ autem remotæ, non eſſentia,ſpecificæ verò præter ſubiecti cor- nitionis.
ruptionem. Ad 6. Accidens dicitur duobus modis formaliter, & materialiter:forma- 6.
*liter autem eſt pura negatio;& ſic nulla definitio debet dari per puram negationem: be
ne autem materialiter,quatenus ex conſequenti ponit aliquam affirmationem;per vnum
enim oppoſitum intelligitur alterum,& per negationem affirmatio intelligitur. Ad con-
firmationem, Color non eſt genus reſpectu ſui ſubiecti , cuius eſt accidens , ſed per re-* Calor quomo
ſpectum ad ſuas ſpecies. Contra, anima Platonis non eſt genus, neq; aliquod prædicabi- do eſt genus.
*le,& tamen ineſt corpori : igitur definitio competit aliis à definito. Reſpondeo , animæ
Platonis non competere prædicare de multis: ineſt præterea ſubiecto,vt forma ſubſtan-
tialis,quod accidenti tribui non poteſt: igitur ei non competit definitio accidentis. Ad
7.negatur conſequentia,& ratio diuerſitatis eſt , quia accidentia minorem habent ratio-* 7.
*nem prædicabilis,quàm alia vniuerſalia, cùm non ſint de eſſentia ſubiecti, neq; conuer-
tuntur cum ſubiecto; ideo per negationẽ diffiniuntur,& non è conuerſo,ſicut ex imper-
fecto perfectum cognoſcitur. Ad 8. Eſſe in ſubiecto bifariam intelligi poteſt : aptitu-* 8.
*dine ſcilicet,& actu:primo autem modo , accidens ſemper eſt in ſubiecto, non autem ſe-
cundo modo,niſi quàmdiu eſt in ſubiecto : ideoq; ſeparari poteſt præter ſubiecti corru-
ptionem. Ad confirmat: Accidens duobus modis poteſt intelligi:vno quidem modo,qua* Accidens quo
tenus habet reſpectum ad ſubſtantiam ſui ſubiecti ; & ſic dicitur ſeparabile , quia non modo eſt ſe-
ſpectat ad definitionem quidditatiuam ſubiecti. Alio autem modo , quatenus reſpicit parabile.
conditiones , & complexiones particulares ; & ſic dicitur inſeparabile. Iterum aliquis 9.
*arguet: illa definitio non eſt bona,in qua definitum eſt ſecunda intentio,& vniuocum: &
partes definitionis ſunt entia extra animam. maior patet , quia entia realia non diffini-
unt entia intentionalia.ſed adeſſe & abeſſe ſunt entia realia, quia conueniunt accidenti-
bus extra animam;diffinitum autem hîc eſt ſecunda intentio,quæ conuenit rebus diuer-
ſorum generum : definitio ergo non eſt bona. Soluitur , adeſſe , & abeſſe ſumuntur pro* Solutio.
*ſecunda intentione , & ita ſunt partes diffinientes , & conueniunt definito. ſunt etiam
partes vniuocæ, quemadmodum & definitum. Minor quoq; negatur , quia illa non con-
cipiuntur pro prima,ſed pro ſecunda intentione. Item,omnis ſecunda intentio , cui ineſt,* 10.
*neceſſariò ineſt,quia ineſt per intellectum:ergo immutabiliter ineſt, & ſic neceſſariò;&
per conſequens non poteſt abeſſe: igitur accidens non poteſt adeſſe,& abeſſe.Confirma-
tur,quia iſta operatio intellectus, eſt vniformis; eſt enim quantùm ad eſſe immateriale,
& eſſe cognitum:eſſe autem immateriale, & ſpecificum,mutabilitati non ſubditur. Sol-
uitur, Neceſſarium poteſt determinare inhærentiam,vel inhærens, vt dixi. primo modo* Solutio.
eſt verum,ſecundo autem eſt falſum. Quid ſit ergo accidens quintum prædicabile dixi.

Sed

Sed tempus eſt, vt ad locum, vnde fluxit redeat oratio. Et reuera, principium & finis ſibi conſentiunt; ab actu enim cœpimus, & ad actum huic de ente ſpeculationi terminum imponere decreuimus: ſpecies enim eſt actus generis, proprieq́; ſubſtantia. Alia verò, quæ dicenda erant de hoc negotio, vtpote de ente, & eſſentia, quomodo ſe habeant in creaturis, & primo omnium principe, in primo Pymandri digeſta ſunt. Ad actus ergo atq; potentiæ ſpeculationem redeamus.

QVAESTIONIS XIX. CAP. I.

Actus eſt prior potentia.

Actus eſt prior potentia. *QVid ſit actus, fol. 140. declaraui. Et in 2. Pymandri plurima verba de hoc negotio feci: quare pauca mihi dicenda eſſe puto, eaq́; planè, quæ ſunt ſcitu digna. Inprimis ergo ſcrutari placuit, vtrum actus ſit prior poten-*
1. *tia. & reuera: ſi forma eſt actus, & materia eſt potentia, & forma ma-*
2. *teriam præcedit: actus ergo præcedit potentiam. Sit ergo iſta ſententia vera, atq; firma: actus eſt prior potentia, ratione & cognitione. Suffragatur nobis phil. 9. met: co: 13. Id, inquit, per quod aliquid diffinitur, eſt prius eo, diffinitione. ſed per actum diffinitur potentia; nam per contingere actu eſſe poſſibile, eſt quod primò poſſi-*
3. Ratione. *bile, puta, dico ædificatorem potentem ædificare, & viſibile potens videri. Amplius, actus eſt prior potentia, cognitione: hoc eſt, eſt aptus natus prius perfectiusq́; cognoſci. Quod enim magis participat de entitate; magis vtiq; participat de cognitione: etenim res ſicut ſe habet ad eſſe; ſic etiam ſe habet ad cognoſci. 2. met. co. 4. ſed actus magis participat de entitate, 9. met: com. 13. Potentia (inquit Commentator) eſt ſicut non eſſe,*
4. *actus autem eſt eſſe: actus ergo ſuapte natura, cognitione potentiam præcedit. Item, actus antecellit potentiæ cognitione, etiam quoâd nos: potentiæ, inquam, quatenus ſe ex-*
Cognitione. *tendit ad actiuam & paſſiuam, deniq; ad quodcunq; motus principium. Profectò, quod priùs mouet noſtrum intellectum, priùs à nobis cognoſcitur; ex eo enim quod intelligibile mouet intellectum, intelligitur: ergo ſi priùs mouet, priùs intelligitur. ſed actus priùs mouet intellectum quàm potentia, 9. met: com. 20. Quæ ſunt in potentia, inquit, non inueniuntur, hoc eſt, cognoſcuntur à nobis, niſi reducantur ad actum. Et 3. phyſ. tex. 17.*
5. *quòd ſemper exiſtimabitur aliqua ſpecies mouens, & ſpeciem ſumit pro actu. Ergo a-*
Tempore. *ctus, etiam quoâd nos, cognitione potentiam præcedit. Præcedit etiam tempore potentiam paſſiuam, in diuerſis quidem, non autem in vno eodemq́; indiuiduo: hominem autem quempiam, qui modò eſt in actu, materia, qua erat homo in potentia, tempore præceſſit: ſimiliter quando mouetur de potentia ad actum, priùs eſt in potentia, quàm in actu. At ſi hæc in diuerſis conſiderentur; tunc abſq; dubio, actus præcedit potentiam: quod enim eſt in potentia, non deducitur ad actum, niſi per aliquod exiſtens in actu: homo namq; in potentia à generante producitur, qui eſt homo in actu: & de aliis huiuſmodi, ſimile eſt iudicium. At ſi loquamur de potentia actiua, adhuc neceſſaria eſt ſub diſtinctio: quædam enim exercitio acquiritur, vtpote, ſcientia, ars &c. & hanc, abſque dubio actus præcedit; nemo enim doctrinam nanciſcitur, niſi per docentem in actu. Quæ-*
Comparatione. *dam verò potentia actum præcedit, veluti ſunt potentiæ naturales. Adde, quòd ſi actus vt actus, comparetur potentiæ, vt potentiæ, ſecundùm philoſ. doctrinam; tunc actus non*
Materia prima *eſt prior potentia, nec viciſſim potentia prior actu; æterno namq; nihil eſt prius duratione, aliter non eſſet æternum: nam ſi potentia paſſiua, nempè materia, eſt æterna; ita planè actus eſt æternus, ſiue intelligatur ſubſtantia immaterialis, vt dicitur 12. met: ſiue*
6. *forma informatiua materiæ. Quamuis enim nulla forma educta, ſiue educibilis de potentia materiæ, ſit eadem numero æterna; eſt tamen ſecundùm ſpeciem, ſiue ſecundùm*

 Actus eſt

genus æterna, idq́; ad mentem phil: aſſerentis, ſpecies rerum corruptibilium ſucceſsione prior po-
æternas eſſe, materiamq́; ab æterno aliqua forma ſemper veſtiri. At ſi actus comparetur tentia.
potentiæ ſecundùm ſpeciem, nec hoc quidem modo eſt prior potentia; nam ſecundùm 2.
philoſophum 2. de gen. com. 55. generatio eſt perpetua: quapropter ſemper fuit homo Comparatio.
actu & erit, & ſemper etiam fuit homo generandus, & erit; alioqui generatio humana
ſuæ haberet durationis principium, atq; finem, quod planè philoſ. non probatur. Porrò, ſi
comparetur actus ſecundùm ſpeciem, potentiæ ſecundùm indiuiduum; tunc actus tem- 3. Comparatio.
pore potentiam præcedit: cauſa enim mouens, & agens, vt dicitur 12. met: com. 16. præ-
cedit illud, cuius eſt cauſa, & in hoc diſtinguitur cauſa agens à forma, quòd illa ſimul 4.
ſit cum eo, cuius eſt cauſa, hæc autem præcedit cauſatum: homo ſiquidem in potentia pro Comparatio.
ducitur ab homine in actu exiſtente. Itaq́; actus ſecundùm ſpeciem, in generatione præ-
cipuè vniuoca potentiam ſecundùm indiuiduum præcedit. Cæterùm, ſi actus ſecundùm Operatio præ
indiuiduum comparetur potẽtiæ ſecundùm indiuiduum; tempore potentia poſterior eſt: cedit potenti-
ſed hæc coincidunt cum aliis, quæ iam diximus de potentiis actiuis, atq; paſsiuis.. In po- am.
tentiis autem actiuis, quæ exercitio habentur, actus, vt dixi, præcedit potentiam. vnde
Commentator 9. met: com. 14. qui addiſcit cytharizare, cytharizat, vt addiſcat, & ac- Quomodo ali
quirat artem cytharizandi. & com. 14. Actus, inquit, præcedit potentiam, id eſt, habi- quid addiſci-
tum, qui exercitio acquiritur. In Memnone ſic arguitur: Qui addiſcit cytharizare, cy- mus.
tharizat, non autem cytharizat, niſi qui ſcit cytharizare: igitur addiſcens eſt ſciens,
quod contradictionem implicat. Nihil ergo de nouo addiſcimus. Ad quod dicimus, ani-
mæ noſtræ non ineſſe ſcientias, & artes congenitas, ſed principia quædam, ad illarum ac-
quiſitionem parandam: vnde commen. 9 met: com. 13. Aſinus non addiſcit cytharizare,
neq; homo, qui non eſt innatus cytharizare: tunc ad argumentum dico, quòd addiſcens
per actionem imperfectam, quæ ſibi ineſt, addiſcit: non autem per actionem perfectam
quæ ineſt ſcientiæ addiſcendæ. Ad improbationem, negatur conſequentia: non enim eo-
dem modo eſt addiſcens, quo ſciens; eſt enim addiſcens, & imperfectè ſciens: non autem Memnonis
addiſcens, & perfectè ſciens. Decipitur ergo Memnon, qui credidit non habentem ar- error.
tem nullo modo poſſe artis actionem habere, quandoquidem innata habeat principia. Actus eſt pri-
Quomodo ergo actus ſit prior tali potentia, patet. Actus quoq; præcedit potentiam ſub- or potentia ſe
ſtantia, id eſt, ratione, ſiue perfectione, authore philoſ. 9. met: com. 13. Omni, inquit, tali cundùm ſub-
prior eſt actus ratione & ſubſtantia, & tempore. Sanè, priora generatione, ſunt imper- ſtantiam.
fectiora. ſed potentia hoc modo, actum præcedit: imperfectior ergo. Item, finis perfe- 1.
ctione antecellit his, quæ ſunt ad finem. ſed operatio potentiæ, eſt finis potentiæ, igitur eſt
perfectior potentia. Secundùm ergo mentem Ariſtotelis, idem vt actu, eſt perfectius 2.
ſeipſo, vt potentia. Exempli gratia, cytharedus vt potens cytharizare, eſt ſeipſo imper-
fectior, vt cytharizante. et huic propoſito ſuæ congruunt rationes: Etenim agens, vt in
actu, eſt ſeipſo poſterius, vt in potentia; priùs ſiquidem eſt potens agere, quàm agat, ſi- 3.
ue agens. Agens præterea, vt in actu, eſt finis ſuiipſius, vt in potentia: illæ ergo rationes
hoc modo ſunt intelligendæ, nempe in eodem genere, agens profectò, quod poteſt agere,
& quod nunc agit ſunt generis eiuſdem, atq; ita in huiuſmodi priora generatione, ſunt
imperfectiora: in his autem, quæ genere diſcrepant, hæc quæ dicta ſunt, locum habere
non poſſunt. Quomodo ergo actus præcedat potentiam ratione, diffinitione, tempore atq;
ſubſtantia, dixi.

CAP. II.

Actus eſt prior potentia.

Argumenta contraria.

1. ACtum non eſſe priorem potentia, diffinitione, ſic arguendo oſtendere poſ-
ſumus: Actus & potentia ſunt relatiuè oppoſita, per commentatorem, 9.
met: com. 11. Relatiuorum verò vnum, non præcedit alterum, cùm ſint ſi-
mul natura: actus ergo, non præcedit potentiam Adde, quòd nec etiam
prior nobis notus ipſa potentia, alioqui ſubſtantiæ abſtractæ, quæ ſunt actus
puriſsimi, priùs nobis eſſent notæ, quàm hæc inferiora, quæ ſe habent ad illa beatiſsima
entia, vt potentia ad actum. ſed hoc eſt falſum, vt longo ſermone diſputatum eſt in pri-
mo Pymandri: ergo &c. His accedit, quòd confuſa ſunt cognitione priora 1. phy. ſed po-
2. tentia eſt quid confuſum, actus verò, quid diſtinctum, cùm ſeparet, atq; diſtinguat po-
tentiã: ergo quod prius. Amplius, principium præcedit principiatum etiam ratione; prin
cipium enim in diffinitione principiati ponitur, alioqui diffinitio, vt dicitur 7. met: à
Quòd potentia præcedit actum. prima potentia vſq; ad vltimum, ipſum diffinitum nequaquam notum redderet. ſed po-
tentia eſt principium actus, vt potentia calefactiua ignis, eſt principium caloris, 5. met.
potentia ergo ratione præcedit actum, & non actus potentiam. Sanè, potentia diffinit
actum, vt patet in diffinitione animæ, quæ ſic deſcribitur: Anima eſt actus corporis &c.
potentia ergo præcedit actum ratione, atq; diffinitione; id enim quo aliquid diffinitur
3. teſte phil. 9. met. co. 13 eſt prius diffinito, etiam ratione. Inſuper potentia actiua dei,
præcedit actum creationis creaturarum: non ergo in vniuerſum hæc ſententia, eſt verè
dicenda, quòd actus præcedat potentiam. Quòd etiam non præcedat tempore: ſi enim
ſunt relatiua; vnum certè non eſt prius altero. ſed vno poſito, ponitur & reliquum, ſiue
alterum: igitur actus non eſt prior potentia tempore. Adde, quòd materia temporè
præcedit formam ſed materia eſt potentia, vel ſaltem in potentia, & forma eſt actus:
4. igitur potentia actum tempore præcedit. Sanè, primus actus eſt cœlum, ſiue deus: pri-
ma autem potentia, eſt prima materia, quæ ambo apud philoſ. ſunt æterna: inter illa er-
go nulla eſt prioritas temporis. Item, illud quod poteſt eſſe, altero non exiſtente, eſt
profectò prius tempore. ſed potentia actiua agentis, ſine ſua poteſt actione conſiſtere
& non è contrario: igitur tempore ſuam præcedit actionem. Adde, quòd eſt prius gene-
ratione: ergo eſt prius tempore: potentia autem eſt prior generatione, quàm actus: er-
6. go &c. Potentia quoq; ineſt agenti per ſe, actus verò per potentiã: igitur actum præce-
dit. propinquius præterea adhæret agenti: ergo quod prius; remota namq; potentia, remo
uetur actus, non autem è conuerſo: igitur potentia actum præcedit tempore. Præterea,
ſi actus præcedit potentiam, quæ exercitio acquiritur: in aliquam ergo cauſam, à qua
producitur, reuocetur neceſſe eſt: illa autem habitus erit, aut potentia naturalis, non-
dum habitum habens. At, ſecundùm primum modum, res ſtare non poteſt; effectus
enim non præcedit, ſed ſubſequitur cauſam. ſi verò ſecundùm alium modum: actus ergò
præcedens habitum, & actus productus ex habitu non ſunt eiuſdem rationis; vnus ſi-
6. quidem à potentia naturali nondum habituata, alter verò à potentia habitu ornata pro
ducitur. Actus igitur præcedentes, cùm ſint quaſi æquiuoci, habitum generare neque-
unt, ex quo poſtea conſimiles actus eliciantur: actus ergo eſt poſterior potentia, ſicu-
ti ad ſenſum patet. Iterum, omne agens antecellit ſuo effectui, non ſolùm tempore; verùm
etiam naturæ dignitate, atq; nobilitate: etenim principium nobilitate præcedit rem,
cuius eſt principium. ſed potentia actiua, præcedit ſecundùm ſubſtantiam, ſuum actum
7. cuius eſt principium: igitur eſt illo perfectior. Adde, quòd potentia ſit res abſoluta, a-
ctus verò, relationem includit. abſolutum autem (vt omnes propemodum ſentire viden-
tur) nobilius eſt reſpectiuo: igitur potentia nobilitate naturæ præcellit. Iterum, illa in-
ter quæ cadit comparatio, vt ſimul ſint, omninò eſt neceſſarium, alioqui comparationem
ſuſcipere non poſſent. ſed actus & potentia, teſte Auerroe primo cœli, ſimul eſſe non
poſſunt,

Actus eſt prior potentia.

poſſunt; adueniente enim habitu, ceſſat potentia illius: igitur actus dici non poteſt nobilior potentia.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

*AD primum dico, diffinitionum aliam eſſe perfectam, aliam verò imperfe-
ctam: perfectam autem voco, qua diffinitur potentia per actum; actus enim 1.
ſimpliciter prior eſt quàm potentia, atq; eiuſdem naturam ſufficienter oſten
dit: imperfectam verò, quando actus per potentiam diffinitur, quæ quidem
noſtro proportionata eſt intellectui, qui modum habet procedendi de potentia ad a-
ctum, de imperfecto vtiq; ad perfectum. & hæc quidem notificatio potiùs, magis quàm
diffinitio eſt appellanda. Itaq; , quamuis ſint relatiua, quia tamen diuerſimodè ſe mani-
feſtant; nulla certè inde ſequatur circulatio. Ad primam confirmationem negatur con-
ſequentia: procedit enim in diuerſo genere; ſiquidem corruptibilia, & incorruptibilia
genere diſtinguuntur. Ratio autem philoſophi valet in eodem genere; per roſam enim in
actu cognoſcimus roſam in potentia. vnde phil. 9. met. tex. 20. dicit geometram cogno-
ſcere triangulum habere tres angulos, ex actuali lineæ protractione. Ad aliam dico,
illud intelligi debere de confuſa notitia: nos autem de diffinitiua ratione loqui. Cæterùm,
nonnullis viſum eſt hac de cauſa, actum diffinitione eſſe potentia priorem, quia non re-
fertur ad potentiam, ſed potentia ad ipſum, vnde in diffinitionem potentiæ cadere neceſ
ſe eſt, & non è contrario. Huic ſententiæ aduerſatur Auer. 9. met: co. 11. vbi palàm teſta-
tur, actum & potentiam eſſe relatiua contraria, atq; alterum in alterius diffinitione po-
ni. De hoc negotio multa dicta ſunt in 2. Pymand. in tractatu de Relatiuis. Argui etiam
poteſt contra primã ſolutionẽ hoc modo: perfecta diffinitio, vt dicit Auer: 7. met. cõ. 42. et
43. totam explicat rei eſſentiam. at vnius relatiui eſſentia, eſt ad aliud ſe habere: igitur,
æqua erit vtriusq; diffinitio. Quidam dixerunt, actum exiſtendi, ſiue obiectiuũ eſſe dif-
finitione priorem potentia exiſtendi, ſiue obiectiua: quia, inquiunt, actus hoc modo ſe ha
bet, vt habitus, potentia verò, vt priuatio. at habitus eſt prior priuatione: igitur actus
eſt prior potentia. Sed hæc opinio non placet Auerroi, qui per potentiam 9. met: co. 13. in-
telligit generatim principium motus, & quietis, & non ipſum non eſſe exiſtere, vt iſti
dicunt. Verior ergo ſententia videtur eſſe, vt dicamus, actum & potentiam formaliter
intellecta, eſſe relatiua, ſicq; ſimul eſſe natura, tempore atq; diffinitione: materialiter
verò, actum diffinitione potentiam præcedere. Ad 2. Argumentum laborat in æquiuo- 2.
co; nam quamuis principium formale atq; eſſentiale, illud cuius eſt principium ratione
præcedat; non tamen principium potentiale, & effectiuum, id, cuius eſt principium, ra-
tione præcedit. Ad confirmationem patet ſolutio, quomodo vnum relatiuorum, diffinia
tur ab altero. Ad aliam dico, potentiam actiuam, in quantum actiua diffinitiuè ab in-
tellectu concipi non poſſe, niſi per actum; ſiquidem per actum diffinitur. Ad 3. Dico, 3.
actum tempore præcedere potentiam materialiter, non autem formaliter; non enim ſunt
puri reſpectus, quippe tùm purus reſpectus non ſit principium agendi, neq; patiendi,
nec vllam dicit perfectionem. loquimur autem de actu, quatenus comparatur potentiæ
paſſiuæ, ſiue ipſius actus receptiuæ, vtpote formam materiæ comparando, aut hominem
actu, homini producibili. Ad confirmationom reſpondeo, veram eſſe phil. ſententiam,
pro potentia propinqua, non autem de prima materia. ſiquidem ens in actu ſecundùm
ſpeciem, eſt omni ente ſecundùm indiuiduum tempore prius, quod quidem eſt in poten-
tia propinqua, ſemper enim aliquod ens in actu, à quo illud proficiſcitur, eſt tempore
prius. Ex hoc etiam patet ſolutio ad aliam confirmationem. etenim, vt dixi, philoſophus*

Quomodo actũ præcedat potentia ratione.

Auer.

Obiectio

Alia opinio.

Alia opinio.

Quomodo præcedit tempore.

loquitur de potentia proxima, quæ ab agente educitur tanquam media diſpoſitio ad
4. *vltimum actum. Ad 4. Potentia paſſiua in vno eodemq; numero indiuiduo, actum præ*
cedit; ſimiliter & potentia naturalis, & hoc modo procedunt obiectiones illæ, quare faci-
5. *lè ſolui poſſunt. Ad 5. Dico, ad potentiam naturalem nondum habitu ornatam; principia*
tamen, atq; ſemina habentem, actum illum, potentiam exercitio acquirendam, eſſe redu-
cendum; & tunc illam conſequentiam non valere: nam licet actus præcedens, & ſubſe-
quens non ſint à potentia eodem modo ſe habente; ſpecificè tamen atq; formaliter nequa
quam diſtinguuntur, ſed potiùs vt minùs & magis perfectum, quæ non diuerſificant ſpe
ciem. ſunt ergo vniuoci, atq; artis generatiui; à naturali enim prudentia, in qua ſunt pri-
6. *ma artis principia, producuntur. Ad 6. Duplex eſt ordo naturæ: generationis ſcilicet &*
perfectionis: principium igitur, ordine generationis, id, cuius eſt principium, præcedit:
non autem perfectionis ordine, quod certè ad principium completum attinet, cui omnia
Quomodo præcedit perfectione. *inſunt, quæ ad effectus productionem ſunt neceſſaria. At potentia ad actum, ſicuti ad*
ſuum finem, perfectionemq; ordinatur; non enim eſt actus, ſiue operationis principium
completum. Eodem modo aliæ eiuſdem diſſoluuntur probationes, confirmationeſq;. Ad
7. *7. Quamuis actus & potentia, non ſint ſimul tempore; ſunt tamen ſimul ratione conci-*
piendi: & hoc dico ſufficere. Itaq;, quomodo actus, diffinitione, cognitione, perfectione,
tempore ſit prior potentia, patet.

QVAESTIONIS XX. CAP. I.

De potentia.

Potentiæ diuiſio. *POſteaquàm nonnulla de actu dicta ſunt, reſtat, vt de potentia, aliquid addamus. Actus autem & potentia, vt dicitur 12. met: cō. 26. quodlibet genus entis diuidunt, idq; omnibus probatur quodam modo, qui hanc rem ſtudioſè contemplantur; agnoſcunt enim potentiam actiuam, & paſſiuam. vnde, quia actiuum, vt ſic opponitur paſſiuo; ideo hanc eſſe entis realem diuiſionem affirmârunt.*

Potentia obiectiua. *Verùm, & nonnulli potentiam obiectiuam, & actum obiectiuum addiderunt: vnde & ens hoc modo diuiſerunt; huiuſmodi enim arbitrantur, quòd ſubiectum formæ receptiuum, ſiue materia prima, reſpectu formæ ſubſtantialis extiterit, ſiue reſpectu formæ accidentalis, poſſit ad formam recipiendam ab agente moueri ſiue tranſmutari, ad quam profectò, vt potentia paſſiua, ad actum formalem comparatur.*

Materia. *Aiunt quoq; huiuſmodi paſſiuam potentiam, ipſammet materiam eſſe, ab actu formali realiter diſtinctam, quippè cùm actus actuet, aut perficiat ſeipſum, nec in ſeipſo recipiatur, nec cum ſeipſo compoſitionē faciat. Ipſum autem formalem actum, ſiue formam actuare, perficereq; materiam, atq; ex ipſa & materia, ſubſtantiam compoſitam fieri ſatis conſtare.*

Forma. *Addunt adhuc, quòd in materia, ſiue in ſubiecto ſit potentia formæ, quatenus forma poteſt eſſe in materia, & educitur de potentia ad actum, per actionem agentis. hæc autem potentia, eſt ipſamet forma, ab agente producenda, quæ profectò non eſt paſſiua, nec formæ receptiua, ſed obiectiua. ſiquidem forma producenda eſt obiectum, quod poteſt produci ab actiua agentis potentia: & in hoc à potentia paſſiua*

Potentia obiectiua non diſtinguitur ab actu. *diſcrepat, quòd potentia paſſiua, ſit tranſmutationis, ſiue motus ſubiectum: obiectiua verò terminus à quo; ex roſa enim in potentia, fit roſa in actu. Hæc autem diſtinctio eſt realis; nam ſubiectum manet, terminus autem à quo non manet 1. phyſ: Inſuper aiunt, potentiam obiectiuam, ab actu ſibi correſpondente realiter non diſtingui, qui dicitur actus obiectiuus, & terminus ad quem, puta roſa antequam producatur, eſt potentia obiectiua; poſtquàm verò eſt producta, eſt actus obiectiuus; credunt enim in ſubiecto, ſiue in materia, duas eſſe potentias realiter diſtinctas: vnam certè, quæ eſt formæ ſu-*

ſceptiua,

ſceptiua : & aliam, quæ eſt ipſa forma in eſſe potentiali, quæ per actionem agentis de eſ- De potentia.
ſe potentiali educitur ad eſſe actuale, recipiturq́; in materia. Atqui in materia, ſola Rationes.
eſſe videtur vna potentia, nempe paſſiua ; neq; enim aliud videtur eſſe. formam, poten-
tia, ſiue potentialiter eſſe in materia, quàm in materia recipi poſſe, quemadmodum
formam eſſe in potentia agentis, perinde eſt, ac poſſe ab agente produci. Verùmtamen
illi ſic arguendo, ipſorum ſententiam, quam ſequuntur, firmare munireq́; ſtudent : In 1.
materia, inquiunt, ſiue in ſubiecto eſt potentia, qua ab agente, vt formam recipiat,
moueri poteſt : et eſt etiam potentia ad ipſam formam, ſiue eſſe formæ, hoc eſt, ipſa
forma, quatenus habet eſſe potentiale. & hæ quidem potentiæ realiter diſtinguuntur;
quod enim poteſt moueri ad formam, non eſt forma, quia ſcilicet receptiuum non eſt i-
pſum receptum. ſed potentia materia, qua poteſt moueri, ſiue transmutari ab ipſo agen-
te, eſt ipſa materia : & potentia ad eſſe formæ, eſt ipſa forma, qua eſt actus : ergo po-
tentia obiectiua, & actus obiectiuus, ſunt idem. Amplius, ſi idem eſt potentia paſſi- 2.
ua materiæ, & potentia formæ in materia : idem ergo eſt, de materiæ potentia formam
educi, & formam eſſe receptibilem in materia. ſed hoc eſt falſum, alioqui anima intel-
lectiua, cùm ſit in materia receptibilis, de materiæ potentia educeretur: ergo quod pri-
us. Suffragatur huic ſententiæ Commentator 8. *met: comm:* 15. *exponens illud philoſo-*
phi : illud quod eſt in potentia, fit in actu: Eſt, inquit, hic aliquid vnum, quod primò eſt
in potentia, & pòſt transfertur ad actum; tranſlatio enim eius non largitur multitudi-
nem, ſed perfectionem in eſſe, hoc eſt, quod erat in potentia, & poſtea fit in actu, non
ſunt duo, ſed vnum : igitur potentia eſt actus, hoc modo. Verùm, quamuis hæc ſint ſub- Opinio contraria.
tiliter dicta; poſſet tamen aliquis hoc modo obuiare : Termini per ſe motus, & transmu
tationis non ſunt idem realiter ; ſunt enim oppoſiti, vt dicitur 1. *phyſ: ſed potentia obie-* 1.
ctiua, & actus obiectiuus (vt ipſimet fatentur) ſunt termini motus, & transmutatio-
nis. potentia ſiquidem eſt terminus à quo, & actus obiectiuus, eſt terminus ad quem:
non ergo ſunt idem realiter. Item, aliqua duo non poſſunt eſſe idem realiter, quorum 2.
altero pereunte, alterum remanet. at potentia obiectiua tranſit, re iam genita, manetq́;
actus obiectiuus : non ſunt ergo idem realiter. Item, quæcunq; ſunt idem realiter, vno 3.
poſito, ponitur & reliquum ; oppoſitum enim huius, contradictionem implicat. ſed quã-
do ponitur potentia obiectiua, non ponitur actus obiectiuus, aliter roſa generanda, ſu-
am generationem præcederet : actum ergo & potentiam, quouis modo ſumantur, eſſe i-
dem realiter, eſt impoſſibile. Fauet his Commentator 1. *de anima, com:* 6 *Potentia, in-* Cõmentator.
quit, & actus ſunt differentiæ, quæ contingunt omnibus prædicamentis, & ſunt valde
oppoſitæ : igitur non ſunt idem realiter, atq; numero, ſic quòd illa potentia, quandoq;
fiat actus. Conſtat autem ſecundùm ipſos, tali potentia, atq; actu ens diuidi. Ex his au- Reſponſio.
tem patet ad argumenta ſolutio, & ad primum, negatur maior; in materia enim vna 1.
tantùm eſt potentia, nempe paſſiua, qua ab agente transmutari poteſt : et forma alio
modo non eſt in materia, niſi in potentia paſſiua : quare in materia non eſt potentia, quæ
eſt ipſa forma, quoniam omnis potentia materiæ, eſt ipſa materia: forma ergo non eſt in
materia, niſi per potentiam paſſiuam. At ſi ita res ſe haberet; omnis profectò forma de
foris accederet, atq; ita nulla educeretur de potentia materiæ: ſi quicquid eſt in materia,
eſt ipſa materia. quapropter diligens lector hæc conſideret. Ad 2. *negatur conſequen* 2.
tia; formam enim educi de potentia materiæ, perinde eſt, ac per transmutationes ma-
teriæ, & per agens naturale in actum exire; agens enim naturale non ſolùm ad formam
recipiendam, materiam diſponit; ſed ipſam quoq; formam productiuè attingit. vnde hoc
intereſt inter formã intellectiuã, & alias formas, quòd ille per transmutationes natura-
les, per agens quoq; naturale, in actum exeunt, atq; in materia recipiuntur : hæc autem
per agens diuinum, tametſi huiuſmodi transmutationibus materia diſponatur, ad ani-
mæ humanæ receptionem. Sed aliquis contra huiuſmodi ſolutionem ſic arguere poſſet : Obiectio.

*ſi agens naturale, cum transmutationibus naturalibus attingit formam: aut illa forma
eſt in materia, aut in agente, aut venit de foris. ſi eſt in materia: eſt ergo idem realiter
cum illius potentia; ineſt enim materiæ potentia tantùm. ſi autem in agente, vel de foris:
igitur non educitur de potentia materiæ, quod profectò ſoli conuenit animæ intellectiuæ,
quæ ex materiæ potentia non educitur: igitur, idem eſt potentia, & forma producen-*
3. *da, licet non ſit idem modus eſſendi. Conſidera hæc quæſo.* *Ad 3. dico, Commentato-
rem loqui de ipſo compoſito, quod non eſt duo, ſed vnum reductum de potentia ad a-
ctum: non ergo loquitur de potentia formæ, neq; de forma in actu, ſed de compoſito.*
Reſponſio ad alia argumenta. *Sed huic etiam reſponſioni quis obiicere poſſet aſſerens exemplum non eſſe ſimile; dif-
fert enim hæc vnitas ab illa; nam hæc eſt ratione compoſiti, non ratione rerum, quæ
ſunt in compoſito: forma enim, & materia, quamuis ſint idem in compoſito; realiter ta*
1. *men abinuicem diſcrepant: potentia autem obiectiua, & actus obiectiuus ſunt idem
realiter. vnde ſi quis vellet hanc partem tueri, quam puto eſſe veriorem, ſic ad contra-
ria argumenta reſpondere poſſet. Ad primum quidem dicere, inter potẽtiam obiectiuã,
& actum obiectiuum, veram oppoſitionem non eſſe, ſed per quandam potiùs, ſimilitu-
dinem, nempe quòd forma, quæ priùs latitabat in materia, veluti in termino à quo, cùm*
2. *apparet, eſt quaſi in termino ad quem.* *Ad 2. dico, alterum illorum penitus non de-
ſtrui quidem ſecundùm eſſe, ſed ſecundùm modum eſſendi, alioqui ipſa materia deſtru-*
3. *eretur.* *Ad 3. ſimiliter patet, actum & potentiam non differre quòad poſitionem re-*
Forma & potentia idem. *alem, ſed quòad modum ponendi; forma enim alium modum eſſendi habebat in poten-
tia, quàm habet in actu: Realiter verò ſemper ſunt idem. Diuiduur autem his quodli-
bet ens, quia vnumquodq; entium, aut eſt in actu, aut in potentia; ex hoc tamen non
ſequitur, illa non eſſe realiter idem. Et reuera (vt communis eſt propemodum omnium
ſententia) omnes formæ (humana duntaxat excepta) ſunt in materia, quæ in actũ exe-
unt per virtutem, actionemq; agentis: in materia autem, eſt potentia, quæ eſt realiter
forma latitans: igitur hæc abinuicem reali differentia non ſeparantur; alioqui alterum
duorum eſſet, vel quòd omnes formæ extrinſecus accederent, vel quòd plura ineſſent i-
pſi materiæ, quàm eius potentia, eaq; ab illa realiter different, atq; ita materia ex ſe,
ſine alio extrinſeco eſſet compoſita, quod eſt falſum. Ita quidem ipſe ſentio. cui hæc nõ
arrident, abundet quæſo, in ſenſu ſuo, citra charitatis diſpendium. Vtrum ergo potentia
actiua, & paſſiua realiter differant nec ne, ſiue vt alij dicunt, obiectiua, & actus ob-
iectiuus, dixi.*

CAP. II.

Potentia quot modis dicatur apud philoſophum.

Modi potentiæ. *QVoniam hæc perſcrutatio, ad multa valet; propterea de illa prolixiori, vt
cunq; ordine, diſputare libet: inprimiſq; neceſſarium eſſe puto, vt huius*
1. *voculæ ſignificata intelligamus; ſic enim faciliùs reliqua poſſunt intelligi.
Itaq; potentia vno modo eſt mutationis principium in alio, in quantum ali-
ud, vocaturq; potentia actiua, ſicuti potentia ædificandi non eſt in ædificato, ſed in æ-*
2. *dificante.* *Item, dicitur principium motus, ſiue mutationis ab alio, in quantum aliud:
& hæc eſt potentia paſſiua, qua patiens aliquid patitur; omne enim patiens ab alio pa-*
3. *titur, & omne motum ab alio mouetur.* *Adhuc, eſt principium faciliter aliquid fa-
ciendi, patiendiq;, qua qui carent, ad illud agendum, potentiam non habere dicuntur.*
4. *Poſtremò, omnis forma, ſiue diſpoſitio, qua, aliqua impaſſibilia, immobiliaq; redduntur,*
Auerr. *potentia dicitur: vt durum, quod facilè ſecari non poteſt, & ſimilia multa. Auerr: 12.
met: comm: 41. ait, potentiam multipliciter dici; eſt enim potentia in ſubſtantia, in al-
teratione,*

De potentia.

terratione, & vbi. Potentia autem ad vbi eſt in corpore cœleſti, quod tamen caret potentia ad aliquam diſpoſitionem phyſ: 1 comm: 63. & 12. met: com: 10. Corpus cœleſte, inquit, non habet potentiam diuiſibilem ſecundùm diuiſionem corporis. idem cap: vltimo de ſubſtantia orbis. vnde comm: 26. dicit potentiam & actum omnium decem prædicamentorum eſſe principia; quia nimirum quodlibet illorum quandoq; eſt in actu, quandoq; verò in potentia, quæ profectò potentia, æternis competere non poteſt. vndecimo autem met: cõm: 11. & 4. phyſ: comm: 1. 20. & 8. phyſ. com: 46. dicit potentiarum numerum, generabilium ſequi numerum ſpecierum. Quòd autem potentia ſit, conſtat ſatis; nam ſi potentia non ſit ens; agens omninò non erit (vt dicitur 12. met: comm: 18. atque ita ſi agens non eſſet; nihil quoq; eſſet in actu. & 9. met: dicit ad hoc oſtendendum non opus eſſe demonſtratione: impoſſibilia ſiquidem contingerent potentiam eſſe negantibus. Sunt ergo potentiæ, & quidem multiplices, ſecundùm multiplicem rerum naturam conditionemq́; : conuenit enim non modò rebus naturalibus; verùmetiam artificialibus: 9. met: comm: 13. & comm: 10. Quædam, inquit, exiſtunt per naturam, vt ſunt potentiæ naturales: quædam per conſuetudinem, vt virtutes morales: quædam per diſciplinam, veluti ſunt ſcientiæ. Et reuera, omnis potentia creata, aut eſt naturalis immaterialis actiua, ſicuti intellectus agens: aut immaterialis paſſiua apprehenſiua, vt intellectus poſſibilis: aut appetitiua, ſicuti eſt voluntas: aut eſt naturalis materialis purè, ſicuti eſt potentia inanimatorum, vt potentia ignis: aut eſt potentia animalis actiua, vt vegetatiua in animali: aut paſſiua apprehenſiua, ſicut potentia ſenſitiua: aut appetitiua, veluti eſt appetitus ſenſitiuus. Apprehenſiua autem eſt duplex: quædam eſt generalis, ſicut eſt ſenſualitas: alia verò particularis, veluti ſunt ſenſus particulares, quorum quidam interiores, alij exteriores numerantur. Sed de his, hactenus. Ad actiuæ ergo, atq; paſſiuæ potentiæ indagationem accedamus. Cæterùm, quemadmodum ex lib: de anima conſtat, duplicem actum cognouimus: primum videlicet, & ſecundum: Primus autem eſt forma: ſecundus verò eſt operatio. communis autem hominum ſententia, hoc nomen, operationi potiùs, quàm formæ attribuit: deinde formæ, quatenus ipſa eſt operationis finis, atq; principium. Cùm autem potentia ab actu dicatur, duplicem quoq; licebit agnoſcere potentiam, nempe actiuam, & paſſiuam. Actiuæ autem, actus, qui eſt operatio: paſſiuæ verò actus, qui eſt forma, conuenit, atq; congruit. Profectò, ſicut niſi paſſiuæ potentiæ ratione patitur nihil; ita planè, niſi ratione primi actus, qui eſt forma, agit nihil. Non temere ergo à principio huius tract: formam eſſe actum, dixi. Eſt autem potentia paſſiua (teſte philoſopho 9. met: com: 2.) principium transmutationis ab alio, in quantum aliud: potentia verò actiua, eſt principium transmutationis in aliud, in quantum aliud. vbi Commentator annotat, ideò dictum fuiſſe ab alio, in quantum aliud; quia nihil patitur à ſeipſo: & ideò in aliud, in quantum aliud, quia nihil agit in ſeipſum. ſimile quiddam habetur d. d. diſp: 1. ſol: 1. dubij. & 3. de anima comm: 4. Cæterùm poſſe pati ab alio, biſariam dicitur; poteſt enim & in bonum, & in malum referri: aliquando verò impotentiam denotat; ſiquidem poſſe aliquẽ defectum pati, impotentiæ conceditur: & eundem pati non poſſe potentiæ. Porrò, paſſio ſi cõmuniter intelligatur, id eſſe dicitur, quod ab alio perfectionem recipit: vnde hoc modo, & ipſum intelligere, quædam paſſio nominatur. At ſi propriè dicatur, eſt aliquid, cum ſui transmutatione, ab eo, quod illi à natura ineſt, recipere. Quare paſſio dicitur potentia, aliquid abiiciens à ſua quidem ſubſtantia, quod certè, vt per aliquod contrarium fiat, neceſſe eſt. Itaq;, id propriè pati dicitur, quòd ſuæ aliquod contrarium naturæ patitur. ſic & ægritudines, quædam dicuntur hominum, animaliumq; paſſiones. ſi quid verò, alicuius naturæ conformæ acceſſerit, non pati illud dixerim, ſed perfici potiùs. Habere præterea potentiam patiendi, vno modo idem ſonat, quod aliquid ab eo pati poſſit, atq; ita potentia paſſiua, à potentia actiua realiter nequaquam diſſentit.

Potentia ad vbi.

Eſſe potentiā.

Multiplex potentia.

Actiua & paſſiua.

Quid ſit potētia paſſiua.

Dupliciter.

Communiter

Propriè.

Perfici.

quia e-

tia. *quia enim habet potentiam actiuam; ideò potentiam habet, vt aliquid patiatur ab eo:*
alio verò modo, vt dixi, eſt poſſe pati ab alio; & ſic ambæ potentiæ, ordinis quidem v-
nitate, non autem realitatis ſunt vna potentia. ſiquidem hoc modo potentia actiua, atq;
Paſsiua. *paſſiua in diuerſis ſubiectis inueniuntur: nam potentia paſſiua eſt in ipſo patiente, qui*
planè, ob aliquod ſibi adhærens principium patitur: huiuſmodi autem principium, eſt
materia, quæ potentia paſſiua nominatur. Potentia verò actiua eſt in agente, vt calor
in calefactiuo, & ars ædificatoria in ædificante. Ex quo patet, quomodo potentia acti-
ua, & paſſiua ſic intellectæ (non ſicut dixi de potentia, & actu obiectiuo) ſint realiter
Vno ſuppoſito poſſunt eſſe. *diſtinctæ. Non eſt autem neceſſe, vt ſemper ſuppoſito diſtinguantur; in eodem enim ſup-*
poſito coaleſcere poſſunt: nam idem ſuppoſitum in ſeipſo agere poteſt; quatenus in vna
eius parte eſt in potentia actiua, in alia verò pati; quatenus eſt in potentia paſſiua: pro-
inde hac ratione, animatum, in partem mouentem, & in partem motam diſtinguitur,
veluti ſi manus percutiat pectus, & cerebrum infrigidet ſtomachum. In vna etiam e-
ademq́; parte inueniri poſſunt: nam oculus cauſat viſionem, & eam recipit in ſeipſo, ſi-
militer intellectus cauſat actum intelligendi, & eundem in ſeipſo recipit. verùmtamen
quocunq; modo hæc ſe habeant, realiter nihilominùs abinuicem diſtinguuntur: oculus
enim cauſat viſionem; quatenus actuatus eſt obiecti viſibilis ſpecie, at quatenus oculus,
Quomodo potentia paſsiua & actiua ſint in eodem. *illam recipit. Cæterùm, quamuis huiuſmodi potentiæ in eodem ſuppoſito, ſiue parte*
eſſe poſſint; non tamen eodem modo, eademq́; ratione: Etenim, ſicut ſe habet agens, ad
ipſum patiens; ſic planè potentia actiua, ad paſſiuam: agens enim eſt, quia habet po-
1. *tentiam agendi: patiens verò, patiendi. ſed idem ſecundùm idem, & eodem modo,*
atq; formaliter, eſſe agens & patiens, eſt aperta contradictio (vti ipſa contradictio-
2. *nis diffinitio manifeſtat) igitur potentiæ huiuſmodi diſtinguuntur; alioqui idem ſi-*
mul, atq; eodem modo eſſet in actu, & in potentia, quod fieri non poteſt: duo quoque
accidentia abſoluta ſolo numero diſtincta, per alterationem acquiſibilia, ſe inuicem cō-
paterentur. veluti ſi aliquid infrigidet ſeipſum; habet vtiq; potentiam infrigidandi,
quæ eſt ipſa frigiditas: & infrigidatur à ſeipſo; in quantum à ſeipſo frigiditatem reci-
pit, atq; ita in eodem erit principium, peracta infrigidatione, & terminus infrigida-
3. *tionis. ſed frigiditas, quæ eſt principium infrigidandi, & frigiditas, quæ eſt terminus*
infrigidationis, non ſunt eædem, quia nihil ſeipſum cauſat: ſunt ergo diſtinctæ, & eiuſ-
dem ſpeciei; de formali enim frigiditate loquor, atq; ita erunt duo accidentia abſoluta,
quod eſt abſurdum. Huic ſententiæ non obuiat Commentator: nam etſi 3. cæli, com: 28.
& 4. cæli com: 22. dicat graue mouere ſeipſum; non tamen eodem modo: firmiter e-
nim fatetur, quòd forma grauis, quatenus eſt mouens, non ſit mota: mota verò eſt, qua-
tenus eſt forma in materia exiſtens. Quomodo ergo potentia dicatur multis modis, &
Potentia phyſica & metaphyſica. *paſſiua diſtinguatur ab actiua, dixi. Alij vocant potentiam phyſicam, quæ eſt in rebus*
mobilibus, quæ per motum & transmutationem agunt, veluti ſunt corpora cæleſtia, at-
que hæc inferiora: aliam vocant methaphyſicam: & hanc ſubſtantiis à motu, materia-
q́ue ſeparatis attribuunt; poſſunt enim illæ ſine motu phyſico agere: veluti eſt intellige-
re, velle, delectari, & quæ ſunt generis eiuſdem. Sic ergo diuidunt potentiam actiuam:
Naturalis. *paſſiuam verò in naturalem, & methaphyſicam. Naturalis autem ab eis nominatur po-*
tentia receptiua materiæ ſiue ſubiecti, quam generans, atq; alterans naturale ſupponit.
aliam appellant nominantq́; metaphyſicam, & hæc inuenitur in rebus intellectualibus,
quæ ab aliquo extrinſeco perfici poſſunt. Vnde 3. de anima tex: 17. ponit philoſophus in-
tellectum poſſibilem, ſicut materiam: idem eſt de ſenſu reſpectu ſenſibilium, iudici-
Argumenta. *um: ſed de his plus ſatis. Contra prædicta poſſet aliquis ſic arguere: & inprimis per*
1. *philoſophi ſententias, quarum vna habetur 9. met: com: 2. Quapropter, inquit, in quan-*
tum ſimul natum eſt, nihil patitur ipſum à ſeipſo. Et primo de gener: tex: 48. ſi ſimile
à ſimili, pati poſſibile eſt, & ipſum à ſeipſo &c. reputat conſequens impoſſibile, aliter
nihil con-

nihil concluderet. Similiter 5. met: diffiniens potentiam actiuam, atq; paſſiuam, dixit:
Poteſtas dicitur alia quidem principium motus, aut mutationis in diuerſo in quantum 2.
diuerſum, vt ædificatiua poteſtas, quæ non exiſtit in ædificato: alia ſcilicet paſſiua à
diuerſo in quantum diuerſum. Patet ergo philoſopho non probari, idem eſſe actiuum &
paſſiuum: in diſtinctis ergo ſuppoſitis vt ſint, neceſſe eſt omninò. Item, ſi forma ſub- 3.
ſtantialis, veluti eſt anima intellectiua, non eſt ſua potentia: nec ergo forma accidenta-
lis calefactiui, eſt ipſius potentia: calor ergo non eſt potentia actiua exiſtens in calefa-
ctiuo. Adde, quòd ars ædificatoria eſt habitus quidam: non ergo eſt potentia; hæc Reſponſio.
enim abinuicem ſeparantur. Verùm ad hæc, atq; ſimilia ita reſpondere valemus. Ad pri- 1.
mum, philoſophi ſententiæ ita ſunt intelligendæ, ipſum in quantum ipſum, eodem modo
ſe habens, non patitur à ſeipſo, ſed tunc nihil contra nos. Ad 2. in diffinitione poten- 2.
tiæ actiuæ & paſſiuæ, non ſumit diuerſum, ſiue aliud pro eſſentiali, ſed reali diſtinctio-
ne, quæ inter duo ſuppoſita, inter partem & totum inuenitur; aliquis enim modus di-
ſtinctionis realis eſſe videtur, dum alterum agentis, alterum verò patientis vice fungi-
tur. Ad 3. negatur ſimilitudo: anima ſiquidem eſt ſuæ operationis principium medi- 3.
atum: forma verò accidentalis, immediatum. Ad confirmationem dico, potentiam ac-
cipi pro omni eo, quod alicuius operationis paſſioniſue poteſt eſſe principium. Cæte-
rum, quando aliquid eſt operationis principium immediatum, quotieſcunq; fuerit in a-
ctu, ſemper eſt diſpoſitum ad operandum. ſed anima per ſuam eſſentiam eſt actus: igi-
tur ſi eſſet realiter ſua potentia, & ex conſequenti illius operationis principium imme-
diatum: ſemper ergo operaretur opera vitæ. Sed de his alibi latiùs. Itaq; apparet quo
nam modo potentia actiua, & paſſiua diſtinguantur.

CAP: III.

Potentia actiua præcedit actum ſuum.

ENumeratis potentiæ modis, ad alia pergamus enucleanda, quæ ad illius Potentia præcedit actum.
naturæ cognitionem habendam ſpectare videntur. Prodeſt autem non
parū huic negotio, ſi ſciuerimus actiuam, ſuū actum præcedere; nam non-
nulli extiterunt, qui aliter ſenſerunt, quemadmodum philoſophus 9: met:
ex: 5. apertè docet: Sunt autem, inquit, quidam, qui dicunt, vt Megari-
ci, quando operatur ſolum poſſe; arbitrabantur enim nullum agens habere potentiam
actiuā, quod à philoſopho diligenter reprehenditur, cuius profectò doctrina ita eſt in-
telligenda, vt potentiam actiuam, ſuum actum præcedere dicamus natura, vel tempo-
re; nam aliqua eſt potentia actiua, quæ ſemper actui eſt coniuncta: veluti eſt acti-
ua ſolis illuminatiua potentia, & intelligentiæ potentia motiua: in his certè potentia a-
ctiua, natura ſuum actum præcedit: in corruptilibus autem, atq; in artificiatis, poten-
tia & tempore, & natura, præcedit; animalia ſiquidem habent viſum, antequam vi-
deant, & potentiam gradiendi, antequàm gradiantur. Et reuera, nihil ſcipſum, alteri à Rationes.
ſe realiter diſtincto communicat, niſi priùs ſibi inſuerit. ſed agens per potentiam acti- 1.
uam, communicat ſe alteri à ſe diſtincto, nempe ſuo effectui: in ſe ergo priùs habet po-
tentiam actiuam; alioqui illa abſurda ſequerentur, quæ 9. met: com: 5. enumerantur.
Tunc, inquit, non erit ædificator, niſi ædificet; nam ædificatorem eſſe, eſt eſſe poten-
tem: ſimiliter & in aliis artibus. Item, artes inuentione, & præceptore addiſcuntur: 2.
abiectione, amiſſione, obliuione, ægritudine amittuntur: quomodo ergo artifex ceſſans
ab ædificando, amittit artem ædificandi? aut quomodo fit ædificans, ſi priùs non didice-
rit? ſtulta eſt ergo Megaricorum ſententia. inanimata quoq; ſimiliter ſe habebunt; neq;
enim frigidum, neq; calidum, neq; dulce, neq; omninò ſenſibile erit non ſentientibus;

tia.
Protagoras. *tunc planè ſenſibilia erunt non ſenſibilia, cùm ceſſant agere in ſenſus. Quare, Protago-*
ræ ſophiſtæ rationem eis dicere contingit, qui res ſic eſſe arbitrabatur, quia nos ita eſſe
3. *putamus. Adde, quòd ſi potentia tunc eſt, quando aliquid agit in actu, & ceſſat,*
cùm ceſſat ab actu; tunc igitur animal ſenſum non habebit, nec ſentiet, quia ceſſat ab
actu. Itemq́; in vno eodem die, homo ſæpius erit cæcus & videns, quoties ſcilicet ceſſa-
4. *uerit ab actu videndi: errant igitur Megarici. Amplius, quod caret potentia, impoſ-*
ſibile erit factum eſſe; nam ſi potentiam non habet vt fiat, fiet minimè. ſed quod non fit
ſecundùm eos, caret potentia; tunc enim res eſt apud eos in potentia, vt fiat, cùm fit;
igitur quod non fit, impoßibile erit factum eſſe. ſed tunc dicens aliquis quod non fit,
5. *eſſe aut futurum eſſe; mentietur vtiq; factu enim impoßibile dicet. Amplius, hu-*
iuſmodi rationes auferunt motum; ſemper enim ſtans, ſtabit, & ſedens ſedebit ſemper.
6. *Sanè, ſi ſedet, non ſurget aliquando: impoßibile enim eſt ſurgere, quod nõ poteſt ſurge-*
re. Motus igitur deſtruetur: nam qui ſtat, non mouebitur; caret enim potentia ad motũ.
Verùmtamẽ hæc intelligenda ſunt pro toto aggregato, nõ autẽ pro ſubiecto, pro ſubiecto
enim ambæ poſſunt eſſe veræ. Quam ob cauſam, ſi non contingit hæc dicere, palam eſt,
quòd potentia & actus alterum ſunt. Quare non parum aliquid deſtruere quærunt; de-
ſtruunt enim omnem motum, primamq́; materiam, generationem, corruptionem, artesq́;
ue omnẽs, & quæ ſunt generis eiusdem. Rectè ergo iam pridem exploſa eſt illorum ſen-
Obiectiones. *tentia Megaricorum Sed dicet aliquis, ſi potentia actiua eſt ſufficiens ad actum produ*
1. *cẽdum: producit ergo; poſita enim cauſa ſufficienti, ponitur effectus. ſin verò ita non eſt:*
transmutatione igitur indigebit, vt ſufficiens fiat, atq; ita in paßiuam commutabitur,
2. *& vtraq; erit vna, quod eſt impoßibile. Adhuc, tunc opus eſſet illi determinante ali-*
quo. atqui omne determinans aliud, potentiam habet actiuam; & ſic profectò proceſ-
Solutiones. *ſus fieret in infinitum: in prima ergo ſtandum eſt. Dico ad primum, conſequentiam non*
1. *eſſe bonam; nam vltra virtutis ſufficientiam, adhuc neceſſaria eſt debita in paſſo ap-*
proximatio, atq; diſpoſitio, quæ cuilibet tempori adeſſe non poteſt: non ergo poſita cau-
2. *ſa ſufficienti, ſemper ponitur effectus. Ad 2. negatur conſequentia: ſi ſermo fuerit*
de potentia naturali, quippe cùm ex ſua natura ſit determinata, ſemperq́; exeat in a-
ctum: ſi circumſtantiarum præſtò fuerit debita diſpoſitio. at ſi ſermo ſit de potentia
rationali, conceditur prima conſequentia, negatur autem falſitas conſequentis. Intelle-
ctus enim, ab appetitu determinatur intellectiuo, quæ eſt voluntas in genere cauſæ effi-
cientis: voluntas verò ab intellectu in genere cauſæ finalis, atq; ita non fiet proceſſus in
Cuilibet po- *infinitum. Quomodo ergo potentia actiua præcedat actum, dixi. Sed dubitabit aliquis,*
tentiæ actiuę *& non temere quidem: ſi potentia actiua præcedit actum, num cuilibet potentiæ acti-*
correſpond: *uæ correſpondet aliqua potentia paßiua? Ad quod planè ſic dici poteſt, nempe cuilibet*
paſsiua. *potentiæ actiuæ naturali, aliquam correſpondere potentiam paßiuam naturalem, & è*
1. *conuerſo. Si enim, teſte philoſopho 5. met: com: 17. & 9. tex: 2. potentia actiua eſt prin-*
cipium transmutandi aliud in quantum aliud: paßiua verò transmutandi ab alio in-
quantum aliud, idq́; in quolibet motus mutationisq́; phyſicæ genere: per ſe inuicem er-
2. *go diffiniuntur, atq; ſibi inuicem reſpondent. Amplius, agens naturale in generando*
ſupponit generabile, & in corrumpendo corruptibile, & in mouendo mobile, & quæ
Potentiæ me- *ſunt id genus multa: ergo quod prius. Porrò, de potentia metaphyſica non eſt eadem*
taphyſicę nõ *apud omnes ſententia; potentiæ enim diuinæ non correſpondet propriè aliqua potentia*
reſpondet po- *paßiua: nam cùm potentia paßiua ad materiã ſpectet, Dei verò potentia, ſine omni ma-*
tentia paſsiua. *teria, mundum condiderit: non habet ergo potentiam paßiuam ſibi propriè reſponden-*
tem Voco autem propriè potentiam paßiuam; nam ea, quæ logica dicitur potentia, nem
pe poßibile eſſe, vel fieri, diuinæ poteſt reſpondere potentiæ. Poßibile autem logicum
eſt, quod de poßibili naturali, atq; de omni contradictionem non implicante, prædica-
tur. Ex hoc apparet, quòd quamuis mundus, ante ſui creationem potuerit eſſe; non ta-
men ſem-

De potentia.

men ſemper fuit, in quo fuerit potentia paſſiua: ſufficit enim quòd potentia logica eſſe potuerit. Sed dubitabit ille iterum, num in materia eſſe poteſt potentia paſſiua, cui naturale agens non correſpondeat, quod ſua potentia actiua, atq; naturali, huiuſmodi formam nequeat imprimere? Ad hoc quidam reſpondent, quòd ſi pura materiæ potentia ſit in rerum natura, neceſſe ſit, & alterum oppoſitum eſſe, nempe agens, quod imprimendarum omnium formarum, poteſtatem habeat, ad quas materiæ potentia ſe extendit. nec tale agens, Deo eſt tribuendum; nam ipſe eſt extra naturæ ordinem: extrema verò oppoſita ſunt ordinis eiuſdem. Agens ergo aliquod, infra naturæ ordinem conſtitutum, omni carens potentia paſſiua, cuiuſmodi eſt cœlum, & eſt virtualiter actu omnes formæ in materia receptibiles, potentiæ materiæ correſpondeat neceſſe eſt. Adde, quòd materia prima, & ſimplicium, & mixtarum elementarium ſit receptiua formarum, atq; accidentalium corporeorum, quæ ſubſtantiales formas conſequuntur. Sed hæc omnia ab agente vniuerſali, cuiuſmodi eſt cœlum, produci poſſunt, mediatè, & immediatè, puta coagente ſibi generante vniuoco particulari, in his præcipuè, quæ per propagationem fiunt: igitur materia non eſt in potentia ad aliquam formam, quæ ſibi ab aliquo naturali agente imprimi nequeat. Ad hæc ſic reſpondere valemus, duplici materiæ potentia oſtenſa, nempe paſſiua naturali, & receptiua, ſiue paſſiua obedientiali: quarum prima, materiæ ſubſtantiam cum habitudine ad formam ſibi vnibilem, per actiuam naturalis potentiam agentis, indicat: altera verò materiæ ſubſtantiam cum habitudine ad formam, per virtutem ſibi vnibilem agentis diuini. argumentum igitur, quod primò poſitum eſt, potentiæ congruit materiæ naturali; nam obedientiali, actiua reſpondet diuina potentia. ſimiliter patet reſponſio ad 2. Etenim materia ſecundùm potentiam obedientialem, non modò eſt in potentia ad mixtas, atq; elementares formas recipiendas; verùmetiam ad iuſſa omnia diuini ſuperioris agentis, de quo quidem alibi latiùs. Quomodo ergo potentiæ actiuæ naturali correſpondeat paſſiua, dixi. Sed dicet aliquis, ſi materiæ duplex ineſt potentia, nunquid omnis potentia paſſiua eſt contradictionis; ſic enim ſcribitur 9. met: com: 17. Conuenit hæc ratio rebus inferioribus: Nam, inquit, quod ſemper agit ſol, & aſtra, neq; eſt timendum, quod aliquando ſtent; non enim illis ineſt contradictionis potentia. Imperfectiſſimus ſanè potentiæ modus in prima inuenitur materia, authore comm: de ſubſtantia orbis cap: vlti: quæ eſt potentia ad eſſe; eſt enim ad vtrumlibet 5. phyſ: com: 8. & per eam res poteſt eſſe, & non eſſe, 7. met: comm: 22. & 2. phyſ: comm: 48. In potentiis, inquit, actiuis naturaliter agentibus, non eſt contingens æquale; quoniam natura eius, eſt natura materiæ, & non natura formæ: prima autem materia ad duo contraria, recipienda æqualiter eſt diſpoſita; ideoq; huiuſmodi receptio ineſt illi naturaliter: hæc igitur ſententia corruptibilibus rebus congruit: cœlo autem minimè, quippe cùm in eo ſit tantùm potentia ad vbi, quæ non eſt paſſiua, quæ duo contraria æqualiter recipiat. 2. cap: de ſubſtantia orbis: Nulla, inquit, potentia eſt in corpore cœleſti; omne enim in quo eſt potentia, non eſt potentia niſi ad duo contradictoria. Sed dicet aliquis, cœlo quoq; ineſſe contradictionis potentiam: nam ſi illi ineſt potentia ad vbi, & contradictionis etiam: corpus enim cœleſte ex ſe mouetur. 12. met: comm: 41. & omne, quod ex ſe mouetur, poſſibile eſt, vt quieſcat. vnde expreſſè ibidem affirmat, in cœlo hoc inueniri, vt quieſcere poſſit. Dico, corpus cœleſte quatenus eſt corpus ſimplex non compoſitum ex materia & forma, ſic eſſe indifferens ad vtrumlibet, nempe ad motum, & ad quietem; motus enim cœli pendet ex diſpoſitione motoris: proinde quatenus ſtat ſub motore, non eſt in potentia contradictionis; quia motor eius non eſt ad vtrumlibet, ſecundùm philoſophi mentem, cùm abſit à materia, quæ ad vtrumlibet ſe habet, vt 7. met: comm: 53. docet, idemq; 2. phyſ: com: 48. Commentator. Itaq; omnis potentia paſſiua eſt potentia contradictionis, quæ eſt in prima materia, idq; ſimpliciter, at quæ eſt in corpore cœleſti, eſt tantùm potentia ad vbi, quæ ſe-

Margin notes:

Potentiæ paſſiuæ materiæ quomodo correſpondeat agens.

1.

Cœlum eſt agens.

2.

Reſponſio.

1.

2.

Potentia paſſiua eſt contradictionis.

Si eſt potentia in corpore cœleſti.

Obiectio.

Solutio.

Si datur potentia ſine actu.

cundùm quid contradictionis potentia vocari poteſt. Quomodo ergo potentia paſſiua, ſit potentia contradictionis, patet. Sed adhuc ille dubitabit, & dicet: audiui quomodo potentia paſſiua, ſit contradictionis: ſed ſcire vellem num illa potentia, quæ non reducitur ad actum, ſit otioſa omninò? Atqui 1. cœli ſcribitur com: 32. Deum & naturam nihil fruſtra facere, aut feciſſe. Et 3. de anima, com: 45. Deum nihil facere fruſtra, neq; deficere in neceſſariis. Et reuera potentia phyſica fruſtrari non poteſt; nam quicquid eſt poſſibile ex parte agentis; eſt etiam poſſibile ex parte paſſi ſecundùm Commentatorem 1. cœli, com: 124. In cauſa verò eſt, quia actiua potentia per paſſiuam, & viciſſim paſſiua per actiuam diffinitur. Hac ratione philoſophus 3. de anima comm: 17. vſus eſt, qua probat intellectum agentem dari: Quia, inquit, in omni natura, in qua datur vnum, quod eſt omnia fieri, & alterum dari, neceſſe eſt, quod eſt omnia facere. Eadem quoq; vſus eſt Commentator 12. met: com: 18. Omnes formæ, inquit, ſunt in potentia in prima materia, & in actu in prima forma, & 1. cœli comm: 20. in materia non eſt potentia, niſi apud ſeparationem eius à forma. Quamobrem cùm ſubſtantia materiæ ſit in potentia, ſi aliqua extiterit potentia materiæ, nunquam in actum exitura; illa profectò à natura otioſe eſſet condita, quod planè non eſt fas ſic de natura ſentire; ſtaret enim generatio, & corruptio pariter. Proinde 2. cœli com: 50. ait philoſophus, quòd ſi natura dediſſet aſtris virtutem motus progreſſiui; ſibi quoq; meandi inſtrumenta dediſſet: vt enim contingit, natura facit nihil. Idem ſentiendum eſt de potentia agentis actiua, quod ex philoſopho 3. met com: 15. vbi agit contra loquentes, ſcire poſſumus. Loquentes dicuntur, teſte com: qui ſine ratione loquuntur: & tales dicit fuiſſe Saracenos, ſuæ vtiq; legis cultores. Ii, vnum agens nempe Deum, ſine medio dicunt agere omnia. Sed tunc illis contingit dicere, quod 9. met: com: 7. ſcribitur, vt nullum ſcilicet agens, naturalem habeat actionem. quòd ſi propriis carent actionibus entia; & eſſentiis quoq; propriis carebunt, atq; ita inter entia nulla prorſus erit diſtinctio. quòd cùm ſit omnium abſurdiſſimum; ita planè & ſtultiſſimum omnium. ſimile quiddam habet 12. met: com: 18. hæc Auerroës contra legis ſuæ ſectatores. Sed dices, materia in potentia paſſiua, plures habet formas, nempe indiuiduorum, quas nunquam eſt receptura, alioqui omnia neceſſariò contingerẽt, quod philoſopho non probatur libro de interpretatione, & Commentatori 2. phyſ. com. 48. Dicere, inquit, omnia ex neceſſitate euenire, eſt ſermò falſus. Ad quod quidem dici poteſt, nullam potentiam fruſtrari, quæ eſt ſecundùm præcipuam intentionem naturæ: talis verò eſt intentio ſpeciei propagandæ conſeruandæq́;. in quo quidem negotio agendo, cùm paſſiua, tum etiam actiua potentia, ſuo non fruſtrabitur, ſeu priuabitur actu. Itaque quonam modo potentia actiua, ſuum actum præcedat, atq; aliqua paſſiua illi correſpondeat, itemq́; quomodo potentia paſſiua, eſt potentia contradictionis, & vtrum hæc ſint in cœlo, deniq; an omnis potentia phyſica reducatur in actum, dixi.

Margin notes beside the text above:

Potentiam phyſicam ſuo actu non fruſtrari.

Natura nihil agit fruſtra.

Potentia actiua quomodo non eſt fruſtra.

Loquentes qui ſint.

Obiectio.

Solutio.

Epilogus.

CAP. IIII.

Potentia quomodo ſit in æternis.

Potentia in ſempiternis.

QVanquam in primo Pymandri fol. 215. nonnihil de hac materia ſcripſerim; quia tamen locus iam adeſt ad loquendum aptus, copioſiùs, atq; diligentiùs diſputare lubet, vt quod parciùs inibi eſt dictum, hîc copioſior ſermo illius ſuppleat inopiam. Extat philoſophi ſententia 9. met: com. 17. Eſt, inquit, nihil potentia ſempiternum: de his autem loquitur rebus, quæ ſunt formæ à materia liberæ, puriq́; actus, in quibus tamen æternis, ſecundùm philoſophi mentem, citra primam intelligentiam, licet non ſit potentia realis, quum non diſtet

eſſe à

 Potentia eſt in æternis.

eſſe à poſſe; ineſt tamen eis logicæ potentiæ modus. Sanè, intelligentiæ Saturni, vt dicit Commentator, 3. de anima com. 5. in ſolut: 3. quæſtionis, in quantum eſt ens, non repugnat perfectiorem fieri: ſic etiam talpæ, quatenus eſt animal, non repugnat poteſtas videndi: alioqui viſio cuilibet repugnaret animantium. Sola ergo prima intelligentia libera eſt ab omni huiuſmodi potentia, quomodo autem in illa diuina maieſtate ſit potentia, ad men- Omnipotentia dei oſtenditur.
tem philoſophorum in primo Pymandri dilucidaui, cui tamen deſunt, quæ modò dicenda eſſe conſtitui, nempè quomodo in deo ſit omnipotentia, & alia, quæ à theologis proponuntur: cum fauore igitur diui Pymandri, de illius potentia, ſiue omnipotentia loquamur. Deum omnia poſſe, non tamen omnia facere, in quæſt: vet. ac nouæ legis Aug. docet: Omnia, inquit, poteſt deus, ſed non facit, niſi quod conuenit veritati eius, & iuſtitiæ; potuit namque cũcta facere ſimul, ſed ratio prohibuit, id eſt, voluntas: Dei enim voluntas eſt rationalis & æquiſſima. Deus itaque omnia facit quæ vult, & nihil omninò patitur. vult Quare omnipotens.
omnia bona; propterea omnia quæ voluit, fecit, dicit Dauid. Ideo autem omnipotens deus vocatur, quia naturali potentia, non gratuita, ſicut homo & angelus, poteſt quidquid vult fieri, & quidquid vult ſe poſſe: & nihil vult ſe poſſe, quod non poſſit: & omne: quod vult fieri, vult ſe poſſe: ſed nõ omne quod vult ſe poſſe, vult fieri: ſi enim vellet, fieret, quia voluntati eius nihil reſiſtere poteſt. Vnde Aug. in ench. cap. 90. Non ob aliud, inquit, August.
Deus veraciter vocatur omnipotens, niſi quoniam quidquid vult, poteſt: nec voluntate cuiuſpiam creaturæ, voluntatis omnipotentis impeditur effectus. Et de Spiritu & lit. ca. 31. Non poteſt deus facere iniuſta, quia ipſe eſt ſumma iuſtitia, & ſumma bonitas: omnipotens verò eſt, non quòd poſſit omnia facere, ſed quia poteſt efficere quidquid vult: ita vt nihil valeat eius voluntati reſiſtere, de qua quidem voluntate abundè locutus ſum in primo Pymandri circa finem. Chryſoſtomus, omnipotens deus dicitur, in homelia qua- Chryſoſt.
dam de expoſitione ſymboli, quia poſſe illius, non poteſt inuenire non poſſe, dicente propheta Pſal 113. Omnia quæcunque voluit fecit, & Apoſt. Rom. 9. Eius voluntati quis reſiſtit? Nec ideo, omnipotens dicendus non eſt, quia peccare non poteſt; nam poſſe peccare, in- Deus non poteſt peccare.
firmitatis eſt, non potentiæ: ſi enim hoc poſſet, omnipotens non eſſet. Magna eſt igitur dei potentia, teſte Auguſtino 15. de trin. non poſſe mentiri, mori &c. ſunt enim quædam, Auguſt.
quæ in aliis rebus potentiæ deputanda ſunt: in aliis verò, minimè: & quæ in aliis laudabilia ſunt, in aliis verò reprehenſibilia ſunt. Nõ ergo ideo deus minùs eſt potens, quia peccare non poteſt, cùm omnipotens nullatenus poſſit eſſe, qui hoc poteſt. Et in lib. de ſymbolo, deus non poteſt mori, nõ poteſt falli, vnde ideo omnipotens, quia ei hæc appropinquare nõ valent; poteſt tamen hæc in aliis operari. Baſil. mag. de conſtit: monaſtica cap. 2. Deus Baſilius.
inquit, eſt dominus naturæ, ipſe eſt, qui quæ ſua ſponte fieri non poſſunt, vt fieri poſſint, facit; omniũ enim rerum potens eſt, & arbitratu ſuo cuncta commutat. Chryſo: hom. 4. in Chryſo.
cap. Gen. 1. Si viſibilia ſufficiunt nobis, inquit, ad docendam potentiæ magnitudinem, vbi ad inuiſibiles veneris virtutes, quæ mens, qui ſermo ſufficiet enarrare magnificentiã eius inenarrabilem? Quamobrẽ Dauid cum quodam mentis raptu in Pſal. 105. canebat: Quis, Dauid.
inquit, loquetur potentiam domini? & Pſal. 144. Potentiam tuam pronuntiabunt, quia omnia quæ voluit fecit in mari, in cœlo, in omnibus abyſſis: hanc ob cauſam hortatur, vt ad ſaluandum populum ſuum properet Pſal. 79. Excita potentiam tuam, & veni, vt liberes pauperem à potente, vt ſuo pellas regno fortem armatum, qui niſi à potentiori vinci, extrudique non poteſt, & 88. Tuum brachium cum potentia: brachium domini, Chriſtus dominus, de quo Iſaias 52. Et brachium domini cui reuelatum eſt? vnde beata virgo Iſai.
ait: Fecit potentiam in brachio ſuo, ſubdit illius brachij potentiæque virtutem: Diſperſit Luc. 1.
ſuperbos mente cordis ſui. Magna dei potentia, qua mors à morte vincitur, & ſuperba potentia, humilitate ſaluatoris ſuperatur: Iuſtitiæ iniuſtitia cedit, & paupertate, opum diuitiarumque gloria extruditur. Propterea Dauid Pſal. 70. ſeſe adhortatur ad huiuſ- Dauid.
modi laudes canendas: Introibo in potentias domini, donec annuntiem brachium tuum,

eſt in æter- potentiam tuam,generationi venturæ: huius autem potentiæ triumphum Pſal. 75. accu-
nis. ratiſſimè explicat: Ibi,inquit,confregit potentiam,arcum & bellum.ibi, inquam,nempè
in cruce domini,qua victus eſt draco ille magnus , qui ſeducit vniuerſum orbem. Hac
Paulus. de cauſa Paulus monet Epheſios,vt ſtent firmi in fide,hac dei potentia confortati cap.6.
Confortamini, ait,in domino,& in potentia virtutis eius, & Coll:1. In omni virtute con-
Dauid. fortati,ſecundùm potentiam claritatis eius. vnde Dauid Pſal.64. Accinctus potentia,
qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius. Itaq; omnipotens dominus deus
in rerum creatione , in creaturis condendis : omnipotens quoq; in illarum reſtauratione,
Quid omnipo- atq; redemptione. Sed de diuinis ſcripturis ſatis. Cæterùm, omnipotentia vno quidem mo
tentia. do ſic intelligenda eſt,quòd illa immediatè omnia ex nihilo produxerit, ad omniaq; ſeſe
extendat,quæ contradictionem non implicant: immediatè,inquam,quoàd cauſæ extrin-
ſecæ adiumentum,non autem quoàd cuiuſlibet effectus producti , ſiue producendi ra-
tionem,immediationemq;;hoc enim ſapientũ probatur nemini.Hoc enim modo cùm à phi
loſophis,tum etiã à Theologis omnipotens non dicitur;fieri enim totũ antequã partes fi-
ant,rei natura non ſuſtinet: non ergo , quia hoc atq; huic ſimilia à deo fieri non poſſunt;
Quòd ſit om- propterea deus omnipotens dicendus non eſt, cùm non ſit defectus dei facientis ſed rei
nipotens. patientis: Deum autem eſſe omnipotentem,id eſt,poſſe facere omne , quod eſt poſſibile
Rationes. factu,quodq; contradictionem non implicat,ex ſupradictis quidem conſtat ſatis,& ad-
huc quoq; ſic conſtare poteſt,atq; demonſtrari demonſtratione propter quid .i. propter
cauſam,& aliquod prius.Sanè,id eſt in ſe propter quid demonſtrabile, quod ex ſuis ter-
1. minis habet,vt per aliquod verũ priùs ſimpliciter,atq; notius demõſtrari poſſit:Etenim,
quemadmodũ illud dicitur per ſe verum,quod ex ſuorũ conſtat veritate terminorũ ; ita
planè demõſtrabile,quod ex ſuis terminis demonſtratur.ſed deũ mediatè,& immediatè,
ſaltim quantùm ad aliqua,omnia poſſe eſt tale aliquid demõſtrabile à beatis demõſtra-
tione propter quid:Eſt enim cauſa prima, à materia nequaquã dependens in operando:
poteſt ergo materiæ,atq; cauſæ ſecundæ vicẽ ſupplere, ni rei natura obſtiterit :igitur eſt
per ſe demõſtrabile,demonſtratione propter quid ab intellectu beatorũ,atq; viatoris per
cognitionẽ abſtractiuã.Reuera,cuicũq; rei ineſt alicuius termini intellectus ſimplex, im
mediatã principij veritatẽ,atq; concluſionis mediatã,virtualiter includens:ab ea profe-
ctò,veritas propter quid propoſitionis mediatæ,haberi poteſt. ſed huiuſmodi eſt intelle-
Per notitiam ctus beati,atq; viatoris de diuina eſſentia,abſtractiuã notitiã habentis;habet enim conce
abſtractiuam. ptum ſimplicem diuinæ eſſentiæ,quia in ipſa beatificatur. ſed notitia diuinæ eſſentiæ in-
tuitiua,ſiue abſtractiua,immediatam aliquam continet veritatẽ,hanc præcedentem,nem
pè quòd deus ſit omnipotens : mediante ergo illa, hanc intelligit: igitur demonſtratione
2. propter quid,deum eſſe omnipotentem,ab huiuſmodi eſt demonſtrabile.Profectò,omne
verum mediatum,per immediatum, hoc demonſtrationis modo , eſt demonſtrabile. ſed
deum eſſe omnipotentem,eſt tale aliquid, vtpote verum neceſſarium mediatum : ab in-
Demonſtra- tellectu autem beato euidenter concipi poteſt,& demonſtrari:ergo &c.Sanè,beatus di-
tione quia & uinam cognoſcens eſſentiam,eiuſq; intrinſeca,intuitiuè quidem,viator verò abſtractiuè,
immediata deum omnipotentẽ eſſe,vtroq; modo demonſtrare poſſunt. Adde, quòd demonſtratione
poteſt demon- quia oſtendi poteſt; nam quod verum eſt de cauſa, ſecundùm rationem cauſæ; eſt etiam
ſtrari. verum per demonſtrationem quia,per effectus ſcilicet. ſed dei omnipotentia , eſt cauſa
omnipotentiſſima, & hoc eſt verum ſecundùm rationem cauſæ,deum ſcilicet eſſe omni-
Rationes. potentem: igitur demonſtrari poteſt demonſtratione quia:ex effectibus autem omnipo-
1. tentiæ,eius cognoſcitur omnipotentia,etiam demonſtratione quia & immediata. Etenim
cauſa perfectiſſima,in quemlibet poteſt effectum,ſine alterius adminiculo, cuius habet
virtutem operandi. ſed cauſa prima eſt huiuſmodi,quippè quæ cauſæ virtutem ſecundæ
2. eminentiùs contineat:ergo &c. Sanè, ſi aliqui effectus , ita perfectè à cauſis producun-
tur æquiuocis,atq; ab vniuocis,idq; quia illorum virtus in illis perfectiùs , eminentiusq;
continetur,

Potentia eſt in ęternis.

continetur, vt patet in ſole, qui per ſeipſum immediatè calorem infundit: multò ergo magis id prima cauſa præſtare poterit. Amplius, ordinis eſſentialis neceſsitas, ex hoc vel
maximè pendet, quòd vna cauſa in ordine conſtituenda, abſq; alterius dependentia, atq; 2.
reſpectu conſtitui non poteſt, alioqui huiuſmodi neceſsitas caſſa ſolicitudine laboraret. ſed prima cauſa, cùm eius virtus impediri non poſsit, in eſſe quemlibet planè ponere valet effectum: ergo quod prius. Adde, quòd omne poſsibile, & obiectiuè quidem, & paſ- 3.
ſiuè, ob reſpectum, quem ad primam cauſam habet, dicitur tale aliquid producibile. at prima productiua, & actiua potentia, eſt potentia diuina: per conſequens ergo primò producibile ab illa producitur. Reuera, poſito primo producibili, & primo productiuo perfecto, nullo modo impedito, ponitur etiam productio, etiam quocunq; alio productiuo circumſcripto; prius namq; in ſuo priori à poſteriori non dependet. Adhuc, deum eſſe omnipotentem mediatè, ſic pateſieri poſſe arbitror. Rerum omnium quæ producta ſunt, vniuerſitas eſt cauſata, habetq́; cauſam, quæ ad rerum huiuſmodi non ſpectat ordinem, alioqui eſſet cauſa ſui. Aliquid igitur eſt extra vniuerſitatem rerum. Cùm igitur, 1.
in cauſis non ſit aſcenſus in infinitum; aliqua igitur eſt cauſa, extra conditarum ordinem cauſarum, à qua tota multitudo cauſata dependet. In illa ergo eſt ſtatus, veluti in primo cauſante. hoc autem primum eſt ſanctiſsimus Pymander. Adhuc, quantò cauſa effe- 2.
ctiua cæteris præſtat nobilitate potentiæ, atq; naturæ; tantò in cauſando, producendoq́; cæteris præſtabit. ſed cauſa prima effectiua, infinita, ſua nobilitate, omnibus rebus in infinitum antecellit: igitur in cauſando in infinitum vincet omnia. Cùm igitur infinitam habeat virtutem ad producendum, ex nulla igitur cauſa dependet, in cauſando, producendoq́;, alioqui reſpectu illius, à qua dependeret, imperfecta eſſet, & ſic non infinita. Eſt igitur aliqua cauſa omnipotentiſsima, à qua cœlum dependet, & natura omnium.

Deum eſſe potentem mediatè.

CAP. V.

Argumenta contraria.

SI deo ineſt omnipotentia: nihil ergo noui ab eo fieri poteſt; cùm enim ſit 1.
agens omnipotens, agens ex neceſsitate naturæ: immediatè ergo omnia producenda, produxit. ſed hoc eſt falſum: ergo & antecedens. Amplius, ſi 2.
deus eſſet omnipotens, immediatè moueret cœlum, quod eſt falſum; infinita ſiquidem eius virtus moueret in non tempore. At ſi motus cœli fieret in inſtanti; tunc planè omnes eius partes ſimul, ac ſemel eſſent in eodem loco. Quæ profectò ratio incitauit Auerroem, vt in 12. met. profiteretur, cœlum à primo mouente, immediatè nequaquam moueri: ſed ſecundam addidit intelligentiam, à qua quidem motus, ſucceſsionem, à prima verò, perpetuitatem, æternitatemq́; haberet. Præterea, ſi deus poten- 3.
tiam habet immediatam ad omnem effectum producendum: igitur qualibet cauſa ſecunda, & propria eſſentia, & actione careret. Tenet conſequentia: nam fruſtra illi ineſſet; eſſentia enim atq; natura gratia operationis tribuitur. ſed hoc eſt falſum; tunc enim ordo rerum eſſentialis funditus euerteretur: ergo &c. Suffragatur huic ſententiæ authoritas Commentatoris 6. met. Moderni, inquit, ponunt vnum agens, ſine medio, nempe Auerr.
deum, & tunc contingit illi, vt nullum ens habeat rationem propriam naturaliter, & cùm entia non habeant actiones proprias; non habebunt quoq; eſſentias proprias; actiones enim non diuerſificantur, niſi per eſſentias diuerſas. Et hæc opinio eſt valde extranea, & qui recipiunt huiuſmodi, non habènt cerebrum naturaliter habile ad bonum. Item, 4.
nullum immateriale, teſte phil. 7. met. contra Platonem de ideis, immediatè materiam tranſmutare poteſt. ſed deus eſt ab omni prorſus materia liber: igitur immediatè non habet virtutem cuiuſlibet effectus producendi. Adde, quòd tunc omnia neceſſariò ac- 5.

Potentia eſt in æternis. ciderent, atq; ita nullus eſſet mali boniq́; delectus; Nam prima cauſa ex neceſſitate a-
gente, ſecundæ quoq; cauſæ, primæ nequaquam obuiatiræ, illius imperio, atq; neceſſitati
6. cederent. Iterum, ſi deus eſt omnipotens: omnia ergo erunt poſſibilia: nihil ergo impoſ-
ſibile. Remoto autem impoſſibili; & neceſſarium quoq; remotum iri, neceſſe eſt: etenim,
quod neceſſe eſt eſſe, impoſſibile eſt non eſſe: ſi ergo deus eſt omnipotens, neceſſarium
7. è rerum natura remouendum eſſet omninò: deus ergo non eſt omnipotens. Amplius;
omnis potentia per effectus oſtenditur, alioqui vt dixi paulò antè, reputaretur otioſa, &
inanis. ſi igitur potentia dei eſt omnipotentiſſima: eſt ergo infinita, atq; ita effectum in-
finitum producere poteſt, quod eſt impoſſibile: non eſt ergo omnipotens. Adde, quòd
non ptest peccare, neq; ſeipſum negare, 2. Tim. 2. & quod parcendo ſuam omnipotentiam
Reſpon. ad argumenta. maximè manifeſtat. cùm ergo hoc ſit vltimum potentiæ ſuæ; non ergo eſt omnipotens:
nam mundi creatio plus aliquid, imò multò magis potentiæ denotat: igitur deus non eſt
1. omnipotens. Verùm ad hæc atq; his ſimilia, ſic reſpondere valemus, inprimiſq́; ſcire o-
portet, inter theologos, atq; philoſophos hoc intereſſe, quòd phil. dicant deum eſſe omni-
potentem; mediantibus tamen cauſis ſecundis: theologi verò, ſecluſo etiam huiuſmodi
cauſarum adminiculo, deo omnipotentiam tribuunt, eamq́; in hoc conſiſtere aiunt, quòd
cuiuscunq; ſecundæ cauſæ vicem ſupplere valeat: deniq;, quod omnẽ poſſit effectum pro-
ducere, cui non ineſt repugnantia ex ſuorum formali ratione terminorum, ſimpliciter
ſumpta. Cæterùm, cùm potentia nominetur propter poſſibilia, quæ facere poteſt: deus
Poſsibile duplex. autem cùm omnia poſſe dicitur: rectè ergo omnipotens dicitur, quòd omnia poſſibilia
poſſit. Poſſibile autem duplex dicitur, teſte phil. 5. met: cap. de poſſibili: alterum qui-
dem per reſpectum ad aliquam potentiam, ſic quòd humanæ ſubiacet potentiæ, homini
eſſe poſſibile affirmamus. Quòd ſi ideo deus dicatur omnipotens, quia poteſt facere o-
Primum. mnia, quæ ipſius ſubiacent potentiæ, perinde erit, ac ſi quis diceret: deum eſſe omnipoten-
tem, quia poteſt omnia, quæ poteſt. ſed tum in notitia omnipotentiæ declaranda, circu-
lationis vitium incurrimus. Præſtat ergo, hac ratione deum omnipotentem appellare,
quòd ſcilicet abſolutè poſſit omnia poſſibilia facere: & hoc ad ſecundum poſſibilis mo-
Secundum. dum referendum eſſe, aſſerimus. Eſt autem, ſiue dicitur aliquod poſſibile abſolutè, ex ter
minorum vtiq; habitudine, puta quando prædicatum non repugnat ſubiecto: ſi verò re-
pugnet, impoſſibile. Sanè, ſi vnumquodq; agens agat ſibi ſimile, vnicuiq; planè potentiæ
actiuæ, poſſibile, ceu obiectum proprium, ſecundùm illius actus rationem reſpondet, in
quo huiuſmodi actiua fundatur potentia: ſic calefactiua potentia vti ad proprium ob-
iectum, ad eſſe calefactibile refertur. Porrò, eſſe, in quo diuinæ potentiæ ratio fundatur
eſt infinitum, totius eſſe perfectionem in ſe habens. Quare, quidquid habet rationem en-
tis, ſub poſſibilibus abſolutis, quorum reſpectu deus dicitur omnipotens, contineatur ne-
ceſſe eſt: non ens autem opponitur enti, ideoq́;, quæ non ſunt, ſub poſſibilibus abſolutis non
continentur, & per conſequens, non ſubſunt diuinæ potentiæ, idq́; non ob diuinæ potentiæ
defectum, ſed rei imperfectionem, quæ non habet rationem in ſeipſa, vt ita fieri poſſit.
Quamobrem, quæ contradictionem implicant, entia deficientia factuq́; impoſſibilia con-
uenientiùs dicenda ſunt, quàm quòd à deo produci non poſſint, neq; hoc obuiat ſententiæ
Non erit impoſsibile omne verbum. angeli ita tubicinantis: Non erit impoſſibile apud deum omne verbum: quandoquidem
quod contradictionem implicat, verbum dici non poſſit; à nullo enim intellectu concipi
poteſt. Quomodo ergo deus dicatur omnipotens, ex his atq; ex paulò antè dictis, patere
Ad primum argumentum arbitror. Modò argumenta ſunt nobis ſoluenda: & ad primum quidem ſic reſpondeo:
quamuis in primo & in 2. Pymandri de hac re copioſiùs diſputârim, vbi diſtinctè de
mundi creatione ſum locutus, deum liberè agere, & non ex aliqua moueri naturæ neceſ-
ſitate, inſtar ignis naturæ neceſſitate calorem emittentis, actio enim eſt libera, quia
eſt naturæ liberè agentis quæ eſt ſua actio, ideoq́ue noui ei aliquid accidere ne-
8. quit, quum nulla in deum nouitas cadat, ſed in creaturam potiùs. Ad 2. Deus, quo-
âd ſuam

Potentia eſt in ęternis.

ad ſuam potentiam, in inſtanti, motum cœli cauſare poteſt, ſed hoc, ipſa motus na-
tura non patitur. Dices, aliqua ergo virtus finita, æquali tempore, ac ipſe deus, cœlum
mouere valebit. Admitto, ex hoc tamen diuinæ virtuti non eſt comparanda, quæ
ex ſe modò eſſet actu, poſſet mouere corpus infinitum; quam ob cauſam, ratio Commen- Contra com. rationes.
tatoris, duas in primo orbe intelligentias ponentis, nihili eſt facienda: ſibi enim contradi-
cit. Etenim, ſi æternitas, & ſucceſſio nō ſunt idem: qualibet ergo illarum propriam habet 1.
cauſam, atq; ita prima cauſa, motus æternitatem immediatè cauſabit; nec tamen in in-
ſtanti. ſin verò idem, vna illarum ſufficit: altera ergo eſt otioſa. Item, ſecunda intelli- 2.
gentia, primam impedire non valet: æquè ergo cùm illa in inſtanti mouebit, ſeu mouere
poterit. Itaq;, quoâd attinet ad diuinam potentiam, quæ eſt infinita, motus fieret in inſtan
ti, ſed id non fert natura rei, quæ fit ſucceſſiuè. Item, ſecunda intelligentia mouet, quia pri 3.
mò à prima mouetur: non eſt ergo illi impedimento, quominùs poſſet motum cauſare in
inſtanti. Reuera, duabus cauſis, ſuperiori ſcilicet, & inferiori ad eundem effectum pro-
ducendum concurrentibus, effectus ſuperioris, vtpote potentioris naturam ſequitur. ſed
ſuperior intelligentia eſt infinita igitur moueret in inſtanti. Cùm igitur motus ex ſui na-
tura ſit ſucceſſiuus, non poteſt fieri in inſtanti, & hæc cum animo reuerenti dixerim. Ad
3. Commentator loquitur contra quorundam errorem, qui aiebant à deo immediatè fieri 3.
omnia, quod certè Auguſtino non placet ſic dicenti, res à deo ita adminiſtrari, vt eas
proprios motus agere ſinat. Ad 4. vera eſt illa ſententia ad mentem philoſophi contra 4.
ideam Platonis; huic tamen propoſito deſeruire non poteſt, vt patet bene conſideranti.
Ad 5. Si deus immediatè ageret omnia; in vniuerſo non eſſet malum culpæ; aliquod ta- 5.
men eſſet contingens: ſua enim voluntate liberè, & contingenter ageret. vnde quamùis
ſua actio ſit neceſſaria in ſe & ex natura rei; ad obiectum tamen extrinſecum tranſit
contingenter: alioqui ſi neceſſariò tranſiret; ab illo vtiq; dependeret, quod eſt falſum. Ad 6.
6. Omnipotentia dei, impoſſibilitatem, atq; neceſſitatem à rebus non excludit; nam etſi
omnia ei poſſibilia ſunt, etiam quæ ſecundis cauſis poſſibilia non ſunt; ab illis tamen
huiuſmodi impoſſibilitatem non remouet, neq; imponit neceſſitatem. Ad 7. Minor veri- 7.
tatem habet in agente vniuoco, cuius virtus in ſuo effectu tota oſtendi poteſt; potentia
enim hominis generatiua, amplius poteſt nihil, quàm hominem generare. In agente au-
tem æquiuoco, ſiue non vniuoco, cuiuſmodi eſt deus, cum quo creatura, genere, aut ſpecie
conuenire non poteſt, fallit: quare effectus minor eſt, quàm illius potentia. Potentia præ
terea diuina, etiamſi nullum extrinſecum opus produxiſſet; adhuc tamen otioſa dici non
poſſet, quippè cùm exterior effectus non ſit diuinæ potentiæ finis, ſed ipſa potiùs ſui finis
effectus. Ad confirmationem patet ſolutio ex ſuperioribus; peccare enim eſt à perfecta
ratione deficere. at poſſe deficere in agendo, diuinæ non competit omnipotentiæ; idcirco Deus non poteſt peccare.
deus omnipotens peccare non poteſt: quod autem dicitur à phil. 4. Topicorum, quòd po-
teſt deus, & ſtudioſus praua agere, ad mentem gentilium locutus eſt, qui homines in
deorum numerum migraſſe dixerunt. Ad aliam confirmationem dico, dei omnipoten- Potentia dei in parcendo.
tiam in parcendo, atq; miſerando oſtendi maximè; quia nimirum ſummum eſt ſuæ pote-
ſtatis indicium, liberè poſſe peccata dimittere. Parcendo præterea, ad infiniti conſorti-
um, ſocietatemq; boni, qui eſt diuinæ effectus potentiæ vltimus, adducit homines, æter-
nis antea ſupplicijs obnoxios. Adde, quòd diuinæ miſericordiæ effectus, omnium eſt di-
uinorum operum fundamentum: in hoc ipſo autem, diuina manifeſtatur potentia, quòd
ad ipſum omnium bonorum prima ſpectet inſtitutio. Quomodo ergo deus ſit omnipotens
dixi.

QVAESTIONIS XXI. CAP. I.

Potentia dei abſoluta & ordinata.

De potentia abſoluta & ordinata.

AVdiuimus dei omnipotentiam omnia poſſe, quæ ſunt factu poßibilia; præſtat modò huiuſmodi potentiam diſtinguere: in ordinatam ſcilicet, & abſolutam, vt ſic commodiùs intelligamus, quæ ſumus diſputaturi. Cæterùm, agere ex potentia ordinata, ad agens liberum ſpectat, quod intellectu, atq; voluntate agit. In huiuſmodi autem agente, tunc potentia ordinata cognoſcitur, cùm ſiquidem ſecundùm inſtitutam, rectamq; agit regulam. Quando verò illius regulæ limites transgreditur, & quidem plurimùm, potentia abſoluta nominatur: eò planè modo, quo iuriſtæ diſtinguũt, poſſe de facto, & de iure. Reuera, quando eſt aliqua lex, quæ non ſubeſt poteſtati agentis, ſed voluntati inſtituentis, agens huiuſmodi ſubditum legi, ordinatè agat neceſſe eſt, inordinatè verò, nequaquam. At ſi lex in potentia ſit agentis, & cum hoc etiam rectitudo legis, quia nimirum lex recta dicitur, quòd à tali ſit inſtituta agente; tunc planè tale agens pro ſuæ arbitrio libertatis, & legem mutare, & aliam condere, vt lubet poteſt, atq; ita in tali agente ordinata, ab abſoluta vincitur potentia. Itaq;, deum agere ſecundùm potentiam ordinatam, dicimus quando quas condidit creaturarum leges, ſeruat: ſecundùm verò potentiam abſolutam, cùm illarum terminos egreditur, non tamen ſuæ poteſtatis magnitudinem. Quare deum agere ſecundùm potentiam abſolutam, non eſt cum ſine lege ſiue legis rectitudine agere, ſed non ſecundùm eas, quas in creaturis videmus leges eſſe perſcriptas; potentia enim abſoluta, eſt diuina potentia executiua eorum omnium, quæ in ipſa virtualiter continentur. Agit ergo ſecundùm potentiam ordinatam, quando aliquid, ſecundùm legem iam ordinatam agit: quando præter hanc agit, ſecundùm abſolutam agere dicitur. Ex his ſic quidam argumentantur, nempè quòd deus poßit multa agere ſecundùm potentiam abſolutam, quæ tamen non poteſt ſecundùm potentiam ordinatam. Sanè, agens liberum & contingens, in cuius poteſtate eſt huius vel alterius voliti rectitudo; in alterum exercere poteſt potentiam abſolutam; licet alterum, ſecundùm potentiam ordinatam diſpoſuerit atq; ordinauerit ſed deus eſt huiuſmodi: ergo &c.

Potentia ordinata.
Abſoluta.
Poſſe de facto & de iure.
Deum agere ſecundùm potentiam abſolutam.
Quõ. poſsit aliquid potentia abſoluta, quæ non poteſt ordinata.

Obiectio.

Sed dicet aliquis: potentia abſoluta nihil
1. *poteſt omninò, niſi præuia diuinæ voluntatis determinatione concurrente, & per conſequens ſcientia intellectus diuini ſed potentia executiua, quatenus iſta concernit, eſt potentia ordinata: idem ſunt ergo.*
2. *Item, quæ nunquam deus eſt, vtriq; potentiæ ſunt æquè impoßibilia; ſuper nullum profectò illorum, diuinæ cadit voluntatis determinatio, nec etiam diuini intellectus ſcientia: ergo quod prius.*
3. *Adde, quod deo, ſecundùm potentiam ordinatam, poßibile eſſe videtur, nihil præterquàm id, quod eſt futurum; ſola enim futura ſunt à diuina voluntate determinata, ſed illa eſſe ſic determinata, nouit præcisè intellectus diuinus: ergo &c.*
4. *Amplius, quod eſt neceſſariò malum, in aliquam non cadit dei potentiam. ſed in dei virtute, reproborum ſaluatio, damnatio quoq; iuſtorum continetur, quæ neceſſariò ſunt mala: reſpectu igitur iſtorum, nulla eſt abſoluta potentia.*

Solutio.

Reſpondent ad hæc, & ad prim: hoc modo, aſſerentes potentiam ordinatam reſpectu illorũ
1. *præcisè dici, quæ à voluntate diuina ſunt actualiter determinata: abſolutam verò, reſpectu eorum, quæ potentialiter tantùm: vtraq; igitur potentia voluntatem ſequitur, vna*
2. *quidem actualiter, potentialiter altera. Ad 2. dicunt voluntatem diuinam magis ad vnum quàm ad aliud determinari, puta ad totius vniuerſi ſalutem, quàm ad vnius muſcæ creationem: vnde ob maiorem in vnum, quàm in aliud determinationem, vnum altero poßibilius dicitur.*
3. *Ad 3. Dicunt ſic reſpondere Platonis Timæum: Deum ſcilicet nihil poſſe facere, niſi ea, quæ ſecundùm potentiam facit: Nihil, inquit, eſt ortum, cuius cauſa legitima non præceſſerit. Alter quoq; ſic reſpondent, quòd ſcilicet potentia ordinata dupliciter conſiderari poßit; nempè quatenus eſt ſic actualiter ordinata, vel aptitudinaliter ordinanda: vnde deus multa poteſt ſecundùm potentiam abſolutam; quæ tamen non poteſt ſecundùm potentiam actualiter ordinatam; bene tamen ſecundum potentiam aptitudinaliter, ſiue aptitudinalem. Et hoc mihi ſummoperè placere profiteor:*

Propria opinio.

ſiquidem

ſiquidem quantùm ad deum ſpectat, vna eademq; eſt potentia: reſpectu verò creatura- De potentia abſol: & ordin:
rum, in quibus huiuſmodi ordinem cernimus, abſolutam ab ordinata diſtinguimus po-
tentiam. Ad 4. Si illi effectus in diuina continerentur virtute; poſſet vtiq; deus, ſecun- 4.
dùm potentiam abſolutam, illos producere. et ſi determinaret: tunc etiam poſſet, ſecun-
dùm potentiam ordinatam. At deus ſeipſum negare non poteſt, quod quidem accideret,
ſi ſuæ ordinem iuſtitiæ mutaret, iuſtos pœnis tradendo, improbos verò gloria æterna vi-
tæ donando, quod nefas eſt dicere. Sed dices: poteſt ne deus facere quæ non facit? Pro- Poteſt deus facere quæ non facit.
fectò circa huiuſmodi negotium, apud ſtudioſos fuit contentio, & quidem magna; qui-
dam enim ex neceſsitate deum agere, arbitrati ſunt: proinde, ſicut homo ex homine gi-
gnitur; ſic ex dei potentia, rerum ordinem effluere atq; manare. ſed huiuſmodi errorem Primus error.
in primo Pymandri confutaui, atq; rationabiliter exploſi. Nonnulli verò dixerunt, cur- 2.
ſum ordinemq; rerum, diuinam ſapientiam, atq; iuſtitiam ſequi, ſine quibus, deus agit
nihil. Quoniam autem dei potentia (quæ eſt eius eſſentia) non eſt aliud quàm eius ſapi-
entia: quod igitur diuinæ congruit ſapientiæ, id tantùm dei potentia operatur; diuina e-
nim ſapientia, totum poſſe potentiæ, atq; imperium complectitur. Verùm ad hæc ſic re- Reſponſio.
ſpondeo: ordinem rebus inditum à diuina ſapientia (in quo iuſtitiæ ratio conſiſtit) diui-
nam non coartare, atq; limitare ſapientiam; etenim tota ordinis ratio, quæ à ſapiente, re-
bus à ſe factis imponitur, à fine eſt ſumenda. ſed finis rerum, eſt dei bonitas, quæ in
infinitum conditarum rerum conditiones ſuperat: non ergo ab illarum ordine, atq; cur-
ſu limitari, determinari poteſt. Poteſt igitur deus facere alia, quæ nõ facit. Dices, quæ
deus non præſciuit, atq; præordinauit, nunquam eſt facturus. ſed non præſciuit ſe factu- Obiectio.
rum, niſi ea, quæ facit: non poteſt ergo alia facere quàm facit. Sanè, deus non poteſt fa- 1.
cere, niſi quod iuſtum eſt fieri, aut facere debet, aut bonum eſt fieri. ſed hæc talia iam 2.
facit: igitur non poteſt alia facere. Amplius, nihil facit aut dimittit, niſi optima & ra- 3.
tionabili cauſa, licet nobis occulta, qua aliqua facit, aliqua verò dimittit. Porrò, illa ra-
tio eſt æterna: quare illa manente, non poteſt aliud facere, quàm facit; alioqui faceret
aliud quàm præſciuit. vnde Auguſt: lib. de ſymbolo 1. cap. 2. Hoc ſolùm, inquit, non po- 4.
teſt deus, quod non vult: quaſi diceret, quòd non poſsit aliquid facere, niſi quod vult, ſed
non vult, niſi quod facit: non videtur ergo poſſe, niſi quod facit. Item, lib. 7. Conf: cap. 4.
ad deum loquens, ſic ait: Nec cogeris inuitus ad aliquid, quia voluntas tua non eſt maior
quàm potentia: eſſet autem maior, ſi te ipſo tu ipſe maior eſſes. Ex quo clarè videtur,
deum non plura poſſe, quàm velle, nec plura velle, quàm poſſe; ſicut enim voluntas non
eſt maior potentia; ita nec potentia maior eſt voluntate: ergo &c. Dico: nec voluntatem Solutio.
potentia, nec potentiam voluntate in deo eſſe maiorem; vna enim eademq; res eſt poten-
tia & voluntas, nempè ipſemet deus, qui ſeipſo maior non eſt. Quòd ſi dixerimus plura
deum poſſe, quàm velle, deum ſeipſo maiorem non dicimus, ſed plura diuinæ ſubiecta
potentiæ eſſe, quàm voluntati ſignificamus. Plura igitur deus poteſt facere, quæ non Plura poteſt quàm vult.
vult, & dimittere quæ non facit. Mat. 26. An putas, quia non poſſum rogare patrem, &
exhibebit mihi plusquàm duodecim legiones angelorum? Auguſt: in enchyridion cap. Auguſtinus.
85. Omnipotentis voluntas, multa poteſt facere, quæ non vult, nec facit; potuit enim face-
re, vt duodecim legiones angelorum pugnarent contra illos, qui Chriſtum ceperunt. Et
in eodem cap. cur apud quoſdam non factæ ſunt virtutes, quæ ſi factæ fuiſſent; egiſſent
illi homines pœnitentiam: & factæ ſunt apud eos, qui non erant credituri. Nec vtiq; in-
iuſtè deus noluit ſaluos fieri, cùm poſſent ſalui eſſent, ſi vellet. Et in lib. de natura & gra
tia, cap. 7. Dominus Lazarum ſuſcitauit in corpore: nunquid dicendum eſt, non potuit
Iudam ſuſcitare in mente? potuit quidem ſed noluit. Itaq;, deus poteſt aliud facere quàm
facit; & tamen ſi aliud faceret, alius ipſe non eſſet. Et poteſt aliud velle quàm vult; & Ad primum argumentum
tamen eius voluntas nec noua, nec mutabilis aliquo modo poteſt eſſe; poteſt enim velle,
quod ab æterno poteſt voluiſſe: habet etiam potentiam volendi & nunc, & ab æterno;

abſolu: & ordinata. *quod tamen nec modò vult, nec ab æterno voluit. Ex his autem patet quid ſit dicendum ad argumenta: & ad primum quidem dico, quòd quamuis in deo potentia, ſapientia, & voluntas ſint idem; quia tamen eius voluntas non agit ex neceſſitate, ſed ex ſuppoſitione potiùs, neq; eius ſapientia & iuſtitia determinari poſſunt ex rerum conditarum ordine; nihil prohibet aliquid eſſe in potentia, quod ipſius voluntas non vult, neq; ſub eo, quem rebus indidit, contineri ordine. Quoniam potentia officio fungitur exequentis, voluntas verò imperantis, intellectus & ſapientia dirigentis; hac de cauſa, quod attribuitur potentiæ ſecundùm ſe conſideratæ, deus dicitur poſſe ſecundum abſolutam potentiam. Et huiuſmodi eſt omne illud, in quo ſaluatur ratio entis: quod verò attribuitur potentiæ diuinæ, quatenus iuſtæ voluntatis imperium exequitur: ſecundùm voluntatem ordinatam deus agere dicitur. Tunc ad argumentum reſpondeo: quòd deus poteſt aliqua facere de potentia abſoluta, quàm quæ præſciuit ſe facturum, atque præordinauit; non tamen poteſt eſſe, quòd aliqua faciat, quæ non præſciuerit, & præordinauerit ſe facturum; quoniam ipſum facere præſcientiæ ſubiacet & præordinationi, non autem ipſum*
2. *poſſe, quod eſt naturale; ideo enim deus aliquid facit, quia vult; non tamen ideo poteſt quia vult, ſed quia talis eſt in ſui natura. Ad 2. Deus ſibi ſoli, non autem alicui debet aliquid, cùm autem ipſe ſit iuſtus, & ſapiens, non poteſt facere, niſi quod ſibi conueniens eſt atq; iuſtum: non quòd modò conueniens eſt, atq; iuſtum, hoc eſt, non ſecundùm iuſtitiam atq; ſapientiam, quam in rebus eſſe videmus tantùm, ſed ſi adhuc aliud faceret; illud tamen ſapienter, iuſtèq; faceret. Ad confirmationem, licet rebus quæ nunc fiunt, ordo optimus attributus ſit, atq; conueniens; poſſet tamen alias res condere, aliumq; illis*
3. *imponere ordinem. Ad 3. in deo eſt voluntas æquiſſima, qua facit omnia: quapropter contra eam non faceret, ſi quæ modò facit, dimitteret, & alia faceret; ſemper enim ſecundùm rectiſſimam ipſius voluntatem faceret. Cùm ergo dicitur deum non poſſe facere, niſi quod ratio eſt eum facere ſic intelligendum eſt, non poſſe eum facere, niſi ea, quæ rationabilia ſunt, quæ ſiue faciat, ſiue fierent, rationabilia ſunt. Authoritas illa ſic eſt*
4. *intelligenda: Id ſolùm non poteſt deus, quod non vult, ſcilicet ſe poſſe. Ad 4. dictum eſt, quòd voluntas potentia, aut potentia voluntate in deo maior non ſit: illa ergo ſententia extrinſeca ſubiecta reſpicit, quæ diuinæ ſubdita ſunt potentiæ. Itaq; quid ſit diuina potentia ordinata, & abſoluta, dixi.*

CAP. II.

Deum poſſe meliora facere ea, quæ facit.

CVm dei potentia poſſit facere ea, quæ non facit, nunquid ea, quæ facit, meliora facere poſſit? ad quam quidem quæſtionem Apoſtolus ad Epheſ 3. Paul.
ſic reſpondet: Deus, inquit, poteſt omnia facere abundantiùs quàm petimus, aut intelligimus. Et reuera, ſi ea ſpectes, quæ ad rei eſſentiam attinent, ſicuti eſſe rationale, quod eſt de eſſentia hominis, illa meliora fieri non poſſunt, tametſi aliquam rem illa meliorem facere valeat, quemadmodum quaternarium maiorem facere non poteſt; alioqui non eſſet quaternarius, ſed alius numerus: eodem enim modo ſe habet in diffinitionibus, differentiæ ſubſtantialis additio; ſicut vnitatis in numeris, 8. met: At ſi conſideres ea, quæ extra rei eſſentiam continentur, veluti virtutes aduentitias, vtpote ſapientem eſſe, eloquentiæ gratia ornatum; ſic certè res meliores fieri poſſunt ab ipſarum opifice, & conditore deo. Itaq;, qualibet re condita, alia melior à deo fieri poteſt. Sed dices, accepta aliqua determinata creatura ex parte inferiori, quæritur aſcendendo, aut eſt ſtatus ad aliquam ſupremam; & ſic habetur oppoſitum: aut non, & ſic poteſt procedi in infinitum. At, quò magis creatura excedit; eò planè eſt perfectior, atq; ita creatura, quæ in infinitum excedit, eſt in infinitum perfectior:

Quæ deus poteſt facere meliora.

Argumenta contraria.

1.

erit

De potentia abſoluta & ordinata.

*erit ergo creatura in ſe intenſiuè infinita, quod eſt falſum. Dico, illam potentiam in-
telligendam eſſe de poſſibili abſoluto, qua dixi, quacunq; creatura facta, perfectio-
rem fieri poſſe, non de poſſibili, quod ad aliquam egreditur vlteriorem creaturam: ſi-
cut in numeris accidit: inexhauribilitas ergo diuinæ potentiæ denotatur, atq; inconſum* Solutio.
*mabilitas poſſibilis abſolutè; eſt enim diuina potentia infinitæ actualitatis ſimpliciter,
nullo actu exhaurienda. Cùm ergo arguitur: erit ergo proceſſus in infinitum, negatur
hoc de infinito vno ſimpliciter, qui eſt Deus benedictus; illud enim creatori tantùm, non
autem creaturæ conuenit: de infinito verò, cuius ſemper eſt aliquid vltra accipere, con-
cedo, idq; ex parte creantis, non autem creaturæ. Arguis iterum: tantò fit aliquid me-* Alia argumenta.
*lius, quantò ſapientius. ſed quidquid Deus facit, ſapientiſſimè facit: non ergo poteſt
aliquid melius facere, quàm facit. Sanè, ſi potuit, & noluit: inuidus ergo. ſed inuidia lon-* 1.
*gè abeſt à diuinis: igitur, vnamquamq; rem in optimo, atq; vltimo perfectionis conſti-
tuit: non ergo meliora poteſt facere ea, quæ fecit. Suffragatur nobis authoritas Aug:
contra Maximinum, ſic diſputantis: Si Deus potuit, & noluit gignere filium ſibi æqua-
lem, inuidus fuit. Amplius, quod eſt maximè bonum, non poteſt melius fieri; maxi-* 2.
*mo enim nihil eſt maius ſed ſingula, quæ Deus fecit ſunt bona, ſimul verò valde bona:
Et vidit, inquit Moſys, Deus vniuerſa quæ fecit, & erant valde bona: pulchritudo igitur
vniuerſi, non poteſt præſtantior, atq; melior fieri. Eadem habet Aug: in Enchyridion.
Adde, quòd homo Chriſtus plenus gratiæ, & veritatis non poſſit eſſe melior, nec eiuſ-
dem mater beatiſſima, ac creaturarum beatitudo creata, quod ſummum bonum dici-
tur: non ergo omnia fieri poſſunt meliora. Adhuc, ſi in ſpecierum perfectione dare-* 3.
*tur proceſſus in infinitum, quæ ex illis ſuperior inueniretur; quoddam totale perfectio-
nale reſpectu inferioris vocaretur, atq; ita omnium aliarum perfectionem contineret
creaturarum; ſuperius enim inferioris perfectionem continet, ſicq; infinitæ eſſet perfe-
ctionis, quod planè creaturæ nullo pacto conuenit. Adde, quòd quemadmodum proceſ-
ſus ad menſuram eſt finitus; ita planè proceſſus in perfectionibus ſpecificis, ex 10 met:
patet conſequentia. huic accedit illud, nempe quòd rerū vniuerſitas à diuina perfectione,
infinita differentiæ ratione diſtat, puta ſicut finitum ab infinito. Non poteſt ergo in e-
am cadere proceſſus in infinitum, quippe cùm huiuſmodi proceſſus, omnem prorſus fi-
nitam ſuperet perfectionem. Item, proceſſus ad vnitatem atq; totalitatem eſt finitus:* 4.
*& iſte ergo ſimiliter; eſt enim ad vniuerſi totalitatem, vnitatemq;. Sanè, id, in quod
primò à Deo incipiendo, deſcenditur, dari neceſſe eſt: non ergo aſcendendo proceditur
in infinitum. Conſequentia nota eſt: antecedens patet ex illa Dionyſii authoritate: Infi-
ma iunguntur ſupremis per media, ita quòd ſupremum infimi attingit infimum ſupremi:
ergo quod prius. Adde, Deum & infimam creaturam eſſe duo extrema diſtantia in
infinitum, non quidem per modum medij intercedentis, ſed per infinitatem Dei creaturā
infinitè excedentis: inter Deum igitur, atq; creaturam, media infinita eſſe non poſſunt.
Ex his ergo patet quomodo res conditæ à Deo meliores quàm ſunt, fieri non poſſunt.
Ad hæc autem ſic reſpondere poſſumus, ſi illa dictio, melius, ſumatur vt aduerbium,* Soluuntur argumenta.
*atq; importet modum facientis; ſic abſq; dubio, Deus non poteſt facere melius, quàm
facit, quia non maiori ſapientia, atq; bonitate. At ſi ſumatur, vt nomen, ſignificetque* 1.
*modum ex parte facti; ſic abſq; dubio, meliores res facere poteſt, quàm ſunt, ſi rerum
naturæ illius maioris perfectionis ſuſcipiendæ capaces eſſent: omnia ſiquidem creata
conſtant numero, pondere, & menſura. Ad confirmationem, negatur ſimilitudo; filius
enim eſt naturaliter patri æqualis, non autem creatura. Ad 2. quamuis vniuerſum,* 2.
*propter ordinatiſſimam rerum rationem, quam illi modò ineſſe videmus, melius fieri
non poſſit, alioqui illius ratio, ſiue proportio violaretur omninò; poteſt tamen Deus a-
lias res condere, illisq; addere, atq; ita melius facere. Sed dubium eſt, ſi tunc idem ma-
neret ordo vniuerſi. nam ſi res nouæ adderentur, & quidem meliores; non video quo-*

modo idem ordo manere poſſet. Ad confirmationem dicò, quia humanitas Chriſti vnita eſt Deo: beata verò virgo, eſt mater Dei: beatitudo autem creata eſt fruitio: propterea meliores fieri non poſſunt: Deo enim cui coniunguntur, melius eſt nihil. 3. *Ad 3. dico, multùm intereſſe inter id, quod eſt infinitæ perfectionis ſimpliciter, & id, quod eſt infinitæ perfectionis in genere: proinde tota rerum vniuerſitas, ſi ſimul intelligatur; eſt certè perfectionis ſpecificæ, non perfectionis ſimpliciter; ſingula enim entia, & omnia ſimul, per participationem entia eſſe dicuntur: eodem quoq; modo, ſi aliqua vna creatura, ſi omnibus æquiualens eſſet; non haberet profectò infinitam perfectionem ſimpliciter, ſed in genere tantùm; perinde ſi eſſent infinita animalia, aut vnum animal eis æquiualens, in genere animalis tantùmmodo eſſet infinita perfectio, non autem ſimpliciter. Patet ergo, quonammodo nulla creaturarum infinitæ poteſt eſſe perfectionis: & per conſequens non conſequitur, quod infertur. Ad confirmationem negatur ſimilitudo; non enim diſtinguit inter menſuram materialem, & menſuram, quæ ſubeſt potentiæ logicæ; dixi enim ex parte creantis nullam eſſe repugnantiam, ſiue difficultatem, vt res meliores fiant; quoniam eſt agens infinitæ perfectionis: ſed id rerum naturam non ferre, quippe, quæ finitæ, determinatæq; ſit conditionis. Hoc autem modo, reliqua ſolui poſſe arbitror argumenta.*

Creatura non poteſt eſſe infinitæ perfectionis.

4. *Ad 4. æquiuocat de perfectione ſimpliciter, & in genere, nec videtur inter huiuſmodi infinita poſſe procedi in infinitum ſimpliciter. Ille præterea proceſſus, non eſt ad vniuerſi totalitatem, atq; vnitatem, quippe cùm nullum terminum habeat: tum quia partiales proceſſus, ad vniuerſi vnitatem, in potentia logica & diuina tantùm ſunt, tum quia ad huiuſmodi vnitatem, materialiter, & non formaliter ſe habent: profectò contradictionem non implicat, plures fieri creaturas, etiamſi inde nullum conſurgeret vniuerſum. Authoritas quoq; Dionyſii intelligenda eſt, de creaturarum interſe, non autem de ea, quæ eſt inter Deum, & creaturas connexione; datur enim primum factum, quod eſt finitæ perfectionis. Ad aliam confirmationem dico, infinitatem alterius extremi, infinita intercedentia media neceſſariò inferre: etſi non quidem actu; potentia tamen. Ex his ergo, atq; ſimilibus patet, quomodo res poſſint meliores fieri. Dices, ſi Deus poteſt facere res præteritas, non præteriiſſe, audi philoſophum 6. eth: de hac re ita loquentem: Hoc ſolo, inquit, priuatur Deus, ingenita facere quæ ſunt facta. Et Auguſt: contra Fauſtum: Quiſquis ita dicit: ſi Deus omnipotens eſt, faciat, vt quæ facta ſunt, facta non fuerint: non videt ſe hoc dicere: ſi Deus omnipotens eſt, faciat vt ea, quæ vera ſunt, eo ipſo quòd vera ſunt, falſa ſint. Reuera, præterita non fuiſſe, contradictionem implicat, ideoq; diuinæ non ſubiacent potentiæ. Sed arguis: ſi diuina potentia ſe extendit ad id, quod per ſe eſt impoſſibile; multò ergo magis ad impoſſibile per accidens. ſed poteſt illuminare cœcū, mortuumq; ad vitam reuocare, quod per ſe impoſſibile: poterit ergo facere, Mercurium nonſcripſiſſe, quæ ſcripſit; accidit enim ei ſcripſiſſe. Sanè, ſi potuit facere vt Mercurius nunquam ſcriberet: igitur poſtquàm ſcripſit, poteſt facere eum non ſcripſiſſe; potentia enim eius diminutionis detrimentum nō recipit. Adde, quòd ſi Deus poteſt reparare charitatem amiſſam; multò ergo magis virginitatem perditam; maior enim eſt charitas, quàm virginitas: ergo quod prius. Dico, præteritum ſub ratione præteriti intellectum eſſe impoſſibile abſolutum, atq; contradictionem implicare; ideoq; diuinæ non ſubdi potentiæ: præteritum tamen, Mercurium ſcripſiſſe ſcilicet, eſt ſiue fuit contingens: at poſteaquàm tranſiit in præteritum, eſt neceſſarium abſolutum. Ad confirmationem, verum eſt Dei potentiam non minui, ſed entia minuuntur, quæ in præteritum tranſeunt, quum amplius entia factu poſſibilia dici non poſſunt; hac de cauſa diuinæ potentiæ non ſunt ſubdita, nec eſſe poſſunt. Ad aliam, dico Deum, cùm corporis corruptionem, tum etiam mentis auferre poſſe; non tamen quòd mulier corrupta, corruptionis maculam, atq; dammum non incurrerit. Quomodo ergo Deus non poſſit facere, vt præterita non præceſſerint, me dixiſſe arbitror.*

Deum non facere quòd præterita nō ſint facta.

Obiectio

Solutio.

CAP.

De poſsibilitatis cauſa.

CAP. III.

Poſſibilitatis, & impoſſibilitatis cauſa vnde ſit.

Poſteaquam, Deo ineſſe potentiam, eamque infinitam eſſe audiuimus: poſtquam, inquam, quid ſit illius potentia abſoluta, & ordinata, & quomodo poteſt alia facere, eaq́ meliora; congruum eſt, imò neceſſarium, ſcire vnde huiuſmodi poſſibilitatis, atq; impoſſibilitatis cauſa proficiſcatur. quod certè, vt commodiùs, vtiliùsq́; fieri poſſit, quid ipſum poſſibile, & quotuplex ſit, audiamus.

Quid ſit poſsibile.

Eſt autem poſſibile hoc, inquit philoſophus 9. met: com: 7. cui ſi extiterit actus, cuius dicitur habere potentiam, nihil erit impoſſibile: ſolet ſic etiam diffiniri: Poſſibile eſt illud, ad quod non ſequatur impoſſibile. Et iterum, poſſibile, eſt illud, quod poſtquàm poſitum fuerit in actu, nullum ſequitur impoſſibile. Adhuc, poſſibile eſt omne illud, vt dicitur 8. phyſ: com: 73. ex quo non accidit impoſſibile. & com: 36 poſſibile ſi poſitum fuerit in eſſe, nullum impoſſibile accidit. & 62. poſſibile non exit in actum, niſi ab aliquo agente in actu. Idem 9. met: com: 13 æternis autem, philoſophus 2. cœli com: 33. & 34. dicit, non eſſe poſſibile tribuendum, ſed neceſſarium tantùm idem 3 phy: tex: com: 32. & 12. met: com: 30. nam poſſibile ex ſe, fieri neceſſarium ab aliis in ſubſtantiis, eſt impoſſibile; tametſi id veritatem habeat in motu cœli, cuius cauſa, ſiue ratio 12 met: com: 41. recitatur. Sed de hac materia in primo Pymandri locutus ſum.

In æternis nõ eſt poſsibile.

Quotuplex poſsibile.

Cæterùm, quoddam eſt poſſibile in ſenſu diuiſo tantùm, ceu album poſſibile eſt eſſe nigrum; quod tamen falſum eſt in ſenſu compoſito; nam ſi poneretur in actu, ſequeretur impoſſibile ſcilicet, album eſt nigrum. 1.
Quoddam poſſibile eſt abſolutum, vt Mercurium regem eſſe; abſolutè enim loquendo, & potuit, & fuit. 2.
Quoddam eſt quoq; poſſibile, quod ſecundùm ſe totum eſt reducibile ad actum, veluti eſt ens poſitiuum permanens finitum. 3.
Quoddam verò, ſecundùm ſe totum in actu eſſe non poteſt; ſuæ enim naturæ vis hoc ferre non poteſt: habet namq; actum potentiæ admixtum, cuiuſmodi eſt tempus, atq; motus, hæc quidem diſtinctio habetur 3. phyſ: tex: 57. vbi philoſophus declarat, quomodo infinitum in potentia ſit reducibile ad actum. 4.

Itaq́; illud eſt poſſibile, ad quod non ſequitur impoſſibile, ſi debitum habuerit ordinem: poſſibile autem, quatenus poſſibile reſpicit actum: Poſſibile, inquit, philoſophus 9. met: com. 11. non intelligitur, niſi in reſpectu actus: eodem quoq; modo & ipſa potentia. Idem ſentit com: 20. & 12. met: com: 37.

Poſsibile reſpicit actum.

Ex his autem habetur hæc doctrina, quæ etiam colligitur ex 3. phyſ. com. 69. poſſibilitates in rebus, ſcilicet, quæ in infinitum augentur, ſicuti motum, tempus, numerum, diuerſarum eſſe diſpoſitionum, ac vnius nequaquam poſſibilitatis partes. Quam ob cauſam, quantus eſt numerus in potentia, tantus ſit in actu, nequaquam eſt neceſſarium. Poſſibilitates verò in rebus, quæ non creſcunt in infinitum, ſicuti contingit in magnitudinibus, omnes ſunt vnius poſſibilitatis partes: proinde quanta eſt magnitudo in potentia, tanta certè neceſſo eſt, vt ſit in actu; magnitudo enim eſt quantitas continua, non autem numerus.

Potentia reſpicit actum.

Poſſibile ergo, vt dixi, reſpicit actum; poſſibile namq; dicitur, aliqua potentia poſſibile: omnis autem potentia reſpicit actum, alioqui eſſet otioſa: impoſſibile verò reſpicere nequit; reſpectu enim impoſſibilium nulla eſt potentia. Suffragatur imò ſumitur hæc ſententia ex authoritate philoſophi 3. phyſ. tex. 69. Quantum, inquit, potentia contingit eſſe, & actu contingit tantum eſſe. Quid ergo poſſibile, & quotuplex ſit, dixi.

Poſsibile quod nunquã erit.

Sed dices, nunquid ſunt omnia poſſibilia? aut aliquod poſſibile, quod nunquam erit? Reſpondet philoſophus 9 met: com: 8. Nihil prohibet, inquit, poſſibile aliquod ens eſſe aut fieri: non eſſe verò, aut non futurum eſſe; nonnulli enim arbitrati ſunt, omnia eſſe poſſibilia, licet nunquam fierent, aut eſſent: ponebant namq; coſtam commenſurabilem diametro, licet id fieret nunquam. Sed huiuſmodi error à philoſopho iuſtiſſimè, doctiſſimè

explodi-

*exploditur, atq; conuincitur: Licet, inquit, aliqua ſint poſsibilia, quæ nunquam erunt;
non tamen quæ nunquam erunt, ſunt poſsibilia: aliqua namq; nunquam erunt, quia eis
repugnat eſſe. & hæc quidem impoſsibilia vocantur, puta diametrum commenſurari co-
ſtæ: aliqua verò nunquam erunt, licet eis non repugnet eſſe, vel quia poſſunt agere &*
Impoſsibilia. *non agere, aut aliunde poſſunt impediri. Ceterùm, Commenta: 9. met: com. 8. & 9. a-*
Com: ſententia de poſſibili *liud ſentire videtur: Manifeſtum eſt, inquit, quoniam impoſsibile eſt, vt aliquod poſsi-
bile nunquam exeat in actum. Et 9. nihil habet potentiam ad corruptionem, quin cor-*
1. *rumpatur, & nihil habet potentiam ad generationem, quin generetur, quod eſt poſsibi-
le eſſe, aliquando tandem erit. Et reuera, ſi aliquod poſsibile nunquam erit; aliquod
profectò poſsibile eſt ſemper non ens. atqui ſemper non ens, eſt impoſsibile: ſicut neceſ-
ſarium eſt ſemper ens; ita planè impoſsibile ſibi oppoſitum, eſt ſemper non ens: ali-*
2. *quod ergo poſsibile erit impoſsibile, quod eſt falſum. Amplius, omne ſemper ens eſt
neceſſarium: ergo omne ſemper non ens eſt impoſsibile; ſemper enim ens, & ſemper non
ens ſunt oppoſita; & ſimiliter neceſſarium & impoſsibile 1. cœli tex: 1. 27. Conſequentia*
3. *patet: nam ſicut propoſitum in propoſito; ſic oppoſitum in oppoſito. Adde, quòd ſecun-
dùm philoſophum 9. met: neceſſarium ſemper eſt, impoſsibile verò ſemper non eſt: poſ-
ſibile autem, non ſemper non eſt: ergo aliquo tempore eſt, & aliquo tempore non eſt:
non ergo poteſt eſſe aliquod poſsibile, quod nunquam ſit, alioqui poſsibilis ratio deſtru-*
Solutio. *eretur. Verùm ad hæc ſic reſpondere poſſumus, vnica diſtinctione præmiſſa, hac videli-*
1. *cet quòd ſemper non ens, aliquando ſignificat id, quod nunquam habet eſſe; quia ſcili-
cet ſibi repugnat eſſe, vt diametrum commenſurari coſtæ, atq; ita, quidquid eſt huius-
modi, reputatur impoſsibile. Quando ergo philoſophus dicit, impoſsibile eſſe ſemper*
2. *non ens; hoc certè modo eſt intelligendus. Etenim, quemadmodum neceſſarium dicitur
ſemper ens, quia non poteſt non eſſe; ſic profectò impoſsibile dicitur ſemper non ens,
quia ſcilicet nunquam eſt, nec eſſe poteſt. aliquando ſignificat id, quod nunquam eſt
habiturum eſſe, tametſi non ſibi repugnet eſſe: in cauſa autem eſſe poteſt, aut libertas
agendi, operandiq́;: aut defectus alicuius cauſæ impedientis. hoc autem modo velle di-
cere, quòd nunquam eſt futurum, impoſsibile eſſe appellandum, non aſſentior hanc*
3. *rem ſic arguenti. Patet ergo reſponſio ad duo primò poſita argumenta. Ad 3. diffi-
nitio poſsibilis, qua dicitur, poſsibile eſt, quod non ſemper non eſt, poſsibili in ſe, & ſe-
cundùm ſe conſiderato competit; quia enim eſt poſsibile, poteſt ex ſe aliquo tempore
eſſe. Quòd ſi ad actum nunquam perueniat, aliunde cauſa huius proficiſcitur impedi-
menti, nempe vel ex contrariarum concurſu cauſarum, quarum vna ab altera impe-
ditur, vel ex materiæ diſpoſitione, aut ex libertate operantis, & in oppoſita agere va-*
Poſsibile non eſt neceſſe aliquando eſſe. *lentis. Non ergo omne quod nunquam erit, impoſsibile eſt appellandum: aut omne poſ-
ſibile, aliquo tandem tempore eſſe, neceſſarium eſt; alioqui aut omnia ex neceſsitate
acciderent: aut rationalis creaturæ poteſtas non eſſet ad vtrumlibet; & ſic non eſſet li-
bera, quorum neutrum eſt admittendum: multa enim inde ſequerentur abſurda, ſicuti
in primo Pymandri dixi (& eodem fauente) in 7. lib: dixi, de hominis libero arbitrio
vbi diſputaui. Quid ergo ſit poſsibile, & quottuplex & quonam modo omne poſsibile
non eſt neceſſe aliquando eſſe, iam dixi.*

CAP. IIII.

Argumenta contraria.

1. *SOlent nonnulli contra prædicta ſic arguere: Poſsibile eſt omne corruptibile
corrumpi: igitur materia poteſt manere ſine omni forma; nam ſi de facto
omne corruptibile eſt corruptum; materia profectò ab omni forma eſ-
ſet prorſus*

 De poſsibili.

ſet prorſus denudanda, quod eſt impoſsibile: ergo & cætera. Sanè, ſi potentia rationalis pro eodem inſtanti poteſt in oppoſita, & poſsibile eſt, quo poſito, nullum ſequitur impoſsibile: igitur Mercurius in hoc inſtanti vult ſedere, & non ſedere. quòd ſi ponatur in actu, ſequitur impoſsibile, nempe quòd in hoc inſtanti ſtabit, & ſedebit: non ergo bene data eſt poſsibilis diffinitio. Amplius, poſsibile eſt continuum diuidi 2.
in ſemper diuiſibilia: ponatur in eſſe: erit ergo infinitum in actu, quod eſt falſum. Poſsibile ergo poſito in eſſe, ſequitur aliquod impoſsibile. Sanè, ſi poſsibile fuit, mundum fuiſſe ab æterno, ſi ponatur in eſſe: igitur infinitas circulationes præceſsiſſe eſt neceſſarium. ſed in qualibet circulatione poſsibile fuit, Deum creaſſe vnum hominem: actu ergo eſſent infinitæ animæ, atq; ita daretur infinitum in actu, quod philoſopho non placet 3. phyſ: Profectò, ſi vera eſt illa ſophyſticantium maxima: Ad impoſsibile ſequitur quodlibet; tunc abſurdum ſequeretur, nempe hominem eſſe bouem eſt impoſsibile: igitur hominem eſſe beſtiam, eſt poſsibile: quo poſito in actu, homo actu eſſet beſtia, quod eſt falſum: ergo quod prius. Præterea, falſum eſt omnia eſſe impoſsibilia: ergo omnia eſſe poſsibilia, eſt verum, per legem contrariarum: poſsibile autem & im- 3.
poſsibile ſibi inuicem contradicunt. 2. perierme: Huic accedit, quòd nihil entis rationem ſubterfugere poteſt: igitur omnia creata ſunt poſsibilia, hoc enim ſpectat ad naturam entis. Non ergo omne poſsibile poteſt fieri, aut omnia ſunt poſsibilia. Dico, ad primum, Soluuntur argumenta.
poſsibile eſſe, omne corruptibile corrumpi, idq; diuiſiuè; ſignato enim quocunq; corru-
ptibili, poteſt corrumpi, etſi ponatur in actu, non ſequitur impoſsibile: nam ad corru- 1.
ptionem illius, ſequitur generatio alterius, atq; ita non remanebit materia ſine omni forma. hoc autem diuiſiuè eſt intelligendum; nam collectiuè verum nequaquam eſſet: ſenſus enim eſſet, quòd pro aliquo inſtanti, omnia corruptibilia ſimul ſumpta poſſent corrũpi, quod non eſt admittendum, alioqui argumentum procederet. Ad poſsibile ergo, eo modo, quo eſt poſsibile, non ſequitur impoſsibile. Ad confirmationem dico, potentiam Potentia rationalis quomodo fit ad oppoſita.
rationalem bifariam intelligi poſſe: vno quidem modo, quatenus determinat actum; & ſic contrarios actus in eodem inſtanti eligere eſt impoſsibile: alio verò modo, quatenus potentiam determinat, & ſic concedi poteſt; eadem enim potentia ſimul, id eſt, pro eodem inſtanti poteſt in oppoſita; non quidem in ſenſu compoſito, ſed diuiſo: duplex eſt enim ſimultas, teſte Commentatore, 1. cœli. 119. ſimultas potentiæ, quæ eſt vera, quamque concedit philoſophus 9. met: comm: 19. dicit enim, poſſe quidem contraria ſimul e- Com: ſimultas potentiæ.
xiſtere. vnde tex: 10. 9. met: philoſophus ait: Non enim ita ſimul habent ipſorum ſcilicet, contrariorum potentiam, nec eſt ſimul faciendi potentia. q. d. potentia rationalis non eſt oppoſitorum ſimul agendorum, ſed quia ad hoc, vel ad illud determinari poteſt, quod poteſtati irrationali minimè competit, quæ in oppoſitum determinari non poteſt, ſed cùm in actum egreditur, in eum determinatè procedit. Eſt etiam potentia ſimultatis, & hæc quidem eſt impoſsibilis, quippe quæ reſpiciat actus contrarios incompoſsibiles. Patet ergo ex philoſopho, atq; eius commentatore, quomodo potentia rationalis ſit in oppo-
ſita. Ad 2. poſsibili poſito in eſſe eo modo, quo debet poni, nullum ſequitur impoſsibi- 2.
le; continuum enim ſucceſsione, ſiue potentia, non autem actu eſt diuiſibile in infinitum: non ergo ſequitur, actu eſſe infinitum, ſed potentia tantùm. Ad confirmationem dico, omnia quidem illa fieri potuiſſe ex parte Dei omnipotentis, non autem ex parte creaturæ producendæ; non enim dabilis eſt quælibet circulatio, alioqui infinitæ non eſſent; quia intellectus infinita tranſire non poteſt. Ad aliam confirmationem negetur aſſumptum; falſum enim eſt, quod ad impoſsibile ſequatur quodlibet, alioqui vnum contradictoriorum ſequeretur ad reliquum; nam poſsibile, & impoſsibile ſibi contradicunt: ſi ergo ad impoſsibile ſequitur quodlibet; ad impoſsibile ſequitur poſsibile: atq; ita vnum contradictoriorum ſequeretur ad reliquum, quod planè cùm philoſophis, tum etiam theologis non probatur: falſa eſt ergo illa ſophyſticorum maxima. Ad 3. 3.

 quamuis

quamuis poſsibile & impoſsibile, reſpectu eiuſdem dicti, ſibi contradicant; non tamen illæ duæ propoſitiones adinuicem, videlicet, omnia eſſe impoſsibilia eſt falſum: & omnia eſſe poſsibilia, eſt verum. Sed de his in modalibus latiùs. Ad confirmationem dixi, quomodo ſit intelligendum ipſum poſsibile, nempe quod ex ſui natura poteſt in actum exire; aliqua tamen poſſunt eius actum impedire.

Poſsibile duplex.

Cæterùm, non ignorare oportet, præter ea, quæ dicta ſunt, poſsibile dupliciter accipi, ſiue intelligi poſſe:
1. *vno quidem modo pro omni eo, quod poteſt eſſe, & non eſſe, atq; ita eſt idem quod contingens, opponiturq; neceſſario, & impoſsibili; neceſſarium enim non poteſt non eſſe, & impoſsibile non poteſt eſſe:*
2. *alio modo pro omni, quod poteſt eſſe, atq; ſic non opponitur neceſſario, ſed impoſsibili; ad neceſsarium enim ſequitur: nam quod non poteſt non eſſe: ergo poteſt eſſe.*

Poſsibile altũ. Contingens.

hoc autem vocatur poſsibile altum, quod ſcilicet de poſsibili contingenti, & de neceſsario prædicatur. Itaq; ſi alicuius conſequentiæ veræ antecedens, eſt poſsibile altum; & conſequens quoq; eſt poſsibile in eodem ſenſu Secus autem eſt, ſi in antecedente fuerit poſsibile contingens; tunc enim non eſt neceſſe, vt conſequens ſit poſsibile contingens; imò poteſt eſſe neceſsarium, vt Mercurius diſputat: ergo Mercurius eſt homo. Reuera, ſi antecedens eſt poſsibile, & conſequens eſt impoſsibile: ad poſsibile ergo ſequitur impoſsibile, quod eſt contra diffinitionem poſsibilis: poſsibile certè diximus, quo poſito in eſſe, non ſequitur aliquod impoſsibile.

Conſequentia poſsibilium.

Quòd ſi conſequens eſt impoſsibile, & antecedens ſimiliter; alioqui idem ſequeretur abſurdum, nempe quod ad poſsibile, ſequeretur impoſsibile. At ſi antecedens eſt impoſsibile; non eſt neceſſe conſequens eſſe impoſsibile; imò poteſt eſſe poſsibile, contingens, & neceſsarium, & poſsibile altum. Exemplum primi: ſi homo eſt lapis; homo eſt grauis: exemplum ſecundi, ſi homo eſt lapis; homo eſt ſubſtantia, & corpus: hæc autem elici poſſunt ex 9. met: com: 9. vbi philoſophus de his diſputare videtur.

Poſsibilitas agentis.

Cùm hæc igitur, ita ſe habeant, ſcire oportet, quomodo ſe habeat poſsibilitas recipientis, ad poſsibilitatem agentis, vt intelligamus, quare creatura maiorem recipere, aut non recipere poteſt perfectionem; hac de cauſa paulò altiùs, huiuſmodi materiam perſcrutari volui. Ex lib: d. d. diſp: prima in ſolu: dubij: 21. habetur, & 11. met: com: 18. quod de rerum poſsibilitate, duæ extiterint philoſophorum opiniones:

Poſsibilitas rerum.

quarum altera, omnem rerum poſsibilitatem tribuit agenti; altera verò loquentium ſuæ legis, in priuatione ſimpliciter potentiam fundari putauit. Aduerſus autem huiuſmodi opiniones diſputat in lib: d. d. loco iam dicto: & primam quidem conatur euertere, oſtendens poſsibilitatem agentis differre à poſsibilitate patientis: ſecundam verò, probans poſsibilitatem, non eſſe poſsibilitatis ſubiectum:

Materia non fit ex materia.

Materia, inquit, in quantum materia, non generatur; alioqui materia haberet materiam ad infinitum; & vt dicit primo phyſ: com: 82. Si materia fieret ex materia; tunc idem eſſet, antequam fieret. Sed de hac materiæ cognitione, atq; conditione nobis loquendum eſt, & quidem copioſè, cùm de materiæ natura ſeſe obtulerit occaſio. Vnum tantùm dicam, omnes propemodum philoſophorum rationes, huic inniti fundamento, nempe quòd omne factum eſſe, præcedat fieri: omne verò fieri, poſſe eſſe præcedit. Et hoc certè 6. phy: com: 7. à philoſopho, atq; Commentatore clariſsimè docetur.

Opinio Catholica.

Ad hæc verò, Catholici reſpondent: duplex eſſe fieri, per motum ſcilicet, atq; per emanationem ſimplicem, quod creari, ſiue creationem appellant, atq; ſecundùm hunc modum, mundum creatum eſſe à Deo, etiam ad mentem philoſophi, tueri ſatagunt. Verùm etſi ſecundùm rei veritatem, fideiq; documenta, mundus conditus ſit à Deo, habeatq; ſuæ creationis principium;

Opinio philoſophi de mũdi creatione.

velle tamen aſſerere, hoc etiam philoſophum ſenſiſſe, difficile eſt poſſe tueri, quandoquidem contra huiuſmodi opinionem, & verba ipſius, & ſententiæ maximè pugnare videntur; nam 8 phyſ: com: 15. ſimpliciter fatetur, mundum eſſe æternum, quod planè non eſſet facturus, ſiue non feciſſet, ſi de creatione per motum non loqueretur; alioqui eius verba eſſent inania, nec tanto philoſopho, atq; oratore digna. Item, primo cœli narrat duas

*rat duas opiniones, tex: com: 2. de mundi genitura, atq; tandem approbat, quòd ſi mun-
dus eſt factus, æternus dici non poſsit. Adhuc 12. met: com: 41. & 8. phyſ: vlt: oſten-* Rationes philoſophi de
dit primum principem eſſe ens ſimpliciter, & æternum, nec alio medio, quàm per viam mundi æterni-
motus æterni: motus ergo cœli ſecundùm philoſophum eſt æternus. Præterea, vt dici- tate.
*tur 8. phyſ: com: 26. & 22. & 2. poſt: cap: vlt: illa eſt dicenda propoſitio, primis prin-
cipiis magis conformis, quæ maiorem habet cum ſenſatu affinitatem. ſed fieri aliquid
ex nihilo, quàm longiſsimè abeſt à ſenſibus: igitur ſecundùm philoſophum non datur
creatio. Sed de hac re in principio primi Pymandri latiùs diſputaui, ad quæ legenda re-
mitto lectorem diligentem: nunc autem poſsibilitatis negotium proſequamur. Cæterùm,* Poſsibilitas agentis.
*ſecundùm philoſophos, poſsibilitas recipientis differt à poſsibilitate agentis, nec perfe-
ctè tribui poteſt agenti, niſi conueniat recipienti. Arbitrantur profectò, Deum ſecun-
dùm vltimum poſſe, atq; ex neceſsitate agere, quod ſæpiùs à nobis exploſum eſt, & à
recta philoſophandi ratione aberrat maximè. His igitur exploſis, rei veritatem af-* Propria opinio.
*feramus, dicamusq; rationem poſsibilis, ſeu poſsibilitatis, à Deo quidem originaliter, à
creatura verò formaliter proficiſci; creatura enim ex ſua ratione formali habet, quòd* Formalis.
*ſit producibilis; producibilitas enim eſt paſsio entis, ſiue rei producibilis: ideoq; ſi quis
quidditatem hominis cognoſceret; facilè intelligeret, ex ſui natura eſſe producibilem.
Potentia ſiquidem paſsiua, vel obiectiua, originaliter ex parte Dei accipi non poteſt,* Originaliter.
*ſed ex parte rei creatæ; quia nimirum nihil ſe originat, ſeu producit. Poſsibilitas ergo
creaturarum, ſiue vt ſint creaturæ, à Deo quidem dependet originaliter: à ſe autem for-
maliter; non enim repugnat creaturæ eſſe, & fieri: igitur ſecundùm ſe, & formaliter
eſt poſsibilis: impoſsibilitas etiam ei contingit, ex parte illius formali. Dices, omnis re-* Obiectio.
*ſpectus dependet à termino, & à fundamento. ſed producibilitas dicit reſpectum, ter-
minus autem ipſius eſt productiuitas: dependet ergo à productiuitate, atq; ita produ-
ctiuitas eſt prima cauſa producibilitatis creaturæ. Dico, relationem formalem à termi-* Solutio.
*no dependere, fundamentalem verò, minimè; Deus enim, nec aliquid in Deo, aliquo
modo dependere poteſt: habet autem, reſpectu alterius à ſe, vim productiuam, & ſic
eſt ad aliud, quæ profectò relatio, à fundamenti natura pullulat, ſicuti paſsio à ſubie-
cto. Itaq; creaturæ poſsibilitas, & impoſsibilitas, ex illius formali ratione procedit:
fundamentali verò, à Deo opifice.*

CAP: V.

De cauſa poſsibilitatis variæ ſententiæ.

INter multos, qui de hoc negotio diſputârunt, nonnulli inuenti ſunt, qui o- Ex parte rei omnis poſsibilitas.
*mnẽ prorſus poſsibilitatis, atq; impoſsibilitatis cauſam, rationemq;, creatu-
ræ, non creatori attribuerunt. Deus, inquiunt, cùm ſit infinita potentia,
quantùm eſt ex ſe, creaturam infinitam facere poteſt. at, hanc creatura
infinitatem capere nequit; finitum enim, infiniti capax eſſe non valet: O-
mnis ergo poſsibilitatis., atq; impoſsibilitatis cauſa, ex parte creaturæ procedit. Contra* Obiectio.
hanc autem ſententiam ſic arguere poſſumus: ſicut motiuum ſe habet ad mobile; ita 1.
*productiuum ad producibile. ſed impoſsibile eſt, eſſe aliquod motiuum, niſi reſpectu
mobilis; ita etiam, nec productiuum, niſi reſpectu producibilis. Quare, ſi Deus, vim
producendi infinitatem habet: infinitum ergo eſt producibile, quod eſt falſum. Ad-* 2.
*de, quòd fruſtra eſt illa potentia, quæ non deducitur, vel poteſt deduci in actum. Qua-
re, ſi in Deo eſt virtus producendi creaturam infinitam, illa nunquam exibit in actum;
quia eſſe actu infinitum, creaturæ non conuenit, nec conuenire poteſt: eſſet ergo in Deo
aliquid fruſtra, quod non ſolùm eſt impium aſſerere, ſed & quidem dicere. Item, o-* 3.

mnis potentia ſufficiens, & perfecta, quæ non poteſt exire in actum, eſt planè imper-
fecta, atq; impedita. ſed in Deum non cadit aliquid tale: igitur omnis potentia, quæ eſt
in Deo, poteſt in actum exire. ſed hoc fieri non poteſt, niſi aliquod habuerit producibi-
le. at, produci creaturam infinitam, implicat contradictionem: igitur defectus pro-
ducendæ creaturæ infinitæ, non eſt tantùm ex parte rei creatæ, ſed etiam ex parte cre-
4. atoris. Amplius, ſicut intelligibile eſt obiectum adæquatum intellectus; ſic etiam
producibile, eſt obiectum adæquatum potentiæ. ſed intellectus non poteſt intelligere,
niſi fuerit aliquod intelligibile: ita planè, nec potentia productiua appellari poterit, ni-
ſi aliquod habuerit producibile. ſed infinitum actu, non eſt producibile: ergo quod pri-
Solutio. us. Verùm, rationes huiuſmodi potentiæ conueniunt creatæ, non autem diuinæ, quæ e-
Rerum poſsibilitates, & impoſsibilitates ex Deo. tiamſi nihil ad extra produxiſſet; nihilominùs eſt ſua beatitudo, atq; perfectio. Alij,
oppoſitum tueri videntur; dicunt enim ante creationem, non eſſe, niſi denominationem
creaturæ extrinſecam; ideoq; Chymeram non eſſe producibilem; quia ſcilicet Deus non
habuit virtutem producendi. E contra, alias creaturas producibiles fuiſſe, quia Deus il-
1. las producere potuit. Sanè, ante creationem nihil erat, quod producibile, vel improdu-
cibile ſimpliciter diceretur: omnis ergo poſsibilitatis atq; impoſsibilitatis cauſa ex Deo
pendet: creatura namq; ex ſe, & intrinſecè, non eſt formaliter ens; ſed tantùm deno-
2. minatiuè à diuina potentia. Amplius, ab illo, eſſe producibile, vel poſsibile princi-
paliter ſumitur, à quo planè, eſſe ſumitur productiuum; cuius enim eſt potentia, eiuſdem
eſt & actus. ſed eſſe producibile, ſumitur ex parte diuinæ potentiæ, ad quam relatiuè
3. producibile refertur: ergo & ipſum eſſe productum. Profectò, ab eo eſt poſsibilis ra-
tio ſumenda, quod certè in ſe realiter potentiam habet, quemadmodum denominatio dex-
tri, vel ſiniſtri in columna, ab eo præcipuè accipitur, quod dextri, ſiniſtriq; rationem ha-
bet, nempe ex animali. ſed Deus in ſe realiter habet potentiam, non autem creatura: er-
4. go quod prius. Item, impoſsibilitas non ſolùm eſt nihil; verùmetiam ſibi repugnat
eſſe omninò: igitur conuenit creaturæ, quæ ex ſe eſt nihil; nam Deus cùm ſit purum eſ-
ſe, huiuſmodi rationem habere non poteſt. Reuera, ex parte illius, in quo nulla eſt impo-
tentia, impoſsibile accipi non poteſt. ſed Deo impotentia non conuenit: igitur impoſsi-
Solutio. bilitas illi tribui nullo modo poteſt. Hæc & ſimilia adducere conſueuerunt. Verùm ad
1. hæc ſic reſpondere valemus, ad primum quidem dicimus: hoc ſolùm concludere, quod
antea diximus, nempe poſsibilitatis, & impoſsibilitatis cauſam à Deo eſſe origiualiter,
Formaliter producibilis. à creatura verò formaliter. Quanda ergo dicitur, creaturam ex ſe formaliter non eſſe
poſsibilem, ſed denominatione tantùm extrinſeca, à diuina omnipotentia, negamus om-
minò, tum quia formaliter contradictionem non implicat, quia ſibi non repugnat for-
maliter eſſe; alioqui nunquam ab aliquo eſſe poſſet: poſsibile enim & impoſsibile, ſibi
contradicunt: quare, aut creatura ex ſui natura eſt producibilis, & ſic ex parte Dei
produci poteſt: aut ex ſua natura non eſt producibilis; & ſic tota ratio impoſsibilitatis
ex Deo non dependet. tum quia poſsibile eſt, differentia entis, atq; ipſi enti, intrinſeca
denominatione competit. cùm dicitur, creatura non poteſt ex ſe eſſe ens, nego: verum
quidem eſt, creaturam non eſſe ens à ſe: non tamen formaliter eſt prorſus non ens, alio-
qui non poſſet eſſe ab æterno, nec exiſtens, nec exemplata. nam etſi creatura non ſit ex
2. ſe ens formaliter in actu; eſt tamen ens in potentia poſsibile. Ad 2. dico, eſſe produ-
cibile, ſeu poſsibile accipi ab intellectu diuino: eſſe verò productum ab omnipotentia.
Sanè, per intellectum diuinum, creatura primò habet eſſe poſsibile: intellectus autem
non eſt formaliter omnipotentia in Deo: igitur per Dei omnipotentiam, creatura non
habet primò eſſe poſsibile; nam agens, teſte Auicenna 4. met: non poteſt aliquid age-
re, niſi illud fuerit ſibi poſsibile. ſed omnipotentia non eſt principium dandi eſſe, niſi in
re tantùm: igitur per omnipotentiam res non habet primò eſſe poſsibile. Patet ergo
3. quomodo poſsibile, ſiue producibile ſit à Deo. Ad 3. dico, poſsibilis rationem origi-
naliter

De poſsibilitatis cauſa.

naliter ab eo accipi, quod in ſuo exemplo, potentiam rationalem habet; ex hoc tamen non infertur, formaliter creaturæ conuenire non poſſe. Ad 4 Impoſsibilitatis ratio formaliter ex creatura dependet, cui conuenit nihileitas, vt ita dicam, originaliter autem, ipſi deo, cui ineſt poteſtas annihilandi omnia: & ſic ſoluitur prima confirmatio: ad ſecundam verò dico, quòd impoſsibilitas rei ex parte dei, non denotat illius impotentiam formaliter, ſed originaliter tantùm quod certè, vt clariùs intelligatur, de hac re nobis diſputandum eſt quid ſit impoſsibile, & quotuplex dicatur: Impoſsibile eſt, quod contradictionem implicat, ac rei natura ferre non poteſt: & id quidem multiplex; aliquod enim eſt, quod nullius ſubditũ eſt poteſtati, puta Chymera, quod eſt ens prohibitũ; ideóque alicui non ſubiicitur potentia; nam etſi quodcunq; ens per ſe, deus producere poſsit; non tamen quodlibet in quolibet, ſicut albedinem in anima, aut animam in lapide, ſed in corpore tantùm organico: Chymera autem, cùm ex multarum conſtet partibus ſpecierum, quæ ſimul coaleſcere nequeunt, vt animam recipere valeant; abſq; dubio ens eſt prohibitum, nulliq́; ſubditum poteſtati: ſecus autem ſe habent monſtra, quæ non ita ſunt prohibita entia. Aliud impoſsibile eſt, quod non ſubiacet creatæ, limitatæq́;, ſed diuinæ tantùm potentiæ, nempè quòd virgo pariat: vnde angelus ad virginem: Non erit impoſſibile apud deum omne verbum. huiuſmodi ſanè corporis tranſlatio à virtute finita fieri non poteſt; eſt tamen in habitudine ad dei virtutem ſimpliciter poſsibilis, quia eius ſubdita potentiæ. Aliud impoſsibile vocatur per accidens, vt pote motus heſternus ſolù, quatenus præterito coniungitur tempori, eſt impoſsibile per accidens; accidit enim illi, ſic coniungi: huiuſmodi autem impoſsibile per accidens, propter connexionem, quam cum præterito habet tempore, fit per ſe impoſsibile, nulliq́; ſubditum poteſtati, ob annexam quam habet contradictionẽ. Quartum impoſsibile nominatur, quando termini ex ſe quidem ſunt poſsibiles, ſed eidem ſimul ineſſe nequeunt, puta idem ſimul album ac nigrum eſſe non poteſt: hoc autem impoſsibile, quando contradictionem implicat, diuinæ non ſubditur potentiæ; contradictoria enim ex ſuis rationibus formalibus, ſibi contradicunt, propterea factu ſunt impoſsibilia. Impoſsibile autem ſimpliciter illud dicendũ eſt, quod rebus incommutabilibus aduerſatur, in quas non cadit alicuius potentiæ diſpenſatio: radix verò impoſsibilitatis, eſt incompoſsibilitas; ideo enim deus creaturam infinitam non facit, quia finitum & infinitũ ſunt incompoſsibilia. incompoſsibilitatis autem radix, ſunt rationes formales incompoſsibilium; nam quia tales ſunt; ideo certè ſunt incompoſsibiles. & quia incompoſsibiles; hac de cauſa, aliquid ex illis fieri, eſt impoſsibile. Dices: ſi deus poteſt annihilare futurum, vt non ſit; quare etiam non eadem potentia poteſt annihilare præteritũ; par enim in vtroq; conſpicitur difficultas, cùm vtrumq; ſit non ens? Dico: ob cauſam huiuſmodi id accidere, quia ſcilicet futurũ voluntate efficaci deus intuetur: ideo enim eſt futurum, quia deus ſic determinauit: quòd ſi illius voluntas aliud determinauit; tunc illud tempus non erit: præteritum verò, voluntate complacentiæ reſpicit, ex qua quidem non ſequitur rem eſſe vel non eſſe. vnde quemadmodum voluntas complacentiæ circa obiecta, nihil immutare poteſt: ſic etiam voluntas complacentiæ dei circa futura, nihil immutat. Adde, quòd futurum, etſi non ſit ens in actu; eſt tamen ens in potentia: præteritum autem neq; in actu, neq; in potentia; ideoq́; eſt extra omnẽ rationem entis: hac de cauſa nullius poteſt potentiæ ſubeſſe. Incompoſsibilia præterea multa ſunt, quæ contradictionem nequaquam includere videntur: puta relatiuè oppoſita, nempè quòd idem gignat ſeipſum. Contrariè oppoſita, quòd idem ſit ſummè album, & ſummè nigrũ. Priuatiuè oppoſita, vt idem ſit cœcus & videns. Alia verò maxima, quæ contradictionem implicant, vt idem ſit album, & non album: itaq́;, vt dixi, ex rationibus formalibus incompoſsibilitas naſcitur. Quæ ergo ſit cauſa poſsibilitatis, & impoſsibilitatis, iam dixi.

4.

Impoſsibile quotuplex ſit.

Chymera.

2. Impoſsibile

3. Impoſsib.

4. Impoſs.

Impoſsibile ſimpliciter.

Radix impoſs.

Futurũ non præteritum deus poteſt mutare.

Præteritũ eſt purum non ens.

Incompoſsibilia quæ.

MERCVRIVS.

Nihil eſt in rerum ordine vacuum. Solùm verò quod non eſt, quod priuatur exiſtentia, vacuum nuncupandum: Nihil enim reperiri poteſt, quod cùm exiſtat, vacuum ſit. Ad quem Æſculapius: Nonné reperiuntur etiam quædam vacua Triſmegiſte? veluti dolium vacuum, vacuus puteus, & ſimilia quoq; quàmplurima. Triſ: Heu, quàm procul à veritate vagaris ô Æſculapi: quæ ampla & maximè omnium plena ſunt, ea tu vacua putas. Æſculapi: Quomodo id ô Triſmegiſtæ? Triſmegiſtus: Aër profectò corpus eſt, id corpus reliqua penetrat, diſcurrenſq; replet omnia.

Commentum VII.

Prima Dominica Aduent.

HODIE tubicinat Apoſtolus: Iam hora eſt, nos de ſomno ſurgere: puto à Mercurio ſimilia mihi dici poſſe, nempè tempus eſſe, vt ad ſapientiſſimi Mercurij textum elucidandum redeam: Et reuera paululùm plus debito immoratus ſum, idq; in cauſa fuit altiſſimarum ſpeculatio rerum, quæ breui explicari non poterant ſermone: imperfectas verò reliquiſſe, turpe mihi videbatur eſſe, atq; indecorum: quapropter veniæ locum mihi concedendum eſſe arbitror,

Expoſit: text.

quo iam impetrato, ad noſtrum Mercurium lætus reuertor. Poſteaquàm à ſapientiſſimo Mercurio oſtenſum eſt Æſculapio, omne quod mouetur in aliquo, & ab aliquo ſtante, moueri, approbauitq; Æſculapium dicentem, in illo mutari oportere, quæ mutantur, ſubiunxit: In rerum, *inquit*, ordine non datur vacuum, *alioqui motus fieret in inſtanti, quod etiam à phil: defenditur, 4. phyſ: com. 71. & ſequen. ſed id, motus naturam prorſus euertit: nullum ergo vacuum admittit pulcherrimus ordo naturæ, quæ eſt principium motus & quietis: In rebus ergo naturalibus vacuum inueniri non poteſt. vnde ſubdit,* Solùm verò, quod non eſt, quod priuatur exiſtentia, vacuum eſt nuncupandum. *quaſi diceret: vacuum eſt his attribuendum rebus, quæ ſunt citra naturæ ordinem. at illæ eſſe nequeunt, cùm nullum ſit ens extra ordinem naturæ: vacuum ergo nuſquam eſſe poteſt: hoc etiam contextus Mercurij ſignificat:* Nihil enim reperiri poteſt, *inquit*, quod cùm exiſtat, vacuum ſit. *hoc eſt, omne ens vacuo caret: vacuũ ergo eſt nihil; nam ſi vacuũ ſit aliquid: ergo otioſum, atq; imperfectũ erit in natura. dei autem opera ſunt perfecta, minimèq; otioſa: vacuum ergo in rerum ordine, locum habere non poteſt:* Deus enim otioſus non eſt, *inquit Mercurius Dial: 11.* alioqui otioſa forent omnia; cuncta ſiquidem plena ſunt deo: otium verò in nullis mundi partibus reperitur. *Nomen profectò vanum eſt otium, tum ſecundùm id quod agit, tum etiam ſecundùm id, quod agitur. Et reuera ſecundùm ethymologiam græcam, κενόν, inane, atq; vanum, ſeu vacuum ſonat, ac propriè naturam corpore vacuam. Proinde quemadmodum plenum Peripathetici appellant, corpoream naturam; ita planè vacuum, naturam corpore vacantem. Hoc modo vacuum in rerum ordine inueniri poſſe, dixerim: ſic tamen intelligendo, vt res huiuſmodi, ſecundùm ſui eſſentiam in-*

Vacuum non dari.

Vacuum otioſum.

Quid ſignificet vacuum.

am intelligatur. Sic Plato, materiam κενὸν *vocauit, hoc eſt, vacuum, quippe, quæ ex ſui* Plato.
natura corpore vacet; potens tamen corpoream recipere naturam, atq; ita intra mundi
ordinem, vacuum inueniri, tueri poſſumus; materiam enim primam, infra lunæ globum
contineri, Philoponus affirmat, cæteriq́ quàm plurimi. Alio modo vacuum dici poteſt Philoponus.
res, quæ tum corpore vacat, tum etiam poteſtate corporis habendi: cuiuſmodi ſunt intel-
ligentiæ, quæ natura ſunt à corporibus liberæ, ſic dictum eſt in 2. Pymandri. Item, va-
cuum, magnum vaſtumq́ aliquid ſignificat: ſicut Virg. 6. en: loquitur. Vacua atria diis, Virgilius.
& in ſaltibus vacuis errant. Vacuum quoq; aërem vocamus, quòd ſuo corpore vacua o-
mnia impleat. Vacuus autem animus, id eſt, otioſus nuncupatur, quod quidem & in bo-
nam, & in malam partem accipi poteſt: ſic etiam vacui dies, vacuæ noctes. Moyſes in Moyſes.
principio Geneſeos, vocat terram inanem & vacuam, Hebraicè eſt, thou vauohu, idem
ſignificant. Interdum inanitatem, ipſumq́ nihil: nonnunquam verò vaſtitatem, ruinam,
& quaſi vaſtitatem; ideo ſeptuaginta verterunt, ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος*, id eſt,*
inuiſibilis, & incompoſita. Chaos indicant ab antiquis celebratum, cuius corpus ex con- Chaos.
fuſis elementis erat conflatum, quod Ouidius vocat rudem indigeſtamq́ molem Plato Ouidius.
in Timæo, deum in condendo mundo, nihil aliud vult feciſſe, quàm confuſa elementa in Plato.
ordinem redegiſſe. Cuius ſententiam explicans Cicero, inquit: Hæc nimirum gignendi Cicero.
mundi cauſa iuſtiſſima: nam cùm conſtituiſſet deus, bonis omnibus explere mundum,
mali nihil admiſcere, quoàd natura pateretur, quicquid erat, quod in cernendi ſenſum Anticua opi-
caderet; id ſibi aſſumpſit, non tranquillum & quietum, ſed immoderatè agitatum & nio de chaos.
fluctuans, idq́ ex inordinato, ad ordinem reduxit. Quomodo autem hæc ſint intelligen-
da, in primo Pymandri oſtendi, vbi Platonis ſententiam de motu inordinato adduxi.
Fuit autem apud vetuſtiſſimos homines opinio, ante mundum conditum, æternam quan-
dam fuiſſe priuationem, æternas tenebras, ſempiternamq́ caliginem, è qua mundum de-
us effeciſſet, id eſt, quatuor elementa, cùm in mundo nihil ſit aliud: & quoniam in illa Error quorũ-
priuatione, omnia indigeſta deliteſcebant, propterea appellata eſt ἀταξία*, id eſt, inordi-* dam.
natio, quod poſteri theologi non rectè intelligentes, crediderunt hanc priuationem fuiſſe
iam exiſtentium elementorum confuſionem, id eſt, chaos. Sed profectò hæc vera fuit Chaos vnde
apud vetuſtiſſimos de chao ſententia, quòd ſcilicet chaos ſempiterna illa ante creatio- dicatur.
nem mundi priuatio extiterit, purumq́ nihil, ſiue ipſum non eſſe, quod à thou fortaſſis
deriuatum, gentes verò per linguæ diuerſitatem, chou appellauère, facilisq́ eſt à chou
ad chaos tranſitus, maximè in deſinentia græca, in qua omnia ferè hebraica nomina, ſi-
ue in v, ſiue in i, deſinant, in os mutantur: thou autem, vt diximus, rem indigeſtam atq;
inordinatam ſignificat. Ariſtoteles ἀπὸ τῆς χώρας *dici putauit, quaſi omnium rerum* Ariſtoteles.
receptaculum. Proclus verò dixit, Orpheum per chaos materiam primam intellexiſſe. Proclus.
Heſiodus: Extitit ante chaos, poſt hæc latiſſima tellus: Quæ ſuper innixum pondus re-
rum incubat omne. Conſentit cum Moyſe dicente: Terra erat thou & bou, hoc eſt, terra
erat nihil; tam enim Heſiodus, quàm Moyſes per terram intelligunt totum mundum; eò
quòd ei ſunt admixta & annexa reliqua elementa. Heſiodus ergo dicit ante terram fu- Heſiodus.
iſſe chaos, id eſt, nihil: Moyſes verò terram fuiſſe nihil, hoc eſt, antequam terra effecta Moyſes.
eſt, fuiſſe ipſum nihil. Mercurius in Pymandro: Erant, *inquit*, tenebræ infinitæ in Mercurius.
abyſſo, & aqua, & ſpiritus tenuis intelligibilis, *quæ diuina virtute erant in ipſo*
chao. Tenebras itaq; appellat ſempiternum illud nihil. Tenebræ, Abyſſus, & chaos idem Abyſſus. Tenebræ.
ſunt apud Mercurium, quæ à Moyſe vocantur thou, & bou; Abyſſus enim dicitur pro-
funditas illa tenebrarum, non exiſtentium rerum, & quaſi æterna nocte ſepultarum.
Nox igitur illa æterna, tam à Moyſe quàm à Mercurio, abyſſus nuncupatur: per aquam Aquæ.
autem intelligunt ipſam memoratam abyſſum In principio Pymandri Auguſtinum de Aquila.
hac re profundè diſputantem, in medium protulimus. Aquila, ſecundus poſt ſeptuagin-
ta, interpres, thou & bou vertit κένωμα καὶ οὐδέν*, vanitas & nihil. Symmachus, otio-* Symmachus.

ſum, &

Theodot.
Baſilius.

ſum, & indigeſtum, Theodotion κενὸν καὶ οὐδέν, inane & nihil. Chaldaica editio: Terra erat deformata & inanis. Baſilius homel: 2. Hexameron: Terra, inquit, erat inuiſibilis, & incondita, ἀκατασκεύαστον inornata. Itaq; ſecundùm Moyſis atq; Mercurij doctrinam ante mundi creationem, non erat vacuum, ſed purum nihil, niſi ipſum vacuum, nihil appellare volueris. Quamobrem rectè dictum à Mercurio, quod ſolùm priuatur exiſtentia, vacuum eſſe appellandum. Sequitur textus: Nonne, *inquit Æſculapius,* reperiuntur quædam vacua Triſmegiſte? veluti dolium vacuum, vacuus puteus, & ſimilia quoq; quàmplurima. *Vulgarium ſententiam profert, qui quidem, quod non vident, vacuum eſſe putant: ſed multum profectò à vero aberrant, cùm vacuum ſit teſte phil. 4. phyſ. tex: com. 52. locus corpore vacans: nullus autem locus, corpore viſibili, aut inuiſibili vacat; hac de cauſa, Æſculapius à Mercurio iuſtè corrigitur:* Heu, *inquit,* quàm procul à veritate vagaris Æſculapi. Quæ ampla, & maximè plena ſunt, ea tu vacua putas: Aër profectò corpus eſt, id corpus reliqua penetrat, diſcurrenſq; replet omnia. *Quaſi diceret: non datur vacuum in rerum ordine, nec locus in hoc mundo inferiori, ſine corpore, ſed vno corpore excluſo, mox alterum ingreditur, ita vt nulla ſit penetratio corporum, nec locus corpore vacuus. Hæc eſt antiquiſſima, veriſſimaq; Mercurij de vacuo philoſophia, à quo poſteri phil: multa mutuati ſunt ſapientiæ monumenta, 4. phyſ. com. 43. vacuum ponentes ſunt bipartiti: quidam enim ponunt vacuum à corporibus ſeparatum: quidam verò, corporibus imbibitũ; vtriq; tamen decipiuntur. quod enim à corporibus diſcretum, atq; ſeiunctum, aut res eſt incorporea, veluti, deus, angeli, anima quorum alicui vacuum non competit, quippe, cùm vacuum corpus eſſe, dicant: aut nihil: & hoc illis aſſentimur. neq; eſt imbibitum corporibus; alioqui eſſet penetratio corporum: nam cùm quælibet pars corporis, ſit plena corpore, ſi vacuum addideris, quod eſt corpus: fiet igitur neceſſe eſt corporum penetratio: vacuum ergo non eſt in corpore, nec extra corpus. Caterùm, aërem eſſe corpus, & non aliquid inane, phil. 4. phyſ: comm: 52. approbat vtres ipſos torquentes: aërem quoq; quaſi validum oſtendentes, ipſumq; in clepſydris includentes: Vtres namq; inflati aëre, inquit Auer. reſiſtunt comprimenti. Quod planè fieri non poſſet, ſi aër aliquid non eſſet: ex clepſydra quoq; aqua non deſcendit, niſi priùs in illam aër ſubintrauerit. Aër ergo aliquid eſt. propterea non temere Mercurius tantopere de hac re, Æſculapium inſtruxit, atq; inſtruere ſatagit, vt textus ſequens indicare poteſt.*

Textus exponitur.

Ariſt. de vacuo.

Vacuum non eſſe in corpore, nec extra corpus.

MERCVRIVS.

Corpus enim huiuſmodi, eſt ex corporalibus non compoſitum: quò fit, vt quæcunq; tu vacua nuncupas, plena ſunt aëris. Itaq; concaua potiùs iſta, quàm vacua nominari debent; nam & exiſtunt, & aëris ſpirituſque ſunt plena. Æſculapius. Inuicta, atq; indubia hæc eſt ratio Triſmegiſte: Aër corpus eſt, id corpus in reliqua permanat, atq; influens complet omnia.

Com-

Commentum VIII.

QVAESTIONIS PRIMAE. CAP. I.

QVONIAM aêrem, cùm ex philoſopho, tum etiam ex Mercurio, Aër ex quibus
corpus eſſe cognouimus, tametſi in ſenſum videndi minimè ca- conſtet parti-
dat: omne autem corpus, ex partibus conſtat corporalibus, eiuſdem bus.
vel alterius ſpeciei, Æſculapium iamiam percontari cupientem, ex
quibusnam partibus huiuſmodi corpus compoſitum ſit, præuenien-
do admonuit, pariterq́; inſtruxit: Animaduerte, inquit, Æſcu-
lapi, aêrem corpus eſſe homogeneum, cuius partes, o-
culis minimè patent, ob illarum vtiq; tenuitatem, ſubtilitatemq́;; corpo-
reæ tamen ſunt, quia eiuſdem ſunt ſpeciei cum toto: verùm quia oculis
cerni non poſſunt, omne autem tale, incorporeum reputatur; hac de cau
ſa, te ſcire velim, corpus huiuſmodi ex corporalibus non eſſe compoſi-
tum, hoc eſt, ex viſibilibus: quò fit, vt quæcunq; tu vacua nuncupas, plena Corporalia quæ.
ſint aëris: aêr enim ob ſuam tenuitatem, ſubtilitatemq́;, facilè penetrat omnia, quibus
ſeſe ſponte ingerit, nullumq́; vacuo in rerum ordine locum relinquens: à pulcherrimo Coneaua.
naturæ opificio, omnem prorſus inanitatem extrudit: Itaq́;, inquit, concaua potiùs
iſta, quàm vacua nominari debent; nam & exiſtunt, & aëris ſpirituſq́;
ſunt plena. Commendat Æſculapius, hanc Mercurij ſententiam, dicens: Inuicta, in- Aer eſt corp⁹.
quit, atq; indubia eſt hæc ratio, Triſmegiſte, aêr corpus eſt, omnia com-
plens, atq; replens: etiamſi ſenſui noſtro non ſatis conſtet. Phil. & Commentator, 4.
phyſ. com. 78. Aër, inquiunt, ſentitur ſecundùm tactum eſſe corpus, etſi ſecundùm viſum
exiſtimetur nihil eſſe: cùm non habeat colorem, & viſus comprehendit colorata. ſic 2.
de anima com. 78. Color, inquit, ſecundùm quod eſt color, eſt viſibilis. Et 97. dicit colo-
rem habere duplex eſſe: vnum in corpore colorato, quod eſt eſſe corporale: & aliud in
diaphano, & illud eſt eſſe ſpirituale. Eſt igitur aër corpus, ſed non videtur, quia colore
caret, ſiue quia non eſt coloratus. Quam ob cauſam tum aquam, tum etiam aërem diui-
ſioni paſſioniq́; ſubdi non poſſe, phil. 8. dicit phyſ: com: 85. nec etiam habere aliorum dif-
ferentias ſenſibiles. idem affirmat, phyſ: 1 com. 54. & 1. de gen: 19. & 2. de anima 113.
Conſtat ergo hoc plus ſatis, de quo latiùs diſputaui lib. 5. Satis quoq; eſt humanæ conſen-
taneum rationi, in hoc mundo inferiori, vacuum nullo modo inueniri. Poſſet tamen aliquis Vacuum eſſe
ambigere, atq; dubitare, ſicut Stoici dubitauerunt, ac dicere: vacuum extra cœlum in- extra cœlum.
ueniri, idq́; non ſine argumentis, & quidem magnis. Etenim, ſi cœlum eſt in loco; omne 1.
enim corpus eſt in loco: eſt ergo in vacuo; extra enim cœlum nihil eſt. Reuera, ſi aliquis
ſit in extremo; poſſet vtiq; manum extendere, non quidem in aêrem, cùm inibi non ſit: in
vacuum ergo. Adde, quòd ſi plenum inuenitur, & vacuum; talis namq; eſt naturæ ordo 2.
in contrariorum diſpoſitione conſtituenda: vt ſi vnum admiſerit, alterum ſuſtineat neceſ
ſe ſit. Amplius, ſicut res ſe habet cum paruo mundo; ita etiam cum magno ſed homo, qui 3.
eſt paruus mundus, conſtat ex vacuo & pleno: ſic igitur ſe habebit magnus mundus, at-
que ita extra cœlum erit vacuum. Sed huiuſmodi argumenta facilè ſolui poſſunt: &
primum quidem ſic: Extra cœlum non eſſe locum, in quem manus poſſet extendi, niſi tan Solutio.
tùm ſecundùm imaginationem, atq; ita imaginarium vacuum fingere poſſumus: ſecun- 1.
dùm autem rei veritatem nihil eſt. Ad 2. reſpondet Auerroes 4. phyſ: com. 43. & 45. 2.
corpus tantùmmodò rectum in loco eſſe; ſphæricum verò, vt ſphæricum, eſſe potiùs circa
locum quàm in loco. Ad 3. dicimus regulam illam valere in his, quæ ad naturæ perfectio- 3.

nem ſpectant: vacuum autem cùm naturæ ordinem deſtruat, non eſt ad huiuſmodi ra-
tionis regulam reuocandum. Amplius, ſi huiuſmodi vacuum eſſet extra cœlum; tunc pla-
Quòd vacuū non ſit extra cœlum. *nè talis dimenſio, teſte Auer: 4. phyſ: com. 1. ſubſtantia eſſet ſeparata, imò infiniti vigoris,*
quæ quidem ſi in ſubiecto eſſet; tunc aliquod ſenſibile corpus, extra cœlum inueniretur,
1. *quod eſt abſurdum ſi verò in ſubiecto non ſit, poſſit tamen ineſſe, & nunquam inſit;*
otioſa profectò eſſet illius potentia. At ſi non ineſt, nec apta eſt ineſſe; tunc planè eſſet
2. *ſubſtantia abſtracta, infiniti vigoris, quod ſoli deo competit. Amplius, illud vacuum, aut*
alicuius, aut nullius eſſet perfectionis: non quidem nullius, alioqui nihil eſſet; ens enim
& perfectum idem. ſi verò aliquantæ: mundus ergo non eſſet perfectus, ex tota ſua ma-
teria minimè conſtaret, vniuerſamq́ intra ſe perfectionem non clauderet, quod Platoni
3. *in Timæo non probatur. Item, vacuum illud eſſet infinitum, non autem finitum, quia non*
magis vna quàm altera parte finiretur. at infinitum eſt infinitè capax: eius ergo profe-
An vacuū ſit, ſi mundus eſt conditus. *ctò potentia eſſet otioſa, quæ infinitum corpus nunquam eſſet ſuſceptura. Vacuum ergo*
extra cœlum inueniri, rerum ordo, naturæq́ poteſtas non patitur. Sed dicet aliquis, num-
quid vera eſt ratio Commentatoris 4. phyſ: com. 6. qua ſic arguit. Si mundus de nouo ge-
1. *nitus eſt. ergo præceſſit locus, in quo generatus eſt. ſed inibi ante mundi generationem*
non erat corpus, & erat capax corporis, alioqui nunquam mundum capere potuiſſet: in
eo ergo loco erat vacuum. fortaſſis ex verbis phil. eiuſdem textus ſic dicentis, hæc acce-
2. *pit: Amplius, inquit, vacuum affirmantes, dicunt locum eſſe. Amplius, ſicut deus hunc*
mundū condidit; ita poteſt & alium condere. quod ſi faceret, aut inter huiuſmodi mundo
rum vltimarū ſphærarum connexitates aliquod medium, aut nihil eſſet. Si primū; ergo
vacuum: cùm ergo ſit diuiſibile, & non repletū corpore: eſt ergo capax corporis. Si ſecun
dum: aut ergo iſti mundi tangunt ſeſe in puncto: aut in aliquo diuiſibili. non in puncto
tantùm; nam inter iſtarum ſphærarū indiuiſibilia quæcunq;, eſt aliqnod certè diuiſibile
mediū, & non niſi vacuum: ergo &c. Si verò dixeris ſe tangere in aliquo diuiſibile, impoſ
ſibile pronuntias; ſphæricū enim tangere ſphæricū, ſecundum aliquod diuiſibile, fieri non
poteſt; nam ſuperficies tangens ſuperficiem connexā in aliquo diuiſibili, quantum ad il-
lam partem, quam tangit, eſt concaua, atq; ita vltimæ ſphæræ ſuperficies eſſet concaua,
Soluuntur argumenta. *quod eſt impoſſibile: vacuū ergo mundi creationē præceſſit. Dico, cum mundo locū ſimul*
eſſe creatū, mundiq́ locum vltimam eſſe circumferentiam, locantem atq; circumdantem
omnia; nam extra vltimam circumferentiā, non eſt aliquod circumdans corpus, aut lo-
Ratio Com. Soluitur. *cus capax corporis· ſecus autem res ſe haberet, ſi vltima ſphæra de nouo condita eſſet in*
loco: tunc ſine dubio, extra cœlum vacuum eſſet ponendum. Ex quo patet, falſum eſſe
Commentatoris fundamentum, quo nititur probare locum totius mundi creationem præ-
cedere debuiſſe; eiuſdem enim rationis non eſt, mundi & particularis corporis generatio:
quodlibet namq; particulare corpus, in aliquo ex elementis generatur; ideoq́ in loco gi-
gni neceſſe eſt: mundi autem generatio ſeu potiùs creatio, in aliquo non eſt facta cor-
1. *pore, aut loco, ſed ſimul cum mundo facta ſunt omnia. Ad primum ergo argumentum*
negatur conſequentia: & ad probationem negatur antecedens in corporis totius vniuer-
ſi generatione, cuius planè generationem, corpus aut vacuum, ſiue locus non præceſſit.
2. *Ad 2. conceditur caſus, inſuper affirmo huiuſmodi mundos poſſe eſſe diſtantes, atque*
poſſe ſeipſos tangere, eo quidem modo, quo ſphæricum à ſphærico tangi poteſt, nempe in
indiuiſibili. Et cùm dicitur, aut habet aliquod medium &c. dico, non habere aliquod
Phil. vacuum non eſſe probat. *ſpatium reale, ſed imaginarium, quod certè vacuum nominari non poteſt; ad vacui*
enim rationem ſpectat, non ſolùm eſſe ſpatium imaginatum; ſed realiter quantum cum
reali aptitudine corporis recipiendi, quod profectò medio illi imaginato non competit,
tangerent ſe in puncto. Et cùm infers: Inter &c. negatur de medio duaſibili reali. Patet
ergo quomodo vacuum mundi creationem non præceſſerit. Cæterùm, vacuum in rerum
ordine non inueniri, ſic phil. 4. phyſ: com: 66. clarè oſtendit: Si vacuum detur, inquit,

mobilo

*mobile vbicunq; poſitum quieſceret: in cauſa autem eſt, quia non habet ſuperius & in-
ferius, cùm ſit infinitum, com: 67. Deniq; in eo non eſt diuerſitas, eo quòd non ſit ens, ſed
non ens. non ens autem eſt priuatio, & in priuatione non eſt diuerſitas: propterea com:
65. omnium decem prædicamentorum priuationem, vacuum appellauit. Itaq; vacuo dato,
mobile, aut ſemper quieſceret, aut ſemper moueretur, quippè cùm in eo non ſint loci dif-
ferentiæ naturaliter, nempè ſuperius & inferius: ſic ſcribitur 4. phyſ: 64. 65. 66. com.
item 30. 36. 42. Porrò, tex. com. 71. vſq; ad 75. aliam addit rationem, nempè quòd motus* Motus fieret
fieret in inſtanti; ſic enim arguit contra antiquos: Vos, inquit, dicitis corpora in pleno in inſtanti.
*moueri non poſſe, ideoq; neceſſarium eſſe vacuum, in quo moueri poſſint, quod planè ſi
detur, corpora in inſtanti mouerentur. ſed motus in inſtanti, vt dicitur 6. phyſ. fieri non
poteſt, cùm ad illius rationem ſucceſſio ſpectet: vacuum ergo nullo modo eſt conceden-* Ratio phil.
dum. Arguit autem phil. hoc modo: Proportio motuum in velocitate eſt ſicut proportio 1.
*mediorum in ſubtilitate: & eſt ſenſus, omnis motus determinata velocitas fit ex medij
plenitudine: diuerſitas verò velocitatis, ex diuerſitate ſubtilitatis, atq; denſitatis, inſuper
ex medij plenitudine: remota ergo medij plenitudine, infinita erit atq; indeterminata
velocitas; ſicq; motus fieret in inſtanti. Amplius, tempus in motu requiritur, vt arguit* 2.
*Auer. contra Auenpa: aut propter reſiſtentiam, quando ſcilicet motor diſtinguitur à
mobili, atq; mobile in aliquo vbi poſitum, motor in oppoſitum transferre ſatagit: ſicut in-
telligentia ab oriente in occidentem mouet ſolem; quia ſunt duo vbi oppoſita, atq; ſoli
pro eodem inſtanti ineſſe non poſſunt: aut propter pleni medij reſiſtentiam, veluti patet
in naui mota in aqua: aut propter vtrumq;, vti in rebus animatis cernimus. At in motu
grauium, motor non diſtinguitur à mobili, quippe cùm à ſua moueatur forma: reſiſtentia
ergo ex parte medij cauſatur. Quare, ſi grauia mouerentur in vacuo, vbi nulla eſt medij
reſiſtentia; mouerentur vtiq; in inſtanti. Præterea, ſi tanta virtus mouet tantum mobile,* 3.
*per tantum ſpatium in tanto tempore, vt dicitur 7. phyſ: dupla virtus mouebit illud idem
mobile per tantundem ſpatium in medietate temporis. ſed dupla virtus, ideo citius mo-
uet, quia citius ſcindit medium: igitur ſi medium ſit vacuum, nulla erit diuiſio, atq; ita
motus fiet in inſtanti. Item, ſi motus in vacuo eſſet in tempore, inquit Auer: in fine digreſ-* 4.
*ſionis; tunc magis graue, & minus graue, æquali motu mouerentur; remota enim medij
pleni reſiſtentia, ſola remanet incompoſſibilitas terminorum, quæ reſpectu magis ac mi-
nùs grauis, æqualiter ſe habet, dummodò imaginemur, in ſpatio vacuo æquè extenſo, v-
trumq; moueri. ſed hoc eſt abſurdum: ergo quod prius. Adhuc, ſi graue deſcendens in* 5.
*vacuum moueretur in tempore; non moueretur vtiq; naturaliter: motus enim intenditur
in finem, ſi fuerit naturalis. ſed in vacuo nulla eſt reſiſtentia: à principio ergo vſq; in fi-
nem, vniformis erit velocitas. Reuera hæc poſitio defendi poſſet, ſi vera ſit antiquorum* Defenſio opi-
ſententia, qui ex ſpatij plenitudine, omnem reſiſtentiam motus atq; ſucceſſionem mana- nionis.
*re arbitrantur. Adde, quòd ad grauium leuiumq; motus ſucceſſionem, ſpatium eſt ne-
ceſſarium, in quo extrema realia atq; medium reale inueniri neceſſe eſt. at in vacuo
hæc inueniri non poſſunt: igitur ſi fieret motus in vacuo, eſſet in inſtanti. at, qui motus re-
ſiſtentiam, non ſolùm ex ſpatij plenitudine; verùmetiam aliunde metiuntur, ſic ad ar-
gumenta reſpondere conſueuerunt: & quidem meo iudicio, rationibus minimè contem-
nendis deſpiciendiſq;.*

CAP. II.

Quòd in vacuo non fiat motus in inſtanti.

IN motu locali ſucceſſionis cauſam totalẽ, non eſſe ſolam ſpatij plenitudinem, Plenitudo ſpa-
ſic probare nituntur: Quæ ad alicuius rationem formalem ſpectant, inqui- tij non eſt to-
unt ex ſua natura, & non per aliquod extrinſecum illi conueniunt; ſiquidem talis cauſa ſuc-
prædicata formalia, atq; quidditatiua, in primo modo per ſe, huiuſmodi rei cõ- ceſsionis.
1.

petunt ſed continuitas & ſucceſſio, vt dicitur 6. phy. ad formalẽ rationẽ motus ſpectãt: cõueniunt ergo motui, ex propria ipſius natura, et nõ ex ſpatij plenitudine, quod eſt quoddam extrinſecũ à motu. Quare ex neceſſitate ſequitur, motus eſt ergo continuitas, & ſucceſſio etiamſi ſpatij vacuitas nõ adſit, ſiue plenitudo. Motus ergo neceſſariò erit in tẽpore, & non in inſtanti; continuum namq; ſucceſſiuum, in tempore & non in inſtanti menſuratur. Quare ſi motus fieret in vacuo; etiam fieret in tempore: nam qui fit in inſtanti, non eſt propriè motus dicendus; ſed cuiuſdam potiùs mutationis finis, ſicuti eſt inſtantanea
e. *illuminatio. Amplius, mobili, ex ſola ſpatij quantitate, ſemper ineſt aliqua oppoſita diſpoſitio, diſpoſitioni à motore in ſuo mobili per motum localem inducendæ. Quare, ſi mo-*
Motum non fieri in inſtanti. *tus fieret in vacuo; fieret etiam in tempore, idq; ſolius quantitatis ratione: etenim, pro eodem inſtanti, atq; ſimul in eodem diſpoſitiones oppoſitæ ſeſe non compatiuntur: mobile autem mouendum ſuper ſpatium quantum, eſt in vbi oppoſito ad vbi acquirendum: quæ profectò duo vbi, ſunt velut diſpoſitiones oppoſitæ, ſi comparentur ad mobile, quibus ſuo reſiſtit motori. Motus ergo fiet in tempore ex ſola quantitate mobilis. Sanè, duo vbi in motu locali oppoſita ſe habent, ſicut duæ qualitates in alteratione oppoſitæ. ſed vna illarum alterabili inſidens, prohibet ne alterans ſtatim alterabile in oppoſitam transferat qualitatem: ſic ergo & huiuſmodi vbi, ne motus fiat in inſtanti. Et reuera, idem mobile in oppoſitis vbi, atq; in eodem inſtanti ſimul eſſe, fieri non poteſt: ſicuti idem ſub-*
Alia opinio. *iectum, pro gradibus intenſis, ac pro eodem inſtanti, ſub qualitatibus contrariis. Huic autem rationi nonnulli ſic conantur occurrere: In eodem, inquiunt, inſtanti, mobile eſſet ſurſum & deorſum, quod eſt impoſſibile: in vacuo ergo fieri motus non poteſt. Sed hæc ratio non eſt multùm neruoſa; nam etſi ſecundùm rei veritatem, motus in vacuo eſſe non poſſit: ſecundùm imaginationem tamen, atq; intellectum nihil difficultatis habet, cùm*
Solutio. *vacuum ſit ſpatium imaginarium, & ex ſua extenſiono motus poſſit habere ſucceſſionem. At, idem mobile, pro eodem inſtanti eſſe ſurſum & deorſum, omnibus modis eſt*
Obiectio. *impoſſibile, cùm contradictoria ſecundùm quemuis modum non ſint vera: ergo &c Dices, ſi motus fieret in vacuo, non eſſet in oppoſitum; in vacuo enim nulla eſt partium dif-*
Solutio. *ferentia. Dico, hanc quoq; obiectionem ſimili facilitate poſſe diſſolui: nam ſi imaginariè datur ſpatium; datur quoq; extenſio imaginaria, atq; ita extremorum diſtantia, quæ eſt ſituum oppoſitio. Quare, ſpatium quodcunq;, partium differentia vera aut imaginaria*
Graue in vacuo moueretur in tempore. *non carebit. Dices, non eſſe idem motum fieri in non tempore, & in inſtanti; quoniam non tempus, eſt breuiſſimum tempus, non autem inſtans. Sed hæc quoq; eſt abuſio vocis: omnium enim propemodum eſt ſententia, non tempus pro inſtanti accipi, atq; intelligi. Itaq;,*
1. *ſi graue moueretur in vacuo; moueretur in tempore, & non in inſtanti: etenim, ſicut in ſpatio reali dantur duo extrema realia, ſurſum videlicet & deorſum; ita planè in ſpatio vacuo imaginato, duo extrema imaginata oppoſita; de vtriſq; enim ſimile eſt iudi-*
2. *cium. Item, omne quod mouetur de extremo ad extremum, priùs peruenit ad medium: in omni autem continuo reali, aut imaginario in quo dantur extrema, & medium ſimiliter: ſi ergo lapis deſcenderet ab extremo imaginato, non ſtatim eſſet in altero extremo:*
Soluuntur argumenta. *in tempore ergo, & non in inſtanti moueretur. His ita elucidatis, facile eſt argumenta*
1. *ſoluere: & ad primum quidem patet ex dictis reſponſio: phil. enim atq; Commentatoris*
2. *authoritas valet, atq; admittenda eſt ad mentem antiquorum. Ad 2. dico, illam rationem Commentatoris, qua dicit medium non reſiſtere, niſi quia plenum, multis non probari: ſiquidem mobile & medium, ob quantitatis dimenſiuæ rationem, in motu, cauſa ſunt ſucceſſionis, quatenus ſcilicet mobile eſt in vno vbi oppoſito, alteri vbi acquirendo: quæ*
Obiectio. *profectò in eodem, & pro eodem inſtanti compatiuntur ſe minimè. Dices, quantitas remota per intellectum non reſiſtit; nam quantitas, vt quantitas non eſt actiua: omnis autem potentia quæ reſiſtit, eſt actiua ex 9. met: remota igitur medij plenitudine, mo-*
Solutio. *tus grauium in vacuo fieret in inſtanti. Reſpondeo, rationem illam valere in reſiſtentia*

poſitiua,

poſitiua, non autem priuatiua, quæ ex ſola materia, quatenus eſt ſub quantitate prouenire poteſt. Itaq; graue, non ſolùm formæ, qualitatisq; : ſed etiam quantitatis ratione reſiſtit idq; priuatiue: graue autem, quatenus eſt quantum, longè abeſt ab illo vbi, ad quod mouens ipſum transferre ſatagit: mobile igitur, vt quantum, non poteſt in inſtanti moueri. Ad 3. dico, in motu velocitatis differentiam ex virtute manare mouentis, quæ quò fuerit 3. *fortior, eò fortiùs mobile de vno, ad alterum vbi oppoſitum mouebit: non ergo in cauſa eſt medij diuiſio. Ad 4. negatur conſequentia: velocitatis enim cauſa, eſt virtus mouentis, non medij reſiſtentia, ſicut ſæpè indicauimus.* 4. *Ad 5. Ratio illa locum habet in locis locati conſeruatiuis, non autem in vacuo, in quo non ſunt, ſiue eſſe poſſunt diuerſarum* 5. *loca naturarum conſeruatiua. Ceterùm, huiuſmodi rationes parum inter ſe diſcrepare videntur, quippe cùm ſecundùm rei veritatem motus in vacuo eſſe non poſsit, niſi ſecundùm quandam imaginariam mentis intentionem. Quomodo ergo motus fieri in vacuo poſsit in inſtanti, dixi.*

Mercvrivs.

Locum, in quo omne mouetur, quid eſſe dicemus? Triſmegiſt: Incorporeum ô Æſculapi. Æſculapius: incorporeum verò quid? Triſmegiſt: Mens ac ratio ſeſe complectens, libera ab omni corporis mole, ab errore aliena, impaſsibilis, intangibilis, ipſa ſibi aſsiſtens, purgans, atque ſeruans omnia: cuius radij ſunt bonum & veritas, principale lumen, primaque animarum forma.

Commentum IX.

Qvaestionis primae. cap. I.

P*OSTEAQVAM ſapientiſsimus Mercurius, in rerum ordine, vacuum nequaquam inueniri poſſe, clariſsimè, doctiſsimeq; oſtendit: loci modò naturam percontanti Æſculapio dilucidat; locus enim cum vacuo, quandam affinitatem cognationemq; habere videtur: Etenim, quemadmodum vacuum ſaltim mentis imaginatione, eſt quid inane, atque incorporeum; ita planè locus non eſt corpus, ſed corporis ſuperficies, ſeu quid incorporeum alioqui corpora capere non poſſet:* Locum, *inquit Æſculapius,* quid eſſe dicemus, in quo omnia mouentur? *Aſſentior enim tibi illa omnia, quæ doctus ſum à te, de vacui natura, in quibus mirificè me oblector; iam profectò inſtrui vellem, ac inſtruendum me à te eſſe confido, quænam ſit loci natura.* Ad quem Mercurius: Incorporeum, *inquit,* ô Æſculapi. *Et amplius illi ſciſcitanti, quidnam ſit illud incorporeum, ſublimius aliquid ſonuit, ac veluti diuino afflatus ſpiritu, è corporeo, ad incorporeum locum transuolauit:* Locus, *inquit,* verus, quem naturaliter appetunt omnia, in quo viuunt, & conſeruantur omnia: in quo denique omnia perfectiſsimè quieſcunt: eſt Sanctus Pymander, mens ac ratio ſeſe complectens, libera ab omni corporis mole, ab errore aliena. *Sanè, quæ mens eſt,*

Locus quid ſit.

Deus eſt locus omnium.

Natura diuina quid.

aut natura, quæ non ſit errori ſubdita? Angelorum namq; natura, ſi ab errore omninò libera extitiſſet; profectò peſſimi illi ſpiritus à ſuæ beatitudinis arce nunquam corruiſſent; ſimiliter & hominum natura: ſola ergo natura diuina à ſtatu ſuo neſcit moueri,

Libera.

Impaſſibilis.

quia ſola eſt ſuum eſſe. Sequitur textus, Impaſſibilis, *hoc eſt, ab omni prorſus paſſione immunis, quod certè angelis competere nequit, quorum natura paſſioni ſaltem perfectiuæ eſt obnoxia, aliquid enim de nouo intelligere, eſt perfectio intelligentis: & id in angelos cadit: hominis verò natura, & perfectiuæ, & actiuæ ſubditur paſſioni.* Intangibilis ipſa ſibi aſsiſtens, *& hoc quoq; ad diuinam attinet naturam; nam etſi natura angelica tangibilis non ſit, quia corpore vacat; non tamen ſibi, ſed diuinæ aſſiſtit naturæ: Ego, inquit angelus, qui vultui Dei ſemper aſſiſto. vnde apud Danielem legimus millia millia angelorum, Dei vultui aſſiſtentium. Sola ergo diuina natura ſibi aſſiſtit, ac ſeipſam complectitur, quippe, quæ ſeipſam perfectè intelligat, ac ſuperiorem non habeat ſe naturam, cui aſſiſtere debeat:* purgans, ac ſeruans omnia. *Et hoc planè ſolius Dei, cuius intereſt, & purgare, & conſeruare omnia: de quo quidem modò ex profeſſo diſputare non intendo, ſed ſuffecerit hoc tetigiſſe* Cuius radij ſunt bonum, veritas, principale lumen, primaq; animarum forma. *De bono, paulò antè locuti ſumus fol. 201. De vero autē, fol: 211. & ſequentibus De lumine autem in primo, & ſecundo Pymandri. At de forma, pauca ſubſcribam; Deus namq; dicitur prima animarum forma, quia eſt vita, & actus viuentium: vnde quemadmodum forma naturali recedente à ſuppoſito, deſtruitur penitus ratio totius cōpoſiti; ſic planè, imò multò magis, diuina gratia ab animis hominum, diſcedente. Quamobrem Plotinus enn: primæ lib: 5. cap: 2. Et Iamblichus de myſt: Ægyp: cap: 1. & 5. volunt, quòd quemadmodum materiam perficit ſemper quantitatis interminata dimenſio; ſic mentem creatam diuinæ amplitudinis virtus immenſa, quæ quotidiana ſua luce, mentes angelorum, hominumq; perficit, & informat. Quamobrem, quò magis anima perficitur, & diuina luce informatur; eò magis in diuinam transformatur imaginem: & iuxta Apoſtolum ſcribentem ad Cor. 2. cap: 4. à claritate, in claritatem, tanquam à domini ſpiritu: Nos, inquit, reuelata facie transformamur in eandem imaginem. Mercurius formam appellat. Plato in Timæo vocat ſpeciem. Fateri oportet, inquit, eſſe ſpeciem, quæ ſemper eadem ſit, ſine ortu, atq; interitu, quæ nec in ſe accipiat aliud aliunde, nec ipſa procedat ad aliud quicquam, ſenſuq; corporis nullo percipiatur, atq; hoc eſt, quod ad ſolam intelligentiam pertinet, cuius Dij quidem omnes, homines verò admodum pauci participes ſunt. Participatione igitur diuinæ gratiæ, quæ à Mercurio, omnium rationabilium animarum prima forma appellatur, homo, ſiue angelus ſit deificus. vnde Plotinus ennea: 6. lib: 9. cap: 9. Quiſquis, inquit, id nouit; cognoſcit certè quæ loquor. Quemadmodum ſcilicet anima tunc aliam agit vitam, atq; progrediens, et iam progreſſa, & Deum deniq; conſequuta, planè cognoſcit iam prorſus affecta, quòd adſit ipſe veræ vitæ largitor. Paulus ad Cor: 1. cap: 6 Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus ſit cum eo: propterea ait Plato in Epinomide, animū contemplatione perfectū, penes diuinam vnitatem, vnum prorſus euadere. Reuera, ſi anima viuit Dei vitam, & vita in animato, eſt à forma: Deus igitur eſt animarū forma: nec quæuis, ſed primaria ſupernaturalis, qua anima ſit diuinæ conſors naturæ. Quomodo autem fiat animæ cum Deo vnio, vt duo ſint, & vna vita, ſicut dicit Paulus: Viuo iam non ego, viuit verò in me Chriſtus: fidem nobis facere poſſunt duo lumina, quorum vnum, ſine confuſione, alteri iungi atq; vniri poteſt. vnde quamuis in vnū conſpirent, & vbiq; ambo ſint; alterum tamen ſecerni poteſt ab altero. Ita planè, Deo mens vniri poteſt, & eidem menti diuinæ, plures humanæ coniungi: & vnū quodammodo ex his fieri, abſq; illarum mixtione, confuſioneq;: non ſecus, ac multæ lineæ à circumferētia in centrū reflexæ per puncta ſua, medium circuli punctū tangunt: vbiq; vnum quodammodo fiunt linearum puncta cum centro, atq; vnum fiunt puncta inuicem ſingula. Profectò, ſi ea quæ in*

Aſsiſtens. — Purgans. — Quatuor radij Dei. — Deus eſt forma. — Animæ informatio. — Paulus. — Plato. — Plotinus. — Paulus. — Exempla vnionis. — 6.

*homine ſunt, licet multa; ob formæ tamen ſubſtantialis vnitatem, vnum eſſe dicuntur:
multò ergo præſtantius, mentes Deo adhærentes, & cum Deo, & ſibi inuicem vnum
poßident, vnitatisq; ſplendore veſtiuntur. Deus ergo, ſicut dicit Mercurius, eſt prima
animarum forma. Amplius, ſicut ſphæræ minores, intra maiorem, centris ſuis, cen-* 2.
*trum maioris attingunt; ita mentes, quaſi minores circuli, ſub bonitate diuina compre-
henſi, veluti ſub maiori ſphæra, per centra, id eſt, vnitates proprias reuoluti, vnitati
diuinæ, tanquam centro ſeſe copulant. Itaq;, ſi quis animam Deo vnitam, ac in Deum
transformatam intuetur, non tam animam, quam Deum conſpicit: veluti, ſi quis gut-
tam aquæ in mare proijceret, non amplius guttam, ſed mare videret. Et cum hoc tamen
mentes, cum ab inuicem, tum à Deo ſunt diſtinctæ. Sanè, animus tunc factus iam, ait
Plotinus, alius, tanquam centrum cum centro coniungitur. neq; huiuſmodi vnio creditu* Plotinus.
*eſt difficilis, aut ratione caret omninò; ſiquidem, quòd duo quædam difficilè conflentur
in vnum, in cauſa ſunt vel dimenſiones vtriuſq; ſolidæ nimium, vel repugnantes inſuper* Rationes vnionis.
*vtriuſq; formæ. Ferrum conflatur in ignem, atq; ita igne formatum, iam agit vt ignis po-
tiùs, quàm vt ferrum; non enim dimenſiones ignis ſunt ſolidæ, quin per ferri poros pene-
trare valeant: facilius autem aër ignitur, vbi nec denſitas molis, nec tanta diuerſitas* Aeris exem-
qualitatis præſtat impedimentum. facilius etiam idem aër fit ſub ſole lucidus, cùm nul- plum.
*la in lumine dimenſio, coniunctionem vtriuſq; retardet: faciliùs & arctiùs inſuper cor-
pus naturaliter præparatum, ab anima formatur, atq; per eam iam agit vt viuens. Ex
quibus ſequi videtur, vt facillimum omnium ſit, animam noſtram, ex diuina mente for-
mari, vbi nec dimenſionis ſoliditas, nec formarum contrarietas, vnionem huiuſmodi im-
pedire valet. Reuera, cùm formæ proprium ſit formare atq; perficere, quò præſtantius* Exemplum
forma extiterit, eò faciliùs ſubiectam ſibi formabit, perficietq; materiam. ſed deus eſt de materia.
*nobilißima forma, & anima exactißima inter materias, atq; angelus: anima ergo atq;
angelus, perfectiùs atq; abſolutiùs à diuina mente formantur, quàm corpus ab anima:
& quidem tantò melius, quantò videlicet deus forma eſt perfectior, quàm anima: &* Deus eſt for-
anima eſt ſubiectum perfectius, quàm corpus; nam cùm deus vbiq; ſit, & anima ra- ma perfecta.
*tionalis illi inhærere valeat, ad deū conuerſa formatur, viuitq; deinceps vitam dei, cuius
naturæ facta eſt particeps. Etenim, ſicut in aëre fieri lucidum, & lucere idem eſt: &
in corpore idem eſt animari, & ſub forma viuere: & in ferro, idem calere ſub igne, & lu-
cere, ac calidum eſſe; ita planè in anima noſtra, idem eſſe putandum eſt, ſub intellectu
diuino eſſe, & dei vitam viuere. Profectò, quantò forma eſt purior, ſimplicior, atq; ef-
ficacior, tantò ex ea, & ſubiecto vnà congredientibus, arctior prouenit copula, quàm
prouenire ſolet ex quibuſuis corporalibus vnà mixtis, aut ex anima cum corpore coeun-
te. Auget huius copulæ modum, quòd deus ipſa vnitas eſt atq; bonitas. Quare cùm vni-
tatis vi rerum omnium copula fiat, & per vim bonitatis vbiq; fiat attractio, & pro-
pinquatio; nuſquàm vnio verior prouenit, quàm vbi mens cum vnitate conſpirat atque* Maxima vnio
coniungitur. Profectò ex intellectu & intelligibili magis fieri vnum, quàm ex materia quæ ſit.
& forma, Commentator profitetur ſuper tertium de anima; quia ſcilicet nulla dimenſio Mercurius.
intercidit. vnde Mercurius ait: ex mente atq; ex deo, vnum ſpiritum coaleſcere. Plato 7. Plato.
*de republica ait: theologum idoneis demonſtrationum fundamentis, & gradibus aſcen-
dere vſq; ad principium vniuerſi, tangere ipſum, atq; tenere, deniq; adhærere ſemper his,* 3
quæ deo adhærent. Tactus autem iſte non fit ſenſu. ſed intellectu: proinde Plotinus Enn: Plotinus.
*3. lib. 7. cap. 6. ait, quòd ſicut ſenſus omnes tactu quodam rem percipiunt ſentiendam;
ita intelligentia, imò multò magis cognoſcendo tangit, cùm res penetret, earum intima
diſcernendo, quod planè ſenſus efficere non poteſt. Quam ob rem, quatenus anima deum
tangit intellectu, formaliter perficitur ab eo. Auguſt: 14. de triu: cap. 15. ait illum, qui* Auguſtinus.
etſi non operatur, tamen videt quod operandum ſit à diuina luce tangi. Iamblichus ca. 1. Iamblichus.
de myſteriis: Ante omnem rationis vſum, eſt inſita nobis naturaliter deorū cognitio, imò

tactus

Dionyſius.

tactus quidam diuinitatis melior quàm notitia. Dionyſius Areopag: cap. 1. de diuinis nominibus: Ineffabiliter atq; incognitè deo copulamur per vnionem, inquit, quadam potentia, actione noſtra, tum rationali tum intellectuali, præſtantiore. Itaq;, à principio nobis impreſſa eſt ſancta diuinæ vnio maieſtatis, quam ſanctus Pymand: quotidie ſuſcitare ſtudet, qui eſt prima animarũ forma, bonũ, verũ, lumen principale, deus ſemper benedicendus.

CAP. II.

Quid ſit locus.

Quid locus materialis.

DEum eſſe omnium locum, primamque animarum formam, breui complecti placuit; iam quid ſit corporalium rerum locus, & quonam modo res ſint in loco, paulò altiùs, atq; copioſiùs diſſeramus: non paruæ enim puto fore vtilitatis, his, qui ſunt cupidi diſcendi multa, atq; intelligendi. Cæterùm à philoſopho 4. phyſ: comm: 41. ſic proponitur loci diffinitio, ſiue deſcriptio: Locus eſt rei continens extremum, immobile primum. ſiue: Locus eſt vltima ſuperficies corporis continentis, immobilis primùm, veluti eſt concaua aëris ſuperficies, corpora circumdantis. Per extremum, inquit Auerroes, cauam rei ſuperficiem intellexit, per primum verò, proprium; locus enim proprius dicitur primus; quia æquali, & ſui ratione, non autem alterius, corpora locat: immobilis vtiq; per ſe, quia eſt terminus

Immobilis.

motus, inquit Auerroes. Etenim, ſi eo motu, eaq; velocitate, qua ad ipſum fertur locatum, ipſemet locus ageretur; fruſtra profectò locatum moueretur, cùm nunquam locum attingeret. Si præterea locus moueretur localiter per ſe, vel per accidens; alius ipſius locus eſſet, atq; ita proceſſus fieret in infinitum: inſuper, & quieſcens moueretur, eo quidem moto, in quo ipſum quieſcit, moueretur & ipſum; moueri enim localiter, eſt

Superficies.

ſucceſſiuè nouum locum ſemper acquirere; corruptiuè tamen per accidens, ratione rei contentæ, locus dici poteſt mobilis. Ex hac autem loci diffinitione, teſte philoſopho tex: comm: 47. 4. phyſ: dubitationes ſoluuntur omnes. Vera eſt ergo loci tradita diffinitio,

Zenonis.

ſicut ait Commentator comm: 31. vnde comm: 47. Zenonis ſoluit argumentum, locum non eſſe, probare contendentis; ſic enim arguebat: Quemadmodum locus ſuperficiei, eſt ſuperficies; ita planè locus corporis, eſt corpus. ſed hoc fieri non poteſt; alioqui locus eſſet in loco, & ſic in infinitum: ergo &c. à Commentatore ſoluitur, ex loci diffinitione Zenonis fallacia: Si, inquit, res ita ſe haberet, vt corpus eſſet locus corporis, & linea,

Auerr.

locus lineæ; tunc bene ſequeretur proceſſus in infinitum. At dictum eſt à philoſopho, locum eſſe extremum corporis continentis; ideoq; abſurdum illud ſequi, non eſt neceſſe. Eadem facilitate ſoluit illorum ſententiam, qui aiunt, locum eſſe tres dimenſiones ſeparatas; ſuperficies enim continentis, non ſeparatur à continente. Hac præterea diffinitione, non ſolùm dubia, quæ circa traditam loci diffinitionem, poſſunt contingere, clarè, diſtinctèq; ſoluuntur; verùmetiam loci proprietates manifeſtantur. Proprium autem loci eſt, æqualem eſſe locato; & id quidem competit vltimo continentis, quod eſt immediatum ipſi contento: locatum autem æquè, atq; præcisè à continente continetur: nec plus, minuſq; capit. Ad locum præterea ſpectat, tueri, conſeruareq; locatum: & hoc quoque congruit vltimo continentis: ſic vltimum aquæ, terram conſeruat, vltimum verò aëris, aquam, & ſic deinceps per ſingula procedendo, idq; per influxam cœlitus virtutem: locus ergo eſt ſuperficies corporis continentis.

Non eſt corpus.

Loci proprietates.

Locus dicitur multipliciter.

Loci autem multiplex poteſt eſſe ſignificatio; aliquando enim perinde eſt, ac corpus continens, quemadmodum dicere cõ-
1. *ſueuimus, dolium eſſe locum vini. Commentator aliquando accipit pro eo, per quod ali-*
2. *quid locatur, licet ab eo non circumdetur. & hoc modo putauit infra centrum mundi,*
3. *locum eſſe; nam cœlum eſſe in loco per centrum, arbitratus eſt. Item, locus dici poteſt,*

teſt, circa quem agentis, etiam immaterialis verſatur operatio. Et ſic apud philoſophum
1. cœli, cœlum eſt locus Dei, eò quòd per motum maximè inibi operetur: eadem quoq;
ratione, corpus vocatur animæ locus, quia in corpore, animæ opera manifeſtantur. Ad- 4.
huc, locus dicitur à nonnullis ſitus, ſiue vbi, quòd per motum localem acquiritur. Item, 5.
ſumitur pro virtute conſeruatiua, cœlitus immiſſa locanti, qua non ſolùm continetur;
ſed etiam conſeruatur locatum. Sexto, pro immediato continente locatum; ita vt ſu-
perficies continentis concaua, & ſuperficies contenti conuexa ſint ſimul, & ſecundùm
continentiam æquales. Et ſecundùm hunc modum à philoſopho data eſt loci diffinitio.
Dices, ſi ſuperficies continentis, & contenti ſunt ſimul; non remanebunt ergo duæ diſtin Obiectio.
ctæ, ſed vna tantùm, quod eſt falſum; alioqui locatum à loco ſeparari non poſſet. Con-
ſequentia valet; ſola enim quantitas facit diſtare quantitatiuè. quòd ſi ſimul eſſent hu-
iuſmodi ſuperficies; nullam prorſus haberent quantitatem mediam: vna ergo & non
plures ſuperficies eſſent. Dico, hoc non eſſe neceſſe, quia ſuperficies eſt indiuiſibilis ſe- Solutio.
cundùm profunditatem; proinde ſi vna ſuperponatur alteri, licet ſint ſimul; remanent
tamen diſtinctæ: vnde verum eſt quantitatem, ex ea parte, qua quantitas eſt, diſtan
tiam facere quantitatiuam, non autem ex ea parte, qua eſt indiuiſibilis. Cæterùm,
præter duas ſuperiùs annotatas loci conditiones, aliæ quoq; addendæ ſunt, quò clariùs Tertia conditio loci.
loci diffinitio intelligatur. Tertia igitur loci conditio, ſiue proprietas eſt huiuſmodi,
nempe quòd locus ſit per ſe continens; ita vt huiuſmodi conditio, ad formalem illius ra-
tionem pertineat. Quarta loci conditio eſt, locum non eſſe intrinſecum locato, ſed vlti- 4.
mum locantis. Quinta, quia eſt ſeparabilis à locato; ideoq; formam dici non poſſe, aut 5.
materiam: ſic enim arguit philoſophus 4. phyſ: comm: 20. Siquidem aut forma, aut
materia eſt locus, locus erit in loco. ſed conſequens eſt falſum: ergo & antecedens. Sa-
nè, ſi forma & materia ſint compoſiti partes: vbi ergo eſt compoſitum; inibi quoq; & Materia & forma non eſt locus.
partes erunt. ſed compoſitum eſt in loco, & mouetur localiter: ſimiliter ergo ſe habe-
rent materia & forma. atq; ita, ſi materia, & forma ſunt locus, locus eſſet in loco, &
locus moueretur localiter, quod eſt falſum. Nam ſi locus eſt in loco, aut in ſeipſo, aut in
alio. non primò, alioqui continens, & contentum idem eſſet, quod eſt impoſſibile: ne-
que ſecundò, aliter fieret proceſſus in infinitum: ergo. Clariùs autem ſic intelligi poteſt
philoſophi ratio, qua diſputat contra antiquos: partes compoſiti ſemper mouentur ad
motum compoſiti: locus verò raro: igitur partes compoſiti, id eſt, materia, & forma,
loci rationem ſubire non poſſunt. Sanè, locus non ſemper mouetur ad motum locati,
ſed locantis, & id quidem raro: ergo locus non eſt materia & forma. Dicis, ad ſubie- Obiectio.
cti motum, accidens ſemper moueri. ſed locus eſt accidens, vtpote ſuperficies locantis:
ergo &c. Accidens præterea ſemper eſt in eodem loco per accidens, in quo eſt ſuum
ſubiectum per ſe. ſed locus eſt accidens: igitur eſt per accidens in loco. Dico, quòd lo- Solutio.
cus, quatenus eſt locus, abſtrahit à loco corporis fluidi, & ſolidi, ideoq; raro accidit, i-
pſum moueri ad motum locantis, atq; eſſe in loco cum locante: ſiue igitur ponatur locus
in loco per ſe, ſiue per accidens, materiam atque formam non eſſe locum philoſophus
ſufficienter oſtendit. Sexta conditio loci talis à nonnullis eſſe dicitur, locum ſcilicet eſ- 6.
ſe extrinſecam locati menſuram; menſura enim intrinſeca locati, eſt vltima ipſius ſu-
perficies à locato nequaquam diuiſa, ideoq; eius locus dici non poteſt: locus namq; eſt
à locato ſeparabilis. Quæ autem ſint loci conditiones breuiter dixi: quomodo ergo locus
ſit vltimum continentis, dixi. Dicam quomodo ſit primò immobile, de qua quidem re,
nonnulla videtur inter ſapientes eſſe controuerſia; nam ideò locum ad motum locati nō Loci imobilitas vnde ſit.
moueri, Commentator ait, vt iam dixi, quia fruſtra locatum moueretur ad ipſum; poſt-
quam enim ad locum perueniſſet, vbi quietem ſe inuenturum putabat; adhuc tamen mi-
nimè quieſceret. Locus præterea continet locatum; non tamen neceſſariò mouetur
ad motum locati; nam etſi aliqua pars ignis adhærens concauo lunæ moueretur de-

orſum; non inde tamen, concauum orbis lunæ deorſum deſcendere eſſet neceſſarium.

Philoſophi ſententia.

Clara planè eſt huiusmodi ſententia; aliud tamen philoſophus ſentire videtur phyſ: 4. 41. comm: vbi vult totum fluuium eſſe locum nauis; totus namq; fluuius, quatenus eundem ſeruat ſitum, manet immobilis, partibus continuis vicibus in præceps decurrentibus.

Nauis in fluuio.

Reſpectu igitur totius fluuij, nauis ſemper eſt in eodem loco: reſpectu verò partium, ſub naui ſubterlabentium, in alio ſemper, atq; in alio eſt, & vertitur loco. Eodem quoq; modo, licet quælibet pars vniuerſi, ſit mobilis; totum tamen vniuerſum non mutat locum; ideoq́; locus ſurſum dicitur immobilis, quia nimirum orbis lunæ concauum, eadem diſtantia diſtat à centro. ſimiliter locus deorſum eſt immobilis, quia eadem à centro ad concauum lunæ perſeuerat diſtantia. Quare, ſi locus ſurſum, & deorſum mutandus eſſet; totum etiam vniuerſum mutari neceſſarium eſſet. Adde, quòd locus non ſolùm ex ordine ad vniuerſum, immobilitatem conſequitur; verùm etiam ex polorum centriq́; fixione. Immobilitatis ergo loci ratio, in ordine conſiſtit, atq; reſpectu, quem locatum habet, ad totum corpus cœli ſphæricum, ad centriq́; atq; polorum cœli fixionem.

Surſum.

Deorſum.

Reſpectu totius.

Vnitas numeralis.

Hæc quidem de loci immobilitate dicta ſint, de eius verò numerali vnitate, pauca dixiſſe ſufficit. Ad numeralem loci vnitatem, ſufficit idem diſtantiæ ordo, ſecundùm ſpeciem in omnibus ſpeciebus aëris, aut aquæ locatum circumdantis, ad primum continens, quòd manet idem numero, & ſecundùm ſubiectum immutabile. Sic flumen, idem ſemper manere dicitur propter eundem ordinem, ſecundùm ſpeciem: ad vnicum fontem ipſius principium; non enim aqua, quæ in hac parte hodie eſt, cras erit, aut idem ordo numero, ſed ſpecie tantùm. Dicunt tamen nonnulli, quòd licet ordo ſuperficierum aëris ſucceſſiuè locantium, ſit vnus ſpecie, alius autem, atq; alius, propter ſubiecti, & fundamenti varietatem; ad huiusmodi tamen diuerſas ſpecies, idem numero manet primi ordo continentis. nec impedit huiusmodi ordinem, alium, atq; alium ſemper terminum habere, hoc eſt, ſuperficiem: quandoquidem relationis vnitati, ſufficiat ſubiecti, atq; fundamenti vnitas, etiamſi non adſit termini vnitas. Itaque, quid ſit locus, & quotuplex, deniq; quales illius conditiones ſint, & quomodo immobilis, breuiter dixi.

CAP: III.

Argumenta contraria.

1. *Contra prædicta ſic arguere valemus: In rebus naturalibus aliquod longum & latum profunditate carens, minimè inuenitur; omnis enim ſubſtantia corporea eſt lata, longa, & profunda: locus ergo non eſt ſuperficies, quia*
2. *ſuperficies profunditate caret: locus autem minimè: ergo &c. Item, locus eſt poſitio, ſiue ſitus: igitur non eſt ſuperficies; illa enim ſunt eadem eſſentialiter, atq; quidditatiuè, quorum ſunt eædem differentiæ. ſed loci & poſitionis ſunt eædem differentiæ; ante enim & retro, ſurſum & deorſum, dextrum & ſiniſtrum ſunt poſitionis differentiæ, & eædem quoq; ad locum pertinent: locus profectò in huiuſmodi differentias per ſe diuiditur: ergo &c. Ad hæc accedit, quòd huiuſmodi differentiæ corpori continenti, in quantum eſt continens, nequaquam conueniunt, ſed per determinata potiùs poſitionis rationem; continens namq; vt continens, nullam ſibi determinat loci differentiam, ſed quatenus in ſitu determinato ponitur: locus igitur quidditatiuè eſt poſitio: non ergo eſt ſuperficies. Sanè, locari eſt ſituari: igitur locus eſt ſitus ſiue poſitio.*
3. *Amplius, aliquid poteſt eſſe in loco, etiam ſine ſuperficie circumdante: igitur non conuenit loco eſſentialiter ſuperficies, ſed per accidens potiùs. Conſequentia patet: antecedens probatur: Si tria ſuperiora elementa eſſent penitus deleta, terra verò iuxta lunæ interſtitium poneretur, atq; ad ſuum moueretur locum naturalem, nempè ad centrum; in toto vtiq; ſuo deſcenſu, in aliquo non erit continente; & tamen modò hîc modò illic erit.*

erit. Superficies ergo per ſe loco non conuenit. Iterum, locus & ſuperficies ſunt ſpecies 4.
eiuſdem generis; diuerſæ tamen: locus ergo non eſt ſuperficies. Omne præterea accidens
per ſuum diffinitur ſubiectum. ſed locus eſt accidens, & per ſuperficiem diffinitur: non
ergo eſt ſuperficies, ſed eiuſdem accidens potius. Ad locum inſuper ſpectat conſeruare
locata, quod certè ſuperficies præſtare non poteſt: igitur locus eſt virtus cœleſtis in vl-
tima ſuperficie corporis continentis. & hæc à phil. appellatur vltimum corporis continen
tis. Item, locus refertur ad locatum, vt dicitur 4. phyſ: eſt ergo ens reſpectiuum. at 5.
ſuperficies eſt ens abſolutum: non ergo locus eſt ſuperficies. Adde, quòd non ſit ſubie-
ctiuè in locante: igitur non eſt ſuperficies locantis; omnis namq; forma, aliquod denomi-
nans ſubiectum in eo eſt ſubiectiuè. ſed locus denominat locatum: eſt ergo in locato; di-
ci enim denominatiuè, præſupponit eſſe in ſubiecto: locus ergo non eſt ſuperficies conti-
nentis. Item, quòd locus ſit mobilis, ſic valemus oſtendere: Dicunt nonnulli locum eſſe 6.
immobilem quoâd ſuum formale, qui eſt ordo vniuerſi ſtabilis & immobilis: atqui poſ- Quòd ſit mobilis.
ſibile eſt ſaltim ſecundùm imaginationem, totum vniuerſum cœlum, verſus alteram cœli
regionem motu recto moueri, terra fixa manente, atq; ita ordo mutaretur, rei loco non
mutato. Sanè, illud formale, cùm non ſit ſubſtantia: erit ergo accidens in locante ſuper-
ficie ſubiectiuè exiſtens. atqui alia continuè poteſt eſſe ſuperficies: ſimiliter ergo &
alius ordo poteſt continuè ſuccedere; mutato enim ſubiecto, & accidens mutari neceſſe
eſt. Amplius, omne ens limitatum eſt naturaliter mobile. ſed locus eſt huiuſmodi: 7.
ergo &c. Maior patet ſatis; mobilitas enim eſt paſſio propria, & adæquata entis limi-
tati. Sanè, ſuperficies concaua orbis lunæ, eſt locus ignis, atq; circulariter mota: igi-
tur locus mouetur circulariter. Profectò, quocunq; modo ſubiectum loci mouetur, ſi-
ue eſt mobile, & locus ſimiliter; nobis enim motis, & quæ in nobis ſunt moueri neceſſe
eſt. Quando præterea, loci ſubiectum mutatur, vel locus corrumpitur; & ſic locus mu-
tatur: vel non corrumpitur, atq; ita in alio erit ſubiecto: & per conſequens de ſubiecto,
in ſubiectum migrando, mouebitur: locus ergo non eſt omninò immobilis. Adhuc, 8.
formale, ſeu illa diſtantia, per quam loci immobilitas conſeruatur; aut eſt ſubiectiuè
in locante particulari: aut in cœlo. Non primum; omne enim locans particulare, eſt
mobile: illa ergo diſtantia erit variabilis, alioqui in alio locante, priori locante ſucce-
dente, remaneret, atq; ita, accidens de ſubiecto, in ſubiectum migraret, quod planè fi-
eri non poteſt. Non ſecundum, quia aut eſt in parte diuiſibili ipſius cœli, aut in puncto
indiuiſibili. non in parte diuiſibili; nam cùm quælibet cœli pars moueatur; talis quoque
diſtantia moueretur: non ergo locus erit immobilis. neq; in indiuiſibili; indiuiſibile namq;
in cœlo eſt polus tantùm: õia ergo loca, quòad ſuum formale, eſſent ſimul in eodẽ polo.
at talis polus eſt inuariabilis: nullũ ergo corpus, de loco ad locũ, moueri, mutariq; poſſet,
ſuo formali immutabili permanente, quod planè falſum eſſe conſtat omnibus: ergo quod
prius. Præterea, poli ſunt quædam puncta imaginata: illa ergo ad polos diſtantia, non 9.
eſt aliquid reale, ſed imaginarium potiùs. ſed locus eſt quid reale: illa ergo diſtantia
non eſt formale in loco. Adde, quod repugnat rectæ rationi, eſſe aliquid immobile per
aliquod mobile. ſed ordo ille ad totum corpus ſphæricum cœli, eſt accidens: accidens au-
tem ſubiectiuè eſt in corpore continente: igitur ad motum illius, moueri neceſſe eſt;
ſubiecto enim moto, accidens, ipſum informans, non moueri, intellectus non capit. Ex
his ergo, atq; ſimilibus patet, locum per ſe non eſſe immobilem. Verùm ad hæc ſic re-
ſpondere valemus.

CAP. IIII.

Soluuntur argumenta.

1. Locus non eſt corpus.

AD primum reſpondeo, ſententiam huiuſmodi, Philoſopho obuiare maxi-
me, atq; reſiſtere, apertè teſtanti 4. phyſ: comm: 41. locum corporis, non
eſſe corpus; eſſe enim vltimum, & illud, cuius eſt vltimum, non ſibi
conſentiunt. Locus præterea proprius, & locatum proprium, vt dicit 4.
phyſi: commen: 30. ſunt æqualia. ſed corpus continens, & corpus conten-
tum non ſunt æqualia; corpus enim continens, cùm corpus contentum ſecundùm
ſe totum complectatur, ſecundùm ſuperficiem conuexam, illud vtique excedit: igi-
tur corpus non eſt locus. Adde, quòd locus ſuapte natura eſt immobilis: omne autem
corpus eſt per ſe mobile: locus ergo non eſt corpus. Ex his autem patet ad argumentum
2. ſolutio: nam etſi ſuperficies ſine profunditate, mente concipi poſſit, rei autem veritate;
ſine profunditate, inuenitur minimè. Ad 2. negatur minor: nam etſi poſitionis, & lo-
ci differentiæ, eiſdem nominentur terminis; in ſignificato tamen minimè conueniunt;
nam reſpectu loci, continentis rationem ſuſcipiunt: reſpectu verò poſitionis, contenti,
atq; ſituati. Itaq; ratione actiui, ad locum, paſſiui autem ad poſitionem ſpectant. Ad
confirmationem negatur conſequentia: locari namq; ad locatum reſpicit: locus verò ad
Locus non eſt poſitio. locantem. vnde locari eſt ſituari, perinde eſt, ac dicere, locatum eſt ſituatum: locus er-
go non eſt poſitio. Sanè, locus eſt ſubiectiuè in locante; locus enim eſt, quo locans ca-
pit locatum. ſed poſitio & ſitus, quatenus rei locatæ in loco ordinem dicunt, non ſunt
ſubiectiuè in locante, ſed in locato, vt dicit author ſex principiorum: poſitio ergo non
eſt locus, nec locus poſitio. Adhuc, locus eſt in prædicamento quantitatis, poſitio ve-
rò in prædicamento ſitus: ergo &c. Præterea, partium locati in loco, paſſiuam ſitua-
tionem poſitio dicit; ita vt poni, ſit ſituari, ac locari ordinatè in loco. ſed locus huiuſ-
3. modi ſituationem nequaquam dicit, ſed actiuam potiùs continentiam: igitur quod pri-
us. Ad 3. negatur antecedens, & ad probationem dico, caſum illum veritatem ha-
bere non poſſe; in vacuo enim loci differentiæ inueniri non poſſunt; idcirco terra illa
deſcendens, non eſſet modò hîc, modò illic: in vacuo namq; eſſet. Præterea, eſſe conti-
nens, vel ſuperficiem circumdantem per ſe, & non per accidens, loco conuenit, teſte phi-
loſopho 4. phyſ: tex: 43. Cui quidem, inquit, corpori ineſt aliquid extra corpus conti-
4. nens ipſum, hoc in loco eſt: cui verò non, minimè: falſa eſt ergo illa ſimilitudo ſuperi-
Locus non eſt virtus cœleſtis. ùs poſita. Ad 4. dico, locum non eſſe virtutem cœleſtem; nam cœlum agit in hæc in-
feriora, motu, & lumine tantùm, vt dicit Auerro: 2. cœli comm: 42. & 49. & 59.
Item 4. cœli comm: 23. vbi cauſam, rationemq; reddit, quare vnum elementum ab alte-
ro, locetur, huius cœleſtis non meminit virtutis. Ariſtoteli inſuper hæc aduerſatur ſen-
tentia, locum continere locatum, eiq; æqualem eſſe aſſerenti, quod planè virtuti cœleſti
congruere non poteſt. Ariſtoteles præterea hîc diffiniuit locum, quatenus eſt terminus
corporis moti, qua ratione, ſuperficies locus dici poteſt: locus ergo corporis ſic diffiniti,
Materia, forma, finis loci, & efficiens. eſt ipſa ſuperficies; locus verò corporis naturalis, eſt virtus illa cœleſtis, ſiue reſpectus
vniuerſi. Itaq;, materia loci, eſt corpus, forma verò, vt eſt locus corporis, ſuperficies: vt
autem locus naturalis corporis, virtus, ſeu reſpectus vniuerſi, finis, reſpectu corporis
moti, eſt terminus continens: reſpectu verò corporis naturaliter moti, eſt virtus eiuſ-
dem conſeruatiua: efficiens autem, eſt corpus contentum; niſi enim huiuſmodi corpus
daretur; nulla planè caua ſuperficies inueniretur. Ex his autem patet argumenti ſolu-
tio; ſuperficies enim eſt genus, & non loci ſpecies, tametſi in prædicamentis Ariſto: ſe-
cundùm famoſiorem ſententiam, locum pro interuallo acceperit. Ad confirmationem
dico, poni ſubiectum, corporis videlicet continentis; accidens ſiquidem in abſtracto, per
5. ſubiectum in obliquo diffinitur: vt ſimitas eſt cauitas naſi. Ad aliã, locus eſt naturalis,
& proprius; quatenus eſt terminus corporis naturaliter moti. Ad 5. reſpondeo, locũ capi
formaliter pro toto aggregato, ex ſuperficie ſcilicet, & continẽtia actiua, vel diſtantia à
cœlo, & polis, atq; centro mundi, atq; ita diffinitum fuiſſe à philo: habet tamen locus ali
quid

quid, quod materiale à quibuſdam appellatur, nempe ſuperficiem, vltimum continentis: circumſcribens locatum, habet etiã aliquid formale, qui eſt reſpectus locantis ad locatũ ſiue ſuperficiei circumſcribentis ad locum circumſcriptum, vocaturq; actiua circumſcriptio ſiue locatio. Locus ergo ſic intellectus pro ſignificato, non autem pro denominato, non eſt quantitas, tametſi phil. in prædicamentis, vti dixi, ſecundùm famoſam opinionem, locum eſſe ſpatium ſeparatum inter latera corporis continentis dixerit. Locus verò materialiter ſumptus, ac pro ſuo denominato, eſt bene quantitas atq; entitas abſoluta, ſicq; eſt vltimum corporis continentis. Ad confirmationem dico, extrinſeca non autem intrinſeca denominatione, locatum à loco denominari.

Abſolutè. Materialiter.

6. *Ad 6. Admiſſo caſu, non remaneret idem locus formaliter, perinde ac totus fluuij alueus mutaretur, ac nauis in medio ſemper flumine permaneret; eundem tamen locum formalem non diceretur habere, propter totius fluuij mutationem. Ad confirmationem dico, illud formale idem numero in diuerſis manere ſubiectis; non enim à ſubiecto, ſed à ratione dependet intrinſeca, cùm ſit relatio à fundamento & termino dependens: iiſdem ergo cauſis manentibus, eadem manebit relatio. Loci ergo immobilitas ad centrum & ad mundi polos refertur: ſic autem à ſuperficie diſtinguitur, quæ talem reſpectum nequaquam includit: huiuſmodi ergo reſpectus eſt formale in loco, ſuperficies verò materiale.*

7. *Ad 7. Locus quoàd ſuum materiale eſt mobilis, non quidem per ſe, ſed per accidens: ſed quoâd ſuum formale, tum per ſe, tum etiam per accideus eſt immobilis; formale enim loci, eſt ipſius diſtantia à duobus polis, & à centro terræ: & talis quidem diſtantia ſecundùm ſuum formale eſt immobilis, ſecundùm verò ſuum materiale, quia ſcilicet ſuperficies poteſt mutari, mobilis eſt atq; mutabilis.*

8. *Ad 8. Dico, talem diſtantiam mutuam eſſe relationem, ac in particularibus locantibus ſpecificam, non autem numeralem identitatem habere, quæ profectò pro ſeruanda loci vnitate numerali, ſufficere poteſt. Quam ob cauſam etſi mutato locante, hæc diſtantia ſecundùm numerum mutetur; manet tamen ſecundùm ſpeciem immutabilis. hæc autem diſtantia in cœlo fundatur in polis & in centro, ex quibus cœlum ſecundùm ſubiectum immutabilitatem habet: quoniam autem poli & centrum non mouentur; hac de cauſa ex ſuo fundamento, hæc diſtantia eſt immobilis. Et cùm dicitur: omnia ergo loca, quoâd ſuum formale, erunt ſimul: negatur; nam huiuſmodi diſtantia non ſolùm eſt in polo; verùmetiam quatenus ſubiectiuè eſt in corporibus locantibus, ſecundùm numerum multiplicari poteſt. Ex quo patet, nullum corpus, ex ea parte, qua diſtantia eſt in cœlo ſubiectiuè, mutare locum formaliter: ſed ex ea, qua eſt ſubiectiuè in corpore particulari locante.*

9. *Ad nonum, dico, in cœlo eſſe puncta realia, & non ſolùm imaginata immobilia; omnis enim orbis circulariter motus, ſuper polos & centrum mouetur. Ad confirmationem patet reſponſio: ſiquidem ille ordo, quatenus ſubiectiuè eſt in locante particulari, mobilis eſt ſecundùm numerum; remanet tamen idem accidens ſecundùm ſpeciem.*

Variæ ſententiæ de loci immobilitate.

Sed de loci immutabilitate ſatis eſſe dictum putarem, niſi etiam aliis occurrendum mihi eſſet, qui de hac re, aliter ſentire videntur; nonnulli enim putant, loci immobilitatem, ex ſpatij immobilitate pendere: alij ex vacui immobilitate; alij per comparationem ad polos mundi: alij per reſpectum ad centrum, quod eſt ſimpliciter immobile, loci immobilitatem metiuntur. Sed primi falſo innituntur fundamento; ſiquidem illud ſpatium eſt mobile, quia eius partes ſunt homogeneæ; ideoq; æquè ſunt mobiles. Secundi quoq; errore labuntur; vacuum enim, vt dixi, in rerum ordine non inuenitur: nec de illa immobilitate eſt noſtra inquiſitio.

Pythagoras de vacuo.

Neq; his ſuffragatur Pythagoricorum opinio de vacuo, quandoquidem illa ſit alio modo intelligenda: aiebant Pythagorici, mundum eſſe animal magnum, extra quod eſt ſpiritus, atq; halitus infinitus. Quoniam autem animal reſpirat, mundum de infinito illo halitu inſpiraſſe ferunt, quem halitum vacuum appellant: vacuum igitur eſſe aſſerunt, quod rerum naturas determinat, tanquam vacuum, eorum quæ ſunt, ſeparatio ſit

 atq; de-

Interpretatur Pythagoras. *atq; determinatio, idq́; in numeris primùm eſſe; vacuo namq; rerum naturas diſtingui arbitrantur. Verùm Pythag: ſententia boni eſt conſulenda, & vacuum illud exterum, qui ſpiritus, ſiue halitus infinitus à quibuſdam vocatur, in deum referre oportet, qui eſt ab omni materia liber. hunc extra mundum eſſe, Pythagoras dixit, vtpote ab omni varietate immunem. vnde 3. phyſ: vocatur infinitum, cuius ſpiritu mundus iſte exterior formatus eſt: vacuum verò corporibus imbibitum, rerum formas nominat, quibus res ipſæ*

Vacuum non eſſe locum. *diſtinguuntur, atq; in ordine collocantur, quas deus mundo inſpirauit, quatenus ipſe eſt anima mundi, à quo omnium vitæ dependent. Nihil ergo his prodeſt Pythagoræ ſententia: neq; etiam illi qui dixerunt, vacuum eſſe corporis ſpatium; ea enim ratione, qua locus ſpatium dicitur, nihil eſt planè: ſimiliter ergo & vacuum. Duobus autem modis locum, veteres nacti ſunt: altero ſcilicet ratione termini, nempè, quòd locus ſit terminus corporis continentis, atq; ita locus eſt in rerum natura: altero verò, ratione æqualitatis, quòd*

Duobus modis locus inuentus eſt. *nimirum æqualis ſit corpori contento, ſicq́; dixerunt, locum eſſe ſpatium in corpus contentum, per ſingulas illius partes penetrans. Sed hoc modo nec locus, nec vacuum in rerum natura reperitur; viſum tamen eſt illis, vacuum aliquid eſſe, quia & locus aliquid eſt: inſuper, vacuum exiſtimauerunt eſſe cauſam motus, in quo res mota mouetur; nam quemadmodum ſine loco non fit motus; ſic etiam arbitrati ſunt ſine vacuo fieri non poſſe. ſed hæc conſequentia non valet; nam corpora mobilia cedunt ſibi in locis adinuicem, etiamſi nullum ſit ſpatium ſeparabile, præter corpora, quæ mouentur, quod planè tum in continuorum, tum etiam in humidorum conuerſionibus conſtat; aër enim cedit lapidi, & aqua ligno. neq; etiam ex condenſatione, vacuum ſtabilire poſſunt, cùm illa, per*

Locus in quo ſit prædicamento. *extruſionem corporum in meatibus contentorum fiat, quibus extruſis, minorem quàm priùs occupant corpora locum. Hæc quidem dixerim contra eos, qui loci immobilitatem à vacuo procuratam eſſe volunt: De immobilitate autem loci, hæc ſufficiant. Cæterùm, locus, ſi vt ambiens, & continens locatum cõſideretur; ad prædicamentum ſpectat quantitatis: ambitus enim & commenſuratio, atq; æquatio, dimenſiuæ ſunt quantitates. At ſi vt conſeruans locatum intelligatur; ſic abſq; dubio ad qualitatem attinet: quantitas enim vt quantitas, non eſt loci conſeruatiua. Quid ergo ſit locus, & in quo prædicamento, & quomodo immobilis, me dixiſſe puto.*

CAP: V.

Locum eſſe.

AVdita loci diffinitione, ex qua ipſius naturam, proprietates ſeu conditiones percepimus, ipſum iam eſſe, eiuſdemq́; diuiſionem atq; differentias audire
Locum eſſe. *libet. Porrò, locum iam eſſe, inquit phil. 4. phyſ: com. 3. ex tranſlatione*
1. *conſtare videtur; vbi enim nunc aqua eſt, inde ſicut è vaſe exeunte, aër erit: locus igitur eſt aliquid, & receptaculum, alterum ab vtriſq;, in quod & ex*
2. *quo mutatum eſt. Amplius, ea, quæ ſunt, omnes opinantur, alicubi eſſe, quæ verò non ſunt nuſquam eſſe; vbi enim erit hircoceruus aut Chymera? Inſuper, motus principaliſſimus,*
3. *quem lationem vocamus ſecundùm locum eſt. Naturalium præterea corporum, atq; ſimplicium, vt ignis, terræ, & id genus, lationes nonſolùm oſtendunt, quòd aliquid ſit locus, ſed quandam potentiam habere; fertur enim vnumquodq; non prohibitum ad ſuum lo-*
4. *cum: vacuum eſſe affirmantes, locum eſſe dicunt; vacuum enim eſt locus priuatus corpo-*
5. *re. Amplius, quòd locus ſit aliquid, & omne corpus ſenſibile in loco, per hac ſanè quiſpi-*
Heſiodus. *am ſuſpicabitur, quòd etiam Heſiodus rectè ſentit, faciens ante omnia chaos. Dicit igitur, primùm omnium chaos factum, poſt hoc latiſſima tellus, vt receptaculum rerum eſſet; nam quàm plurimi arbitrantur cuncta eſſe alicubi, & in loco: quòd ſi ita ſit; erit profectò natura loci admiratione digna, & omnibus prior; id enim ſine quo cætera nequeunt*

queunt eſſe, ipſum verò ſine cæteris; primũ ſit neceſſe eſt. ſed hæc ſentẽtia paulò antè fol.
305. à nobis excuſſa eſt atq; exploſa. Locus, in communem & proprium à philoſ. diuidi-
tur, 4. phyſ. com: 14 Quoniam, inquit, aliud quidem ſecundùm ſe, aliud verò ſecundùm Diuiſio loci.
aliud dicitur: ſic & locus, alius communis, in quo omnia corpora ſunt: alius proprius, in Communis.
quo primò: vt tu nunc es in cœlo, vti in loco per aliud, quia es in aëre, qui quidem in cœ-
lo eſt. Rurſus in aëre non es primò, & per ſe, ſed adhuc es per aliud; quia ſcilicet es in
terra, quæ eſt in aëre: in hac autem non es per ſe, ſed per aliud, quia nimirum in hoc cir-
culo es, qui te ſolùm continet. Locus autem proprius eſt, qui primò, & ſecundùm ſe, & Proprius.
non ratione alicuius contenti in eo, continet locatum, cui adæquatus eſt, vt aëris ſuper-
ficies corpora circumdantis. Itaq;, locus communis omnibus eſt vltima ſphæra proprius
verò, eſt cuiuſlibet corporis propria aëris ſuperficies. Poſt hæc operæpretium fuerit ſci-
re, quot modis vnum in alio eſſe dicimus, vt clariùs intelligere poſsimus, quomodo cor-
pora ſint in loco, & incorporea quoq;. De his abundè phil. 4. phyſ. com. 123. Aliud in Quot modis
alio multis modis eſſe dicitur. vno quidem modo, quo digitus eſt in manu, & pars eſt in vnum eſt in
toto. Item, quo totum eſt in partibus; totum enim non eſt præter partes. Adhuc, quo ho- alio.
mo eſt in animali, & ſpecies in genere. Præterea, quo genus eſt in ſpecie, vel pars ſpeciei 1.
in ipſius ſpeciei ratione. Quintò, vt ſanitas in calidis, & frigidis, & omninò forma in ma- 2.
teria. Sextò, vt res Græcorum in rege, & omninò in primo aliquo mouente. Septimo, 3.
vt in optimo, & omninò in fine. hoc autem eſt id, cuius gratia fiunt. omnium pro- 4. 5.
priiſsimus dicitur, quo res ipſa in aliquo eſt, tanquam in vaſe, & vniuerſaliter in lo- 6.
co. Compoſitum autem ex parte, & parte: quarum altera eſt in altera, vt in loco, dici- 7. Compoſitum
tur eſſe in ſeipſo, non quidem per ſe. ſed ratione partis illius, quæ in altera eſt: vt ampho- eſſe in ſeipſo.
ra & vinum totum hoc ex vtroq; mixtum, corpus & anima; eſſe enim in ſeipſo, vt in lo-
co, infert negationem, qua dicitur non eſſe in alio, vt in loco. Et ita deus eſt in ſeipſo, quia Quomodo de-
non eſt in alio, vt in loco. Et affirmationem, qua dicitur eſſe in ſeipſo, vt in loco, & ſic de- us eſt in ſeipſo
us non eſt in ſeipſo, quia non conſtat ex partibus: nam eſſe in ſeipſo, vt in loco, eſt quia
vna pars eſt in altera. Niſi æquiuocè dicatur eſſe in ſeipſo, quatenus ſua virtute continet
mundum, ex partibus conſtantem. Amphora igitur non eſt in ſeipſa, neq; vinum: vini
autem amphora erit; nam vinum quod ineſt, & amphora in qua eſt, ſunt partes eiuſdem
compoſiti ex vtriſq;: ſic igitur contingit aliquid eſſe in ſeipſo, per ſe autem & primo, mi- Totum non
nimè. Album eſt in corpore, quia ſuperficies eſt in corpore: ſcientia eſt in anima, ſed eſt in ſeipſo.
per ſe primò; ſic aliæ in homine appellationes, vt criſpus propter capillos, dentatus pro-
pter dentes. Totum autem non dicitur totum in ſeipſo quomodolibet ipſius partibus di-
ſpoſitis; nam amphora & vinum cùm ſunt quidem ſeorſum non ſunt, ſed cùm ſunt ſimul; Duo corpora
tunc idem erit in ſeipſo, veluti albedo eſt in homine, quia in corpore eſt, & in hoc, quia in nõ ſunt ſimul
ſuperficie eſt: in hac autem nõ eſt rurſus per aliud. Hæc autem duo ſpecie differunt, atq;
aliam vim naturamq; vtraq; habent. Naturam quidem, quia diuerſorum ſunt prædica-
mentorum, vim autem; quoniam ſuperficies non mouet viſum, ſicut albedo. Ex his igitur
patet, nihil per ſe eſſe in ſeipſo, alioqui duo corpora eſſent ſimul: patet etiam ſicut dixi,
& communem & proprium locum eſſe, ac nihil eſſe in loco communi, quin primò in loco
proprio extiterit, atq; æquali; primus enim locus neq; maior, neq; minor eſt: continet au-
tem illud, cuius eſt locus, & non eſt aliquid illius. neq; eſt ab omni corpore ſeparabilis, Separabilis.
ſed quatenus in eodem loco, diuerſa corpora ſibi ſuccedere poſſunt: ſicq; locus in aliquo
ſemper erit corpore, tametſi à corpore ſeparabilis ſit. Itaq;, aliquid in cœlo eſse dicimus
vt in loco communi, quia in aëre eſt, qui in cœlo eſt: & in aëre autem non omni, ſed pro- Locus com-
pter vltimum illius & continens, id in aëre eſſe dicimus; nam ſi vniuerſus aër alicui lo- munis.
cus eſſet; locus profectò cuiuſcunq; æqualis non erit vnicuiq; locato. at, æqualis videtur
eſſe: talis autem eſt is, in quo primò aliquid eſt. Locus autem proprius debet eſſe conti- Locus propri
nens, & diuiſum à contento, atq; mutuò contangens. Totum autem continens partes, non us.

eſt

eſt illarum locus;quoniam eſt ab illis diuiſum. Cùm verò diuiſum ſit, & contangens,in primo quodam eſt,quod eſt vltimum corporis continentis, quod neq; pars eſt ipſius, quod eſt in ipſo,neq; diſtantia maius, ſed æquale; nam eorum, quæ ſe tangunt, vltima

Quando continens eſt diuiſum à continente.

ſunt ſimul in eodem: continens igitur ſi fuerit contento continuum; contentum non mouebitur ad illud continens,ſed cum illo;non enim pars mouetur ad totum,ſed cum toto, quod ipſam continet. Si autem continens fuerit à contento diuiſum;contentum mouebitur ad illud continens, ſiue continens ipſum moueatur, ſiue prorſus non moueatur. Eſſe autem in illo dicetur contentum,vti in cado aqua,atq; in dolio vinum; manus enim cum corpore,aqua verò ad cadum mouetur. ſi verò contentum non erit diuiſum à continente;erit profectò ſicut pars in toto,aut vt forma,veluti in oculo viſus,aut in corpore manus. Quomodo ergo contentum ſit in continente,ſiue in loco, & quonam modo moueatur ad locum dixi.Et reuera,non quæreretur locus,niſi motus aliquis eſſet ſecundùm locum; propter hoc enim & cœlum maximè in loco opinamur,quia ſemper eſt in motu.

Cœlum in loco.

Triplex motus localis.

Localis autem motus eſt triplex:videlicet latio,auctio,diminutio. in latione, motus clariſſimè patet:in augmento autem,& decremento ſimiliter. Etenim in augmento & decremento res transmutantur in maiorem vel minorem locũ. Mouentur autem alia quidem per ſe, vt animalia & elementa:alia verò per accidens. Et horum quæ per accidens, alia per ſe moueri poſſunt,vt homo in naui,& in corpore membra: alia verò non contingunt per ſe moueri,vt albedo & ſcientia.hæc autem pro tanto locum mutant;quoniam id in quo ſunt, mutatur. Itaq;,loci inquiſitio,motus præſupponit naturam,diuerſitatem,conditionemq;, de quibus paulò antè diſſerui fol.307.

Locus non eſt forma.

Dixiq; locum non eſſe formam,licet propter continentiam,forma eſſe videatur; in eodem namq; ſunt vltima eius, quod continet, & eius quod continetur. Igitur ambo fines erunt, ſed non eiuſdem; forma enim finis eſt eius, quod continetur: locus verò finis corporis continentis; nam locus, vt dixi, eſt vltima ſuperficies corporis locantis,ſiue continentis. Formam ergo locum non eſſe patet ſatis. Nec etiam interuallum; nullo enim modo tale ſpatium dari neceſſe eſt: nam quamuis,eodem continente manente,contentum multoties transferatur,veluti aqua ex vaſe; nihilominus

Locus non eſt interuallum.

1. *ſpatium minimè datur, ſed aliquod corporum quæ transferuntur, atq; tangendi aptitu-*
2. *dinem habent,incidit:Si enim locus eſſet ſpatium aptum,in eodem ſanè loco manens; infinita profectò eſſent loca:tranſlato enim aëre & aqua, idem faciens partes omnes in*
3. *toto,quod nunc vniuerſa aqua in vaſe; ſi enim ſpatium eſſet locus, corpus ipſum ingrediens;vndiq; ab illo penetraretur,atq; partes corporis locati erunt actu diuiſæ, quæ cùm ſint infinitæ, & ſimul attiguæ; pariter etiam erunt & loca: partes enim in toto non continuæ, ſed contiguæ erunt: ſicut aqua in vaſe contigua eſt,quo fieret, vt loca pro numero partium infinita eſſent. Præterea,ſi locus ſit ſpatium;tunc intra cauũ vaſis,locus trans-*
4. *ferretur,atq; ita loci eſſet locus, & ita plura loca ſimul. Neq; eſt alius locus partis eius in quo mouetur, cùm vas totum transfertur,ſed idem; aër enim & aqua,aut aquæ partes,in eo, in quo ſunt,mouentur. Patet ergo locum non eſſe ſpatium.*

Locus non eſt materia.

Locus quoq; non eſt materia,quippe cùm materia,à re diuiſa non ſit, nec rem ipſam contineat: locus autem
1. *vtrumq; habet. Succeſſio in materia eſt corruptiua:in loco autem eſt motiua. quod erat aër,nunc eſt aqua,idq; per ſucceſſionem corruptiuam:locus verò per ſucceſſionem trans*
2. *latiuam;quia vbi nunc eſt aër;inibi poſtea eſt aqua: locus ergo non eſt materia.*

Plato de loco.

Plato in Timæo & locum,& materiam idem eſſe profitetur. Et receptiuum, & locus vnum & idem.ſed aliter ibi receptiuum dicens,& in his,quæ agrapha dogmata appellantur; lo-
3. *cum tamen & receptiuum idem eſſe profeſſus eſt. Atqui,vt dixi,locus eſt ſeparabilis à corpore,cuius eſt locus,idq; ſine ſubiecti corruptione,materia autem minimè: locus er-*
4. *go non eſt materia. Amplius,locus eſt aliquid extra locatum: materia autem non eſt*
5. *aliquid extra id quod eſt in ipſa. Item, quomodo res in ſuum ferrentur locum, ſi locus eſſet materia aut forma? cuius enim non eſt motus; nec ſurſum nec deorſum, locum*

eſſe,

eſſe, fieri non poteſt. Præterea, materia eſt in loco: ergo non eſt locus, alioqui loci eſſet locus, vel eſſet in loco: & ita proceſſus in infinitum. Locus ergo non eſt forma, materia, aut interuallum. Itaq; locum eſſe in rerum ordine, & vnum quidem communem, alterum verò proprium, habereq; virtutem conſeruandi locata, ac illis æqualem eſſe, ſeparari quoq; à locato, & ad quem locatum ſuapte natura fertur, ac extremum eſſe corporis locantis: non autem materiam, formam, aut interuallum, breuiter ex phil. ſententiis collegi, quod quidem abſq; textuum citatione faciendum eſſe putaui, ne intellectum turbarem ſagacis legentis. Quoniam verò hæc, multa amplectuntur ſcitu, ac notatu digna, infructuoſo ſilentio tegenda eſſe non iudico, propterea ordinatim de ſingulis quibuſq; differamus: & inprimis quonam modo locus virtutem habeat conſeruandi locata, deinde quomodo ſit æqualis locato, & ſic de ſingulis.

Epilogus.

CAP. VI.

Locus habet virtutem conſeruandi locata.

Platonis ſententia de loco

PRiuſquàm de conſeruatiua loci proprietate aliquid dicamus, Platonem de loco diſputantem, in medium adducendum eſſe puto, vt & ea, quæ philoſ. meminit, meliùs intelligantur, ac Platonis doctrina clarior lucidiorq; fiat. Cæterùm, de hac re Plato multipliciter diſſeruit; nam in Phædro locum pro ſubiecto accepit, proinde ait: corpus eſſe animæ locum: Corpus, inquit, terrenum, animam ſuſcipit, tanquam ipſius habitaculum, & locum. Commendatur huiuſmodi opinio à phil. 3. de anima. vbi ſpecierum locum animam eſſe, clarè profitetur. Interdum locus apud Platonem perinde eſt ac perfectum, in quo imperfectum continetur, atq; ita in Symphoſio deum eſſe omnium locum dixit: Mercurium fortaßis ſecutus, deum, vt dixi, omnium locum eſſe profitentem. Aliquando, vtpote in Timæo, locum dixit eßſe receptaculum, nempè materiam omnium formarum receptaculum, quod planè vult eßſe chaos, ex quo prodierunt elementa, ac vniuerſi ordo, & ornatus: Locus, inquit, interit nunquam, ſed omnibus quæ gignuntur, ſedem exhibet, de quo, hæc meæ mentis ſummatim ſententia, ante cœli ortum tria fuiſſe: exiſtens, locum & generationem: ortum pro ornatu poſuit; nam ornatus huiuſmodi, quidam quodam modo ortus rerum eſt, dum in mirifica illa ornatus pulchritudine res atq; natura conſpicitur. Quamobrem in fine Timæi laudauit Heſiodum dicentem: ante mare & terram fuiſſe chaos, quod materiam & receptaculum appellat. Aliquando apud Platonem locus ſumitur pro ſpatio, non quidem reali, ſed intelligibili in quo res ipſa recipitur: & ita accepit in agraphis dogmatibus. nonnunquam accepit pro octaua ſphæra, omnia continente, qui profectò locus magnitudo in actu, à philoſopho nuncupatur: Plato ergo de loco, multifariam locutus eſt. Hæc quidem de Platone dixiſſe puto ſufficere; propterea ad propoſitam de loco redeam quæſtionem Locus, inquit phil. 4. phyſ. com: 4. habet quandam potentiam; fertur enim vnumquodq; in locum ſuum non prohibitum. Sanè, vnumquodq; ad proprium locum fertur, propter conuenientiam quam ad ſuum locum habet: hæc autem conuenientia, à potentia naturali in loco huiuſmodi exiſtente proficiſcitur. Locus igitur habet potentiam trahendi locati, conſeruandiq;. Trahens autem poteſt eſſe duplex: aliud quidem vt efficiens, & huiuſmodi non eſt locus: aliud verò vt finis, per quod profectò, id quod trahitur, ſuam perfectionem conſequitur; finis enim habet rationem boni, bonum verò eſt eius perfectiuum ſiue perfectio, cuius eſt bonum: locus ergo trahit vt finis; etenim illud mouet trahitq; vt finis, ad quod cùm peruenerit id quod trahitur, quieſcit: nec inde abſtrahitur, niſi violenter; finis enim quietat affectum quærentis. ſed huiuſmodi conditiones naturali loco conueniunt, quippè cùm ad eum corpora ferantur atq; quieſcant: igitur mouet vt finis.

Phædro.

Symphoſio.

Timæus.

Chaos.

Heſiodus.

Agrapha.

Locum habere virtutem conſeruandi.

Locus mouet vt finis.

Locus naturalis eſt finis.

Philoſ. *finis. Adde, quòd trahens vt finis, vt dicitur 7. phyſ: com: 10. non mouetur, ſed ratio-*
nem habet mouentis: efficiens verò mouetur cum tractu: locus ergo in mouendo habet
rationem finis. Suffragatur nobis phil. 4. cœli tex. com: 23. Omnia, inquit, mouentur ad
id, quod conuenit eis. Et 25. mouentur ad locum ad quem eſt poſſibile ire, & ad quantum
de eo, & ad quale; omne enim mobile primò mouetur à re agente, aut à re mouente, id
Commen. *eſt, à loco. Et 4. phyſ. com. 48. Omne corpus, inquit Commentator, mouetur naturali-*
ter ad vltimum alterius corporis donec tangat ipſum & illud corpus, ad quod mouetur
eſt vnigeneum cum eo. Cauſa igitur in hoc eſt, qua corpora mouentur ad loca propria,
quia vltimum corporis continentis conueniat cum vltimo rei motæ: & hoc non inuenitur
in vacuo, in quo non eſt natura vnigenea, aut diuerſa. Et com: 36. Fines corporum diuer-
Locus habet potentiam conſeruandi. *ſantur, inquit, ſecundùm diuerſitatem naturarum corporum, & in eis inuenitur ſuperius*
& inferius: & omnia corpora mouentur ad ſua vltima propria, vt perficiantur per illa,
& vt tangant illa. Ex his ergo patet, quare corpora ad propria loca moueantur. His acce
dit conſeruatiua loci virtus: fruſtra enim ad propria loca corpora mouerentur: niſi ali-
qua illis ineſſet virtus conſeruandi. Ad quid enim diuerſæ corporibus inditæ ſunt quali-
tates, ſi locis, ad quæ corpora naturalia mouentur, virtus deeſſet conſeruandi? Multa
nobis exemplo eſſe poſſunt, quantum virtutis locus habeat, & ad conſeruandum & ad
Elephantes. *generandum; quandoquidom Elephantes in tertio climate generentur: aromata verò in*
primo & vltra. In aquilone homines magnis viribus: ingenio verò paruo, naſcuntur: in
meridie autem è contrà ſe habet natura cùm animalium tum etiam hominum. Reſpiran-
tia animalia viuunt in aëre, ſuffocantur in aquis: piſces autem in aëre moriuntur, et quæ
ſunt generis eiuſdem multa: locus ergo conſeruat locata. A cœlo autem virtutem gene-
Locus perficit locatum. *randi conſeruandiq́; locum mutuare dicimus, quemadmodum 1. Meteororum præclarè à*
phil. deſcribitur, omnem ſcilicet huius inferioris mundi virtutem, à ſuperiori regi atque
diſponi. Locus etiam perficit locata, non quidem intrinſeca ſed extrinſeca potius perfe-
ctione. Et reuera, vnumquodq; in ſuo loco perficitur, dum ſuæ naturæ conuenientem con-
ſequitur perfectionem. Rectè ergo dictum eſt à phil. 4. phyſ. com. 11. locum cauſam eſſe,
quod planè loco congruere dicimus; quatenus ex ſuperna ſibi immiſſa à primo locante,
qualitate, diſponitur: neq; enim alia ratione corpus in ſuo naturali loco ponitur, atq; lo-
Locus eſt cauſa. *catur, niſi vt in eo conſeruetur: hanc igitur ob cauſam in rerum ordine locus exiſtit, vt*
locata conſeruet, conſeruare verò aliquid ad cauſam ſpectat: igitur ſi eſt locus natura-
lis, cauſa vtiq; aliqua erit, aliter fruſtra poneretur. Cæterùm, ſi locus conſideretur modo
mathematico, hoc eſt, quatenus eſt quantitas ſiue dimenſio, quemadmodum loci natu-
Non eſt materia. *ram antiqui contemplabantur; ſic profectò cauſarum aliqua illi tribui non poteſt: non*
enim eſt materia rei locatæ, quippe cum ex materia, non autem ex loco, res conſtitua-
Non eſt forma. *tur in eſſe. Neq; forma illi congruere poteſt, ſiquidem corrumperetur locatum, quando*
de loco ad locum tranſiret: ſicut enim res habet eſſe per aduentum formæ; ſic etiam il-
Non efficiens *lud amittit, eadem forma recedente. Nec etiam eſt efficiens; nam mathematica abſtra-*
hit à motu, & ab efficiente. 3. met. ſimiliter non eſt finis: mathematica enim abſtrahit à
bono: ergo à fine; bonum enim habet rationem finis. At ſi conſideretur vt locus natura-
Finis tribuitur. *lis, in quo locata conſeruantur; ſic proculdubio aliqua ex cauſis illi eſt tribuenda, nempe*
cauſa finalis, ſicut dictum eſt. Eſt ergo locus rei locatæ finis, non quidem intrinſecus,
cùm non ſit forma, ſed extrinſecus, qui profectò in elementis illud eſſe dicitur, ad quod
ſimplicis corporis motus localis terminatur. vnde à Commentatore com: 11. finis extrin-
ſecus appellatur. Eſt igitur locus naturalis cauſa finalis, ad quem corpora naturalia mo-
Locus eſt æqualis locato. *uentur, vt in eo quieſcere poſſint. Poſt hæc non ignorare oportet quomodo locus ſit æqua-*
lis locato, ſicut phil. 4. phyſ: com: 30. teſtari videtur: Amplius, inquit, primum neq; ma-
iorem neq; minorem eſſe. Et com: 43. propriam loci æqualitatem intelligendam eſſe ſe-
cundùm continentiam, non autem ſecundùm communem menſuram reſpectu locati le-
gitur. Et

*gitur. Et com: 77. loci æqualitas cum locato non eſt dimenſionum, ait, hoc eſt, quoàd com-
menſurationem, ſed eſt æqualitas continentiæ. Sanè, cùm locus ſit concaua continentis
corporis ſuperficies, & per vltimam ſuperficiem conuexam res locetur: ambæ igitur
erunt indiuiſibiles ſecundùm altitudinem, & ex conſequenti æquales, æqualitate vtique
continentiæ, non autem dimenſionum: æqualitas autem dimenſiua in tribus conſiſtit di-
menſionibus, quæ profectò inter locum & locatum, æquales nequaquam habentur; con-
tinens enim maius eſt contento. Itaq; locus proprius & locatum, longitudine, atq; latitu-
dine æqualia ſunt, non autem profunditate; in duas namq; locus, in tres verò locatum di-
menſiones diuiditur. Et hæc eſt communis propemodum apud omnes ſententia, locum
proprium æqualem eſſe locato, ſecundùm extenſionem; ſuperficies namq; vtriuſq; ſecun-
dùm omnes partes ſimul atq; æqualiter coextenſæ ſunt. Simili quoq; modo continentiæ
æqualitas ab omnibus conceditur: nam ſi quoàd continentiam, locus eſſet maior locato;
tunc profectò vacuum daretur, in illa vtiq; parte, qua locatum excederet. At ſi loca-
tum eſſet maius ſuo loco: locatum ergo ex aliqua parte eſſet ſine loco. ſed vacuum dari,
& corpus ſine loco, eſt omninò impoſſibile: locus ergo eſt æqualis locato. ſecundùm au-
tem æqualitatem dimenſionum, idq; eſſentialiter atq; formaliter, ſine dubio, locus eſt in-
æqualis locato, quandoquidem locus ſit ſuperficies, cui eſſentialiter conuenit longitudo
tantùm, atq; latitudo, corpori verò longitudo, latitudo & profunditas: corpus autem in
loco ponitur, non ſolùm ſecundùm ſuperficiẽ; verùmetiam ſecundùm eſſentiam, cui trina
conuenit dimenſio. At, ſecundùm æqualitatem dimenſionum per effectum, ſiue virtua-
liter, quando ſcilicet ex effectu æquipollent habenti formaliter, vt ſol æquipollet igni: ſic
dici poteſt, locum eſſe æqualem locato: nam etſi locus non habeat profunditatem per
eſſentiam; habet tamen per effectum; loci enim continentia, ad locati centrum termina-
tur: ſicq; per effectum, locatum penetrat, ac ſi profunditatem haberet; totum namq; lo-
catum conſeruat: virtualiter ergo totum penetrat locatum. Quare, ſicut locatum tres
habet dimenſiones; ita planè & locus: illud autem eſſentialiter, iſte verò effectiuè. Quid
ergo Plato de loco dixerit, & quomodo locus ſit æqualis locato, habeatq; virtutem tra-
hendi, conſeruandi, perficiendiq;, dixi.*

Æqualitas cõtinentiæ.

Æqualitas dimenſionum.

Trina dimenſio.

Qvaestionis secvndae. Cap. I.

Locus vnus, ac idem non recipit duo corpora ſimul.

*His, quæ dicta ſunt, illa congruere mihi viſa ſunt, quæ de corporum ſitu, ſeu
ſituatione à nonnullis moueri ſolent, an ſcilicet duo corpora in eodem loco
ſimul eſſe queant, quod profectò fieri non poſſe, affirmamus, idq; propter
ordinem vniuerſi, qui ſecundùm ſitum, quo vnum eſt extra aliud, attendi-
tur. Etenim, quemadmodum vacuum repugnat ordini vniuerſi; ita etiam
duo corpora in vno loco ſimul inueniri. Sanè, totum vniuerſum contiguum eſt, quæ certè* 1.
*contiguitas diſſoluenda eſſet, ſi ſuo debito ordine priuaretur. ſed ſi duo corpora ſimul
eſſe poſſent, eadem quoq; facilitate & infinita; æqua enim in omnibus difficultas eſſe
videtur, atq; ita pulcherrimo naturæ ordine perturbato, omnia ſimul conciderent: duo
ergo corpora eiuſdem prædicamenti ſimul eſſe non poſſunt. Amplius, ob corporis quan-* 2.
*titatem, quæ habet partem extra partem, ac ſuis dimenſionibus locum occupat, locus illi
tribuitur: igitur duo corpora in vno loco ſimul eſſe non poſſunt; alioqui non duo, ſed v-
num eſſet corpus, quod eſt impoſſibile: ergo quod prius. Sanè, duorum corporum quali-
tates, formæ atq; materiæ per diſtinctas diſcernuntur quantitates & dimenſiones; qua-
litates enim ſuis ſubiectis, & formæ ſuis materiis, & materiæ ſuis quantitatibus diſtin-*

Duo corpora ſimul eſſe in eodem loco non poſſunt.

Diſtinctio qualitatum, quantitatum.

 guuntur:

guuntur: nam primum materiæ diſtinctiuum, eſt ipſa quantitas. At quantitates non ſo-
lùm ſuis ſubiectis; verùmetiam propriis ſitibus diſtinguuntur: quomodo enim duarum
diſtinctionem linearum, niſi ex ſituum diſtinctione percipere poſſumus? Quare, ſi duo
corpora per ſua principia eſſentialia, in vno loco ſimul cohabitare poſſunt, non duo, ſed

Duo corpora vnum corpus

vnum erit corpus; per ſuas enim dimenſiones ſunt in loco: dimenſiones verò à ſituum di-
uerſitate diſtinguuntur. at ſi duorum corporum dimenſiones diſtinctæ nō remanent: nec
ergo eorundem principia eſſentialia, nempè formæ, materiæ, qualitates. atq; ita ſi prin-
cipia duorum corporum eſſentialia ſunt eadem; & corpora etiam, quod fieri non poſſe

Facilius eſt vacuum inueniri, quàm duo corpora ſimul

dicimus. Duo ergo corpora ſimul eſſe, ſecundùm principia intrinſeca eſſentialia, fieri
non poſſe, affirmant omnes. Sed dicis, vtrum iſtorum eſt facilius: vacuum in rerum
ordine inueniri, an duo corpora ſimul? Vacuum facilius inuentu dicerem, quàm duo
corpora ſimul; minus eſt enim difficile, naturæ operationem impedire, quàm contra
naturam agere, quod profectò in huiuſmodi negotio contingeret. Verùm ex diuina

Per potentiā dei duo corpora poſſunt eſſe ſimul.

virtute, dimenſiuæ quantitatis effectum cauſante, atque ſupplente, duo corpora ſi-
mul eſſe poſſe, affirmamus, quod quidem clariſſimè cernitur in Sacramento al-
taris, in quo eſt corpus Chriſti verum, & adæquata hoſtiæ quantitas. Similiter in na-
tiuitate eiusdem, in qua de clauſo matris vtero exiuit, & in reſurrectione, intactis ſi-
gillis ſepulchri foras prodiit. eodem quoq; modo, quando clauſis ianuis ad diſcipulos
intrauit: & ſimilia multa diuina potentia contigiſſe, in diuinis legimus ſcripturis. Cæte-

Effectus quantitatis tres.

rùm, ex dimenſiua quantitate tres prodire, cauſariq; effectus legimus: quorum primus
eſt, partium extenſio, atq; diuiſibilitas, quæ à corporeitate cauſatur; ad quantitatis enim
dimenſiuæ rationem ſpectat extenſio, atq; diuiſibilitas: vt 5. met: dicitur, ca: de Quanto.
1. *Et hic quidem effectus à diuina potentia mutari non poteſt; implicat enim contradicti-*
2. *onem, corporeitatem, ſine partium diuiſione, atq; extenſione eſſe. Alius autem corpo-*
reitatis effectus eſt, quo vnum corpus, altero adueniente, è ſuo loco pellitur; nam vt
diximus, duo corpora, ex principiis naturalibus ſimul eſſe non poſſunt: Succeſſio, inquit
philoſophus 4. tex: 32. corporum in eodem loco, fecit cognoſcere locum. Et hic quidem
effectus, quoniam non eſt primus formalis effectus; ſed ſecundarius, à corporeitate ſu-
ſpendi poteſt. Quare, licet diuina virtus calorem impedire nequeat, quin rei, cui ineſt,
eſſe calidum præſtet, quia nimirum huiuſmodi effectus eſt primus formalis; poteſt ta-
men impedire, ne obiectum debitè diſpoſitum calefiat. Poteſt ergo diuina virtus impedi-
re, ne vnum corpus ab altero, ex eodem loco pellatur. Et reuera, ſicut cauſa efficiens ſe-
cunda non agit, niſi mota à cauſa prima; ſic omnis eius effectus ſecundarius à diuina vir-
3. *tute ſuſpendi poteſt. Tertius effectus quantitatis dimenſiuæ eſt, quòd ſcilicet ex corpo-*
reitatum diſtinctione, naturaliter proficiſcatur corporum diſtinctio; ex materia enim
ſubiecta quantitati, vel ex forma ſaltim delata à quantitate, phyſica corpora diſtin-
guuntur: quantitates verò ex diſtinctis partium locis, ſiue ſitibus. Et hic quoque ef-

Deus conſeruat proprietatem diſtinctionum.

fectus diuinæ ſubeſt potentiæ, quippe, qui ad formalem dimenſiuæ quantitatis rationem
non ſpectet, ſitu diſtingui; vnum enim prædicamentum, de alio, vt 1. poſt. dicitur, af-
firmatiuè, atq; formaliter non prædicatur. Duarum ergo diſtinctio corporeitatum, eti-
am in eodem ſitu exiſtentiū, à diuina poteſt ſeruari potentia. Sanè, omni extraneo exclu-
ſo prædicamento, rei naturā non conſequente, naturalis rei proprietas à deo ſeruari ſiue
conſeruari poteſt. ſed ſitu diſtingui, reſpectu dimenſiuæ quantitatis, extranei eſt prædi-
camenti; nō enim magis ſpectat ad formalem quantitatis dimenſiuæ rationem, diſtingui
ſitu, quàm ad rationem formalem accidentis, actu inhærere ſubiecto, cùm ſola aptitudo
illi ſufficere poſſit: nam ſine actuali inhærentia, accidens à Deo conſeruatur, vt patet

Eſſe duorum corporum diſtincta.

in ſacramento altaris: igitur corporum diſtinctionem, in eodem ſitu, Deus conſeruauit,
ac conſeruare poteſt; poteſt namq; duorum corporum eſſe diſtincta, abſque dimenſi-
uarum ſecundùm ſitum quantitatum diſtinctione: & eſſe quoque diſtinctum duarum
quantita-

quantitatum, quatenus ſunt accidentia, quæ ſuis diſtinguuntur ſubiectis, conſeruare. Hæc
autem methaphyſico probari non poſſunt, qui ex ſituum diſtinctione, quantitatis dimen-
ſiones metitur. Itaq; Deus poteſt facere, vt duo corpora in eodem loco ſimul ſint, abſque
illorum eſſe confuſione. Sed contra prædicta, aliquis ſic arguere poſſet: Elementa, teſte
Commentatore 3. cœli comm: 22. remanent in mixto: & in ferro, ignis & ferrum ſunt ſi- Argumenta contraria.
mul: igitur duo corpora poſſunt eſſe ſimul. Sanè, motus non fit in vacuo; quia vacuum 1.
non inuenitur in rerum ordine: igitur in pleno, atq; ita duo corpora eſſent ſimul. Ite- 2.
rum, ſi duo corpora non diſtinguuntur ſitu, ſed in eodem eſſe poſſunt: igitur duæ par-
tes quantitatiuæ eiuſdem corporis, ſimiliter ſe habere poſſunt; vtriuſq; namque par eſſe
videtur difficultas. ſed duæ partes quantitatiuæ ſitu diſtinguuntur; ad quantitatem e-
nim continuam attinet, habere partem extra partem, quod profectò eſt ſitu diſtingui:
duo ergo corpora in eodem ſitu eſſe non poſſunt. Amplius, duo calores per diuinam 3.
virtutem, eidem ſubiecto ſimul ineſſe non poſſunt: nam illi calores, ſi æquales gradus
haberent; tunc ſubiectum ſub vno illorum exiſtens, ad alterum, pro æquali gradu ha-
bendo, in potentia eſſe non poſſet; ſub tali enim gradu exiſtit. ſi verò inæquales; tunc
idem ſubiectum numero, eſſet magis minuſq; calidum, quod certè contradictionem im-
plicat. Si ergo hæc à diuina potentia fieri non poſſunt; multò ergo minùs per eandem
duo corpora in eodem loco ſimul eſſe poſſunt. Præterea, non minor videtur eſſe repu- 4.
gnantia, duo corpora ſimul eſſe, quàm duo contraria perfecta, & intenſa, eodem in
ſubiecto ſimul eſſe accidentia. Etenim, quemadmodum contrario aduenıente, alterum
ſubiecto pellitur; ita planè nouo corpore introducto, prius extruditur. ſed accidentia
contraria perfecta, atq; intenſa in eodem ſimul coaleſcere ſubiecto, eſt impoſſibile. nam
ſi duo contraria eſſent ſimul; & contradictoria etiam, vt 4. oſtenditur met: igitur duo
corpora ſimul eſſe non poſſunt. Item, quòd duo corpora ſimul eſſe non poſſint, in cau- 5.
ſa eſt immutabilis dimenſionum ſitu diſtinctarum conditio: illarum ergo eſt formalis ef-
fectus. at, talis effectus à forma ſeparari non poteſt: igitur duo corpora ſimul coale-
ſcere, ſine dimenſionum diſtinctione, eſt impoſſibile. Sanè, ſi duo corpora in eodem lo- 6.
co diſtincta manere poſſent; tunc certè principia per ſe nota apud Geometram funditus
ruerent, quorum oppoſita contradictionem implicant: ſiquidem apud Geometram, du-
os circulos non ſe tangere, niſi in puncto, & inter duo puncta non dari, niſi vnam line-
am rectam, pro principio habetur. At, ſi duo corpora ſphærica in eodem loco eſſent;
duo planè circuli ſeſe tangerent ſecundùm totum, quippe cùm ſitu nequaquam diſtin-
guerentur, atq; inter duo puncta ſignata, duorum corporum locatorum, duæ lineæ rectæ
inuenirentur. ſed hæc apud illum ſunt factu impoſſibilia: ergo quod prius. Duo ergo cor- Soluuntur ar-
pora ſimul eſſe in eodem loco, eſt impoſſibile. Ad hæc, & ſimilia, ſic reſpondere poſ- gumenta.
ſumus: & ad primum dico, elementa in mixto non eſſe quanta eadem quantitate nume- 1.
ro: præterea ratio illa militat contra duo corpora mathematica. Ad illud de ferro dico,
ferrum aliquibus in partibus eſſe poroſum, in quibus planè poris, ignis coaleſcit. Ad
confirmationem, motus non recipitur in pleno, neq; in corpore; ſed corpora ſibi viciſſim
cedunt, vt dictum eſt. Ad 2. negatur conſequentia: & ad probationem dico, biſari- 2.
am intelligi poſſe, nempe habere partem poſt partem, id eſt, partem à parte realiter
diſtinctam, atq; ita ad continuæ rationem quantitatis attinere dicimus, partem extra
partem habere: interdum verò, habere partem extra partem, hoc eſt, ſitu diſtinctam:
& hoc modo negamus, ad quantitatis continuæ rationem ſpectare. Dices, conuenit con- Obiectio.
tinuæ quantitatis rationi, ſecundùm philoſophum in prædicamentis, poſitionem habere.
ſed poſitio eſt ſitus: ergo &c. Dico, poſitionem illam non eſſe ſitum; ſed partium per- Solutio.
manentiam dicere, atq; copulationem inter eas, ad rei ſucceſſiuæ differentiam: poſitio-
nem verò, quæ eſt ſitus, locatarum partium ad partes loci, ordinē oſtendere, qui profe-
ctò non pertinet ad continuæ rationē quantitatis: quandoquidem nullum prædicamentū

 ſit de for-

ſit de formali alteriùs prædicamenti ratione: poſitio autem, quæ dicit ordinem partium
locati in loco, prædicamentũ vtiq; eſt: proinde propoſito non conuenit illa authoritas. Ad
3. 3. negatur antecedens: nam etſi ſubiecto non diſtinguerentur; diuina tamen virtute, ſei-
pſis diſtingui poſſent: nec vlla inde in vtroq; modo contradictio ſequeretur; quoniam ſi
idem ſubiectum eſſet magis, minusq; calidum; id tamen accideret, non vnius reſpectu,
ſed duorum, & quidem inæqualium. ſimiliter exiſteret in potentia ad colorem æqualem
habendum, non quidem ſeparata, ſed actui coniuncta. Præterea, accidentia ſe habent
ad ſubiectum informatiuè, corpora verò ad locum contentiuè: negatur ergo ſimilitu-
do; magis enim rationi naturæ aduerſatur, idem ſubiectum duabus formis, eiusdem ſpe-
ciei informari, quàm duo corpora in eodem loco contineri: exemplum ergo huius non
4. valet, ideoq; non eſt admittendum. Ad 4. maior eſt falſa; non enim eſt æqua ratio:
etenim cauſa, qua vnum ab altero expellitur contrarium, talis profectò eſt contradi-
ctoriorum incompoſſibilitas: propterea neceſſe eſt, vnum contrarium, ab altero ex-
pelli, ne contradictoria dentur; nam huiusmodi expulſio, quoniam contradictionem
implicat, diuinæ non eſt ſubdita potentiæ. Secus autem res ſe habet in corporum expul-
ſione. ſiquidem cùm ſit ſecundarius effectus; à Deo impediri, atq; ſuſpendi poteſt: nec
inde duo ſequuntur contradictoria, hoc eſt, duo corpora, eſſe vnum corpus: quandoqui-
dem duorum diſtinctio corporum quòad eſſe phyſicum, à diuina poteſt conſeruari po-
5. tentia. Ad 5. negatur conſequentia; incompoſſibilitas enim illa, non eſt dimenſionum
ſitu diſtinctarum formalis effectus; ſed cauſæ potiùs efficientis, nempe dimenſionis:
aut certè effectus ſecundarius, qui à Deo ſuſpendi poteſt, ideoq; duo corpora ſimul eſ-
ſe, eorum dimenſionibus ſitu nequaquam diſtinctis, Deum præſtare poſſe affirmamus.
6. Ad 6. dico, Deum poſſe facere duo corpora phyſica, quòad eſſe phyſicum, in eodem
loco ſimul inueniri: nam etſi duorum corporum quantitates ſitu quidem nequaquam eſ-
ſent diſtinctæ; ex ſuis tamen ſubiectis, ſiue ex ſeipſis diſtinctionem haberent: hoc au-
tem pro perſuaſo mathematicus ſibi habere non vult, quia ſcilicet quantitatis diſtincti-
onem ex ſitus diuerſitate contemplatur. Circuli igitur ex ſuorum diſtinctione ſubiecto-
rum diſtinguerentur: ſimiliter & duæ lineæ à quatuor punctis traherentur; in vtroq; e-
nim duorum corporum, eſſent duo ſignabilia puncta, quæ ex ſuis ſubiectis phyſicè eſſent
diſtincta. Quomodo ergo duo corpora poſſint ſimul eſſe, dixi.

CAP. II.

Vnum corpus poſſe ſimul eſſe in pluribus locis.

Vnum corpus poteſt eſſe in multis locis.

SI duo corpora in eodem loco ſimul eſſe poſſunt; conſequens eſſe videtur, i-
dem corpus poſſe eſſe ſimul in pluribus locis, & quidem localiter. Etenim
idem corpus in multis locis eſſe, perinde eſt, ac plures, ad diuerſa vbi, re-
1. ſpectus habere. ſed eadem albedo, ad diuerſas albedines, diuerſas habet
ſimilitudines, quæ profectò reſpectus ſunt intrinſecus aduenientes: mi-
nor ergo videtur repugnantia eſſe cum relationibus extrinſecis, quæ minùs ſequuntur cō
2. ditiones ſubiecti: vnum ergo corpus poteſt ſimul eſſe in pluribus locis. Amplius, in
eſſentialiter ordinatis, ad prioris multiplicationem non ſequitur neceſſariò poſteriorum
multiplicatio; imò è contra res ſe habet: multiplicantur enim indiuidua, non multipli-
cata ratione ſpecifica: de accidentali quoq; forma ſimile poteſt eſſe iudicium. ſed corpus,
ſiue locabile, eſt prius loco; facit enim latera diſtare, atq; ita videtur locum efficere.
variato inſuper corpore, variatur locus ſecundùm figuram, & non è conuerſo: vnum er-
go corpus, abſq; ſui mutatione, poteſt eſſe in multis locis localiter. Profectò, non plus
difficultatis videtur habere, vnum locum, duo corpora ſimul capere poſſe, quàm vnum
corpus

*corpus in multis locis eſſe. Quare, ſi vnum admiſſum eſt; & aliud quoq; erit admitten-
dum. Item, quòd idem accidens in multis ſubiectis eſſe non poſſit, in cauſa quidem 3.
eſt, quòd idem effectus, plures cauſas totales habere non poteſt. ſed locus in locatum,
aliquam cauſalitatem habere non poteſt, ſed potiùs è contrario: igitur, quod prius.
Adde, quòd forma, quæ non dependet à ſubiecto, ſiue à materia, poteſt eſſe in quali-
bet parte ſubiecti. ſed ita res ſe habere videtur inter locatum, & locum: igitur poteſt
eſſe in diuerſis partibus ſubiecti; ita etiam vnum corpus in diuerſis ſubiectis. Am- 4.
plius, ſi duæ ſimilitudines, vt dixi, in eadem albedine, ad diuerſa habitudinem haben-
te, eſſe poſſunt; ita planè idem corpus, imò multò magis, ad duo loca, duas poteſt, ſi-
ue plures habitudines habere; albedinis enim illæ duæ ſimilitudines, ſunt reſpectus in-
trinſeci, plura verò loca, reſpectu vnius corporis, extrinſeci. At, magis mutari aliquid
debet, ad alicuius ſibi intrinſeci, quàm extrinſeci mutationem, quia nimirum fundamē-
tum reſpectui extrinſeco minùs adæquatur, quàm intrinſeco: ideoq; in eodem ſubiecto,
ſecundum idem fundamentum, non minùs plura vbi fundari poſſunt, quàm ſuper idem
fundamentum plures ſimilitudines ad terminos diuerſos. Sanè, omnis forma abſoluta, 5.
prior eſt naturaliter ipſo vbi: propterea, quando aliquod corpus, diuerſis in locis poni-
tur, quæcūq; inerant ſibi accidentia, illud vbi præcedentia, illi quoq; ineſſe poterunt, vbi-
cunq; locetur; nam variato vbi, iſta variari non eſt neceſſe. At, impoſſibile eſt in eo-
dem ſubiecto ſimul eſſe priuatiuè oppoſita, quod planè ſequeretur, ſi illa duo in vno lo-
co, ſeu locato tantùm, & non in alio haberent eſſe: ergo quod prius, nempe, quòd ad va-
riationem vbi, corpus quoq; non varietur. Ad multiplicationem ergo poſterioris, prius
quoq; ſimiliter multiplicari, non eſſe opus, dicimus. Item, ſicut duobus, vel pluribus 6.
actiuis, ſi paſſiuum proximum fuerit etiam in vno loco exiſtens, ab eiſdem pati poſſet,
atq; aliquam abſolutam recipere formam; ita etiam, idem corpus, plurimis locis appro-
ximatum, aptitudinem habet ſimilem formam recipiendi. In cauſa autem eſt, quia ea-
dem ponitur actiua, atq; paſſiua potentia, hinc, & inde ſufficienter approximata. Ad-
de, quòd ſicut corpus actiuum ſe haberet ad diuerſa paſſiua ſibi approximata, in vno
loco exiſtens; ſic etiam in pluribus locis exiſtens, ad illa vniformiter ſe haberet, ſicut ex
ratione præcedenti clariſſimè patet. Et reuera, quando aliquod corpus, diuerſis in locis,
ac in quolibet locorum, eadem pollet aptitudine, quia nimirum productiuum principi-
um, eſt prius ipſo vbi, tametſi actio ſit poſterior; in pluribus vtiq; locis poteſt ſimul
eſſe. Præterea, Deo eſt poſſibile factu, quod contradictionem non implicat, ſicuti ſu- 7.
periùs fol: 96. & ſequent: dictum eſt. ſed vnum corpus eſſe in pluribus locis non impli-
cat, quemadmodum etiam non implicat contradictionem, plures reſpectus præſentiæ
corporis dominici, in pluribus ſacramentalibus ſpeciebus fundari: itaque, ſicut corpus
Chriſti eſt in pluribus locis ſacramentaliter; ita etiam & localiter. nam ſicut in primo
non obſtat corporis limitatio, plures huiuſmodi reſpectus fundantis, & eos quidem e-
iuſdem rationis; ita nec corporis Chriſti limitatio, quin plures locales reſpectus habere
queat. Vnum igitur corpus poteſt eſſe in multis locis. Hæc quidem ſunt intellectu diffici-* Argumenta
lia, naturæ viribus, quæ modò ſunt cognitæ, quodammodo impoſſibilia: ſed quæ naturæ contraria.
virtuti ſunt impoſſibilia, poſſibilia ſunt Deo, omnium opifici. Aduerſus hæc præcla- 1.
*riſſimorum non deſunt virorum argumenta, quibus huiuſmodi fundamentum omninò e-
uertere conantur. Sic ergo argumentari ſoliti ſunt: Si idem corpus per virtutem diui-
nam poteſt eſſe in multis locis: ergo in infinitis. Tenet conſequentia: nam Deus eſt po-
tentiæ infinitæ, & corpus vniformiter ſe habet ad qualibet loca. At, hoc nulli ſubditur
potentiæ, vt idem corpus ſit in locis infinitis: vnum ergo corpus non poteſt eſſe in mul-
tis locis ſimul. Item, locus & locatum pari ratione commenſurantur; non enim maior* 2.
*ratio, vni quàm alteri tribui poteſt: igitur implicat contradictionem, idem corpus ſi-
mul eſſe in pluribus locis, perinde ac aliquid eſſe locatum circumſcriptiuè, & loco non*

commen-

commenſurari. Sanè, fieri non poteſt, idem corpus, proprios egredi terminos, veluti
propriam exire, ſiue prætergredi quantitatem. at, ſi idem corpus in pluribus locis in-
3. uenıretur, hæc abſurda ſequerentur: ergo quod prius. Amplius, primi per ſe termi-
ni motus, ſunt formaliter incompoßibiles in eodem; alioqui nulla eſſet ratio quærenda,
quare motus diſtare facit corpus motum, illud à termino à quo expellendo: & ad ter-
minum ad quem inducendo. ſed duo vbi circumſcriptiua, termini motus localis, de vno
in aliud eſſe poſſunt: ſunt ergo incompoßibilia formaliter. Sanè, vt idem corpus pluri-
bus ſignetur figuris, fieri non poteſt, quod profectò neceſſariò contingeret, ſi idem cor-
pus in multis locis circumſcriptiuè locaretur; locatum enim ſuis locis configurari neceſ-
4. ſe eſt. Præterea, quemadmodum indiuiduum ſuapte natura in aliquo collocatur ge-
nere; ita etiam & corpus, ſua quantitate, locum ſibi determinat. ſed vnum indiuidu-
um, in diuerſis generibus eſſe non poteſt: nec ergo idem corpus actu in diuerſis locis:
locus enim eſt æqualis locato 4. phyſ: comm: 28 quod planè non eſſet, ſi in diuerſis locis
ſimul eſſet. inſuper idem eßet à ſeipſo diſcretum, quod non eſt fas dicere. Profectò, ſi
idem corpus non poteſt eße ſimul in diuerſis temporibus; nec etiam in diuerſis locis. Te-
net conſequentia; ſucceßiuè enim in diuerſis locis, ſicut in diuerſis temporibus, idem cor-
5. pus inuenitur: ergo quod prius. Adhuc, oppoſitis relationibus idem ad ſe referri eſt
impoßibile; omnia enim oppoſita (vt dicitur in poſt prædi:) contradictoria inferunt:
vnum ergo corpus, non poteſt eſſe ſimul in pluribus locis; alioqui ſimul eſſet ſurſum, &
deorſum, dextrum, & ſiniſtrum, calidum, & frigidum, propinquum, & diſtans, mo-
ueretur, & quieſceret, eſuriens, & ſatur, vnum, & multa, atq; alia, quæ ſunt generis
6. eiusdem: quæ profectò omnia cùm ſint oppoſita, eidem conuenire nequeunt. Iterum,
pluribus mutationibus idem mutari ſimul, & quidem oppoſitis, naturæ ratio non pati-
tur. ſed ſi idem corpus ſimul in diuerſis locis inueniretur; diuerſis ſimul mutationibus
ſubderetur: ergo &c. Reuera, ſi idem alimentum in pluribus locis ſimul eſſe poſſet;
tunc eadem materia numero, diuerſis formis ſimul eſſet informanda. etenim illius ali-
menti ſubſtantia, in diuerſorum animalium naturam conuerſa, diuerſis ſimul naturis in-
formaretur, quod philoſophis, rectæq; rationi, minimè probatur; eadem enim ſubſtan-
tia eſſet homo, & equus. Ex his ergo, atq; ſimilibus conſtat ſatis: vnum corpus in diuer-
ſis locis ſimul eſſe non poſſe. Verùm licet hæc ſunt probabilia argumenta; ſic tamen illis
reſpondere valemus, ſicut capite ſequenti patebit.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

AD primum dico, conſequentiam non valere; alioqui corpus Chriſti eßet
1. infinitum, atq; immenſum: etenim, quemadmodum pluribus locis ſacra-
mentaliter poteſt adeße; ita quoq; & infinitis, neq; ex hoc ſequeretur,
Chriſti corpus eße infinitum. Dicis, eße vbiq;, Deo ſoli conuenire: ve-
rum quidem eſt propria virtute, ac neceßariò. vnde hoc intereſt, inter
Deum, & corpus, quòd Deus ſcilicet cuilibet loco exiſtenti, immediatè, neceßariò, ac
propria natura adeſt: corpus verò virtute diuina, ac minimè neceßariò: ſimiliter De-
2. us ad omnem locum vniformiter ſe habet: non ſic autem corpus: ergo &c. Ad 2. ne-
gatur antecedens; dictum eſt enim paulò antè: in vno loco, virtute diuina plura poße
inueniri locata: ergo in pluribus locis idem locatum. Sanè, quemadmodum fieri poteſt,
pluribus locis, per plures reſpectus intrinſecos idem corpus adeße, & eiſdem intrinſecè
commenſurari; ita etiam ſecundùm plures reſpectus extrinſecos, quod quidem idem
eſt, ac plura vbi circumſcriptiua habere. Itaq;, in pluribus locis poteſt eſſe vnum loca-
tum, ſi-

tum, ſicuti in vno loco, plura locata: nec eadem connumerationi, & commenſurationi,
eſt ratio tribuenda; loci namq; circumſcribentis commenſuratio, & locati, ad ipſorum
ſpectat rationem: connumeratio verò accidit; ſecundùm continuum enim, & non ſecun-
dùm numerum locant, & locantur. Quando ergo ſunt aliqua totaliter adæquata, veluti
vnius ſubiecti quantitas, multis eſt adæquata accidentibus. ſed corpus eſt adæquatum
loco ſecundùm quantitatem continuam, non autem diſcretam; ideoq; vnum exceditur
ab altero. Ad confirmationem dico, eadem omninò ſequi abſurda, ſi in vno loco, plu- Confirmatio.
ra poſſint eſſe locata: nam ſicut ſe habent termini corporis ad terminos loci; ita, è con-
tra termini loci, ad terminos corporis. Quare, ſi propter vnitatem terminorum corporis
ad diuerſa loca corpus proprios terminos egreditur; ita etiam propter vnionem multo-
rum corporum in vno loco, terminos proprios locus egrederetur: atqui diximus duo
corpora, abſq; loci egreſſu, in vno eodemq; loco conſiſtere poſſe: igitur æquali ratione,
vnum corpus eſt in pluribus locis. Ad 3. ſi res ita ſe haberet; tunc pari ratione, cor- 3.
pus Chriſti in multis locis ſacramentaliter eſſe non poſſet, quod eſt falſum. Tenet conſe-
quentia: nam ſi termini motus ſunt duo vbi circumſcriptiua; ita etiam termini mutati- Vbi termini.
onis alicuius corporis, duo vbi præſentialia, ſeu ſacramentalia. Quare, ſi illa non poſſunt
ſimul circumſcriptiuè; nec iſta quoq; ſacramentaliter. Dico igitur affirmationem, atq;
negationem per ſe, mutationis, ſiue motus terminos eſſe, ſimulq; ſtare non poſſe: quibus
iam profectò conuenire aſſerimus, vt motus, ſiue mutatio, ſubiectum motum, ab altero
diſtare faciat: poſitiuum nihilominùs huiuſmodi negationem concomitans, ex parte
termini ad quem; ab ipſa vtiq; eſt ſeparabile, atq; cum termino ad quem, ſimul conſi-
ſtere poteſt. Itaq;, vbi & vbi non ſunt per ſe termini oppoſiti motus, neq; incompoſſibi-
les, quandoquidem in vno corpore inueniri poſſunt; ſed affirmatio, & negatio. vnde,
quamuìs ſit impoſſibile, idem corpus habere aliquod vbi, & ad illud moueri; bene ta-
men fieri poteſt, vt in vno exiſtens; in alio quoq; eſſe poſſit, quemadmodum paulò antè
annotauimus. Ad confirmationem reſpondeo, non opus eſſe pluribus figuris idem corpus
figurari, ſicuti neq; plures quantitates habere, etiam ſi fuerit in pluribus locis, ſecun-
dùm concauum loci, & conuexum locati, ſibi æqualibus. Ad 4. negatur ſimilitudo: 4.
indiuiduum ſiquidem, de genere in genus tranſire non valet: corpus verò, bene poteſt
de loco in locum migrare; ideoq; ſimilitudo non eſt admittenda. Ad probationem dico,
locum & locatum ſecundùm continuam, non autem diſcretam adæquata eſſe, quantita-
tem. Ad confirmationem, idem à ſeipſo nequaquam ſeparari, aſſero: ſed idem in eo-
dem loco remanere, & in alio eſſe; à primo tamen minimè eſſe diſcretum. Quamobrem,
quemadmodum duo corpora, licet in eodem loco ſint ſimul; non tamen ſunt vnum
continuum, ſed abinuicem diſtincta; ita etiam licet vnum ſit in multis; non tamen à ſe-
ipſo diſcontinuum dici poteſt: alioqui corpus Chriſti, quod in multis locis ſacramentali-
ter inuenitur, à ſeipſo diſcontinuum diceretur. Itaq;, ſi idem corpus poteſt habere plura
vbi, in locis longè, vel in propinquo poſitis; ſecundùm eorundem reſpectus, & ſibi pro-
pinquum, & diſtans dici poteſt. Dices, quæcunq; localiter ſimul eſſe dicuntur, ſi vnum Obiectio.
cum alio localiter eſſe dicatur; & cum alio etiam ſimiliter ſe habebit: vt ſi aliquis ſit in
aêre, & in aqua ſimul; aquæ aêriſq; ſuperficies, ſimul quoq; fore neceſſe erit: nam
quæcunq; vni & eidem ſunt eadem; & inter ſe quoque ſunt eadem. Et hæc quidem re-
gula, ſicut in ordine formali; ita etiam, & in ordine ſituq; locorum, authoritatem habe-
re videtur. Reſpondeo, atq; aſſumptum falſum eſſe affirmo; quando enim illud tertium Solutio.
eſt illimitatum, vtpote ſub illorum limitibus non contentum, non opus eſt, illa eſſe con-
iuncta. Sic in triduo, tum anima Chriſti, tum etiam corpus, diuinitati fuit vnitum; non
tamen inter ſe fuiſſe vnita, neceſſe fuit; quia nimirum illud tertium, cui erant connexa,
erat illimitatum, nec ſub vtriuſq; terminis contentum. Porrò, illa regula abſolutè in om-
nibus veritatem non habet; non enim eſt verum dicere, Plato, & Mercurius ſunt idem

in homine: igitur ſunt idem inter ſe. neq;, quia albedo, & dulcedo in lacte, in eodem ſunt ſubiecto, dulcedo erit in albedine; ita illa loca ſunt corpori eidem præſentia: ſunt ergo idem inter ſe. Regula ergo illa ſine talibus modificationibus valet, per habitudinem vtiq;, quam habet ad intrinſeca. Ad aliam confirmationem, negatur ſimilitudo; ratio enim temporis non eſt permanſiua, ſed ſucceſſiua: loci verò permanſiua; idem enim tempus non poteſt eſſe in pluribus temporibus ſimul; quia nec plura tempora, in eodem tempore, non ſic autem loca ſe habent.

Locus & tempus differunt.

5. *Ad 5. relationibus oppoſitis, non eiuſdem quidem, ſed diuerſorum reſpectu fundamentorum, idem ad ſe referri, non eſt inconueniens: cùm autem hic non ſint diuerſa, ſed vnum tantùmmodo fundamentum; non refert, ſi ad oppoſitas relationes referatur: proinde contraria, eidem, ſecundùm idem minimè inſunt, aut ineſſe dicuntur, ſed potiùs ſecundùm aliud & aliud: quemadmodum ſoli ineſt ſimilitudo, & diſſimilitudo, igni cõparatus; luce namq;, non autẽ calore, illi ſimilis eſſe dicitur. Idem quoq; corpus in vno vbi quieſcit & in altero mouetur nec inde ſequitur: ergo mouetur, & quieſcit, cùm non ſit reſpectu eiuſdẽ: propterea committitur fallacia conſequentis.*

6. *Ad 6. ſi res ita ſe haberet; idem quoq; inconueniens ſequeretur, ſiue inueniretur in eo quidem modo, quo corpus Chriſti, nunc ſurſum, nunc deorſum poſitum inuenitur: quod profectò idem eſt, ac ſi eadem res moueretur localiter ſurſum, & deorſum. ſimile quoq; iudicium haberi poteſt, de eiuſdem rationis mutationibus, quando nimirum, eadem diſpoſitione ſub diuerſis hoſtiis poneretur. Quare, ſicut virtute diuina, ad plura vbi, corpus Chriſti ſacramentaliter inuenitur; ita etiam, eadem virtute, idem corpus, ad plura loca circumſcriptiua mouebitur. Ad confirmationem, eadem manet difficultas: nam ſicut idem alimentum, ſi in pluribus eſſet locis, à diuerſis poſſet animalibus ſumi, illis in locis exiſtentibus; ita planè in vno loco exiſtens, à duobus inibi exiſtentibus: diximus enim in eodem, duo poſſe corpora inueniri. Rem igitur intelligendam eſſe cenſeo, ſicut ante dictum eſt; eſt enim admodum obſcura, & humano intellectui incognita.*

CAP. IIII.

Cui conuenit eſſe in loco.

Quibus conuenit eſſe in loco.

POſteaquam audiuimus quid ſit locus, & quomodo ſe habeat ad locata; operæpretium erit ſcire, quibus conueniat eſſe in loco, & quomodo aliqua per ſe, aliqua verò per accidens ſint in loco. De quo quidem abundè diſputat philoſophus 4. phyſ: comm: 43. & ſequent: Cui corpori, inquit, ineſt aliquod corpus extra continens ipſum, hoc in loco eſt: cui verò non, minimè. Aqua ſecundùm totum quodammodo eſt mobilis: ſecundùm quod eſt totum, non transmutat in ſimul locum: alio modo mouetur circulariter. corpora recta in loco ſunt, quia corpus extra ſe habent, non ſic vniuerſum, atq; ideo non eſt in loco. hoc autem manifeſtè patet: nam locus eſt finis corporis continentis. ſed quomodo cœlum locali motu mouetur, ſi loco caret? Mouentur partes, non totum, locum enim ſimul non mutat, ſed ſecundùm partes tantùm. Itaq;, vniuerſum, quatenus eſt vniuerſum, non eſt in loco, ſed ipſe eſt locus omnium; quatenus verò per partes mouetur, & per partes etiam eſt in loco.

Quomodo cœlum ſit in loco.

Per ſe in loco

Ex quo perſpicuum eſt, alia eſſe in loco per ſe, alia verò per accidens: per ſe quidem, quæ extrorſus habent corpus, quo planè modo, vniuerſum non eſt in loco, cùm externum non habeat corpus, à quo contineatur. Poteſt autem dici eſſe in loco, ratione partium, quarum altera alteri inhæreat, atq; ſub altera contineatur.

Per accidens.

Alia ſunt in loco per accidens, ſicuti anima, & cœlum: anima quidem, quia eſt in corpore, quod per ſe eſt in loco: cœlum verò, hoc eſt, vniuerſum, quod eſt in loco per accidens, quia eſt in partibus,

tibus,

tibus: quarum vna, aliam per ſe locat; omnes namq; partes quodammodo ſunt in loco: circumquaq; enim, alia aliam continet. ſicut enim anima eſt totum corporis; ita vniuerſum eſt totum partium: quare, vt anima, ratione corporis, eſt per accidens in loco; ita etiã & vniuerſum. Itaq;, vniuerſum alicubi non eſt: quod enim alicubi eſt, & ipſum eſt aliquid, & inſuper aliquid aliud extra ſe habere oportet, in quo ſit, & à quo contineatur. at, extra totum vniuerſum, nihil eſt omninò: vniuerſum ergo vt iam diximus, in loco propriè eſſe nequaquam poteſt. Quocirca cœlum omnia mortalia corpora continet, in quo, veluti in loco communi, omnia mortalia ſunt. Extra autem cœlum, nullum eſt mortale; omne enim corpus, aut continet, aut continetur: cœlum autem non continetur, ſed continet: cœlum ergo eſt locus omnium, & id quidem cœli vltimus finis quieſcens, quo mortale, ſiue mobile corpus tangit: quieſcit autem ille finis non ſimpliciter; ſed à motu, quo mortale corpus mouetur. Quapropter & terra in aqua eſt, hæc autem in aëre, hic verò in æthere, æther verò in cœlo: cœlum autem non amplius in alio eſt. Ex his autem patet, locum non augeri, neq; puncti locum eſſe, neq; duo corpora in eodem loco; quia non neceſſe eſt, ipſum locum eſſe corporis interuallum: nam corpus quoduis locatum, ſiue ignis, ſiue aër, ſiue quoduis intra locum eſt: non autem tale corpus locatũ eſt intra corporis ſpatium per penetrationem; eſt enim alicubi locus, non autem in loco, ſed vt finis in eo, quod eſt finitum; non enim eſt in loco omne quod eſt, ſed mobile corpus. Quomodo igitur, quædam ſint in loco, & quidem per ſe, alia verò per accidens, dixi. Dicam poſthac quomodo vnumquodque in ſuo loco naturaliter maneat. Sanè, manet ſuapte natura vnumquodq; in proprio loco, quia eſt quodammodo pars illius: pars, inquam, diuiſibilis ad totum. Quòd autem locatum ſe habeat, vt pars, idem perſpicuum eſſe poteſt, quòd ſit illo minus, atq; ſimilare. Locatum præterea, eſt veluti materia: corpus verò, vt forma. 1. *At materia eſt pars formæ, atq; illi cognata; aër namq; & aqua* 2. *ita ſeſe habent adinuicem; vt aqua materia aëris ſit, aër verò vt forma, ſiue actus: aqua namq; poteſtate eſt aër; & aër alio modo, potentia eſt aqua. Amplius, res mouetur* 3. *ad proprium locum; quia vltimum corporis continentis, conuenit cum vltimo rei motæ, ſaltem in altera qualitate. Aqua igitur potentia eſt aër, atq; ad ipſum, veluti pars ad totum ſe habet. vnde & his tactus ineſt, copulatio, cùm vtraq; vnum fiunt. Res certè quàmprimùm ſunt continuæ, tam primùm ceſſant agere, & pati, atq; cùm ſunt tangentes, & diſcontinuæ, agere poſſunt & pati. Vt igitur, vnum elementum, alterum locet, duo ſunt neceſſaria: alterum, vt ſit locato affine: alterum, vt ſit natura antecedens, locatum verò, natura immediatè conſequens: ſic ignis locat aërem, & non è conuerſo, hinc ignis non locat terram, licet ſit illi in altera qualitate affinis. Cauſa autem quietis, vnius elementi in altero eſt, quia vnum eſt pars alterius, locatum pars continentis, ſola diuiſione differens. Locatum igitur eſt pars, ſcilicet perfectionalis, quæ naturaliter quieſcit in ſuo toto, maximè, cùm in illo ſit ſua perfectio, ex quiete conſequens.*

Anima per accidens eſt in loco.

Cœlum eſt locus omnium.

Puncti locus.

Vnumquodque naturaliter manet in ſuo loco.

Elementorũ locatio.

Cauſa quietis.

QVAESTIONIS TERTIAE. CAP. I.

Locus Dei.

QVibus in loco eſſe, & per ſe quidem atq; per accidens, ex philoſophi ſententia, percepiſſe lectorem arbitror: verùm ne dictorum breuitatem excuſare valeat, de ſingulis quibusq;, paululùm copioſiùs, diſtinctiùsque diſputare conabor. Et inprimis, quomodo Deus ſit in loco, cùm ſecundùm philoſophos, tum etiam ſecundùm theologos. Mercurius in Aſclepio: Deus eſt ſupra verticem ſummi cœli, conſiſtens vbique eſt, omniaq; circumſpicit; ſic eſt enim vltra cœlum locus ſine ſtellis, ab omnibus

rebus corpulentis alienus: talem locum obtinet Deus. *Primo cœli tex: com: 22. cœlum Dei locum eſſe, ex omnium propemodùm legum conſenſu, philoſophus præclariſſimè docet: Omnes, inquit, qui deos eſſe arbitrantur, tam barbari, quàm Græci, ipſum ſupremum locum, Deo attribuunt: vt videlicet immortale, ad immortale ſit accomodatum, quippe cùm alio modo ſit impoſſibile: ſi igitur eſt aliquid diuini, quemadmodum eſt, cœlum colit, illiusq; ſedes reputatur. Eſt autem Deus in cœlo, non ſicut corpus eſt in loco per circumſcriptionem: neq; vt aqua eſt in vaſe per æqualitatem, ſed potiùs per manifeſtiſſima ſuæ operationis inſignia; inibi enim magis elucet ſuæ diuinitatis, bonitatisq; potentia. Et tex: comm:* 100. *Quocirca, ait, ea, quæ illic ſunt, nec apta ſunt eſſe in loco, neq; tempus ipſum facit ſeneſcere, neq; vllius eorum eſt vlla mutatio, quæ ſuper vltima ſunt conſtituta latione; ipſum tamen eſſe, atq; viuere, aliis quidem clariùs, aliis verò obſcuriùs communicatum eſt: in conuexo namq; primæ ſphæræ, ſiue in primo orbe, propter velociorem motum inibi exiſtentem, Deum eſſe, eo quidem modo, ſicut dixi, philoſophus arbitratur. Et id quidem 8. phyſ: comm:* 84. *ab eo præclarè deſcribitur: Aut, inquit, in medio, aut in circumferentia illud ſit, neceſſe eſt; ea enim, quæ propinqua ſunt mouenti, celeriùs mouentur. talis autem eſt vniuerſi motus: illic igitur eſt ipſum mouens. Itaq; Deus, quatenus eſt primus motor, & à quo eſt omnis motus, in eo loco eſſe dicitur, vbi maior motus conſpicitur, nempe in prima circumferentia: at verò, quatenus eſt centrum omnium, atque quies, in medio eſſe, ſecundùm Platonis ſententiam, dicitur; in medio enim eſt quies maior, fortior, atq; diutior. Anima mundi, id eſt, Deus, in medio cœli habitat, vt ſcribitur in Timæo. Sanè, duo ſunt vniuerſi orbis principia, centrum videlicet, principium ex quo, & circumferentia, qui eſt finis, ſiue principium ad quem. Quare, aut in medio, aut in circumferentia, principium primum, præclariſſimi illi philoſophorum principes eſſe putauerunt. Profectò, ibidem agens verſari dicimus; vbi eius actionem clariùs conſpicimus. ſed primam, atq; præcipuam primi actionem motoris, motum eſſe, arbitrati ſunt, qui certè motus in vltimæ ſphæræ circumferentia latiſſimè patet: illam ergo rati ſunt ſedem primi eſſe mouentis; in prima namque circumferentia, eſt tum validior, tum vniformior motus. Quamobrem, ad id ſtatuendum, tribus rationibus nititur commentator 8. phyſ: comm:* 84. *Actio, inquit, primi motoris, & hæc incircumferentia vltima, maximè apparet. poſtremò, de hoc communis eſt omnium ſententia: verùmtamen idem primus motor; diuerſo tamen reſpectu, vniuerſum, & quieſcere, & moueri facit: quieſcere, inquam, earum priuatione cauſarum, quibus motu recto moueretur: moueri verò, ob formam ſibi tributam. Sed dices, primam ſphæram, quam Dei locum appellas, cæteris tardiùs moueri animaduertimus, & ita proximos ſibi planetarum orbes: quomodo dictum eſt à philoſopho, celeriùs moueri, quæ primo ſunt proximiora mouenti? Reſpondet Auerr: hoc intelligendum eſſe de motu diario, quem* 24. *horarum ſpatio, abſoluit. Sed argues, ſi ita res ſe haberet; eſſent vtique duo primi orbis motores: alter ſcilicet motus diurnus: alter verò, motus retrogradus ſiue contrarius, vt ita dicam. at, tunc alter illorum, nempe à quo motus diurnus dirigitur, eſſet in circumferentia primi mobilis: alter verò, à quo motus contrarius producitur, in cœlo lunæ conſiſteret. Dico, motum retrogradum primi mobilis, ac motum ſuperiorum planetarum, inferiorum motibus, citius abſolui, quòad motum ſpectat, non autem quòad circulationem, idq; propter vaſtam, & quodammodo immenſam illarum molem ſphærarum atq; magnitudinem. Et reuera, maius corpus, maiori pollet virtute motrice: & quò proximius eſt ſummo, eò magis eſt tale; & in mouendo orbe, & in cæteris perfectionibus exhibendis. Dices, primus motor non eſt corporeus: proinde in loco eſſe non poteſt: quomodo ergo mobilia mouenda, celeriùs mouebuntur, propter propinquitatem, quam ad primum dicuntur habere motorem? Ad hæc reſpondet Auer: appropinquationem illam intelligendam eſſe, ſecundùm eſſe, hoc eſt, ſecundùm operationem*

Quomodo Deus ſit in cœlo.

Incircumferentia.

Plato dicit Deum eſſe in medio cœli.

Auerr.

Quomodo primus orbis citius mouetur.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Solutio.

tionem ſeu actum primum, ſiue ſecundum, non autem ſecundùm locum: motor enim atq; motus, quò primo vicinior extiterit; eò perfectior atq; velocior iudicatur: nam cuius operatio eſt præſtantior; & eius quoq; ſubſtantia ſimiliter ſe habebit. vnde 2. cœl: comm: 58. Quod igitur, inquit, magis propinquum eſt primo orbi; magis deſiderium habet dei, & amãdi, & obſeruandi quoniã propinquitas in loco illic, eſt ſimilis propinquitati eſſentiarũ ad inuicem, quæ eſt propinquitas in ſcientia & in intellectu rationali: quantò enim magis intellectus primi moti eſt fortior; tantò magis deſiderium erit perfectius: & quantò magis deſiderium eſt fortius; tantò motus erit velocior: patet ergo quomodo primus motus eſt velociſſimus. Plotin in hanc materiã multa pulchra deſcripſit, Enn. 6. lib. 9. cap. 6. Locus, inquit, illi eſt nullus; nullo enim indiget fundamento, quaſi ſe ſuſtinere non poſſit. Sane, quod quærit locũ; proculdubio eſt egenũ. Deus verò nullius indiget: locus igitur illi non eſt tribuendus, ſicuti cæteris tribuitur creaturis. Quamobrẽ lib. 8. eiuſdem Enn. ca. 16. ait, deum eſſe vbiq; & nuſquam eſſe. vbiq; planè, quia nulli loco deeſt: nuſquam, quia nullo loco concluditur: ipſe namq; ſupremus exiſtens, ſubdita habet omnia, quæ ad ipſum ſuſpiciunt: ipſe intra ſe æquè per totum, quaſi perfertur, ſeipſum amans puram lucem, hoc ipſum, quod amat, exiſtens; ſiquidem actus eſt permanens, & quod ibi amabiliſſimum eſt, veluti intellectus exiſtit. Intellectus autem ipſius eſt opificium, quapropter opificium ipſe eſt. Reuera, ſi ex eo maximè eſt, quoniam quaſi ſibi innititur, & quaſi reſpicit ad ſeipſum, ipſumq; velut eſſe ſibi, eſt reſpicere ad ſeipſum, nimirum quaſi efficit ſeipſum. Non igitur eſt vt contingit, ſed vt ipſe vult: neq; voluntas ibi temeraria eſt, & vana; optimi enim voluntas, inanis atq; fortuita eſſe non poteſt: Deus igitur ſibimet exhibet ſubſiſtentiam, quia eſt hoc ipſum quod exiſtit, nempè actio ad ſeipſum. Quare, ſi eius actio facta non eſt, ſed ſemper exiſtit, quaſi vigilantia quædam, nec aliud ibi vigilans eſt, aliud vigilantia, quæ quidem ſuperintelligentia quædam eſt ſemper vigens, profectò ſic eſt, ſicut & vigilauit. Non ergo ſicut contigit, ſed vt ipſe voluit; ſic deus exiſtit. Mirabilia profectò ſunt hæc Plotini verba, quibus diuinæ maieſtatis natura, tam breuiter atq; acutè, præclarèq; deſcribitur, de qua in primo atq; in ſecundo Pymandri abundè locuti ſumus. Deus certè, eſt ſua actio atq; ſuum eſſe ex ſeipſo & in ſeipſo, & nihil extra ſeipſum, ſed omnia ab ipſo & ſine ipſo; nil: per ſeipſum ergo, & in ſeipſo ſubſiſtit. Proinde enn 6. lib. 9. cap. 7. Deus, inquit, ita poſitus eſt alicubi, vt etiam non deſtituat alia, ſed vbicunq; eſt quod poſſit attingere, ipſe deus eſt præſens, ſolùm non potenti non adeſt. Et lib. 8. enn. 6. cap. 20. Non licet dicere, deum, priuſquam fieret, extitiſſe; quandoquidem non erat antequam fieret, ſed iam totus erat agendo, quippe cùm actus ſit prorſus liber atq; ita à ſeipſo exiſtit: nam ſi in ſuo eſſe ſeruaretur ab alio; non ipſe primus ex ſeipſo prorſus exiſteret, quod eſt erroneum: Deus igitur eſt actus liber, atq; æternus, libenter in ſeipſo exiſtens. Quid enim eſt ipſius, quod non ſit ipſe? Quidnam eſt ibi, quod non agat ipſe? Quòd ſi in eo foret, non opus eiuſdem haudquaquam vel eſſet purè liber, vel omnia potens. Itaq;, quis ſit locus dei, hæc ex diuina Plotini philoſophia, colligere tentauimus. Diuus quoq; Aug. lib. de fide ad Petrum cap. 3. Deo, inquit, nullus eſt latus aut anguſtus locus, quia non minùs in anguſtiis quàm in latis totus eſt. Per mundi partes, partibus ſuis, non eſt ipſe diffuſus, omnibus quæ fecit operibus adeſt, ineffabiliter vbiq; totus, & implet, & continet: Cœlum, inquit Ieremias, cap 23. & terram ego impleo. Sanè, neq; in iis quæ diuiduntur, ipſe diuiditur: neq; in iis, quæ mutantur, ipſe mutatur; alioqui in rebus mutabilibus ordo quidam conſilij ac diſpoſitionis eius incommutabilis nequaquam permaneret. Et Epiſt. 57. ad Dardanum, Fatendum eſt, inquit, vbique deum eſſe per diuinitatis præſentiam, ſed non vbiq; per habitationis gratiam: propter hanc eu'em habitationis gratiam dicimus: Pater noſter, qui es in cœlis: vt templum eius, potius in oratione commemoremus, quod & nos ipſi eſſe debemus: & in quantum ſumus, in tantùm ad eius ſocietatem, & adoptionis familiam pertinemus. Si enim populus

Auer.

Plotinus.

Deus eſt vbique & nuſquã

Deus eſt quod amat.

Voluntas dei non eſt vana.

Deus ſemper vigilat.

Deus eſt in ſeipſo & à ſeipſo.

Deus eſt actus liber.

Auguſtinus.

Deus eſt vbiq;

Nos ſumus locus dei.

dei nondum factus æqualis angelis eius, adhuc in iſta peregrinatione dicitur templum eius; quantò magis eſt templum eius in cœlis, vbi eſt populus angelorum, quibus aggregandi, & congregandi ſumus? Verũ ergo dictum eſt à Propheta: Dominus in templo ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes eius; nam templum dei nos ſumus, iuxta Apoſtolum ſcri-
Paulus. *bentem ad Cor. 1. cap. 3. Si quis autem templum dei violauerit, diſperdet illum deus. Anima iuſti, ait ſapiens, ſedes eſt ſapientiæ. Et Apo. ad Heb. 3. Domus dei nos ſumus. Locus igitur dei eſt anima iuſta. Vnde Sermone 2. Domini in monte, ſicut dictum eſt Geneſ. 3.*
Dauid. *Terra es & in terram ibis: ſic cœlum, iuſtus è contrario dici poteſt: propterea in oratione dominica petimus: Pater noſter qui es in cœlis. Dicis, quomodo Deus eſt vbiq; totus, quan-*
Sap. *do in aliis eſt amplius, in aliis minùs? Sanè, ideo vbiq; eſt totus, quia nulli parti rerum abſens eſt: ideo totus, quia non parti rerum partem ſuam præſentem præbet: & alteri parti, alteram partem, æquales æqualibus, minori verò minorem; ſed cuilibet parti totus*
Vbiq; totus. *pariter adeſt. hiq; ab eo longè eſſe dicuntur, qui peccando diſsimillimi facti ſunt: & hi ei propinquare, qui eius ſimilitudinem piè viuendo recipiunt. Itaq;, deus vbiq; eſt, quia nuſquam eſt abſens: in ſeipſo autem totus, quia non continetur ab eis, quibus eſt præſens,*
Quomodo inhabitat. *tanquam ſine eis eſſe non poſsit: Neq; enim ad habitandum diuidit ſe per hominum corda, ſeu corpora; ſicut lux iſta per aditus, & per feneſtras domorum, ſed potiùs ſicut ſonus, quem ſurdus non capit, ſurdaſter non totum, acutus autem percipit: vnde tantò magis alius alio capit; quantò eſt acutioris, & tantò minus; quantò eſt obtuſioris auditus: cùm ille non variè minusq; inſonet, ſed in eo loco in quo ſunt, omnibus æqualiter præſto ſit. Quid ergo ſit locus dei ſecundùm huiuſmodi phil. breuiter explanauimus.*

CAP. II.

Locus dei ſecundùm ſcripturas.

Pſal. 138. *INter diuinarum oracula ſcripturarum, quæ de dei loco, ſeu habitatione, locuta ſunt, Dauid, & numeroſitate oraculorum, & claritate eorundem, omnibus propemodum antecellit: nam Deum vbiq; eſſe Pſal. 138. mirificè depingit: Si aſcendero in cœlum tu illic es, inquit, & ſi deſcendero in infernum, ades. q. d. Tu es vbiq;, tuumq; aſpectum effugere non valeo. Etſi aſſumptis pennis, mane primo quoq; tempore, vt longiùs procedere die tota valeam, & extrema orbis attigero, eris certè in his extremis mundi locis incognitis, ac cæteris terrarum*
Pennæ auroræ. *partibus. Quòd ſi ſumpſero pennas auroræ, dat auroræ pennas, quibus nihil ſit velocius; iſtis enim alis aurora repentè ab ortu deuolat ad occaſum, vnoq; momento vſq; ad vltimum Oceanum excurrit. Nam cùm dies terris irradiare cœpit, quæ aurora dicitur, breuiſsimo temporis interuallo omnia luſtrantur. Pennæ igitur auroræ, eſt velociſsimus auroræ per omnem mundum decurſus: Si igitur hac ſim præditus, inquit, velocitate, fugiens conſpectum tuum; nihil tamen profecero. Etenim, tantùm abeſt, vt te effugiam, vt illuc manus tua deducat me, & teneat me dextera tua. Ex hoc autem Dauid oraculo, deum eſſe vbiq;, clariſsimè patet. Ab eodem tamen Propheta, præcipuus quidam locus deo tribuitur, in quo deum eſſe, per quãdam ſuæ maieſtatis operationem, dicere ſoliti ſumus: vnde & eccleſiam dei, locum dei appellamus, qui profectò multis nominibus ap-*
Locus paſcuæ. *pellatur. Pſal. 22. vocatur locus paſcuæ: In loco paſcuæ ibi me collocauit, id eſt, in eccleſia, quæ eſt cæteris omnibus, ſancti ſpiritus chariſmatibus pinguior, mons incaſeatus, mons pinguis. Pſal. 25. appellatur locus habitationis gloriæ domini: Domine, ait, dilexi de-*
Locus gloriæ *corem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Locus, inquit Auguſt. gloriæ, in quo*
Locus ſanctus. *deus glorificatur maximè. Pſal: 67. vocatur locus ſanctus: Deus in loco ſancto ſuo, qui habitare facit vnius moris in domo. Cùm ille vbiq; ſit totus, ait Auguſt. & nullus eum*

contineat

*contineat corporalium ſpatiorũ locus, quomodo in loco erit, ſubdit, locus eius eſt, vbi eſt
vnanimitas animorum. hic eſt locus ſanctus, in quo habitat deus. Propterea Pſal.75 no-
minat locum pacis: Et factus eſt in pace locus eius. Profectò ſi eſt deus pacis; locus quo-* Locus pacis.
*que pacificus ſit neceſſe eſt: locus enim, & locatum ſunt proportionabilia. Pſal. 70. vo-
catur locus munitus: Eſto, inquit, mihi in deum protectorem, & in locum munitum. Nos* Locus munitus.
*ſanè ſumus locus dei, quatenus ſuam in nobis teſtatam eſſe vult bonitatis magnificenti-
am, & habitando, & tuendo, & magnificando: deus verò eſt locus noſter, quatenus eſt
quies, & centrum noſtrum eſt. Qui primò erat metus fugæ, factus eſt locus refugij, lo-* Auguſt.
*cus munitus. Quid munitius, cùm ad illum locum confugeris? dic mihi quos aduerſarios
formidabis? Pſal.30. nominatur locus ſpatioſus: Et ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos:* Locus ſpatioſus.
*locus planè charitatis latitudine dilatatus, quem tribulationum multitudo, inſidiarum
acerbitas, anguſtum facere non valet. Quamobrem Pſal. 118. ait: Et ambulabam in lati-
tudine: Mens polluta, inquit Hilarius, hoſpitio deum non recipit; patulum enim domici-* Hilarius.
*lium inconceptibili deo opus eſt: & idcirco in amplitudine propheta ambulat, quia in
ſe loquentis habitatio eſt. Peccatis coarctatur in nobis animi amplitudo, ac difficilia
omnia, & anguſta ſunt, cùm diuini verbi habitatione ſumus indigni: Latum ambulat, in-
quit Arnobius, quem affectus non ligat carnis: ſpatiatur quem rerum ſarcinæ non co-* Arnobius.
arctant. vnde Ambroſius: Sapiens in cordis ſui ambulat innocentia, & de eius fonte Ambroſius.
*ſuperfluunt aquæ ſuper eius plateas, qui mentem non intra corporalia & terrena con-
cludit, ſed dirigit ad cœleſtia, vt conuerſatio eius ſit in cœlo. Auguſt. Ambulabo in la-* Auguſt.
*titudine, id eſt, in charitate, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui
datus eſt nobis. hanc cordis latitudinem ſentiebat Apoſtolus ſcribens ad Cor. 2. cap.6.
Cor noſtrũ dilatatum eſt ô Corinthij, non anguſtiamini in nobis, ſed dilatamini & vos. Sic
etiam Dauid in eodem Pſal. profitetur: Viam mandatorum cucurri, cùm dilataſti cor
meum: Cor, inquit Hilarius, dilatatur, quod per fidem capax doctrinæ dei panditur, in* Hilarius.
*quo ſacramentum patris & filij reſidet, in quo capaci habitatione, ſpiritus ſanctus dila-
tatur; de credentibus enim dicit Apoſtolus ad Cor.2.cap.6. Vos enim eſtis templum dei* Paul.
viui: ſicut dicit deus Leuit: cap.26. Quoniam inhabitabo in illis, & ero illorum deus: & Leuit.
*ipſi erunt mihi populus. Quàm magnus & ſpatioſus eſt locus, per quem ambulat deus:
O Iſrael, inquit Propheta Bar. 2. quàm magna eſt domus dei, & ingens locus poſſeſſionis
eius: magnus vtiq; & immenſus propter latitudinem charitatis. propterea 3. Regum* Baruch.
cap. 4 ſcribitur, deum dediſſe Salomoni latitudinem cordis, quaſi arenam, quæ eſt in Salomon.
littore maris. Cordis autem dilatatio, ait Auguſt. iuſtitiæ eſt delectatio, hoc munus eſt Auguſt.
*dei, vt in præceptis eius, non timore pœnæ anguſtemur, ſed dilectione, & dilatatione iu-
ſtitiæ dilatemur. Locus igitur dei eſt ſpatioſus, quia eſt locus charitatis, quod eſt la-
tum mandatum nimis. In Pſal. 102. locus dominationis nuncupatur: Benedicite, inquit,* Locus dominationis.
*dominum omnia opera eius, in omni loco dominationis eius: locus ergo dei eſt, cui ipſe
dominatur, in quo benedicitur & magnificatur. Ne ergo dixeris (inquit Auguſt.) non
poſſum benedicere dominum in oriente, quia ad occidentem profectus eſt, quia vbique
eſt, vt vbiq; benedicatur, & vndiq; eſt, vt illi vndiq; iubiletur: ſic autem vndiq; benedi-
citur, vt vbiq; bene viuatur. Moyſes Exod. 3. terram ſanctam appellat: Solue calcia-
menta pedum tuorum; locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt: Locus ſanctus appellatur* Moyſes.
(inquit Origenes homel.5. in Ieſum Naue) propter præſentiam domini, qui locum ſancti- Terra ſancta.
ficauerat: ſic etiam nos per domini præſentiam, locus eius efficimur, ſi ſoluerimus à pe- Origenes.
*dibus animæ noſtræ, ſi quid in eis vinculi mortalis annexum eſt. Iſti ſunt pedes, quos la-
uat Ieſus, quos niſi lauerit; non habebimus partem cum eo. Et homel. vnica ſuper lib. Reg.
Priuſquam templum, ait, ædificaretur in Ieruſalem, domino ſacrificia offerebantur in
Silo, quod interpretatur calciamenti reſolutio, ſiue auulſio. Et quidem rectè; locus enim* Silo.
in quo peccata purgantur, auulſio dicitur, quia inibi auellitur cor lapideum, & inſeritur Auulſio.

cor carneum: vel diſcalciatio, quia cùm domini locus efficimur, mortalitatem deponimus.
Calciamenta Moyſis. Habebat Moyſes calciamenta de pellibus mortuis, & erat velut quadam mortalitate conſtrictus: cùm verò cœpit proficere ad virtutem, & aſcendere moutem dei, atq; ibi immortalibus miniſtrare myſteriis; tunc dicitur ad eũ, vt indicia mortalitatis abijceret, quæ in calciamentis pelliceis deſignantur.
Calciamenta Apoſt. Iubetur Apoſtolis, vt ſine calciamentis incederent, quatenus ipſorum pedes, qui currebant ad pacem nuntiandam, omni carerent mortalitatis indicio. Itaq;, ei ſunt mortalitatis calciamenta deponenda, qui locus dei effici cupit. Dei locus à Iob ſolicitè quæritur, nec inuentu facilem eſſe fatetur: Quis, inquit
Iob. 28. eſt locus intelligentiæ, nou inuenitur in terra ſuauiter viuentium, hoc eſt: Eorum, inquit Hieronymus, qui nullo iugo diſciplinæ tenentur. Abyſſus dicit non eſt in me, id eſt, infernus: Et mare, id eſt, mundus, loquitur, non eſt mecum: non dabitur aurum obrizum
Hieronymus. pro ea: non appendetur argentum pro ea: hoc eſt, nulli terreno eſt pretio conferenda. nou confertur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi Sardonico, vel Saphyro. Ecce timor domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere à malo, intelligentia. Locus ergo ſapientiæ, eſt anima iuſta, cui ineſt timor domini ſanctus, manens in ſeculum ſeculi: ſine quo nulla vera poteſt
Prouer. 6. eſſe iuſtitia. Et reuera, vt dicitur in Prouerbiis: Anima iuſti, ipſa eſt ſedes ſapientiæ: Iſai-
Iſa. as autem cap. vlt: Cœlum mihi ſedes eſt, id eſt, anima iuſti, quæ cœlo comparatur, ob vi-
Ierem. tæ quidem eminentiam. Et Ieremias 23. Cœlum & terram ego impleo, dicit dominus, hoc eſt, animum & corpus: propterea oramus, vt dei voluntas fiat in cœlo & in terra, hoc eſt, vt & corpori & animæ domiuetur, quia totum hominem vult ſibi locum eſſe,
Cyprianus. Baſilius. qui totum hominem aſſumpſit, & totum ſauaturus venerat, deniq; qui totum hominem ſanauit in Sabbato. Nos ſumus ergo locus dei, & templum altiſſimi. Vnde Baſilius Magnus in epiſtola ad Gregorium theologum, ſic philoſophando loquitur: Dei, inquit, habitatio eſt, inſidentem intus deum, memoria complecti; hac namq; ratioue templum dei efficimur, quando nec terrenis curis perpetuus tenor memoriæ interpellatur, nec improuiſis perturbationibus intellectus tumultuatur. ſi ergo nos præſentiæ dei iam dignos red-
Chryſ. diderimus, præſentem deum habebimus: Inuocantes enim ſe, deus ſequitur, inquit Chryſoſtomus ſermone octauo de reſurrectione domini, & trahit, & non repugnat: ſanctos diligit, flagitioſos fugit. Is igitur deum habitatorem non habet, qui dominum abeſſe com-
Quòd ſit vbique. pellit. Locus ergo dei præcipuus, ſunt ſpiritus ſanctorum, mentes purgatiſſimæ, tametſi vbiq; ſit per ſuæ potentiæ virtutem, maieſtatis immenſitatem, præſentiæ intelligentiam. Sanè, cuiuſcunq; rei limitatio, imperfectionem ſonat, quemadmodum & ipſa finitas, vt ita dicam. Quare, ſi deus non eſſet vbiq; creaturæ eſſet comparandus, quæ locorum conditionibus ſubiacet. Profectò, ſi omnia tempora, loca, atq; creaturas deus producit & continet: cuilibet ergo illorum deum adeſſe neceſſe eſt; alioquiin nihilum, vnde venerant
2. redirent omnia, proprio conditore & conſeruatore deſtituta. Amplius, deus eſt immutabilis (ſicut dictum eſt in primo Pymandri) igitur eſt vbiq;, aliter alicui eſſet mutabilitati obnoxius; de loco ad locum enim moueretur: operatione ſaltem, ſiue aliquo contactu, vbi priùs non erat, quod planè deo conuenire non poteſt, cœlum & terram implenti. Reuera, quamuis, quoſdam nouos in creaturas deus producat contactus; adeſt tamen priùs, etiam ſine illorum oſtenſione: & id quidem aliis non conuenit creaturis, quæ vbiq; adeſſe nou poſſunt. Deus igitur eſt vbiq; totus, cuius ſedes cœlum eſt: terra
3. autem ſcabellum pedum ſuorum. Iſa: 66. Qui cœlum metitur palmo, & terram pugillo concludit. 40. Iſa: quia nimirum ipſe eſt interior, & exterior, ipſe inferior & ſuperior:
Iſa. regendo ſuperior, portando iuferior, replendo interior, circundando exterior. Sic autem eſt intus, vt portet: ſic verò circumdat vt penetret: ſic præſidet, vt portet: ſic portat vt præſideat. Et cùm tam magnus ſit, & immenſus; hodie tamen præſepis anguſtias non horruit, ſed in anguſto naſci voluit præſepio, vt latitudo nos exciperet cœli: cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum.

CAP.

De loco primæ ſphæræ.

CAP. III.

Si prima ſphæra ſit in loco.

Congruum erat huic propoſito, vt de loco angelorum loqueremur; verùm Locus vltimæ ſphæræ.
quia in ſecundo Pymandri 345. fol: de hoc diſputauimus, iterum diſputan-
dum nobis non opus eſſe arbitrati ſumus. Quam ob rem ad locum vltimæ
ſphæræ inquirendum, non temere tranſiuimus. Diximus paulò antè 325.
quibus conueniat in loco eſſe: rurſus de his exactiùs atq; diligentiùs erit
diſputandum: & inprimis an vltima ſphæra ſit in loco. Ad hoc autem ſic Themiſtium Themiſt: op:
reſpondiſſe, ex com: 43. 4. phyſ. didicimus, nempè primam ſphæram eſſe in loco per
partes quas continet; accipit enim primam ſphæram ſimul cum cæteris, ex quibus omni-
bus vnus orbis efficitur. cùm autem aliæ ſphæræ ſint in loco, vtpote quæ ambiente ſphæ-
ra contineantur, vltima verò ambientem orbem non habeat; rectè, ob ſphæras ſub ſe
contentas, vltima in loco eſſe dicitur: quemadmodum etiam reſpectu partium ipſum vni-
uerſum in loco eſſe affirmamus. Sanè, vltimæ ſphæræ locus, eſt ſphæra Saturni, idq; ſe- Locus vltimæ ſphæræ.
cundùm partes concauas: ita vt conuexum Saturni octauæ ſphæræ concaui locus eſſe di
catur. Reuera, corpori moto aliquis eſt locus tribuendus, qui planè his corporibus, quæ
motu recto aguntur, facilè tribui poteſt: nam ſecundùm ſe totam primo relicto, nouum
occupant locum. His verò, quæ ſphærico motu agitantur, non æquè facilè, quandoqui-
dem ſecundùm ſe tota, locum non mutent, imò propter polorum immobilitatem, ac cen-
tri etiam, eundem ſemper locum obtinent. Quare, ratione partium ſibi inuicem ſucceden Argumenta contraria.
tium locum mutare videntur: ſufficit ergo vltimæ ſphæræ, ſi hoc modo in loco eſſe dica-
tur. Obuiant nonnulli, Commentator maximè huic Themiſtij ſententiæ: Si, inquiunt, pri- 1.
ma ſiue vltima ſphæra eſt in loco per partes intrinſecas: ergo potentia tantùm & non
actu erit in loco, quod eſt abſurdum; actu enim mouetur ſecundùm locum: ergo actu
erit in loco. Conſequentia valet, cùm partes continui, actu exiſtentes in continuo, non
ſint actu in loco. 4. phyſ: com: 44. ſed partes quantitatiuæ, quæ vltimæ ſphæræ inſident,
ſunt huiuſmodi: igitur potentia, non autem actu erunt in loco. Amplius, totum non eſt 2.
aliud, quàm omnes partes. Quare, ſi vltima ſphæra mouetur ſecundùm partes omnes:
igitur ſecundùm totum. Suffragatur nobis phil. 6. lib. tex. 76. aſſerens totam ſphæram,
etſi non ſecundùm ſubiectum; ſecundùm formam tamen loci mutationem ſuſcipere, par-
tes verò ſecundùm vtrumq;: vltima ergo ſphæra, non ſolùm ſecundùm partes; verùmeti-
am ſecundùm ſeipſam totam mutat locum, & per conſequens eſt in loco. Item, ſi vltima 3.
ſphæra ſecundùm philoſophum, eſt in loco per partes intrinſecas, quatenus circa ſepti-
mam mouetur; ſeptima quoq; erit locus octauæ, atq; ita incideremus in errorem Auen-
pac. Sanè, ſi octaua eſt in loco per ſeptimam, cùm ſeptima ab octaua contineatur, illius
locus eſſe non poteſt; locus enim continet, & non continetur à locato. Reſpondeo ad ar-
gumenta: & ad primum quidem dico, illam conſequentiam valere in his, quæ motu recto Soluuntur argumenta.
mouentur: nam cùm primum locum deſerant, & nouum ſubintrent; actu in vtraq; ſint,
neceſſe eſt. cùm autem hæc in motum ſphæricum non cadant; nec etiam illa neceſſariò
ſunt requirenda. Partes ergo vltimæ in loco eſſe poſſunt potentia & non actu, atq; ita
vltima ſphæra per partes ſuas intrinſecas, hoc eſt, per ſtellas primo in mobili affixas,
quæ circa inferioris corporis conuexum mouentur, in loco eſſe dicitur. Dicis, fruſtra eſt
illa potentia, quæ nunquam in actum reducitur, cuiuſmodi eſt vltimæ ſphæræ partium: Obiectio.
nunquam enim actu ab inuicem ſeparantur, atq; ita illorum potentia, nunquam actum
aliquem ſortietur. Sanè, ſi impoſſibile eſt huiuſmodi partibus eſſe in loco; nulla planè eſt
illis tribuenda potentia: potentia namq; cum impoſſibili non conſtat. ſi verò poſſibile, a-
liquod contingeret abſurdum, imò impoſſibile, nempè partes vltimæ ſphæræ, actu diuidi

 à toto:

primę ſph: *à toto,quod planè illi corpori congruere non poteſt: ergo quod prius. Dico, huiuſmodi*
Solutio. *obiectionem contra phil. etiam militare. 4. phyſ:com: 44. aſſerentem partes continui*
eſſe in loco in potentia.Et cùm dicitur: actu nunquam diuidentur. Approbo, idq́; quate-
nus illius ſunt corporis partes, cui ob ſuæ incorruptibilitatem naturæ,diuiſio talium tri-
Quæ potentia dicitur fruſtra *bui non poteſt: non autem quatenus ſunt corporis abſolutè conſiderati. Etenim corpus,*
vt corpus diuiſioni ſubiacet, eiuſq́; partes abinuicem diuidi poſſunt. Dicis, illam poten-
tiam eſſe otioſam,quæ non perducitur ad actum. verum quidem eſſet,quando nullo mo-
do impedita,in actum exire non poſſet. At partes vltimi orbis diuidi abinuicem, & lo-
cari actu non poſſunt,quia talis corporis, non autem quia talis continui partes eſſe di-
cuntur. Profectò,ſi vltimi orbis materia,rei planè corruptibilis forma veſtiretur; illius
partes actu vtiq; diuidi poſſent,ſicut & cæterorum partes elementorum. Illarum ergo
partium otioſa non eſt appellanda potentia. Sanè, in quantum ſint partes diuidi poſ-
ſunt,nec inde vllum naſcitur impoſſibile;nam omne corpus,quatenus eſt corpus,diuiſioni
ſubijcitur,eiuſq́; partes ſimiliter. Ex parte ergo ipſorum nulla ſequitur abſurditas. Ad
2. *2. Quamuis tum corpus motum motu recto mutet locum,tum etiam motum motu ſphæ-*
rico;non tamen eodem modo:illud enim ſecundùm ſe atq; ſecundùm omnes ipſius partes
priori loco relicto,nouum locum ſortitur: iſtud verò ſecundùm partes tantùm,idq́; ſecun
dùm formam,non autem ſecundùm ſubiectum. Itaq; Themiſtij ſententia ſic eſt intelli-
3. *genda ſphæram vltimam ſecundùm totũ,non moueri,aſſerentis. Ad 3. Duplex Auenp:*
Auenpa: triplex error. *error deſcribitur,pariter & reprehenditur à Commentatore: 43. Dicebat enim,primam*
ſphæram per ſe,atq; eſſentialiter in loco eſſe: deinde ſecundùm ſe totam locari circa ſe-
1. *ptimam poſtremò omnes partes ipſius concauas, ſeptimæ conuexas tangere. Arguit*
Commentator contra primum hoc modo:Omne locatum eſſentialiter & per ſe,habet con
tinens exterius; huiuſmodi namq; propriè congruit loci diffinito.ſed vltima ſphæra,vt
2. *patet,non habet continens exterius: non ergo eſt in loco eſſentialiter. Aduerſus ſecun-*
dum ſic:locus eſt æqualis locato. ſed octaua ſphæra non eſt æqualis ſeptimæ ſecundùm
conuexum,ſed tantùm ſecundùm concauum: igitur per ſe, circa ſeptimam, ſecundùm ſe
totam,octaua ſphæra nequaquam locatur. Quoâd tertium,Commentator ab Auenp:non
diſſentit:Ad confirmationẽ,negatur ſimilitudo;non enim eodẽ modo ſeptima eſt ab octa
Opinio Auer, *ua extrinſeca,ſicut centrũ: nam illa æqualis eſt octauæ ſecundùm extenſionẽ,non autem*
centrum,propterea non eſt ſimile. Si quis ergo Themiſtij opinionem ſequi voluerit,hanc
Vltima ſphæra habet locũ à centro. *teneat viam defendendi. Cæterùm, exploſis excluſiſq́; aliorum ſententiis, ſuam inſerit*
Commentator,aſſerens vltimam ſphæram eſſe in loco, quia mouetur localiter: omne ſi-
quidem tale,ſupponit eſſe in loco. Quoniam autem ab aliquo continente non concluditur
per ſe in loco eſſe non poteſt. Eſt ergo in loco per accidens; quia nimirum per centrum:
ſiquidem fixionem,atq; immobilitatem,ſecundùm ſubiectum à centro accipit. Sanè,non
magis vno quàm altero tempore,centro proximior,ſiue remotior iudicatur; alioqui motu
ſphærico puro,ac ſimplici nequaquam moueretur: habet ergo locum à centro, à quo eti-
Obiectio. *am immobilitatem habet. Aduerſus autem huiuſmodi Commentatoris ſententiam, ſic*
arguere poſſumus: Aliquid mouetur in loco per accidens, quia nimirum illud, in quo eſt
mouetur: igitur aliquid eſt in loco per accidens, quia in eo continetur, quod eſt in loco
per ſe:Hæc enim,inquit phil. 4. tex:32.tranſmutant locum, quòd in quo ſunt, tranſmu-
tantur. At,velle dicere, aliquid eſſe in loco per accidens, quia nimirum aliquod, quod
eſt omninò extrinſecum ab ipſo,ſit in loco per ſe,doctrinæ aduerſatur phil. ſed centrum
Solutio. *eſt ab vltima ſphæra extrinſecum omninò: igitur vltima ſphæra non eſt in loco per ac-*
cidens;quia centrum eſt in loco per ſe. Solui poteſt hæc quidem obiectio, hoc modo: ſi
illud extrinſecum & ſubſiſtentia, & continentia eſſet ab vltima ſphæra diuiſum; tunc
huiuſmodi ratio locum haberet: centrum autem,etſi non ſubſiſtentia; continentia tamen
ab vltima ſphæra non eſt ſeparatum: cum ab vltima ſphæra ſaltem mediatè continea-
tur. Itaq;

tur. Itaq́, quamuis centrum ab vltima ſphæra extrinſecum ſit; quoâd motum tamen ad ipſum centrum habitudinem habet, vtpote fixionem, immobilitatemq́ ab ipſo recipiens, atq́ ideo in loco per ipſum. Dicis, locum rei contentæ eſſe receptaculum; continet enim & non continetur. ſed centrum continetur potiùs, quàm continet vltimam ſphæram: igitur vltimæ eſt ſphæræ locatum magis, quàm locus. Præterea, ſi vltimæ ſphæræ, centrum locus appellatur, quia fixionem atq́ immobilitatem ab ipſo recipiat; eadem facilitate cardines oſtij eiuſdem locus dici poſſunt, & anchora locus nauis. Ex quo patet remota continentia, loci rationem conſiſtere non poſſe.

Obiectio

Dici poſſet, duplicem eſſe locum, per ſe ſcilicet, & per accidens: per ſe verò eſſe vltimum corporis continentis: per accidens autem quatenus eſt corpus, circa quod corpus ſphæricum mouetur. Grauia ergo & leuia, quæ motu recto mouentur, per ſe in loco eſſe dicuntur: ſphæræ verò contentæ in loco per accidens per ſe. ſed vltima ſphæra in loco per accidens, quia nimirum non habet extrinſecum mobile: vltima ergo ſphæra non in centro, tanquam in loco per ſe ipſam ambiente, nec etiam in alio loco circumſcriptiuo, centro mediante, ſed potiùs penes quod, eius immobilitas cognoſcitur. cùm circa ipſum continuo & vniformi, agitetur motu, quæ planè ſunt conditiones loci per accidens. Adde, quòd vltima ſphæra eſſe poſſit in loco circumſcriptiuè: nam cùm ſit corpus finitum, ipſius non aduerſatur naturæ, ſub ambitu alterius contineri, tametſi de facto non contineatur, & proinde nō ſit in loco circumſcriptiuè, nec ipſa nec partes ipſius: deniq́, neq́ hoc modo localiter moueatur, quemadmodum Alexander Aphrodiſeus ſentire videtur; ait enim ſupremum orbem nō eſſe in loco per ſe, aut per accidens, neq́ ſecundùm totum, neq́ ſecundùm partes, quia eo modo eſt in loco, quo planè modo mouetur. ſed non mouetur ſecundùm totum, quippe cùm ſecundùm totum, locum non mutet: neq́ ſecundùm partes, cùm actu à toto minimè ſint diuiſæ. Prima ergo ſphæra, hoc modo circumſcriptiuo, tum ſecundùm ſeipſam totam, tum etiam ſecundùm ipſius partes, in loco eſſe non dicitur. Eſt autem in loco diffinitiuè, ob illius præſentiam, quam ad eos habet, qui ſub ipſa continentur orbes. Per centrum verò non eſt in loco circumſcriptiuè, aut diffinitiuè, ſed ſicut iam diximus. Si quis hoc modo Auerrois ſententiam tueri voluerit, non multos patietur labores. At ſi Themiſtij magis illi arriſerit ſententia, accipiat defendendam; vtraq́ enim defendi poteſt, & (vt mihi videtur) rationi eſt conſentanea. Sunt & aliæ de hac materia ſententiæ, quas Commentator com: 43. diligenter recitat, ad quem locum mitto animum lectoris diligentis. Quomodo ergo vltima ſphæra ſit in loco, ex his quæ dixi, patêre arbitror.

Solutio.

Locus per accidens.

Alexandri opinio.

CAP: IIII.

Locatio elementorum.

Poſtquam audiuimus, quonam modo vltima ſphæra ſit in loco; operæpretium erit ſcire, quomodo vnum elementum, locus ſit alterius: & inprimis, nonnulla quæ in verbis Commentatoris conſpicitur, eſt auferenda controuerſia. Sanè, 1. cœli com: 17. & 4. phyſ: com: 46. vnum elementum eſſe alterius locum, clariſſimè docet: quod planè philoſopho aduerſari videtur, 4. phyſ: com: 42. aſſerenti medium mundi, id eſt centrum, eſſe locum elementi ſimpliciter grauis. ſed hac ſibi inuicem aduerſantur, quia ſimul conſiſtere nequeunt: nam ſicut vnius corporis ſimplicis, eſt vnus tantùm motus naturalis; ita etiam & vnus locus naturalis, quare elemento terræ duo ſimul tribui non poſſunt loca naturalia, nempè concauum aquæ, & centrum mundi. Præterea, ſi concauum aquæ eſt locus naturalis terræ: ad ipſum ergo terra naturaliter mouetur, vt in eo conſeruetur, & in eo quieſceret, & non niſi ab eo violenter moueretur: deniq́, ab illo vndiq́ circumdaretur. At, terra mouetur ad medi-

Vnum elemētum eſſe locū alterius.

Si aqua ſit locus naturalis terræ.

um, & non ad illam aquæ ſuperficiem: nec in illa naturaliter quieſcit: poſtremò non vndiq; circumdatur ab aqua, alioqui terra tota eſſet obruta aquis: non videtur ergo, quòd

Locus naturalis duplex.

aqua ſit naturalis locus terræ. Dico, dupliciter locum naturalem poſſe intelligi, vno quidem modo pro eo, quod etſi non circumdet, contineatq; locatum; ab eo tamen locatum

Locus quo:

rationem habet, vt in tali vel tali continente locetur, vocaturq; locus quo, ſiue locus originatiuè: eo enim poſito, ſuo in loco locabitur naturaliter locatum, & eo remoto, non locabitur. Alio modo accipitur pro ſuperficie extrema continentis, in qua locatum conſeruatur, quam locatum naturaliter appetit, atq; eſt æqualis locato. Primus autem locus

Centrum.

naturalis conuenit centro, quo vnius in alio eſt ratio locatiua elementi; ideo enim, quia centrum aquæ, eſt idem cum mundi centro, in concaua eius ſuperficie, terra naturaliter continetur: & ſic de cæteris ſimile habetur iudicium. Quòd ſi centrum aquæ eſſet aliud à centro mundi; in eius concaua ſuperficie, terra nequaquam naturaliter locaretur. Se-

Secundus locus naturalis.

cundus autem locus naturalis, eſt ſuperficies vnius elementi, alterum ambientis, quatenus ſcilicet in tali ſitu, ſeu diſtantia à cœleſti orbe locatur, à quo virtus fluit conſeruatiua locati. Itaq; centrum eſt locus naturalis, quo quodlibet elementum, ſub ſuo proximo

Quomodo centrum ſit locus

continente, naturaliter collocatur: non autem ſuperficies vltima corporis, locatum continentis. Sanè, determinata rotundi, ſeu ſphærici corporis diſtantia, ſecundùm circuli diffinitionem, ex centro accipitur. ſed omnia elementa ſunt ſphæricæ figuræ: à centro igitur ſumunt rationem locandi, & vt etiam locentur. Dicis, centrum eſſe rem indiuiſibilem: igitur loci ratio ad ipſum non attinet, cuius proprium eſt continere locatum. Dico, loci rationem propriè conuenire corpori continenti: non autem ei, quod eſt tantùm ratio locatiua: quemadmodum eſt centrum Verùm quoniam ab eo determinatæ ratio diſtantiæ

Quomodo aqua ſit locus terræ.

ſumitur tantùm, nihil impedimenti patitur, quò minùs ſit ratio locatiua, etiamſi indiuiſibile ſit. Non eſt autem concaua corporis ſuperficies locantis; quia non adæquatur locato. Concaua autem aquæ ſuperficies, in tali diſtantia ſituq; poſita ab orbe, locus terræ naturalis dicitur; ad ipſam namq; non impedita, naturaliter mouetur, & inde non niſi violenter recedit. Hæc autem intelligenda ſunt, quatenus in tali ſitu & diſtantia ab orbe poſita ſunt: non autem quatenus præciſa eſt aquæ ſuperficies; alioqui ſi aqua eſſet in ſphæra ignis; ad ipſam terra naturaliter moueretur, quod eſt abſurdum: quemadmo-

Locus corporum grauium

dum docet Commentator, graue quærere locum deorſum, quatenus eſt medium totius, non autem quatenus aquæ finem. Concaua ergo aquæ ſuperficies, quatenus in tali ſitu, atque diſtantia ab orbe poſita eſt: & terræ locandæ, & conſeruandæ virtutem habet. verùmtamen elementa grauia, per centrum potiùs, quàm per ſuperficiem corporis continentis, ſuis in locis naturalibus conquieſcunt: è contrario leuia. Profectò, aqua & terra,

Solutio controuerſiæ.

hac ratione ſuis in locis naturalibus conſeruantur, quia earum centrum eſt idem cum centro mundi: ratione ergo centri locantur, quandoquidem corporis continentis ſuperficies, reſpectu quem habet ad centrum; virtutem habeat locandi. Ignis verò & aër, licet idem centrum habeant cum centro mundi; in orbe tamen lunæ tantùm quieſcit, & aër in concaua ignis ſuperficie. Potiùs ergo leuia in ſuperficie corporis continentis, quàm in centro mundi, quietem naturalem habere videntur. Ex his ergo patet, nullam in dictis phil. ſiue Commentatoris controuerſiam inueniri: nec vllum ſequitur inconueniens, duo loca vni elemento eſſe conceſſa, ſicuti dictum eſt. Cæterùm, ſecundùm phil. doctrinam, duo ſunt neceſſaria elemento locanti naturæ affinitas, & loci vicinitas, atq; præceſſio. ſic aqua affinis eſt terræ, loco propinqua, atq; antecedens. Elementum igitur locans eſt vnigeneum ex parte cum locato. Etenim, ſicut eſt proximitas ſitus inter ea; ita etiam & na-

Ordo ſitus & naturæ.

turæ: ordo enim ſitus in partibus, naturæ ordini reſpondet. Quamobrem, elementa quædam ſymbolum habent adinuicem: quædam verò minimè: inter duo ergo elementa, quorum vnum locat aliud, eſt naturæ affinitas, quia teſte Commentatore, comm: 48. vnumquodq; mouetur, ad id, quod eſt ſibi vnigeneum, atq; affine, aliter ad illud non moueretur: ſicut

 De locatione elementorũ.

tur: ſicut dicitur 4. phyſ: comm: 48. Cùm videamus, inquit, vnum elementum ſerri ad
concauam alterius ſuperficiem; aliquad certè cum alio habet naturæ ſocietatis. ſi ita in-
telligere malueris; tunc planè, nec concauum lunæ leuium, nec centrum mundi, graui-
um corporum, locus meritò dicerentur, ſed cuiuslibet elementi affinis, & concaua ſu-
perficies. Adde, quòd elementum locans habet etiam qualitatem contrariam qualitati Quomodo v-
locati, agitq́, atq; repatitur alterando locatum; contraria enim approximata agunt, & num elemen-
patiuntur admuicem, quandoquidem hæc ſit contrariorum natura: quatenus verò eſt tũ patiatur ab
vnigeneum locato, ſecundùm ſuperficiem concauam, non agit in locatum, ſed conſeruat altero.
potius. Reuera, ſimile, vt ſimile non agit in ſuum ſimile; quia omnis actio naturalis eſt
inter contraria: & ex conſequenti inter diſsimilia ſed elementum locans, & locatum,
hanc habent ſimilitudinem, cùm ſimilitudo inter illa ſit vnigeneitas, vt dicitur 4. phyſ:
comm: 48. hoc ergo modo, vnum elementum non patitur ab alio. Porrò, duobus modis
hæc res à Themiſtio abſoluitur, atq; explicatur: vno quidem modo arbitratur, conca- Themiſtii o-
uam vnius ſuperficiem elementi, alterius locum eſſe, idq; quatenus motu recto aguntur, pinio.
vtpote corpora recta exiſtentia: alio autem modo, quatenus ſunt corpora ſphærica, &
ſphæricè mouentur, conuexam vnius, locum eſſe alterius. Auerroes 3. cœli, comm: 23. Auer: opinio.
elementi qualitatem, atq; reſpectum tantùm ponit; ignis enim eſt locus aëris, non ratio-
ne, ſiue reſpectu contrariæ qualitatis, ſed ſymbolicæ, & elementaris, & cœleſtis: cœlum
enim agit in hæc inferiora lumine & motu, ex quibus calor per acceſſum, frigiditas ve-
rò per receſſum producitur: calor igitur ille cœleſtis, ſimul cum elementari, cauſa eſt
locationis, & frigiditas ſimiliter. Quam ob cauſam ignis in concauo lunæ conuenientiſſi- Locus ignis.
mè collocatur, quippe qui propinquitate motus, & luminis ferueat: aër verò in concauo Aëris.
ignis, qui profectò locus, calorem habet aëreæ naturæ conformem. Aqua in concauo aë- Aquæ.
ris, qui planè eo in loco, aquæ frigiditati eſt cognatus. Terra verò in concauo aquæ, ob Terræ.
ſimilem certè rationem. Vnigeneitas ergo, atq; conuenientia inter elementa, ſubſtantiali- Vnũ elemẽtũ
bus elementorum formis congruere videtur, quas profectò habent ex influentia corpo- non eſſe locũ
ris cœleſtis, quod eſt omnium primus corporum locus, cæteris locatiuam tribuens virtu- alterius pro-
tem corporibus: quatenus verò, vnum elementum eſt contrariæ qualitatis, eſt alterius pter formas
corruptiuum elementi. Dicis, vnum elementum, non eſſe locum alterius propter formas ſubſtantiales.
ſubſtantiales, ſic arguendo: Formæ accidentales cùm ſint quaſi quædam ſubſtantialium
organa formarum, indicant præcipuam alterationis cauſam, eſſe rei naturam: igitur, 1.
non ſolùm ob rationem actiuarum, atq; paſsiuarum qualitatum; verùmetiam ſecundùm
formarum ſubſtantialium, in elementis ratio ſumitur alterandi, atq; transmutandi Ra-
tio ergo, quare vnum elementum non patiatur ab alio, à ſubſtantialibus formis ſumi nõ
poteſt. Amplius, ſi vnum elementum eſt locus alterius, ob ſubſtantialem formam, in 2.
quam non cadit transmutatio: quodlibet ergo elementum, abſq; delectu, aliud loca-
re poſſet, quippe cùm vnum ab alio, ob formæ ſubſtantialis rationem, pati, ſeu transmu-
tari nequeat elementum. Itaq;, ſi vnum eſt in alio naturaliter, quia vnum non patitur ab
alio: igitur quodlibet poterit eſſe in quolibet. Præterea, naturalis non abſtrahit à tranſ- 3.
mutatione, nec à motu, nec à materia ſenſibili. ſed ſenſibile per qualitatem cognoſcitur:
naturalis ergo ſenſibilibus ſemper eſt cõiuncta contemplatio. Quare, ſi quis de loci natu-
ra diſputans, ſenſibiles relinqueret qualitates: non quidem vt naturalis; ſed potiùs, vt
mathematicus ageret: ergo quod prius, nempe, quòd forma ſubſtantialis non ſit cauſa lo-
cationis, ſed qualitas ſymbolica. Dico, qualitatem ſymbolicam non ſufficere: nam in lo- Solutio.
cante eſt nimis intenſa: in locato autem multùm remiſſa, ſicuti eſt calor in igne, & in Qualitas ſym
aëre: ageret ergo in locatum: ſiquidem forma intenſa, & remiſſa, non ita ea, in quibus bolica nõ ſuf-
ſunt, ſimilia reddunt, quin vnum agat in aliud. Sanè, minus calidum pati à magis calido ficit.
ſenſus manifeſtè nos edocet: inter locatum igitur & locum, impaſsibilitatem, ſola quali-
tas ſymbolica ſaluare non poteſt. Cùm ergo non ſufficiat qualitas ſymbolica, neceſſe eſt,

Influxus cœleſtis.

vt cum forma ſubſtantiali, influxus concurrat cœleſtis, tanquam primus, & vniuerſalis locus, à quo virtutem attrahendi, atq; conſeruandi locata, ipſa habent elementa. Quare, etſi vna qualitas obuiet alteri; illius tamen influxus virtute, vnum, ab altero locatur elementum, trahitur, atq; conſeruatur. Elementi ergo forma ſubſtantialis, cum qualitate alteratiua, eſt principium elementi alterandi, & cum cœli influxu, eiusdem conſeruandi. Ex his ergo, ad argumenta patet ſolutio. Quomodo ergo fiat elementorum locatio, his paucis, ſatis patere arbitror.

CAP: V.

Locus terræ.

Opiniones de ſitu terræ.

Communi elementorum locatione oſtenſa, ad ſingularem terræ locum, ſiue ſitum inquirendum, acceſſimus; res enim ſcitu digna eſt, quæ multorum virorum ingenia exercuit, de quibus philoſophus 2. de cœlo tex: com: 72. præclariſſimè diſputat: De ſitu terræ, inquit, non omnes eodem modo ſentiunt; nam plurimi quidem, vt Anaximander, Anaximanes, Anaxagoras, Empedocles, & Plato, ipſam in medio collocârunt, qui cœlum ipſum finitum inquiunt eſſe: nam qui dicunt ipſum eſſe infinitum, vt Parmenides & Meliſſus, non ponunt eam in medio, neq; in latere; infinitum namq; & principio caret, & medio. Alij verò

Pythagoras.

vt Pythagorei, contrarium ſentiunt: nam in medio quidem ignem eſſe aiunt. Terram verò inſtar ſtellæ ſe habere, ferri in orbem circa medium, atq; hoc modo diem, & noctem efficere; exiſtimabant enim cœlum, & eius aſtra quieſcere, ſolamq; terram moueri in orbem, atq; circumgirare. inſuper etiam huic contrariam terram conſtituunt, quam terram aduerſam nuncupant, quamq; à nobis non videri aſſerunt, ob noſtræ terræ interſtitium; dicebant enim, nobiliori corpori, nobiliorem eſſe locum tribuendum. ſed ignis,

Rationes. Pythagoræ.
1.
2.

cæteris nobilitate antecellit elementis, & medium mundi, cæteris locorum dignitatibus: ignis ergo locus, eſt medium mundi. Præterea, id maximè conſeruari decet, quod in vniuerſo eſt præcipuum, ſitq; id, quod eſt in medio tale; ideò ignem, qui hunc locum tenet, Iouis cuſtodiam appellant: propterea in loco abdito repoſitum, aut quia inibi pœnas ſoluere cogit animas impiorum.

Ignis theſaurus Iouis.

Soluit philoſophus has Pythagoricorum rationes, medij diuiſione præmiſſa: Eſt, inquit, medium vniuerſi duplex, nempe magnitudinis, atq; ita eſt centrum mundi: & medium rei ſecundùm naturam, à quo, ea, quæ tali in re exiſtunt, conſeruantur: ſic cor dicitur medium animalis, cùm ab eo totum animal conſeruetur. Sphæra quoq; ſtellarum fixarum dicitur medium rei ſecundùm naturam vniuerſi; ſuo enim motu, & influxu, inferiora conſeruat in eſſe. Illa ergo Pythagoricorum ſententia conuenit medio rei ſecundùm naturam, & ſic attinet ad ſphæram ſtellarum fixarum:

Duplex medium.

Quare in ſuperiori.

non autem medio magnitudinis. Ignem ergo eſſe in centro mundi non eſt neceſſe; ſed loco in ſuperiori potiùs, quò magis propinquet nobiliori. Ignis præterea non eſt theſaurus Iouis, cùm non ſit corporum nobiliſſimum, nec locus centri ſimiliter. ſed vltima ſphæra, & medium naturæ, quod quidem eſt pretioſum vtpote corporum propemodum omniũ conſeruatiuũ.

Auerr. Obiectio.

Arguit Auer: com: 74. 2. cœl: Si cor eſt in medio animalis, vt dicit: li: de animalib: vti Rex in medio ſui regni; quare philoſophus in 2. cœli ait, medium naturæ, à quo virtus proficiſcitur cæterorum conſeruandorum, locandorumq; corporum, in extremo eſſe repoſitum?

Quare cor in medio animalis.

Reſpondet Auerr: in animali magno, hoc eſt, in mundo, nobiliorem partem eſſe circumferentiam, ideoq; Dei locum appellari: non temere ergo inibi, medium naturæ collocatur, cùm omnia corpora contineat. In animali autem paruo, pectoris concauitas, eſt pars nobiliſſima, in qua cor hominis, velut nobiliſſima eiusdem portio reponitur. Sanè, ad cœleſtium attinet perfectionem corporum, alia continere: quò ma-

gis ergo

De loco terræ.

gis ergo aliquod corpus erit à terra remotum; eò magis perfectius dici poteſt: meritò ergo medium naturæ, quod eſt perfectiſsimum, eſt in vltimi orbis circumferentia. Cæterùm, ſi terra in centro non eſſet, non ſemper Zodiaci nobis medietas appareret, quippe cùm plura, quàm ſex ſigna ſupra noſtrum Orizontem, videnda ſeſe oculis intuentium offerrent: quod planè aſtronomis, in hac ſcientia doctiſsimis non probatur: alij verò, & ipſam in centro collocatam, moueri aſserunt circa polum, qui per vniuerſum extenditur:

Platonis opinio.

veluti in Timæo ſcriptum eſt. Platonem non ſic ſenſiſse, Simplicius arbitratur, quandoquidem in Phædone dixerit, terram in medio quieſcere, vt centro alligatam: Et in Timæo ſcripſerit terra ἰλλομένην *circa polum, quod planè verbum, per iota, alligationem ſignificat; philoſophus verò per diphthongum ει legit* εἰλλομένην *quod ſonat vertere. Timæus præterea Platonis aſſerit, terram eſſe in centro alligatam. In Timæo ſic legimus: Terram, inquit, altricem noſtram circa polum per vniuerſum extenſum alligatam, diei noctiq́; effectricem, & cuſtodem eſſe voluit.*

Terra circa polum.

Cæterùm, ex hac Platonis ſententia, non habemus terram moueri ad motum poli, ſed ſtabilem potiùs eſſe, vtpote alligatam, cuius obiectu, ſiue interſtitio, noctis, atq; diei vices decurrunt, idq́; ob cœli motum, qui circa axem reuoluitur. Hoc in Phædone latè patet: vbi terræ quietem diligenter exquirit: Nonnulli, inquit, vertiginem circumponentes terræ, ſub cœlo eam ſtabilem faciunt. Alij verò, tanquam latum piſtoris alueum aere velut baſe ſuffulciunt: potentiam verò ipſam, qua nunc ita diſpoſita ſit, vt optimè diſponi poterat, neq; perquirunt, neq; dæmonicam quandam vim habere putant, ſed Atlantem quendam robuſtiorem, & immortaliorem, magisq́; omnia continentem, inueniſſe ſe opinantur: ipſum autem bonum atq; decens connectere, atq; continere reuera nihil exiſtimant.

Atlas.

Terræ quietẽ, ex diuina pendere potentia arbitratur: quemadmodum Dauid canit, pſal: 23. Quia ipſe ſcilicet Deus, ſuper maria fundauit terram, & ſuper flumina præparauit eam. Proinde Baſilius magnus, ſolum domini imperium pro fundamento terræ eſſe dixit. non aquam, neq; aliud quippiam, conuenit cum Platone dicente, eſſe dæmoniacam, id eſt, diuinam virtutem.

Baſilius.

Chryſoſtomus, aquam terræ ſubiacere dixit, inſtar fundamenti.

Chryſoſt.

Terra ſuper aquas.

Hæc autem intelligenda ſunt ſecundùm quaſdam aquarum partes, quæ in multis terræ concauitatibus inueniuntur: & in locis cauernoſis ſubtercurrunt partes quædam maris, quas maria propheta nuncupauit. Sub terra quoq; flumina longo interuallo feruntur, & tandem emergunt, in huiuſmodi aquis: montes ſtabiliti ſunt, & fundata permanet terra, ſolo factoris ſui mundato contenta. Et pſal: 103. Fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam, id eſt, ſuper ſeipſam, idq́; diuina virtute: non inclinabitur in ſeculum ſeculi. Iſaias, cap. 40. his ſuffragari videtur. Qui appendit, inquit, tribus digitis molem terræ.

Tribus digitis terram ſuſtentatur.

Digitus Dei, diuinæ dicitur operationis effectus: proinde terra, tribus digitis, id eſt, vna trium diuinarum potentia perſonarum appenſa continetur: Molem terræ, inquit Hieronymus, & excelſa montium colliumq́ue quaſi tribus digitulis, & ſtateræ paruo momento, Deus appendit, per quæ Dei maieſtas, & creatoris potentia deſignatur.

Septuaginta.

Septuaginta verterunt, & omnem terram pugillo mẽſus eſt, & cœlum palmo, manu verò aquam. Palmus ſanè extentam ſignificat manum à pollice vſq; ad extremum digitum. ſin autem contrahamus manus, pugillus efficitur, vt per palmum, cœlos, per pugillum verò, terram extentam eſſe intelligamus: diuinam ergo potentiam dicunt ſacri, terræ immobilitatem præſtitiſſe.

Quomodo ſit terra in medio mundi.

Cæterùm, terra, quòad ſuæ magnitudinis centrum, in medio mundi ſita nequaquam eſt; alioqui tota profectò aquis cooperta eſſet: ſecundùm enim omnes ſuas partes, æqualiter diſtaret à cœlo, cùm ſit ſphæricæ figuræ, atq; ita aquæ, æqualem ſuper omnes terræ partes, decurſum haberent, quarum eſt maximè, ad decliuiores, humilioresq́; partes decurrere. Illa ergo terræ pars, quæ aquis non ſubiacet, alia aquis obruta, cœlo eſt proximior: proinde terra, ſecundùm omnes partes ſuas, non eſt æqualiter grauis. Pars ſiquidem diſcooperta, ſolis ſtellarumq́; calore exſiccata, rareſit, atq; minus grauis exiſtit: Pars verò cooperta, grauior, atq;

terræ.

Duplex centrum terræ.

uior, atq; magìs denſa. Ex quo apparet, duplex centrum, ob eius in partibus difformitatem, terræ eſſe tribuendum: difformium ſanè corporum varia centra numerantur. Itaq;, terra, ſecundùm centrum magnitudinis, non eſt ſita in medio mundi; bene verò ſecundùm centrum grauitatis, ſicut docet philoſophus ſecũdo cœli. Etenim quælibet pars terræ ad mundi medium mouetur, ibiq; naturaliter quieſcit: & tota terra igitur ſimiliter ſe habebit; in eodem enim loco pars requieſcit, & totum: partes verò terræ, ad ipſius quaſi ad mundi medium mouentur.

Locus terræ naturalis.

Sanè, ſi ſagitta, vi alicuius impulſa, ſublimia petat, mox ad ima, vnde pulſa fuerat, quaſi ad connaturalem ſibi locum reuertitur; ita planè terra, quocunq; agatur, ad mundi medium, vti ad ſuum centrum, locumq; naturalem indefeſſo labore decurrit. Patet etiam, ignem, & terram, motus habere contrarios, quia nimirum ad loca contraria, motu naturali feruntur, atq; terram circulariter non moueri. nam ſi ille motus eſſet terræ naturalis: igitur quælibet illius pars, ſic etiam moueretur, quod eſt falſum; partes enim terræ non mouentur circulariter.

Terra nõ mouetur circulariter.

Quod ſi eſſet præter naturam, diu conſiſtere non poſſet, atq; ita terra non eſſet perpetua, quod planè, non tantùm antiquæ philoſophorum doctrinæ; verùmetiam ſacræ aduerſatur ſcripturæ, terræ ſtabilitatem profitenti: Terra, inquit Salomon, in æternum ſtat.

1. Adde, terram moueri non poſſe circulariter circa centrum ſibi extrinſecum, alioqui centrum grauitatis terræ non eſſet centrum mundi, quod falſum eſſe, patet ſatis: aliter quomodo terra in

2. medio mundi ſita eſſet? Amplius, circa proprium centrum, atq; circa proprios polos à meridie ad ſeptemtrionem, circulari motu, terra nequaquam mouetur; nobis alioqui magìs eleuatus polus arcticus, interdum verò minùs: nonnunquam penitus non videretur, tunc ſcilicet temporis, cùm per terræ giruuagationem, ad plagam meridionalem, delati eſſemus. Quoniam autem noſter polus, noſtris ſemper æqualiter capitibus immi-

3. net; terræ vtiq; ſtabilitatem manifeſtiſſimè indicat. Adhuc, terram non moueri circulariter circa proprium centrum ab oriente in occidentem, clarè conſtare docent philoſophi. Sanè, ſi ita res ſe haberet; tunc lapis ſurſum proiectus in eandem poſtmodum non deſcenderet terræ portionem, quippe quæ motu ad aliam partem fuiſſet deducta.

Nec motu recto.

ſed contrarium experientia docet. Terra ergo circulari non agitur motu. Præterea, ſi

4. moueretur ab oriente in occidentem (& vt quidam dicunt) cœlum quieſceret: omni ergo plenilunio, luna pateretur ecclypſim, & alia multa contingerent abſurda. Iterum, terra ſecundùm ſe totam non mouetur motu recto extra ſuum locum proprium; alioqui quocunq; moueretur, ſemper aſcenderet, cœloq; proximior fieret. Verum tamen eſt, motu recto quamlibet terræ partem moueri poſſe: aquarum namq; illuuione, atq; fluminum impetu, & potentia partes quædam terræ deferuntur, vnde & montes fiunt: proinde ait philoſophus 2. meteororum, aliquibus in locis, vbi mare priùs extiterat, nunc terram eſſe aquis diſcoopertam. Ex tali ergo decurſu, terra in vna parte diminuitur, in altera verò augetur, atq; ita idem non remanet grauitatis medium, ſicut ante: medio autem grauitatis mutato, illud quod de nouo factum eſt medium grauitatis, deorſum mouetur, vt ſit medium mundi: & quod antè erat mediũ grauitatis aſcendit, partem aquis diſcoopertam verſus, atq; ita per talem fluxum, atq; motum (ſi præſens rerum ordo eſſet perpetuus) terra, quæ eſt in medio mundi eſſet in circumferentia, & è conuerſo. Itaque, terræ locum eſſe medium mundi, ſatis patet.

CAP. VI.

Punctus & locus puncti ſunt idem.

Locus puncti

CVm terra ſe habeat inſtar puncti, ad vniuerſum ſi comparetur, & de illius loco, nonnihil dictum ſit; arbitror non eſſe à ratione alienum, ſi de loco puncti aliquid dixerimus, præſertim cùm huius meminerit philoſoph. 4. phyſ: comm: 9.

comm: 9. loquens vtiq; ad mentem antiquorum aſſerentium idem eſſe punctum & locum puncti. Sanè, punctus, & locus puncti, ſi à naturali conſiderentur, diſtincta eſſe affirmabit: nam quorum entitas diſtincta eſt, atq; natura; & ipſa quoq; ſimiliter. ſed punctus, & locus puncti ita ſe habent: ergo &c. Mathematicus autem rerum diſtinctionem, ex ſitus, lociq; diuerſitate metitur. ſed punctus, & locus puncti, ſitu nequaquam diſtinguuntur: idem eſt ergo apud Mathematicum punctus, & locus puncti. ſimpliciter autem non eſt eadem ratio, ſi locus ſit ſuperficies corporis continentis: ſecus verò res ſe habebit, ſi ad mentem antiquorum, locus dicat ſpatium, ſiue dimenſiones, quæ ſunt inter latera continentis; ponebant enim dimenſiones, totum corpus locatum attingentes: vnde ſequebatur, vt dimenſiones ſpatij, & corporis locati, ſitu nequaquam eſſent diſtincta. Itaq;, quomodo punctus, & locus puncti ſint idem, dixi. Et cum hoc etiam de loci inquiſitione finem facere diſpoſui, & ad alia ſapientiſſimi Mercurij ſecreta enucleanda properare.

De loco puncti.

Naturalis dicit diſtingui.

Mathemat: non diſtinguit.

Mercvrivs.

Æſculapius. Deus quid eſt? Triſmegiſtus, Quod nullum ex iis eſt, horum tamen omnium vt ſint, cauſa, præſens quidem cunctis, præſens etiam vnicuique, nec quicquam permittit non eſſe. omnia ex his quæ ſunt procreantur, de nihilo autem nihil prouenit: nã quæ minimè ſunt; naturam nullam habent, qua fieri valeant, at naturam potiùs, qua non valeant: Contrà ea quæ ſunt, naturam non habent, per quam aliquando non exiſtant. Æſculapius. Quid igitur ais Deum eſſe aliquando? Triſmegiſtus, Deus profectò mẽs non eſt: at verò, vt ſit mens, cauſa eſt: neque ſpiritus, ſed cauſa, qua ſpiritus exiſtat: neque lumen, verùm cauſa qua lumen exiſtit.

Commentum X.

QVID ſit Deus, & quot apud varios multosq; populos, nominibus vocitetur, in primo Pymandri, ſatis dictum eſſe puto; quapropter breuiter me expediam, & ſapientiſſimi Mercurij verba, ſtudio diligentiori proſequar. Æſculapius, prudens diuinarum rerum inquiſitor, vbi didicit Deum eſſe omnium locum, eiusq; diuiniſſimos radios conſpexit, nempe bonum, verum, lumenq; principalẽ, atque primam animarum formam, multa Mercurij familiaritate fretus, ſublimius aliquid molitur, percontaturq; Mercurium grandia, dictuq; difficilia, imò impoſſibilia: Audiui, inquit, te plurima de Deo diſputantem, cuperem ſemel à te doceri, quid ſit Deus. Ad quem Mercurius. Deus nullum ex iis eſt, & horum omniũ quæ ſunt, cauſa eſt. *Senſus eſt, Deus non eſt aliquid ex iis, quæ ſunt condita,*

Deus quid ſit.

Deus quid ſit.

& eſt cauſa, vt cõdita ſubſiſtant. Præſens quidẽ cunctis, præſens etiã vnicuiq; *quia ſcilicet vbiq; totus, ſicut dixi paulò antè,* nec quicquã permittit nõ eſſe: *nam cùm ipſe verè ſit, vult omnia eſſe, atq; ſui ſimilitudinem gerere. Porrò dialo: 4. dicit,* Deum eſſe bonum ſine termino infinitum, quoàd ſe nunquam incipiens: quoàd humanam cognitionem, principium habens; eiuſmodi tamen cognitio, non eius initium eſt, ſed nobis ipſius cogniti principium exhibet. *q. d. Deus eſt ſine principio quòad ſe, quum ſeipſum perpetuò intelligat. quòad nos verò, qui incipimus eum cognoſcere, quoddam habere videtur cognitionis principium. vnde ſubdit,* ipſe eſt omnium principium, quia abſque principio nihil: initium verò ex nullo habet, niſi ex ſeipſo dependens. *Et dialo: 5. ait:* Deum vbique eſſe, propterea non eſſe neceſſarium, vt appareat; nam quod latet, ſempiternum eſt: quod verò ſe offert aſpectui, genitum. ante oculos quidem reliqua ponit: ipſum verò ſecretum manet, *vtpote quod vita fruitur ſempiterna: in lucem planè educit omnia: in adytis ipſe deliteſcit. Hoc idem dicit Iſaias:*

Deus abſconditus.

Verè tu es Deus abſconditus. Sanè, cùm nobis non pateat, quaſi abſconditum reputamus. ſed reuera adeò ſe notum præſtat, vt non intelligere modò; ſed manibus etiam ipſis (vt ita dixerim) liceat attrectare: nam vndiq; noſtris oculis eius obuerſatur, ſeſeq; obiicit, & inculcat imago. Quòd ſi intimum tui lumen te lateat, quomodo aut teipſum, aut eum inuenies? *quaſi diceret: Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Prius ergo nobis cogitandum eſt de corde mundando, ſi Deum videre, & intelligere voluerimus. Quòd ſi lumen, id eſt, ratio eſt in nobis extincta, in qua, veluti in ſpeculo, ſiue in pupilla, iuxta Platonem, Deum ipſum conſpicimus, quomodo illius videndi apti erimus? Itaq; inquit Mercurius:* Nihil eſt in omni natura, quod ipſe non ſit. Eſt ille ſiquidem, quæ ſunt: eſt ea etiam, quæ minimè ſunt: quę quidem ſunt, deduxit in lucem; quæ non ſunt, occulit in ſeipſo. Hic Deus nomine melior, hic occultus, hic rurſus omnium patentiſsimus, hic mẽti conſpicuus, hic præſens oculis, hic incorporeus, hic (vt ita dixerim)

Deus eſt omnia.

multicorporeus; nam nihil eſt in corporibus, quod ipſe non ſit; omnia enim ipſe ſolus exiſtit. nomina inſuper habet omnia; nomen quoque nullum habet. *Et dialogo 6.* Partes Dei ſunt pulchrum, & bonum, ex his Deus cognoſcitur, has Deus amat, & viciſsim ab his ipſe Deus amatur. Ad

Pietas.

hæc autem vnica via eſt, pietas cognitioni coniuncta: *Et reuera pietas eſt cultus Dei, & ad omnia valet ſecundùm Apoſtolum ad Timo: dial: 7. Deum ſola mente conſpici poſſe, affirmat:* Deus, *inquit*, nec auribus percipitur, nec cernitur oculis, nec ſermone profertur: ſola mens eum proſpicit, ſola mens prædicat. Inprimis autem oportet veſtem, quam circumferimus exuere, indumentum inſcitiæ, prauitatis fundamentum. *Sanè, corpus, quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena cogitatio, ſiue inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Terreſtris igitur domus, quam inhabitamus, quia lutea eſt, & velamen opacum, magno nobis eſt impedimento, quòminus Deum, quid ſit intelligamus, & videamus. Dial: 9. eorum, qui verè Deum cognoſcunt mores, conditionesq; deſcribit, & id quidem, non vt philoſophus, ſed vt verus theologus:* Pietas, *inquit*, eſt Dei cognitio: Deum qui cognoſcit, bonis refertur omnibus, notiones diuinas aſſequitur: notiones, inquam, haud multorum ſimiles. Qua de cauſa ſi qui huic ſe cognitioni dederint; nec ipſi vulgo placent, nec vulgus ipſis. *Idem ſentit Apoſtolus ad Gal: 6. Mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo: Et 1. cap: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem. Mercurius:* Inſanire demum putantur, riſumq; reportant. *Simile quiddam habet Apoſtolus primæ ad Cor: 4. Nos ſtulti propter Chriſtum: vos prudentes in Chriſto, & cætera quæ ſequuntur. Mercurius,*

Interdum

Deus quid ſit.

Interdum etiam odio habentur, vitaq; priuantur: ſic etiam legitur in euangelio: Et eritis odio omnibus hominibus. Itaq;, cognitio Dei inimica eſt mundi, & cum illo bellum perpetuum gerit; propterea non deſpondeant animū ij, qui Dei cognitionem ſectantur, ſi mundus illis aduerſetur; quandoquidem hæc ſibi inuicem aduerſentur. vnde ſubdit Mercurius: Verùmtamen, inquit, homo Deo deuotus, cùm primùm diuinam prægustauerit viſionem, omnia reliqua obliuioni tradit. Sic etiam Apoſtol: ad Philip: 3. loquitur: Quæ retrò ſunt obliuiſcens, ad brauium tendo ſupernæ vocationis. Hæc verba igitur Mercurij, Apoſtolicam ſapiunt doctrinam, atq; catholicam veritatem. vnde circa finem huius noni dialogi, ſpiritu quodam prophetico vaticinari videtur, & fidei Chriſtianæ laudes efferre: O Æſculapi, inquit, extra Deum nihil eſt, extra nihil ipſe. Intelligere Deū, credere eſt: at nō credere, proculdubio ignorare; ſermo enim meus in ipſa fide decora requieuit; quaſi diceret cum Paulo: Accedentem ad Deum, oportet credere. Dialo 10. de Dei cognitione ſic loquitur: Dei cognitio eſt diuinum ſilentium & intenta omnium ſenſuum cogitatio. Qui id intelligit, nihil poteſt aliud cogitare, audire, intueri, neque deniq; corporis ſui membra mouere, quippe, qui animam abſtrahit à corpore, & totam in Dei eſſentiam trāsferat. De his loquitur, qui ſunt ſcrutatores maieſtatis & opprimuntur à gloria. Et iterum: Deus non ignorat hominem, ſed curam eius habet, ab eoq; cognoſci ſe vult. hæc vnica ſalus hominis, cognitio Dei: hæc ad olympum aſcenſio. Intelligite igitur inſipientes in populo, & ſtulti aliquando ſapite, qui Dei prouidentiā circa hæc terrena verſari negatis: Deus, inquit Mercurius, vult ab homine agnoſci, quia viciſſim ab illo cognoſcitur, & curā illius gerit. Vnde pſa:39. Dominus ſolicitus eſt mei. Et Apoſtolorū princeps: Proiicientes in eum omnē ſolicitudinem veſtrā, quia ipſi cura eſt de vobis. Dixi de hoc copioſiùs, in quarto lib: Pymandri. Rectè ergo dictum eſt à Mercurio, extremam eſſe prauitatem, non recognoſcere Deum. Sanè, qui ignorat, ignorabitur, & ignorantiam Dei quidam habent: ait Apoſt: 1. Cor: 15. Deus autem in operatione conſpicitur; nam per ea, quæ facta ſunt, Dei inuiſibilia intelliguntur, ſempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas. In hymno 13. dialogi vocat Deū circulum immortalem, id eſt, ſphæram infinitam, cuius centrum eſt vbiq;, quia vbiq; eſt, & circumferentia nuſquam, quia ſcilicet loco non concluditur: Deus igitur ſecundùm Mercurium, eſt omnium principium, & omnia in omnibus: & non eſt aliquid omnium, ſed ipſe eſt extra omnia: & ab omnibus vult ſe agnoſci, vt curatorē, & factorem omnium. Vnde ſequitur textus. Nec quicquam non eſſe permittit; nam cùm ipſe ſummè ſit, vult omnia eſſe, quod eſt ſimilitudo ſui, non eſſe verò nihil. Sequitur tex: Profectò omnia ex his, quæ ſunt procreantur. De mundi creatione non loquitur, ſed de his potiùs, quæ de prima materia procreantur; nam mundum ſolo Dei verbo conditum eſſe, Dial: 4. apertiſſimè docet: Vniuerſum, inquit, mundum verbo non manibus fabricatus eſt opifex. Et in fine primi Dialogi: Sanctus es, qui verbo cuncta conſtituiſti. Porrò, creare, ſiue conſtituere aliquid verbo, non eſt ex præexiſtenti materia in actu aliquid facere, ſed ex nihilo potiùs. Creationem autem etiam à philoſopho eſſe conceſſam, in primo Pymandri oſtendi. Et in 2. etiam, de creatione multa locutus ſum. Tex: De nihilo autem nihil prouenit, hoc eſt, de eo, quod eſt purum nihil, & ſimpliciter, & ſecundùm quid; nihil enim fieri poteſt, quod aliquod eſſe non priùs non habeat, aut in materia, ex qua fiunt mixta: aut in voluntate, & intellectu primi opificis, in quo priùs erant omnia, antequam fierent, atq; ita fuerunt in potentia propinqua, vt poſſent eſſe obiectum omnipotentiæ. Poteſt tamen ex ſimpliciter nihilo, quod ſcilicet non habet aliquod exiſtentiæ eſſe, ſiue eſſentiæ conſtitui aliquid, non autem creari. Etenim, in eſſe intelligibili, non ex aliquo eſſe ſimpliciter, aut ſecundùm

Cognitio dei habet mundū contrarium.

Credere eſt intelligere.

Fides commēdatur hebr: cap. 11.

Dei cognitio quid ſit.

Vnica ſalus hominis.

Deo cura eſt de nobis.

Deus eſt ſphæra inuiſibilis.

Sequitur tex:

Deus verbo creauit ōnia.

Textus.

De nihilo aliquid fieri.

 quid, vel

Deus quid ſit.

quid, vel ex parte ſui poßibili in huiuſmodi eſſe, creatura produci, non autem creari poteſt; quippe, cùm huiuſmodi produci non ſit creari; quandoquidem ad eſſe ſimpliciter, ſiue ſecundùm quid, nequaquam terminetur. Sanè, nihil non eſt de ratione creationis; impoßibile eſt enim, priuatiuum de ratione eſſe poſitiui. at, creatio eſt aliquid poſitiuum, nihil verò, priuatiuum: nullam ergo habent cognationem adinuicem. Reuera, terminus creationis eſt eſſentia creaturæ, & ipſa eſt productio permanens, quæ profectò non manet in tota creaturæ duratione, vt eſt de nihilo. Adde, quòd omnis habitudo poſitiui ad nihil, eſt habitudo rationis. at, per huiuſmodi ens reale diffiniri non poteſt: ergo quod prius. Itaq́, rectè dictum eſt à Mercurio ex nihilo nihil prouenire; quia nimirum mixta, ex materia fiunt elementorum: elementa verò, ac vniuerſa ex eſſe in mente primi exiſtente opificis. vnde ſubdit: Nam quæ minimè ſunt, *inquit,* naturam nullam habent, qua fieri valeant: at naturam potiùs, qua non valeant: *q. d. quæ omninò non ſunt, vt chymera, & centaurus, factu ſunt impoßibilia, atq; ex huiuſmodi prouenire aliquid nequit: quia ea non conſtant natura, qua in lucem venire valeant, atq; hoc eſt illud purum nihil, ex quo nihil fieri, affirmant omnes. Sequitur tex:* Contrà ea quæ ſunt, *nempe in eſſe actuali ad extra, ſiue in mente primi artificis,* naturam non habent, per quam aliquando non exiſtant, ſed potiùs, per quam exiſtant. his Deus præſens eſt, & cauſa eſt, vt ſint, & non permittit non eſſe. *Cùm hæc audißet Æſculapius, nec planè intelligeret, quód tantopere ſcire cupiebat, iterum percontatur Mercurium: Quid igitur ais, Deum eſſe aliquando? q. d. Dic ſemel, quid ſentias, & me diutiùs ne protrahas obſcuritate verborum, atq; ſententiarum inuolucris. Ad quem Mercurius.* Deus profectò mens non eſt: at verò vt ſit mens, cauſa eſt: neq; ſpiritus, ſed cauſa, qua ſpiritus exſtat: neque lumē, verùm cauſa, qua lumen exiſtit. *Et eſt ſenſus. Cupis ſemel doceri, quid ſit Deus: audi paulìſper attentè: Deus, non eſt mens, ſicut nos, & angeli ſumus: neq; lumen, quod videmus: neq; ſpiritus, quo conſtamus: ſed cauſa iſtorum omnium, & ſuper omnia ſeſe ferens; non enim negare intendit Deum mentem nō eſſe, aut lumen; alioqui ſibiipſi aduerſaretur, quippe, qui ſuperiùs dixerat, Deum, & lumen, & mentem eſſe, ſed ſicut dictum eſt.*

Purum nihil.

Deus non eſt mens.

MERCVRIVS.

Vnde Deum colere oportet duobus his cognomentis, quæ ſoli competunt illi: cæterorum verò nulli penitus congruunt. Etenim ex iis, qui præter ipſum appellantur dij, ſeu dæmones, ſiue homines, nullus eſſe tam bonus poteſt, quàm Deus vnicus; is enim ipſum bonum eſt, nec aliud quicquam præter bonū: reliqua omnia ab ipſa boni natura ſecreta ſunt. Corpus quidem & anima locum habent nullum, quo bonum capiāt; tam ampla enim eſt bonitas, quàm exiſtentia rerum omnium, tum corporalium, tum etiā incorporalium, ſenſibiliumq́. & intelligibilium: id bonum eſt, id Deus eſt. Caue itaq́. ne quando dixeris aliud quicquā bonum; prophanus enim hic foret error: neq. etiam dixeris Deum aliud quiddam præter ſolum bonum:

in ean-

Deus bonus eſt.

in eandem quippe impietatem incideres. Sermone igitur ab omnibus bonum pronunciatur; quid tamen ſit,non ab omnibus intelligitur: idcirco deus non cognoſcitur ab omnibus: verùm propter ignorantiam tum deos,tum etiam nonnullos homines, bonos nominant; nunquam tamen eſſe boni poſſunt, neq; etiam fieri. Reliqui igitur dij cuncti immortales honorati nomine dei: deus autem bonum,non ſecundùm honorationem,ſed ipſa ſui natura; vna enim dei natura eſt,ipſum ſcilicet bonum,vnum quipe eſt in vtriſque nominibus, vnde cuncta genera profluunt; bonus enim porrigit omnia, nec accipit quicquam. Deus exhibet omnia, cupit nihil: igitur deus bonum, ac bonum deus.

Commentum XI.

P*AVLO antè de dei bonitate cùm ſecundùm phil. tum etiam ſecundùm diuinos,ſatis me locutũ fuiſſe puto;quapropter breuiter me expediã.* vnde deũ colere oportet duob.*&c. quaſi diceret: Cùm deus ſit ſuper omnia,et cauſa omnium,& ſine quo nihil omnia: illi ergo conuenit verum eſſe,quia cauſa eſt, vnde ſunt omnia. At omnia appetunt eſſe, vt bonum omnibus appetibile: ſoli deo ergo hoc nomen propriè conuenit,qui ſolus eſt per ſe, & cauſa, qua ſubſiſtunt omnia.* Etenim ex iis, qui præter ipſum appellantur dii &c. *hoc eſt; quamuis & angeli,& heroes,& homines, præclariſsima quadam ſint naturæ lumina,in quibus conditoris patefit ſapientia & bonitas; quia tamen mutuò acceperunt,quæ habent omnia, boni,proprio nomine vocari non poſſunt. vnde ſubdit,* nullus eſſe tam bonus poteſt,quàm deus vnicus,*id eſt,omnis creaturarum bonitas,cum diuina non conferenda bonitate; ipſa enim ſola in immenſum bonitati creaturarum antecellit omnium. probat quod dixerat:* Is,*inquit,*ipſum bonum eſt,nec aliud quicquam præter bonum: reliqua omnia ab ipſa boni natura ſecreta:*Et eſt ſenſus: Quemadmodum deus eſt à ſe;ita planè eſt ſibi bonum: vnde ſicut non poteſt ſuum eſſe amittere;nec etiam ſuum bonum. Deinde,quia nullius eſt indigus,& dat omnia: recipit autem nil: eſt ergo verè bonus, & non eſt aliud quàm bonum, nec viciſsim bonum aliud quàm Deus. creaturæ verò,quia ex nihilo conditæ ſunt,poſſunt non eſſe; quia etiam ſuperioris indigent ope: bona,peculiari bonitatis titulo,dicenda non ſunt:* Corpus, *inquit,* & anima locum nullum habent, quo bonum capiant. *q. di. bonum illud cùm ſit infinitum,à creaturis,nempè à corpore ſiue anima capi,hoc eſt,contineri ſeu concludi non poteſt,quaſi in creaturis ſit concluſum,& à primo fonte diuiſum; non enim vult, diuinæ creaturas bonitatis participes non eſſe, ſed eandem diuinam circumſcribere, atq; complecti non poſſe bonitatem. vnde ſequitur:* Tam ampla enim eſt bonitas, quàm exiſtentia rerum omnium, tum corporalium, tum etiam incorporalium, ſenſibiliumq; & intelligibilium.*ſenſus eſt,omnium exiſtentiam rerum, cùm viſi-*

Quare deus bonus.

Textus.

Creatura non eſt comparanda creatori.

Creatura eſt particeps boni.

Deus eſt bonus.

bilium atq; corporalium, tum etiam inuiſibilium, & incorporalium, ſuperat ampla dei bonitas. Id bonum eſt, id deus eſt. Caue itaq;, ne quando dixeris aliud quicquam bonum; profanus enim hic foret error. *Et hæc quidem intelligenda ſunt de peculiari boni acceptione, quæ ſoli deo conuenit: non autem de vulgari illa, atque communi boni intelligentia, de qua legitur in principio Geneſeos: Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et Paul: ad Timot. Omnis creatura dei bona eſt. Profectò quicquid eſt, in quantum eſt, bonum vocari poteſt, quia nimirum participat eſſe, & boni gerit ſimilitudinem.* Neq; etiam dixeris deum aliquid quoddam præter ſolum bonum, in eandem quidem impietatem incideres. Nam deus non aliud quàm bonum: *ſiquidem bonum habet rationem finis, & appetibilis, & eſſe: at Deus eſt finis omnium vltimus, ſummè appetibilis, ſummèq; ac verè exiſtens: igitur eſt bonus, & ſolus verè bonus.* Sermone igitur ab omnibus bonum pronuntiatur; quid tamen ſit, non ab omnibus intelligitur: idcirco deus non cognoſcitur ab omnibus, verùm propter ignorantiam, tum etiam nonnullos homines bonos nominant. *Et eſt ſenſus, quia quàmplurimos latet natura boni; hac de cauſa quid ſit verè bonum ab eis ignoratur: vnde fit, vt deum quoq; neſciant, atq; ita cœcutiant, vt angelos aut homines bonos appellent. Adde (ſicut ſæpius dictum eſt) proprio ac peculiari nomine boni:* Nunquam tamen, *inquit,* eſſe boni poſſunt, neq; etiam fieri, *ſcilicet, qualis eſt deus: quemadmodum ſubiungit:* Reliqui igitur dij cuncti immortales honorati nomine dei. Deus autem bonus non ſecundùm honorationem, ſed ipſa ſui natura. *Iam palàm loquitur, & aperit quod priùs ſub velamine dixerat: Ecce, inquit, ſemel tibi hoc cordis ſecretum pandam: Deus eſt natura bonus, angeli vero honoratione ſeu participatione tantùm, ob eas quas ſuperiùs recitauimus cauſas; vna enim dei natura eſt, ipſum ſcilicet bonum, vnum quidem in vtriſq; nominibus, vnde cuncta genera profluunt: bonus enim porrigit vniuerſa & non accipit quicquam. Et reuera, ad bonum ſpectat, aliis ſeipſum communicare, & ab illis accipere nihil: qui enim ab aliquo accipit; imperfectus vtiq; eſt appellandus, quippe qui accipiat quod priùs non habuerat. At bonum verum, cuiuſmodi eſt deus, eſt omnibus modis perfectum: non poteſt ergo aliquid recipere, quod priùs ſibi non inerat, vnde Pſa. 15. Ego dixi deus meus es; quia bonorum meorum non eges. Bene ergo dictum eſt à Mercurio:* Deus exhibet omnia, cupit nihil: *igitur deus bonum, ac bonum deus.* Deus *inquam,* quia eſt bonus, homini dedit omnia, ſuæ congratulatus imagini. *Inprimis ſua illum obſignauit imagine, qua ſui eſſet capax opificis, illumq; intelligere poſſet, ac ſic intellectum amaret: demum ſua eſſet fruitio, atq; poſſeſſio. Deinde omnia vſui conceſſit humano, cuius gratia condiderat omnia, oues & boues, volucres cœli, & piſces maris. Addidit ſpiritus illos cœleſtes, menteſq; beatas, in ſocios & miniſtros: Prophetas in æterni regni nuntios: Apoſtolos in doctores & paſtores: filium in pretium & exemplum: ſpiritum ſanctum in pignus & in ducem. Deniq; ſeipſum cum vtroq; in præmium ſempiternum: ipſe autem cupit nihil, quaſi noſtrorum bonorum indigus. Bonus igitur es domine deus noſter, & propter bonitatem, ſicut feciſti & redemiſti; ita noſtri miſerere, quia tu ſolus bonus, & omnis boni author.*

Textus.

Geneſ.

Deus & bonũ idem ſunt.

Angeli quomodo boni dicantur.

Natura boni.

Deus dat omnia homini.

MERCVRIVS.

Deus eſt pater

Altera dei appellatio Pater eſt, ob eam cauſam quòd omnia gignit; Patris enim officium eſt, gignere. Quapropter præſtans id in vita, cenſetur ſtudium, atque pi-

Deus eſt pater omnium.

que pium apud ſapientes, procreatio liberorum. Extrema verò omninò calamitas,& impietas accidit illi,qui abſq; liberis ex vita decedit. Qua de cauſa dæmonibus dat pœnas poſt mortem. Supplicium denique huiuſcemodi eſt,vt ſterilis anima in corpus quod dam per iudicium migret, cui nec maris, nec fœminę natura inſit. Quod quidem à ſole eleuatum eſt,atque connexum. Igitur, ò Æſculapi,cum homine, qui nullos genuit filios, nullum habeto commertium; infelicitatis tamen eius miſerere, cùm noueris quæ hunc mulcta poſt interitum maneat. Tot igitur & talia dicta ſint ò Æſculapi,ex quibus præcognitio quædam omnium naturæ colligitur.

Sterilis ignominia.

Crux Domini noſtri Ieſu Chriſti exordium extitit, ipſa quoq; & finem dedit die veneris,cui hæc conſecrata eſt dies.

Commentum XII.

POST primam dei appellationem, quam ſoli deo propriè congruere,ſapientiſſimus Mercurius profitetur, ad ſecundam accedit nihilo prima inferiorem,qua deum patrem dicendum appellandumque eſſe arbitratur: de qua quidem in principio huius tertij adductis eiuſdem Mercurij authoritatibus,hinc inde collectis ſolicitè diſputaui. Cæterùm,deum eſſe omnium patrem, Moyſes in Deuteronom: clariſſimè docet cap. 23. Numquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit te,& fecit & creauit te? Eſt ergo deus,iuxta Moyſis vaticinium, pater noſter,creatione,quia de nihilo produxit:formatione, quia nimirum ad ſuam effinxit imaginem: poſſeſſione,quia illius ſumus poſſeſſio,populus eius,& oues paſcua eius. Iſaias clamat & audet 63. Tu enim pater noſter,& Abraham neſciuit nos,& Iſrael ignorauit nos. Tu domine pater noſter,& redemptor noſter, à ſeculo nomen tuum: Pater noſter (inquit Hieronymus)quia creator es omnium. Neſcit Abraham, & ignorat Iſrael, quia te offendimus:nec cognoſcunt filios quos à deo ſuo intelligunt non amari: hoc eſt ergo omne quod poſtulant,vt quia pater eorum eſt,& hoc eos dignatus eſt nomine: non obliuiſcaris filiorum ſuorum,ne per ipſos nomen dei blaſphemetur in gentibus. Et cap.64.idem propheta precatur: Et nunc domine pater noſter es tu, nos verò lutum, & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Quanquàm lutum ſimus, ait Hierony: & opera manuum tuarum:& fictor noſter ſis: nec vas figulo valeat reſpondere, quare ſic me feciſti; tamen ſcientes eſſe nos filios,audemus dicere: Ne iraſcaris domine ſatis. Ieremias cap. 3. hoc idem deſcribit,adhortaturq; populum,vt deum patrem vocet: ergo ſaltem à modò voca me pater meus,dux virginitatis meæ es tu:Erubeſcant igitur hæretici,inquit Hieronymus,qui nolunt ad meliora conuerti:nec regredi ad patrem creatorem, ſaltem à modò voca me pater meus, dux virginitatis meæ es tu. Ipſe deſpondit animam veſtram amplexibus ſuis. Dauid Pſal. 102. Quomodo miſeretur pater filiorum, miſertus eſt dominus timentibus ſe: Iam ſæuiat quantùm vult,pater eſt,inquit Auguſt. Fili ſi ploras,ſub

Deus quare pater dicatur.

Moyſes.

Iſa.

Hieronymus.

Iſa.

Ierem.

Hierony:

Dauid.

patre

pater omnium.

patre plora,noli cum indignatione, noli cum typho ſuperbiæ: Medicina eſt, non pœna: caſtigatio, non damnatio. Et ſer: 126. de tempore,exponens illud Matt. 6. Pater noſter, qui es in cœlis: Inprimis,inquit, bonitatem dei & gratiam proteſtamur; nam quando nos terreſtres,miſeri,& imbecilles,& inutiles ſerui auderemus vultum leuantes ad deum dicere: Pater noſter,niſi ipſe per ſuum nobis vnigenitum,hanc fiduciam præſtitiſſet?

Ioan. 1. *ſicut ſcriptum eſt: Quotquot autem receperunt eum,dedit eis poteſtatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Accepta igitur poteſtate patrem vocamus deum; quia per fidem ſpiritum adoptionis accepimus:vt nos filios dei factos gratulemur. vnde Apoſtolus ad Epheſ:*

Epheſ. 3. *3.Huius rei flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur. Et 4. eiuſdem epiſtol: Vnus deus,& pater omnium,qui ſuper omnes,& per omnia,& in omnibus nobis: Non enim, in-*

Chryſ. *quit Chryſoſtomus,ſuper te quidem maior,ſuper illum verò minor inuocatus eſt. ſed eſt ſuper omnia,hoc eſt,dominus & omnium ſupremus:per omnia prouidens & gubernans. Et in omnibus vobis,id eſt,inhabitans. Et exponens illud: in quo obſignati eſtis in die redemptionis,capitis eiuſdem: Patrem vocas deum,non quidem à natura, neq; à virtute; ſed à ſola benignitate,& multa miſericordia. Si patrem inuocatis eum,qui ſine perſonarum acceptione iudicat vnumquemq;: in omni conuerſatione oportet vos ſanctos eſſe,ſicuti & ipſe ſanctus eſt: Sancti, inquit,eritis,ſicut & ego ſanctus ſum. Quod ergo eſt opus filij dei? Inimicis ignoſcere:pro crucifigentibus precari:pro odio habentibus ſanguinem fundere. Quare ergo fratrem vituperas? ſi verò non eſt frater tuus,quomodo dicis:*

Ambroſius. *Pater noſter? illud enim,Noſter,multas perſonas deſignat. Ambroſius in eandem Pauli authoritatem ſic ſcribit: Pater eſt deus,inquit,quia nulli debet,quod eſt. Per omnes eſt, quia ex eo omnes,& ſuper omnia eſt:quia ex eo ſunt omnia, quæ ex eo ſunt, & in omnibus nobis eſt,per ſpiritum ſuum,quem dedit nobis.Et lib.3. de virginibus,exponens illud Ioan. 20. Aſcendo ad patrem meum,& patrem veſtrum:Pater eſt mihi iuxta diuinam*

Hieronym. *generationem:iuxta adoptionem,pater veſter eſt. Hieronymus in cap. 4 ad Eph Super omnes eſt deus pater,quia author eſt omnium: per omnes filius, quia cuncta tranſcurrit, vaditq; per omnia: in omnibus ſpiritus ſanctus, quia nihil abſq; eo eſt. Tale quid de*

Zeno. *creaturis,& de deo etiam Zeno cum ſuis Stoicis ſuſpicatur, quem ſecutus Virgilius ait:*

Virgilius. *Deum namq; ire per omnes terraſq; tractuſq; maris, cœlumq; profundum. Principio cœlum ac terras, campoſq; liquentes,lucentemq; globum lunæ, titaniaq; aſtra. Spiritus intus alit,totamq; infuſa per artus Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Et exponens illud Prouerbiorum cap.1. Audi fili mi diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: Pater omnium electorum,inquit,deus eſt: mater verò eſt eccleſia, de qua Pſal. 112. loquitur: Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Et iterum in expoſitione illius verſiculi cap. 3. Quem diligit dominus corripit: & quaſi pater in filio complacet ſibi. Tantò ergo minùs de flagello, quo caſtigamur, murmurare debemus; quantò certiùs in eo paternæ dilectionis pignus tenemus. vnde & ipſe dicit*

Apoc. *Apocal.3. Ego quos amo, arguo, & caſtigo. Baſilius quoq; 2.lib. aduerſus Eunomium, quare deus noſter pater dicatur,egregiè interpretatur: Deus, inquit, non abuſione, aut*

Baſilius. *tranſlatione,ſed proprio,ac vero nomine pater appellatur,quippe qui per hos corporeos parentes à nihilo nos ad eſſe produxerit,& curet ſibi adiungere. Noſter ergo pater eſt, creatione,adiunctione, adoptione,cura, ſolicitudine, miſeratione, obſignatione, hæreditate, honore pariter & timore, fœcunditate operum, & quæ ſunt generis eiuſdem. Itaq; rectè dictum à Mercurio,deum propriè atq; peculiariter,patrem eſſe appellandum;eſt enim omnis fœcunditatis prinicipium,atq; vtriuſq; ſexus fœcunditate pleniſſimus.*

Patris officiũ. Patris enim officium eſt generare. Quapropter præſtans id in vita, cenſetur ſtudium atq; pium apud ſapientes,procreatio liberorum. Extrema verò omnium calamitas & impietas accidit illi,qui abſq; filijs ex vita decedit.

Dei nomina.

Plato.

Quæ ſterilitas ſit timenda.

Auguſtinus.

Rom 2.

Maſculus.

Fœmina.

Plato 6. de legibus, iubet infœcundas mulieres à viris eſſe ſeparandas. In lege Moyſi ſterilis prohibebatur templi ingreſſu: ſacrificiis intereſſe ſiue offerre: cuiuſmodi plurima extant in diuinis literis virorum mulierumq; exempla. Verùm animæ ſterilitas ſummopere cauenda eſt, quam huiuſmodi leges præſeculiſſe videntur. Quam ob cauſam Dauid præcatur Pſal 34. Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animæ meæ. Ego attuli fœcunditatem, ipſi verò retribuebant ſterilitatem. Ego vitam, ipſi mortem. Ego honorem, ipſi contumelias. Ego medicinam, ipſi vulnera, & in his omnibus quæ retribuebant, vtiq; ſterilitas erat. hanc ſterilitatem in arbore dominus maledixit, ſicut legitur in Euangelio Matt. 21. vbi fructum cùm quæreret non inuenit, folia erant & fructus non erat: verba erant, & facta non erant. vide in verbis numeroſitatem, & in factis ſterilitatem: Qui prædicas non furandum, furaris &c. Tales erant, qui Chriſtum interrogabant, quæ ipſe ignorabat. Alioqui ſi ita res ſe haberet; non eſſet vtiq; fœcunditati, anteponenda virginitas: quod profectò omnibus propemodum legibus, minimè probatur. Itaq;, animus infœcundus, nobis cauendus eſt, ſteriliſq; voluntas: quorum alter maſculinæ prolis, alter verò fœminina gerit imaginem. Is ergo, qui cùm intellectus fructibus, tum etiam voluntatis vacat: induet corpus quoddam per iudicium, cui nec maris, nec fœminæ natura inſit, *hoc eſt, pœnas dabit, animi, voluntatiſq; ſterilitati congruentes: quippe, qui omni caruerit fœcunditate. Monſtroſam igitur, & quaſi naturæ incognitam pœnam ſubibit. Nam qui omni tum animi, tum etiam voluntatis, bonis actibus caruerit, nõ rei animatæ, ſed inanimatæ potiùs eſt conferendus:* Quod *inquit,* corpus à ſole eleuatum eſt, atq; connexum, *id eſt, aëri deputabitur, ventis & turbinibus expoſitum, vel alia cuiuis pœnæ, ſuæ ſterilitati conformi: à qua quidem ſterilitatis pœna, liberet nos ſanctus Pymander, cum ſuo verbo lucidiſſimo, & ſpiritu vtriuſq;, per merita Chriſti, eiuſq; matris, & omnium ſanctorum amen.*

Finis Dialogi ſecundi.

DIALOGVS TERTIVS.

DE NOMINIBVS DEI.

MERCVRIVS.

Gloria omnium deus, diuinum, diuina natura, principium vniuerſorum deus, Mens, Natura, Materia, ſapientia ad cunctorum demonſtrationem, principium, diuinitas, actus, neceſsitas, finis & renouatio.

Commentum I.

MVLTA, & quidem præclara, perpaucis tamen verbis, hoc in Dialogo à ſapientiſſimo Mercurio deſcribuntur: inprimis admiranda dei epitheta: in formis deinde materiæ ornatus, aptaq; compoſitio: angelorum miniſterium, amorq; præcipuus in mundi exordio, rerumq; diſtributione facienda: hominis conditiones, finiſq; præcipuus: demum omnium reſurrectio, atq; renouatio. de quibus omnibus ordinatim nobis diſputandum eſt, fauore atq; benignitate diui Pymandri, qui

na. *dri,qui eſt gloria omnium,ſicut in principio poſitũ eſt Dialogi* gloria omniũ Deus.
Deus quid ſignificat. *Cæterùm, hoc ſanctum & admirabile nomen, iuxta Damaſceni ſententiam lib.1. cap.1.*
à thein,quod eſt currere,atq; vniuerſa fouere dicitur. Aut ab ethin,hoc eſt,ardere; eſt
enim ignis conſumens, ſecundùm Apoſtoli authoritatem : vel à theaſte, quod eſt con-
ſiderare omnia. Quam ob cauſam ab vniuerſali prouidentia, deum vocamus, vt pote o-
Dionyſius. *mnibus prouidentem,vniuerſaq; ſpectantem. vnde Diony: 12.de diuinis nominibus:Om-*
Aratus. *nia videt deus bonitate,& prouidentia perfecta.Et Aratus: A Ioue, inquit,nos ſumus,*
Plato. *ille fauet,& vires cunctis miniſtrat. Plato in Cratylo:Equidem,inquit,ita conicio,viden*
tur vtiq; mihi Græcorum priſci,deos ſolos putaſſe eos,quos etiam his temporibus barba
rorum plurimi arbitrantur,Solem, lunam,terram,ſtellas,cœlum. Cùm hæc omnia per-
petuo in curſu eſſe conſpicerent,ab hac natura τ8 θεῖν θεοὺς *nominaſſe videntur:deinde*
& alios animaduertentes eodem nomine nuncupaſſe. Videtur igitur Plato alludere ad
them,quod eſt currere,ſiue fouere,vel à vita nomen ſortitur,quod ſcilicet vita ſit omni-
Iouis nomen. *bus viuentibus : vnde & Iupiter dictus eſt. Iouis autem nomen, quidam* ζῆνα *quidam*
verò δία *, vocant, quæ partes in vnum compoſitæ, naturam dei ipſius oſtendunt. Hic*
Iupiter Saturni filius, κόρος *dicitur , quod quidem nomen , non puerum ſed puritatem*
ſignificat mentis ipſius,& ſynceram integritatem. Eſt autem is cœli filius, quippe aſpe-
ctum habens ad ſupera. Aut δέος *, id eſt, timor,quòd colentibus ſit timori, de quo in*
Pſal: legimus: Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Alias ſapientum au-
thoritates ſuper hac materia in primo Pymandri fol. 204. videre poteris, & fol. 89 &
Elohim. *91. Apud Hebræos Deus vocatur,El,vel potiùs,Eloha,idem eſt,quod deus.Elohim,plu-*
rale nomen,latinè,dij, quod quidem etſi pluralitatem deſignet ; cum verbo tamen ſin-
Creauit Gen.1 *gularis numeri iungi ſolet,quoties in ſcriptura ſacra pro deo vero accipitur: ſic enim le-*
gitur Geneſis primo: In principio creauit dij cœlum & terram: Bara creauit, non ba-
reu, creauerunt,perſonarum trinitatem indicans diuinarum, atq; vnitatem. Sic Rabbi
Hunna profeſſus eſt. Et iterum,creauit dij Adam.Et 11. Deſcendamus,& confundamus
labia eorum,& ſubditur: Et deſcendit dominus ad videndum turrim.Et 35.Quia ibi ap-
paruerunt ei dij, & poſtea ſubiungit: Fac ibi altare deo, qui apparuit tibi. Deutero.4.
Deutero. *Quæ eſt gens,quæ habeat deos appropinquantes ſibi,ſicut deus noſter adeſt nobis?Et in*
Ierem. *vltimo: Non poteris ſeruire deo;quia dij ſancti ipſe.Dij , & ipſe,non ipſi. Ieremiæ 23. Et*
peruertiſtis verba deorum viuentium,domini exercituum, non dominorum dixit. Itaq;,
ſi iſtud nomen,quando deum verum ſignificat,ſemper ſingulari numero coniungeretur;
non diceret in Geneſi primo, faciamus,ſed faciam. Ex illa ergo Geneſis authoritate,qua
dictum eſt:Faciamus hominem ad imaginem,& non ad imagines noſtras, perſonarum
trinitas,cum eſſentiæ vnitate,clarè intelligitur.

Iehoua.

In primo Pymandri fol: 91. nonnihil de hoc nomine Iehoua à me dictum eſt, de quo
paulò copioſiùs diſputabitur. Hoc eſt nomen Tetragrammaton,quod præ cæteris deo at-
tributis nominibus,propriùs diuinam indicat eſſentiam. Inter veteris legis interpretes,
Rabbenus. *quidam dictus eſt Rabbenus Heccados, latinè doctor noſter ſanctus, is ad interroga-*
tiones Antonij vrbis Romæ Conſulis: Deus,inquit, non habet nomen, cuius nos cognitio-
nem habere poſſimus : quandoquidem ipſius ſubſtantia, nomen ipſius ſit , quæ nobis in-
cognita eſt, & nomen ſimiliter. Quamobrem,diuina nomina,dei potiùs attributa,quàm
Nomen 4. literarum. *illius ſubſtantiam,diuinamq; naturam oſtendunt, licet nomen quatuor literarum opera-*
tionibus diuinis peculiariùs ſit attributum,atq; accommodatum. hanc ob cauſam Ham-
mephoras,id eſt,nomen expoſitum vocatum eſt, hoc eſt, nomen (authore Rabbi Moyſe
Ægyptio) ſine mixtura oſtendens creatoris ſubſtantiam. Sanè, huiuſmodi nomen non
eſt æquiuocum,nihilq; deo,& creaturæ ſignificat commune : ſicut cætera ipſius nomina
glorioſa,

 Dei nomina.

glorioſa, vtpote Adonai, à verbo, Adon, quod eſt dominus, deductum; hoc enim nomen Adonai.
creaturis communicatum fuiſſe, ſcriptura clariſſimè docet. Geneſis 18. Angelo tribui-
tur: Adonai, inquit, ſi inueni gratiam in oculis tuis. Sic Dayyan, id eſt, iudex. Zadir,
id eſt, iuſtus, Hannun, gratioſus vel pius, miſericors. At nominis, quod quatuor ſcribitur
literis, deriuatio ignoratur, nec ipſum cum alio participat. Vide huius maieſtatem nomi- Excellentia
nis: Non dicebatur, niſi in ſanctuario à ſacerdotibus ſanctificatis, & in benedictione ſa- huius nomin:
cerdotum tantùm, & tunc etiam à ſacerdote magno in die ieiunij, ſanctificationis glorio-
ſæ. Nume. 6. Sic benedicetis filiis Iſrael, id eſt, cum Hammephora. Quidam putant, falsò
tamen, nomen Iouis ab hoc eſſe deriuatum, quandoquidem illæ quatuor literæ, ſic vt pun-
ctatæ ſunt, יְהֹוָה *non Ioua, ſed Iehoua reddunt atq; efficiunt quamuis Iudæi illud pro-* Iouis nomen
nuntiare non audeant, ſed loco illius, Adonai, proferant: qui autem in noſtris literis, Ioua
ſonare contendunt, id ex eo potiſſimùm probare conantur, quod Hebræorum Gramma-
tici dicunt: cum ſceua aliqua literarum gutturis ſequitur, plerumq; & ſceua ipſum,
& gutturis literam ſimul per ſyncopam auferri: Exempli gratia, Iehuda, Iuda, ſimili-
ter Ioua, non Iehoua. ſed tunc eſſet trium literarum non quatuor, quod ne cogitari qui- Non eſt addendum
dem licet; nefas enim eſt eo in nomine quicquam vel addi, vel minui, ſed ſic omninò de- nec mi-
bet ſcribi, & pronuntiari (ſi tamen pronuntiandum eſt) ſicut deus mandauit Moyſi. nuendum.
Quocirca Grammaticorum regula in eo locum non habet, præſertim cùm rarò in ſacris
literis reperiatur, niſi apud Talmudiſtas. Ipſum igitur nomen quatuor literarum cum
ſceua, h, litera, quæ lenem habet aſpirationem, & ſcribi, & pronuntiari debet. Apud
autem Hebræos hoc nomen multa ſignificat, nempè generans, vt dicunt quidam: alij Significatio
eſſentiam, ſiue quia dat omnibus eſſe: alij vnus & omnia, ſiue vnus omnia eminenter con- nominis.
tinens, nomen iſtud ſignificare aſſirmant. Planè, nomẽ eſt ineffabile, diuinæ trinitatis indi
cans ſacramentum. Sanè, cùm ipſum nomen generantem ſignificet, generans autem ſine
generato eſſe non poſſit, nec generans, & genitum ſine amore; in ſe ergo continet ſanctæ Literæ huius
trinitatis admirabile, ſanctumq; ſacramentum. Literæ huius nominis, etſi quoàd nume- nominis.
rum quatuor ſint; in veritate tamen non ſunt, niſi tres, ſcilicet, Iod, He, Vau. Ex eo au-
tem quòd He, ponitur ſecundo, & quarto loco, quatuor eſſe cenſentur. Tres igitur huius
nominis literæ, tres diuinas deſignant hypoſtaſes; nam prima quidem, nempè Iod, prin- Iod.
cipium interpretatur, eo quòd omnium aliarum principium ſit, rectiſſimèq; patrem in
diuinis inſinuat. Secunda, He, quæ eſſe, vel viuere ſignificat, filium innuit, per quem ſa- He.
cta ſunt omnia, & viuunt vniuerſa, & quicquid factum eſt, in ipſo vita eſt. Tertia eſt,
Vau, quæ eſt copulatiua, ſpiritum ſanctum optimè exprimit, qui eſt nexus amborum. Vau.
Secunda autem geminatur, ad inſinuandum, ſolum filium, duplicem habere reſpectum,
nempè productum & producentem, duplicem ſub vna perſona conſiſtere naturam, di- Duæ naturæ.
uinam ab æterno, humanam ex tempore, deus æternus, homo in fine temporum. In anti-
quis Hebræorum codicibus per tria Iod ſcribitur, hoc modo, (י־י) *Iod, principium ſi-* Tres Iod.
gnificat, quod quidem in operibus trinitatis intrinſecis ſoli patri tribuitur: in operatio-
nibus tamen extrinſecis, tribus eſt commune perſonis. Itaq; illa tria, tres ſunt diuinæ
perſonæ, vnica verò Camex Iod ſuppoſita, diuina eſt natura, quæ vnicuiq; perſonæ tota
impartibiliter communicatur. Circulus autem, quo tres literæ includuntur, eſt diuinæ Circulus.
eſſentiæ identitas. Itaq; ſicut tres huiuſce nominis ſyllabæ ſimul ſumptæ vnũ nomen effi-
ciunt; ita tres perſonæ ſunt, vnus deus. Ex quatuor verò iſtis literis, tria nomina diuinæ
componuntur, Iah, hu, Vehu: Primum, ex prima & ex ſecunda componitur, hoc eſt, ex
Iod, & He, hoc modo (Iah) quod idem eſt, quòd deus: & patrem deſignat, qui totius di- Iah.
uinitatis fons eſt. Secundum verò nomen, ex ſecunda & tertia (hu) quod, ipſe, inter- Hu.
pretatur, & filium ſignificat; quia ipſe profectò eſt, quem prophetæ prædixerunt. vnde
Iſa. 35. Elohim hu iaba: Deus ipſe veniet & ſaluabit nos. Tertium nomen ex tertia &
quarta, ſcilicet, ex Vau, & he, vehu, quod interpretatur (Et ipſe) quia ſcilicet ipſe quoq; Vehu.

Deus eſt gloria omnium.

poſt filium mittendus erat, & quidem viſibiliter. In hoc autem, quòd ſecundum nomen deſcendit à primo, & tertium à ſecundo; litera enim, He, communis eſt primo ac ſecundo nomini: Vau, verò ſecundo & tertio, oſtenditur planè, filium ei, à quo genitus eſt patri, conſubſtantialem eſſe; ſpiritum quoq; ſanctum conſubſtantialem filio. Profectò, filius eſt in patre, & pater in filio, ſpiritus autem ſanctus in vtroq;. Amplius, omnes huius nominis literæ eædem ſunt, ex quibus tria tempora præteritum, ſcilicet, præſens & futurum, verbum ſubſtantiuum indicatiui modi apud Hebræos ſignificant; verbũ namq; ſubſtantiuum indicatiui modi ſtabilitatem ſignificat: cætera verò fluxibilia ſunt. Itaq;, verbum ſubſtantiuum, perſonarum innuit ſtabilitatem & tria tempora, haiah, fuit, houe, eſt, ihie, erit, earundem æternitatem inſinuat, nempe patrem, filium, ac ſpiritum ſanctum eſſe, fuiſſe, atq; fore ſemper. Hæc ſunt, quæ in hoc ſacro nomine Tetragrammaton abſcondita ſunt myſteria. Quid igitur ſignificat deus, patet.

Trinitatis myſterium.

MERCVRIVS.

Gloria omnium Deus.

Commentum II.

QVID ſignificet hoc nomen, Deus, breuiter, ſuccinctèq; complexi ſumus: quomodo autem ſit gloria omnium, ſicut dictum eſt à ſapientiſſimo Mercurio; eadem quoq; diligentia, breuitateq; nobis eſt amplectendum. Cæterùm, quid ſit gloria à Cicerone ſic deſcribitur: Gloria eſt ſolida quædam res, & expreſſa, & non adumbrata. Ea eſt conſentiens laus bonorum: incorrupta vox bene iudicantium de excellente virtute. Ea virtuti reſonat tanquam imago 3. Tuſcu: Præclara eſt Ciceronis de gloriæ diffinitione ſententia; ſiquidem ea ſunt gloriæ plena iudicanda, quæ nullo falſitatis velamine teguntur, reiq; nulli inſtabili innituntur: denique quæ probis, atq; incorruptis hominibus probantur. Tria ergo veræ gloriæ ſunt tribuenda, ſtabilitas, veritas, atq; conſentiens bonorum iudicium. Et reuera, teſte Quintiliano, conſentiens laus bonorum, gloria appellatur. vnde 2. de inuentione ipſemet Cicero ait: Gloria eſt illuſtris, ac peruagata multorum magnorum, vel in ſuos ciues, vel in patriam, vel in omne genus hominum fama meritorum. Sanè, ea eſt laus, & gloria rectè factorum, magnorumq; in republica meritorum, quæ cùm optimi cuiuſq;, tum etiam multitudinis teſtimonio comprobatur. Hæc ſi ita ſint, ſoli certè deo ſunt attribuenda; ipſe enim eſt per ſe ſtabilis, imò ipſa ſtabilitas, atq; veritas, cauſaq;, qua alia vera ſunt atq; ſtabilia, de omni bene meritus creatura, cuius larga beneficia ſuper omnia ſua opera diffuſa, laudant omnes. Addè, quòd ſi (vt idem dicit pro Planco) is gloria maximè excellit, qui virtute plurimùm præſtat. Profectò, ſicut deus virtute cæteris omnibus antecellit creaturis idq; in infinitum; ita etiam & gloria: ſoli ergo deo gloria debetur, qui eſt gloria omnium: quia ſecundùm Apoſt: 2. ad Cor. 10. Qui gloriatur, in domino glorietur. Et Ieremias 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia, nec diues in diuitiis, nec fortis in fortitudine, ſed in hoc tantùm noſſe me. Sanè, quid habet omnis prorſus creatura, quod à deo non acceperit? ſi autem accepiſti, quare gloriaris, quaſi non acceperis? 1. Cor. 4. Quod Auguſt. in epiſt. ad Valentinum, & de correptione & gratia, & ad Bonifacium contra duas epiſtolas confirmat: Quis, inquit, efficit, vt ex filio iræ fieres hæres vitæ æternæ? Qui enim gloriantur quaſi non acceperint; ij profectò in ſeipſis, & non in domino gloriantur. Vnde conſtat, ait Chryſoſt: in eundem Pauli locum, eſſe dignum, qui lauderis? Certè, ſi habeas gratiã, & hominum iudiciũ non corrumpatur; adhuc tamen omnia à Deo accepiſti: Quid igitur

Quid ſit gloria.

Cicero.

Quintilianus.

Deo ſoli debetur gloria.

Paulus.

Ierem.

Auguſt.

Chryſ.

Deus eſt gloria omnium.

igitur tibi ſimulandũ eſt, quod non habes? Num ipſe per te rectè operatus es? Non ſanè, ſed accepiſti ſi accepiſti, non tuũ accepiſti; ſi non tuum: gloriare igitur in domino. Itaq; Deo propriè eſt gloria attribuenda, qui propria virtute præſtat omnibus Sanctis quoq; gloria debetur, ſicut ſcriptura docet: Gloria hæc eſt õmbus ſanctis eius. ſed ipſi quoq; in domino gloriantur, à quo acceperunt, vt gloria illis debeatur.

Seneca.

Seneca lib: 3. epiſt: Gloria eſt frequens de aliquo fama cum laude: ſama igitur laudi mixta, eiq; frequenti, gloria nominatur: ſed quæ frequentior fama cum laude, quàm ea, quæ vero, & ſoli Deo eſt tribuenda?

Valerius.

Valerius Maximus lib: 7. cap. 2. Expedita, & compendiaria via eos ad gloriam peruenire Socrates dicebat, inquit, qui id agerent, vt quales videri vellent tales eſſent. qua quidem prædicatione apertè monebat, vt homines potiùs ipſam virtutem haurirent, quàm vmbram eius conſectarentur.

Cicero.

Sanè, ſi iuxta aliam Ciceronis deſcriptionem: Gloria eſt alicuius magnifici, vel bonæ artis latè patens præconium: & vt perhibent, qui de magnis maiora loquuntur, ſecundam vitam dat gloria: ſi quis igitur ad gloriam aſſequendam laborat, talem ſe præbeat, qualis vult haberi. Et is profectò Deus eſt, qui pater eſt, & bonus, & vt Deus, & pater, & bonus, vult haberi, & coli. Reuera, ſi oſtentatione inani, & ficto ſermone, vel vultu, ſtabilem ſe gloriam quis aſſequi arbitretur, vehementer errat; vera enim gloria radices agit: ficta autem omnia, celeriter tanquam floſculi decidunt, neq; ſimulatum quicquam poteſt eſſe diuturnum.

Vera gloria.

Iob.

Quam ob cauſam rectè dictum eſt à Propheta Iob cap: 20. Gaudium hypocritæ ad inſtar puncti eſſe, ſi aſcenderit vſq; ad cœlos ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine pendetur: & qui eum viderant, dicent: vbi eſt? velut ſomnium auolans non inuenietur. Ficta ergo gloria debetur hypocritis, quorum gaudium eſt ad inſtar puncti: Deo autem vera, & ſempiterna, vtpote veræ, & ſempiternæ maieſtati.

Plato.

Plato de legibus dial: 12. Vtiliter, inquit, ciuitatibus præcipitur, vt bonam apud multos exiſtimationem non paruipendant. Maximum ſanè, atq; rectiſſimum eſt, vt cùm ſis probus; ita gloriam quæras, aliter minimè, ſi modò perfectus vir futurus es. At, cui conſtare poterit, ſe perfectè futurum: illi ergo, qui ſemper eſt perfectus, imò ipſa perfectio, vera gloria tribuatur.

Plotinus.

Plotinus, Enneadis 2. lib. 3. cap: 14. Vel iuſtè habetur, inquit, gloria, vel iniuſtè. ſi iuſtè, tum officiis, tum exiſtimantium æquitate comparata eſt; ſi iniuſtè, ex honorantium iniuſtitia proficiſcitur.

Pſalm.

Simile quiddam habetur in pſalmo 9. Laudatur peccator in deſideriis, & iniquus benedicitur. Et pſalmo 51. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? Sed Deo multis, iuſtiſq; officiis in nos præſtitis, omniumq; conſenſu, gloriam illi impendimus. Verè eſt ergo omnium gloria, & illi propriè vera perſoluitur gloria.

Deus eſt gloria omnium.

Itaq; iuxta huiuſmodi ſapientum ſententiam, Deus eſt gloria omnium, quippe, qui verax ſit, & ſtabilis, virtutum pater, omnis gloriæ, ſplendoriſq; principium, & origo, omnium conſenſu, atq; iudicio laudatus. Iure ergo optimo eſt pater gloriæ, largitor, atq; conſeruator, in angelis concinentibus, gloria in excelſis Deo: in hominibus, qui illius participes facti ſunt gloriæ. In cœlis enarrantibus gloriam Dei: deniq; in vniuerſo orbe, qui plenus eſt maieſtatis gloriæ ſuæ.

Gloria dei quid ſignificet.

Cæterùm, in diuinis literis gloria, interdum accipitur pro gratia, ſeu remiſſione peccatorum, quam Deus oſtendit, cùm iuſtificat impium: Omnes, inquit Paulus ad Rom: 3. peccauerunt, & egent gloria Dei, id eſt, gratia iuſtificante, per quam ſuam manifeſtat gloriæ magnitudinem. aliquando gratiam ſignificat perfectam, atq; completam, diuinam ipſius viſionem, quæ eſt vita æterna, finis, complementum, atq; perfectio rationalis creaturæ, hanc habere Moyſes ſummopere cupiebat.

Moyſes.

Exo: 33. Oſtende, inquit, mihi gloriam tuam, id eſt, te ipſum: Dignare me, tuæ ineffabilis, admirabiliſq; viſionis aſpectu.

Dauid.

Dauid, pſalmo 16. Satiabor cùm apparuerit gloria tua: Cùm te videro, inquit. Et pſalm: 83. Gratiam & gloriam dabit dominus: Gratiam, inquit Auguſt: de qua Apoſtolus 1. Cor: 15. ait: Gratia Dei ſum id quod ſum. & gloriam, de qua idem Apoſt: 2. Tim: vlt: Player Supereſt mihi corona iuſti-

Paulus.

na iuſtitiæ. Et ad Rom: 2. Reddet his, qui ſecundùm patientiam boni operis, gloriam &
honorem. Et iterum: Gloria & honor, & pax operanti bonum. gloriabatur Apoſtolus,
Cor: *ſed in teſtimonio bonæ conſcientiæ, ſicut ipſe profeſſus eſt ad Cor: 2.1. Gloria noſtra hæc*
Gloria Pauli. *eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Et cap: 10. dicit ſe gloriari ſecundùm menſuram*
quam à domino acceperat: Non, inquit, in immenſum gloriamur, ſed ſecundùm men-
ſuram regulæ, q. d. in domino, & non in nobis gloriamur. vnde cap: 11. In his, quæ infir-
mitatis meæ ſunt, gloriabor, hoc eſt, in humilitate mea, quæ eſt cauſa gloriæ meæ, per
gratiam illius, qui eſt gloria omnium. De hac gloria, quæ eſt gratia perfecta loquitur.
Pſalm: *Pſal: 149. Exultabunt ſancti in gloria, lætabuntur in cubilibus ſuis. Cubilia ſanctorum,*
eſt requies perfecta, hæreditas ſancta, pax opulenta, quæ in hac vita perfectè haberi
non poſſunt. Cùm igitur Deus benedictus ſit gloria omnium, ſecundùm Mercurium,
Deo gloriam *quia nimirum, teſte Apoſtolo, qui gloriatur, in domino debet gloriari: Afferamus*
damus. *ergo cum Dauide pſal: 28. domino gloriam & honorem: afferamus gloriam nomini eius.*
Gloriam quidem, inquit Baſilius, per bona opera, per ſobrietatem, perque ſanctimo-
niam eos peculiariter contingentem, qui ſe ex profeſſo obſtrinxerunt tuendæ religioni,
atque glorificant Deum in membris ſuis: & gloriantur in Deo, cuius nomen, & gratiam
Pſalm: *cognouerunt. Vnde Dauid pſal: 5. Et gloriabuntur in te, qui diligunt nomen tuum. His e-*
nim ſolis licet maximè gloriari, ait Chryſoſtomus; nam qui de his, quæ ad hanc vitã per-
tinent, gloriatur, is nihil differt ab iis, qui in ſomno voluptate fruuntur. Quid enim eſt in
rebus humanis, de quo quis verè poßit gloriari? Non vires corporis, cùm in noſtro ar-
bitrio non ſint poſitæ; ſimiliter nec diuitiæ, laudes, copiæ rerum, & quæ ſunt generis eiuſ-
dem: hæc omnia tempori ſubiacent, & cum ipſo tempore defluunt. Quid, inquam, ha-
bet homo, de quo poßit gloriari? cùm de præterito meminit ſe habere, de quo doleat, de
Deus noſtra *futuro autem, quod timeat? Sola igitur gloria noſtra, eſt Pymander noſter, qui eſt glo*
gloria. *ria omnium, pater gloriæ, princeps virtutũ, cui ſoli propriè debetur gloria, in quo glo-*
riatur, qui de ſuis bonis meritis gloriatur: denique qui eſt gloria, & magnificentia omniũ.

MERCVRIVS.

Diuinum, diuina natura.

Commentum III.

QVAESTIONIS PRIMAE. CAP. I.

Diuinitas quid.

POST primum Pymandri epithetum, ad ſecundum nobis eſt ac-
cedendum, eiusque dilucidationi vacandum: Deus, inquit, non ſo-
lùm eſt gloria omnium; verùm etiam eſt diuinum, atque diuina
natura. Quid ſit diuinitas apud Mercurium paulò antè huius li
bri oſtendere curauimus; idem enim eſſe ait diuinitatem, eſſen-
tiam, ipſamque Dei naturam. Porrò, quot modis accipiatur eſ-
ſentia, & quomodo eſſe, & eſſentia in Deo ſint idem, in primo
Pymandri diſputauimus. quomodo verò ſe habeat ad perſonas diuinas, in eodem & in
ſecundo Pymandri. quam ob cauſam illa mihi repetenda non eſſe, cenſeo, ſed ad aliorum
elucidationem tranſeundum, quæ hactenus non attigi. Quia autem hic ſeſe offert occaſio
ad loquendum de natura, de qua propoſitum erat mihi loquendi, etiamſi de diuina Mer
curius loquatur natura; ad hanc tamen inquiſitionem cõducere arbitror, ſi naturæ pro-
prietates

Natura quid ſit.

prietates, conditionesq́ manifeſtentur: de natura ergo ipſa loquamur, atq; quid ipſa ſit audiamus: Natura, teſte philoſ: 2. phyſ: tex: com: 3. eſt principium quoddam, & cauſa quietis & motus eius in quo eſt primò per ſe, & non ſecundùm accidens. Principium autem, iuxta Simplicij ſententiam, aliorumq́ Græcorum, pro cauſa ponitur efficiente. Sanè in re naturali duplicia ſunt principia ſui motus, nempe principale, & ſecundarium, quod inſtar inſtrumenti ſe habet ad primum: ſicut videre licet in igne, in quo eſt forma ignis, & leuitas: fertur autem ignis ſurſum, à ſua quidem forma principaliter, ſed mediante leuitate. Itaq;, natura eſt principium, primum ſcilicet, atq; principale, nempe forma ſubſtantialis, non qualitas naturalis. Et reuera, ſi forma ſubſtantialis ſit primum principium eſſendi rei naturalis, atq; diſtinguendi a re non naturali; erit ergo præcipuum motus quietisq; principium in re naturali, & ex conſequenti principaliter natura per ſe, primò, & non per accidens; ad differentiam vtiq; principij intrinſeci iu aliquo exiſtentis, non quidem vt talis: Medicus enim ſanat ſeipſum, non quidem vt medicum, ſed vt infirmũ: ars ergo medendi natura dici non poteſt; quia non eſt per ſe, ſed per accidens, aliquem, & medicum, & infirmum eſſe. Principium ergo, qnod natura appellatur, eſt per ſe primum, per ſe tale, atq; intrinſecum determinatum, propriè, & priucipaliter. Auicenna lib: 1. ca: 5. ſuæ ſufficientiæ ſic diffiniuit: Natura eſt principium motus, ſi fuerit, & quietis ſimiliter. Sed præſtat dicere naturam eſſe principium motus & quietis ſi res, in qua inuenitur, capax ſit vtriusque; ſin minus, ſufficit eo modo illius eſſe principium, quo eius congruere putamus naturæ: partes namq; centrales terræ, aptæ ſunt moueri, deinde quieſcere. Nam ſi extra centrum traherentur, & ſuæ poſtmodum naturæ relinquerentur; illicò ſuam primam quietem peterent. In cœlo autem licet natura poſſit eſſe vtriusq; principium; quia tamen tali eſt ordinatione diſpoſita, vt quies illi congruere non poſſit, ſecundùm philoſophum, ſufficit, ſi illi ſit ſolùm motus principium. Reprehenditur ab Auicenna eodem in loco, quorundam ſententia; qua ſic naturam diffinire tentauerunt: Natura eſt vis inſita rebus, quaſi prima diffinitio, naturæ tantùm indicaret effectum: propterea addendum putauerunt, naturam eſſe virtutem, per corpora diffuſam, quæ tribuit eis formas, & figuras: Sed inanis, inquit, eſt hæc additio; quia virtus, quam poſuit, quaſi genus in deſcriptione naturæ, eſt vis efficiens, & cùm eam diffinierit, diffiniet, quod eſt principium motus vnius in aliud, vnde eſt aliud. Et per virtutem, intelligitur aliud nihil; niſi quòd ſit principium motus in re exiſtentis: nec habeat rationem formantis, aut figurantis, ſed mouentis. Hoc ergo modo ab Auicen: talis cõfutatur additio. Itaq;, natura eſt principiũ per ſe primò motus, & quietis, eius in quo eſt; in hoc enim naturalia ab artificialibus diſcrepant, eò quòd illa, naturalis ſui motus, intrinſecum habeant principium, & quietis ſimiliter: hæc verò, extrinſecum: idq; quatenus artificialia ſunt, non quatenus artificiatorum materia; nam ferrum, lignum, & huiuſmodi, quatenus naturalia ſunt, principium habent intrinſecum motus, & quietis. Per eſſe ergo per ſe principium motus, & quietis, naturalia ab artificialibus diſtinguuntur. Ceterùm, quamuis, diuerſitas figurarum artificiatorum, motum in eodem artificiato, diuerſum efficiat, vt motus figuræ planæ, & Pyramidalis, aut ſphericæ & habitus acquiſiti vtpote ars cantandi & ſaltandi ſint principia motuum in eo, in quo ſunt; aliud tamen eſt habere in ſe principium motus, aliud verò, principium qualitatis, aut modi motus. Primum enim ſoli tantùm conuenit formæ naturali, ſecundum verò, artificiali. Etenim lapis, in quantum eſt grauis, ſub quacunq; detineatur figura, deorſum mouetur: in quantum verò eſt figuræ latæ, tardius; quia medium ſic ſcindi faciliter non poteſt, velociùs verò ſi Pyramidalis figuræ extiterit. Itaq; artificiata, quatenus talia ſunt, modum, non autem intrinſecum in ſe habent principium motus. De habitibus etiam, vtpote de arte ſaltandi, atq; canendi ſimile eſt iudicium; Cantor enim à virtute naturali muſculis, & neruis inſita: ab arte verò, ordinem, & con-

Natura quid ſit.

Philoſophus.

Simplicius.

Principium.

Auicennæ opinio.

Alia diffinitio

Quomodo naturalia differunt ab artificialibus.

Motus artificiatorum.

Artes nõ ſunt principia motuum.

cinnitatem habet canendi: artes ergo non ſunt principia motuum; ſed modi, qualitateſq; mouendi: ex quo patet, formas artificiales, naturales dici non poſſe. Sed dices, quemadmodum materia eſt in potentia ad formam ferri recipiendam; ita forma ferri erit in potentia ad formam gladij, atq; ita eadem ratione, ſicut illa, ſic & iſta forma appellabitur naturalis. Dico, non eſſe ſimile, cùm forma deſint artificiali, quæ naturali aſcribuntur; tria enim illi ſunt neceſſaria, vt naturalis, & eſſe, & dici poſſit. Inprimis, vt ab agente naturali per actiuas, atq; paſſiuas introducta ſit qualitates: deinde, vt in materia immediatè recipiatur, quippe cùm ſubſtantialis formæ ſubiectum, ſit ens in pura potentia: poſtremò, vt per totum recipiatur, & non per ſuperficiem tantùm. Hæc quia in forma gladij nequaquam inueniuntur; propterea naturalis non eſt dicenda. Itaq;, omne naturale in ſe habet illius motus principium, quo eſt aptum moueri; non enim quodlibet naturale, abſq; aliquo delectu in ſe habet cuiuslibet motus principium, nec hoc docuit aliquando philoſophus; principium ſiquidem intrinſecum motus non eſt vniuocum, nec eiuſdem in omni ente naturali, rationis. Et iſtud principium, inquit Commentator lib: 2. phyſ: comm: 1. quod eſt in alterato ſimplici & transmutabili, eſt aliud à principio, quod eſt immobili localiter, & in augmento ſecundùm genus, & in generabilibus, & alterabilibus compoſitis: quoniam illud principium, quod eſt in compoſitis, eſt ſecundùm formam, in ſimplicibus autem eſt ſecundùm materiam. Quamobrem, cœlum dicimus habere principium intrinſecum ſui motus localis, actiuum quidem reſpectu intelligentiæ mouentis: paſſiuum verò reſpectu ſui; habet enim naturalem potentiam paſſiuam, vt moueatur. Elementa autem habent principium intrinſecum motus localis, alterationis, corruptionis, generationiſq;. Mixta verò inanimata, quoàd motum localem, principium habent intrinſecum ab elemento prædominante, quoàd verò ad generationem, & corruptionem, principium habent paſſiuum, nempe materiam priuationi ſubiectam: non autem principium actiuum per ſe, cùm nihil ſeipſum producat, neque corrumpat, ſed magis in eſſe conſeruet. Quantùm verò ad motum alterationis, principium habent paſſiuum; omne enim generabile eſt alterabile, alteratio ſiquidem generationi eſt præuia. Corpora autem mixta animata, quoâd motum alterationis, generationis, corruptionis, principium habent intrinſecum paſſiuum: ſecundùm verò diſſimiles partes, principium actiuum alteratiuum, vtpote in animali, cor temperatur à cerebro, & epar calefacit ſtomachum: quoâd verò ad motum augmenti, & localem, principium habent actiuum; anima ſiquidem, per vegetatiuam, atq; motiuam potentiam, eſt huiusmodi motuum principium actiuum. 2. de anima tex: 4. 8. autẽ phyſ: tex: 28. docet, animata ſeipſa mouere, cui conſentit Commentator 2: phyſ: comm: 1. Quomodo ergo natura ſit principium motus & quietis per ſe, primò, & non ſecundùm accidens in omni ente naturali, dixi.

Conditiones formæ naturalis.

Principiũ motus nõ eſt vniuocum.

Principiũ motus in cœlo.

Elementa inanimata.

Mixta animata.

CAP. II.

Quid ſit natura ſecundùm multorum ſententiam philoſophorum.

Cõmentator.

Principium.

Commentator 2. met: comm: vlt: ait: naturam eſſe principium quietis, his quæ transmutationi ſubiacent. Et 2. cœli com: 84. idem innuere videtur. Sicut, inquit, naturalis ponit naturam eſſe naturalis motus principium; ita etiam quietis in his, quæ ſunt apta moueri, & quieſcere. Propriè autem causam, principium, aut virtutem agentem habere non vult; quia ſcilicet quies eſt priuatio, & non potentia, cap: vlt: de ſubſtantia orbis. Sic ſtellæ, quia illis carent cauſis, quæ corporibus inſunt cœleſtibus, hac de cauſa, quietem dicuntur habere perpe-

perpetuam, quæ eſt priuatio motus: de terræ quoq; quiete ſimile habet iudicium: Terra, inquit, quietem habet infinitam, quia caret agente motum in ea infinitum: quies ergo terræ non eſt per virtutem, ſed per priuationem virtutis. Vnde 2. cœli com: 102. Medium, inquit, non eſt cauſa quietis terræ, ſed eius grauitas. quòd ſi cauſa extiterit; erit vtiq; cauſa conſeruans potiùs, quàm agens quietem.

Cauſa.

Itaq;, principium in naturæ diffinitione poſitum, motum, cauſam verò, quietem reſpicere, aſſerit. Sanè, corpora naturalia, quæ vtrüq; ſubijci poſſunt, quietem naturaliter appetunt; hac enim ratione mouentur, vt quieſcant, proinde quies eſt illis magis naturalis, quàm motus: elementa namq; in ſuis locis naturaliter quieſcunt, & inde non niſi violenter mouentur.

Quies magis naturalis.

Quam ob cauſam 4. cœli comm: 26. & 31. ait Commentator, diffinitiones grauis & leuis datas, per quietem aptiùs, quàm per motum illorum naturales diſpoſitiones oſtendere; elementum enim, vt ipſemet dicit 3. cœli, cõ: 28. & 8. phyſ: com: 32. natura, manet in ſuo loco: natura ergo eſt principium reſpectu motus, & cauſa reſpectu quietis. Vult ergo Commentator, vt 9. met: com: 13 ſentire videtur, hanc diffinitionem diuiſim eſſe intelligendam, nimirũ in cœlo, naturam eſſe principium motus ſiue ciens motũ ſempiternum: in terra verò ſempiternam quietem: in cæteris autem motum, & quietem.

Simplicij opinio.

Aliter ſenſit Simplicius, alijq; Græcorum doctiſſimi, quibus plurimùm à doctiſſimis quibusq; creditur. Ii autem aiunt, in cœlo quietem inueniri tum quidem reſpectu centri polorum, & axis, tum etiam reſpectu totius, quod non mutat locum, ſaltim ſecundùm ſubiectum. ſtellæ præterea, quæ ſunt nobiliores cœli partes, non mouentur.

Natura priùs dicitur motu locali.

Cæterùm, quoniam motus, de locali, & aliis motibus analogicè dicitur, principaliori modo de locali, ſecundario de aliis motibus, natura dicitur; motus enim localis, eſt prior aliis motibus, vt dicitur 8. phyſ: comm: 55. natura, tempore, diffinitione. primo cœli cùm vellet philoſophus probare, omne corpus phyſicum eſſe mobile, ex naturæ diffinitione probauit. Itaq; motus localis in naturæ diffinitione principaliter demonſtratur: alij verò conſecutiuè.

Boetius.

Argues cum Boetio, motus cœli eſt à voluntate, & à principio ſeparato: igitur non eſt naturalis: & per conſequens illa diffinitio non conuenit corporibus cœleſtibus. Adde, quòd natura non mouet motum infinitum, quia ſemper circa eundem locum mouetur: ergo &c.

Corrigitur.

At qui philoſophus primo cœli, comm: 5. volens ſcire quænam eſſet cœli ſubſtantia, illi innititur propoſitioni, veluti firmiſſimo fundamento, quòd ſcilicet omne corpus phyſicum, ſit mobile ſecundùm locum, idq; ex naturæ diffinitione corroborat: quod vtiq; minimè feciſſet, ſi naturæ diffinitio, cœlo tribui non poſſet. Ad aliud reſpondetur à Commentatore lib: d. d. diſput: 13. in ſolu: dubij 4. illud locum habere in natura inferiorum; ideoq; motum cœli non eſſe naturalem, ſicuti eſt motus elementorum. Idem docet 2. com: 3.

Motus cœli eſt naturalis.

Cæterùm, motus cœli poteſt dici naturalis ex parte orbis, qui mouetur; cùm enim ſit corpus ſimplex, & cuiuslibet corporis ſimplicis, aliquis ſit motus naturalis: aliquo ergo neceſſe eſt motu moueri, non quidem ſurſum, aut deorſum, cùm non ſit graue, aut leue: circularis ergo: habet ergo potentiam, vt circulariter ab intelligentia moueatur. Poteſt quoque dici naturalis etiam ex parte intelligentiæ, quæ licet ſit principium ſeparatum; eſt tamen illi orbi appropiatum principium in mouendo, ſicuti forma appropiata materiæ, in quantum illi motũ influit, forma eiusdem nominatur: ſic Commenta: 2. cœli cõ: 3. Intelligentia igitur quia cœlo eſt coniuncta per operationem, & cœlum hoc modo, quodam modo animatum dicitur; idcirco eius motus naturalis nominatur. Sic etiam legitur 8. phyſico: commento 27. vbi planè docetur motum corporis tum ex parte corporis, tum etiam ex parte animæ eſſe naturalem: quod profectò intelligendum eſt ſecundùm ſimilitudinis proportionem. Sanè, ſicut formæ eſt materialis in proprio ſubiecto motum cauſare; ita proportionabiliter intelligentiæ in orbe; motus enim cœli naturalis non eſt alius à voluntario, 1. cœli, comm: 3. quomodo ergo motus cœli ſit naturalis, & quid ſit reſpondendum ad Boëtij obiectiones, patet.

Quomodo ſit naturalis.

Obiectio.

Dicis, natura eſt aliquid

Solutio. abſolutum, diffinitio verò dicit reſpectum: ergo &c. Dico, naturam ſecundùm rei veritatem, formam eſſe, atq; materiã, quæ licet ſint entia abſoluta; quatenus tamen à phyſico conſiderantur, in reſpectu conſiſtunt, vt dicitur. 2. phyſ: comm: 26. nempe quatenus ſunt principia motus, actiuum ſcilicet, & paſſiuum. Nomen ergo, quia principij reſpectum indicat; hac de cauſa in eius diffinitione principium ponitur loco generis. nec impedit principium pro cauſa ſumi efficiente: quandoquidem cauſa huiuſmodi efficiens ſit ipſa forma, quæ licet ſit pars eſſentialis intrinſeca; efficit tamen motum, diſtinctum à motore extrinſeco.

Quomodo cõuenia[t] cœlo. Patet ergo quomodo diffinitio naturæ, & cœleſtibus, & corruptilibus conueniat corporibus: ſimpliciter quidem, & quoàd naturam, cœleſtibus priùs: nam quando aliquod nomen de duobus dicitur, quorum vnum eſt cauſa alterius; prius quidem de cauſa, poſterius verò dicitur de cauſato. Sicuti legitur 8. phyſ: com: 77. Et 8. met: 7. Quoniam igitur cauſæ rerum corruptibilium, & generabilium ſunt corpora cœleſtia, vt dicit philoſop: inprincipio met: ideò naturæ diffinitio illis, eſt priùs attribuenda: ſecundùm verò famoſitatem, & quoàd noſtram cognitionem quia illa ſunt nobis notiora, quorum operationes ſunt nobis magis notæ, corporibus corruptilibus prius attribuitur. Clarè ergo conſpicitur ex 2. met: com: vlt: diffinitionẽ naturæ diuiſiuè eſſe intelligendam.

Porphyrius. Conſentit his Porphyrius, & Themiſtius 2. phyſ: Cœleſte, inquiunt, & diuinum corpus excipimus, in quo natura eſt ciens ſempiternum motum, non autem eſt cauſa, aut principium quietis. Sic etiam ab Auerroe docetur 2. cœli, comm: 84. Et 9. met: comm: 13. & 2. met: comm: vlt: Natura, inquit, eſt vniuerſaliter principium tranſmutationis in rebus transmutabilibus per ſe: in cœlo autem dicitur ſecundùm æquiuocationem: quid ergo ſit natura ſecundùm Peripateticos, patet.

Plotinus. Plotinus Enn: 1. cap: 7. lib: 8. adducit Platonis ſententiam, mala ex antiqua natura eſſe aſſerentis. vocat autem antiquam naturam, materiam nondum exornatam. Itaq; chaos illud, antiqua vocatur natura.

Natura variè accipitur. Ceterùm, natura apud philoſophos, ſiue phyſicos, materiam ſignificat & formam: quorum altera eſt principium actiuum, altera verò paſſiuum. ab hac autem denominatur agens naturale; ſiquidem ex materia, & forma componitur, agitq; per formæ eſſentiam, per materiæ verò patitur:

Phyſici. hoc autem modo de natura philoſophus in phyſicis loquitur. In lib: de natura animalium, illud à philoſopho vocatur natura, quod eſt ab agente naturali, ſiue per calorem ſeminalem, qui in menſtruis recipitur, ſiue per calorem putredinalem, qui in aliqua inuenitur materia, menſtrui vice fungente. Pro nexu etiam, ordineq; accipitur cauſarum; quatenus ſcilicet ſecundæ cauſæ connexum mutuum habent adinuicem,

Plinius. de qua quidem natura, Plinius ſe loquuturum promiſit: vnde illius libri de natura, ſiue naturales appellantur.

Theologi. Apud theologos, natura diuina, eſt ipſa diuina eſſentia, eſt ipſemet Deus, quod etiam ſenſit Mercurius: Deus, inquit, gloria omnium, diuina natura: hoc eſt, qui eſt diuina eſſentia. hæc quidem natura eſt ſuo inſtituto omnia naturans, redigensq; in finem.

Cicero. de qua quidem natura locutus eſt Cicero in libris, qui vocati ſunt de natura deorum. Ariſtoteles 1. cœli, tex: com: 20. Deum, naturam appellauit: Rectè videtur, inquit, natura futurum ingenitum, & incorruptibile exemiſſe à contrariis. ob hanc etiam cauſam, natura aliquando dicitur prouidentia:

Ouidius. de qua Ouidius primo metamorpho: dicit: Hanc Deus & melior litem natura diremit: vbi Deum, meliorem naturam appellat q. d. hanc litem, Deus, qui eſt melior natura, diremit, diuiſit, diſtinxit.

Medici. Medici naturam vocant complexionem, vt Celſus dicere videtur.

Deus quare dicitur natura. Patet ergo, quomodo non temerè à ſapientiſſimo Mercurio, Deus vocatus ſit natura, cùm ipſe ſit natura ſuprema, naturans omnia, & ad vnum effectum cuncta deducens. Natura, inquam, vtpote totius naturæ pater, & conſeruator. vnde, quemadmodum opus naturæ ſemper eſt ad vnum, eundemq; modum, atq; ordinem ſeruat, paternæ æmula imaginis; ita Deus benedictus, ad vnum, hoc eſt, ad ſeipſum, creaturas dirigit, eodem modo ſemper ſe habens ad illas. Cæterùm, 5. met: comm: 5. plures natu-

Deus eſt principiũ omnium.

ræ modi à philoſopho deſcribuntur. Inprimis natura dicitur generatio viuentium, quaſi
naſcitura, vel à natiuitate ſic dicta: Natura, inquit, dicitur vno modo eorum, quæ na-
ſcuntur, ac pullulant generatio. Sanè, hæc in ſtirpibus propriè dicitur germinatio, in a- Modi naturæ
nimalibus fœtura. Reuera, quod fit, id naſci, & germinari dicimus: & quod in genera- 1.
tionem ducitur, in naturam duci; omnis enim progreſſio in ſpeciem perfectam, eſt ge-
neratio. Amplius, natura eſt principium motus intrinſecum in re naturali, nempe 2.
materia & forma: alio modo id, ex quo primo naſcitur, id eſt, efficitur, ſiue generatur,
ita vt inſit. Item, pro quacunque eſſentia, vel quiddicate, ſicut ſoliti ſumus dicere, aliam 3.
eſſe naturam ſubſtantiæ, aliam quantitatis, & quæ ſunt huiusmodi. Præterea, inquit, id di
citur natura, vnde primus motus in vnoquoque eſt eorum, quæ natura ſunt, quatenus ipſum
eſt. In hoc ergo tertio modo, ſecundum Alexandrum, forma naturalis intelligitur, vn-
de eſt principium motus naturalis. Adhuc, natura accipitur pro quacunque differen- 4.
tia ſpecifica eſſentialiter diſtinguente. præterea natura dicitur id, ex quo primò aut
eſt, vtpote natura hominis eſt rationalis, & equi hinnibilis: aut fit aliquid eorum, quæ
natura conſtant, videlicet, quando aliquid, ſuæ formæ, materiæque ſeruata cõditione, formã
tamẽ recipit eius, cui ſubiicitur. Iterum, natura interdum ſignificat proprietatem, rem in 5.
ſeparabiliter conſequentem. vnde dicere conſueuimus, hominem natura, id eſt, naturali
inclinatione, cupere ſcientiam. Alio præterea modo, ait, natura dicitur corum ſubſtan-
tia. Ab Auerroe vocatur forma, quæ eſt altera pars compoſiti: ab Alexandro autem
forma totius, quæ dicitur prima compoſitio; nam hac accedente, quamprimùm compo-
ſitum eſſe dicitur. hæc à nonnullis vocatur tertia entitas, ab aliis verò vnio eſſentialis,
quæ reſultat ex materia, & forma ſubſtantiali. Amplius, pro cauſis motiuis vniuer- 6.
ſalibus ipſius vniuerſi ſumitur, tam intellectualibus, quàm corporalibus. proinde ſermo
communis dicere ſolitus eſt, totam naturam Deo comparari, vt inſtrumentum principali
agenti: & conſeruationem ſpeciei per ſe intentam eſſe à natura: corruptionẽ verò, ſiue
mortem à natura vniuerſali, non autem particulari. Verùm ex iis, quæ dictæ ſunt natu-
ris, ſubſtantia eorum, quæ principium motus in ſeipſis habent, vt ipſa ſunt, prima eſt Forma eſt
profectò, propriéque natura vocatur. Sanè, ſingula, quæ dicuntur natura, per attributi- propriè natura.
onem ad formam dicuntur, quæ eſt propriè natura, licet nobis ſit poſteriùs nota, qui
priora, ex poſterioribus intelligimus, vtpote virtutes ex actibus: ſic generatio naturæ
nomen prius ſortita eſt, quàm forma, quæ eſt prior, atque præſtantior. Itaque quot modis
accipiatur natura, & quomodo ſit diffinita, dixi.

MERCVRIVS.

Principium vniuerſorum Deus.

Commentum IIII.

QVAESTIONIS PRIMAE. CAP. I.

SECVNDVM Epithetum, ſeu diuinæ maieſtatis titulus, nomine Deus eſt principiũ omniũ.
principij appellatur: Deus, inquit ſapientiſſimus Mercurius, non
ſolùm eſt omnium gloria, & natura naturans omnia; verùmeti-
am eſt principium vniuerſorum. Principium, inquam, naturæ,
quem nunquã natura formauit: vt ipſe dicit in hymno primi dialo-
gi: Principium, à quo cuncta ſolo verbo condita ſunt. Principium

 ſine prin-

Deus eſt principiũ omnium. *ſine principio, ſine termino infinitum : vt legitur in dialogo* 4. Deus, *inquit*, eſt inſu-
perabile bonum, ſine termino infinitum, quoad ſe nunquam incipiens
Pater princi- quoad humanam cognitionem, principium habens: princium itaq; com-
pium deitatis plectamur; hoc enim cognito, vniuerſa celerrimè diſcurremus. *Et iterum*,
Monas, id eſt vnitas omnium principium, radix, & origo eſt : abſq; ve-
rò principio, nihil. initium autem ex nullo, niſi ex ſeipſo dependens. *Cla-*
rè ergo docet, Deum eſſe vniuerſorum principium, ipſum verò principium ſine princi-
pio. Addit eſſe principium non principij; ſed alterius, quia ſcilicet pater, cui tribuitur
Auguſt. *vnitas, eſt principium, inquit Auguſt: 4. de trinit: cap: 20. totius deitatis, quia ipſe à*
nullo eſt; non enim habet de quo ſit, vel de quo procedat. ſed ab eo filius eſt genitus, &
ſpiritus ſanctus procedit : non ergo dicitur principium deitatis, quod vel ſui, vel diuinæ
eſſentiæ principium ſit; ſed quia principium eſt filij, & ſpiritus ſancti, in quibus ſin-
Filius eſt principium. *gulis tota diuinitas eſt. Sanè, ſi gignens ad id, quod gignitur, principium dicitur, pa-*
ter ad filium, principium eſt, quia genuit eum : ſic pater & filius principium ſpiritus
ſancti, à quibus procedit : tota verò ſimul trinitas, eorum, quæ condita ſunt, vnicum
principium. Vnde Ioan: 8. iudæis petentibus, quinam eſſet : Principium, inquit, qui &
Paulus. *loquor vobis. Et Paulus ad Rom: 11. de tota trinitate loquens, ſic ait : Ex ipſo, & per i-*
pſum, & in ipſo ſunt omnia: Omnia, inquit Auguſtinus, naturalia, non autem peccata,
Baſilius. *non enim ex ipſo ſunt peccata, quæ naturam non ſeruant. Baſilius magnus in expoſitio-*
Multa principia. *ne: In principio erat verbum: Multa, inquit, ſunt principia diuerſorum generum in hac*
vita, ſed vnum eſt principium, quod omnia præcedit. Principium bonæ vitæ dixit pro-
uerbium : ſed viæ quidem principium primus motus, & principium ſapientiæ timor do-
mini. Principia quoq; dicuntur ciuiles potentatus dignitate præcellentes : Principium
lineæ punctum, & principium ſuperficiei, linea, & principium corporis, ſuperficies, &
principia orationis elementa. At pater eſt principium filij, & ipſa ſancta trinitas, omni-
um creaturarum principium : in 1. Pymandri fol: 177. locutus ſum de hoc principio. In
Geneſi legimus : In principio creauit etc. Hebraicè *(Reſcith) à capite deductũ eſt, ros,*
Hebraicè. *propterea omne initium, inchoationemq; ſignificat, ſiue temporis, ſiue loci, ſiue operis :*
Chaldaicè. *in eo autem loco temporis inchoationem ſignificat, ſicut ex Chaldaica editione facilè co-*
gnoſcitur, quæ loco Reſcith, habet, Cadmin. quæ vox Chaldeis, temporis exordium ſonat.
Mercurius. *Aliqui interpretantur in filio: ſic Mercurius dialogo 4. aſſerit Deum ſolo verbo cuncta*
creaſſe. Secunda quoq; Chaldaica editio in principio vertit, in ſapientia : ſic etiam legi-
Pſalm. *mus in pſal: 102. Deum omnia in ſapientia feciſſe: Sapientia autem Dei à Paulo 1. Cor: 1.*
Paulus. *filius appellatur. Dico autem Chriſtum Dei ſapientiam &c. Hos autem imitari videtur*
Origenes. *Origenes hom: 1. in Geneſim. Quod eſt, inquit, omnium principium, niſi dominus noſter,*
& ſaluator omnium Chriſtus Ieſus, primogenitus omnis creaturæ ? In hoc ergo principio
(hoc eſt in verbo ſuo) Deus cœlum & terram fecit : ſicut dicit Ioan: Omnia per ipſum
facta ſunt. Non ergo hie hîc aliquod temporale principium dicit: ſed in principio, id eſt,
in ſaluatore, Deum cuncta feciſſe, affirmat. Et homelia 39. ſuper in principio erat ver-
bum : In principio, inquit, id eſt, in patre, erat verbum. Principium ex quo omnia, pa-
ter eſt: principium per quod omnia, filius eſt: patre loquente verbum ſuum, hoc eſt, gi-
Ambroſius. *gnente ſuam ſapientiam, omnia fiunt. Diuus quoq; Ambroſius in 2. cap: Hexameron, ſi-*
mile quiddam eloquitur: In principio fecit Deus &c. Initium rerum, authorem mundi,
creationem materiæ comprehendens : vt Deum cognoſceres ante initium eſſe mundi, vel
ipſum eſſe initium vniuerſorum, ſicut in euangelio Dei filius dicentibus ſibi: Tu quis es?
Principium quod & loquor vobis : & ipſum dediſſe gignendis rebus initium, & ipſum
eſſe creatorem mundi, non idea quadam duce imitatorem materiæ, ex qua non ad ar-
Pſalm: *bitrium ſuum, ſed ad ſpeciem propoſitam, ſua opera formaret. Vnde Dauid cùm de cœ-*
lo, & terra, & mari loqueretur, ait : Omnia in ſapientia feciſti : pulchrè quoq; ait : In

principi

Deus eſt principiũ omnium.

*principio fecit, vt incomprehenſibilem celeritatem operis exprimeret, cùm effectum
priùs operationis impletæ, quàm indicium cœptæ explicuiſſet, fecit, ne mora in faciendo
fuiſſe exiſtimaretur. Dedit ergo principium mundo, ne in creatum, & diuinæ conſortem
ſubſtantiæ crederemus. Poteſt etiam referri ad tempus, vt ſi velis dicere: in quo tempo-*

Principium temporis.

*re deus fecit cœlum & terram: In principio, in exordio mundi, quando fieri cœpit. Po-
teſt quoq; referri ad numerum, vt ſit ſenſus: in principio, id eſt, inprimis fecit deus cœ-
lum & terram, deinde colles, regiones, fines inhabitabiles. In principio itaq; temporis,
cœlum & terram deus fecit. Item, Diuus Hieronymus, huic ſecundæ magis videtur ex-*

Hieronymus.

*poſitioni fauere ſuper traditiones Hebraicas in Geneſim: Pleriq;, inquit, exiſtimant in
Hebræo haberi, in filio fecit deus cœlum & terram: quod falſum eſſe, ipſius rei veritas
comprobat; nam & ſeptuaginta interpretes, & Symmachus, & Theodotio, in princi-
pio tranſtulerunt. Et in Hebræo ſcriptum eſt, Breſith, quod Aquila interpretatur in
capitulo: & non Baben: quod interpretatur, in filio. Neq; tamen negat de filio poſſe intel-
ligi: Magis, inquit, ſecundùm ſenſum, quàm ſecundùm verbi tranſlationem de Chriſto
accipi poteſt, qui tam in ipſa fronte Geneſeos, quæ caput librorum omnium eſt, quàm
etiam in principio Ioannis Euangeliſtæ, cœli & terræ conditor approbatur. vnde in Pſal.*

Pſalm.

*39. de ſeipſo ait: In capite libri ſcriptum eſt de me, id eſt, in principio Geneſeos. Itaq;, di-
uus Hieronymus vtriq; fauet expoſitioni: quarum alteram literam, alteram verò ſenſum
literæ ſapere, affirmat. Diuus Baſilius homelia prima in Hexameron diuini opificij: In*

Baſilius.

*principio &c. in eo nimirum principio, quod ſimul fuit cum tempore. Principium ſanè
dicitur primaria quæuis motio: ſi igitur diſcere cupis quo primùm tempore conſtiterit
mundi origo, ex hodierno die ad ſuperiores regreſſus, diem inuenies quo ſubſtitit pri-
mùm. Item, in principio .i. citra omnem temporis morulam; principiũ enim eſt quoddam
impartibile: ſicut principium viæ, via nondum eſt, nec domus quoq; principium; itidem
& principium temporis, non eſt tempus, nec temporis quidem minima portio. Alij di-
xerunt* ἐν κεφαλαίῳ *in ſumma, ſiue ſummatim fecit deus, hoc eſt, ſimul omnia.
Et quia complures eorum, qui mundum ab æterno cum deo fuiſſe ſunt opinati, non ab
ipſo factum eſſe: ſed quaſi adumbratio quædam potentiæ ipſius eſſet, ſponte emerſiſſe*

Fecit.

*ipſum aſſerunt, atq; cauſam ipſius deum eſſe fatentur; cauſam tamen voluntate non con-
currente: ſed perinde [illegible] corpus vmbræ. ſed huiuſmodi error Moyſis verbo aufertur:
Fecit, inquit, nõ ſubſtituit aut produxit: fecit, inquam, vt bonus, quod vtile eſt: vt ſapiens
quod pulcherrimum eſt, vt potentia præditus, quod maximum eſt. Diuus Chryſoſtomus*

Chryſoſtom.

*ſuper Geneſim, vtramq; amplectitur interpretandi rationem, dicitq; Moyſen pro audi-
torum capacitate ſuum temperaſſe ſermonem, ideoq; de angelorum creatione palàm non
fuiſſe locutum: nec etiam de filij dei æternitate, per quem facta ſunt omnia: In principio
inquit, fecit deus: hoc vnicum verbum ſufficit nobis ad ſubuertendas omnes aduerſario-
rum turres. Sic Paulus ad Athenienſes loquitur Actor. 17. Deus, qui fecit mundum, &*

Paul.

*omnia quæ in eo ſunt, hic cœli & terræ quum ſit dominus, non in manufactis habitat tem
plis. Quia ergo talem eis congruere ſciebat doctrinam; ideo hac eſt vſus doctrinæ ratio-
ne. Ad Coloſſenſes verò, quos ſciebat veſci ſolido cibo, de principio, per quod facta ſunt*

Coloſ.

*omnia, clariſſimè locutus eſt cap. 1. In ipſo, inquit, filio dei creata ſunt omnia, quæ in cœ-
lis ſunt, & quæ in terra, viſibilia & inuiſibilia. An non & hoc Moyſes dicebat? ſed di-
gnum non erat, vt ſolido paſcerentur cibo, quibus lactis alimonia opus erat. Nam Moyſes*

Quare Moyſes ſic locutus ſit

*quidem cùm primus omniũ inſtituendam ſuſcepiſſet humanam naturam, docuit audito-
res prima elementa: Ioannes autem & Paulus his quos à Moyſe acceperunt, poſtea per-
fectiora tradidêre. Patet ergo ex Chryſoſtomi ſententia, quare Moyſes dixerit in prin-
cipio, & non in filio, creauit deus cœlum & terram; quia nimirum conſuluit ruditati au-
dientiũ. Diuus Auguſtinus lib. contra Adimantũ Manichæi diſcipulum, de domino Ie-*

Auguſt.

ſu interpretandum eſſe arbitratur: Neceſſe, inquit, eſt, vt per verbum intelligatur fa-

Yy 3 ctum,

ctum, quod deus fecit: verbum autem patris eſt filius. Non ergo repugnat hoc capitu-
Matt. 6. *lum verbo Ioannis dicentis: Et per ipſum facta ſunt omnia. Adde, quòd ſi propterea in*
Geneſi non intelligitur filius, quia non eſt dictum, quòd in filio creauit deus cœlum &
terram: nec etiam in euangelio legitur, quòd deus per filiũ aues paſcit, & lilia veſtit &c.
Similiter Apoſt. ad Rom. 11. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: & filium non
Duobus modis intelligit. *nominat. Sic ergo quamuis filiũ non nominet; ipſum tamen intelligit. Item, contra aduer-*
ſarium legis, & prophetarum lib. 1. cap. 2. bifariam intelligi poſſe arbitratur: Aut ergo,
inquit, ſic intelligendum eſt, vt principium ſit ex quo eſſe cœperunt; non enim deo coæter
na ſemper fuerunt, ſed facta, initium ex quo eſſe inciperent, acceperunt. Aut certè quia
in principio ſibi coæterna fecit deus cœlum & terram, hoc eſt, in vnigenito filio; ipſe eſt
Apoſtolus. *enim ſapientia, de qua dicit Apoſtolus prima Cor: 1. Chriſtum dei virtutem, & dei ſapi-*
entiam. Et Pſal. 103. Omnia in ſapientia feciſti. Et Coloſ: 2. Quoniam in ipſo condita ſunt
vniuerſa. Et ad Heb: 1. Per quem fecit & ſecula. Et lib: 1. de Gene: ad lit: cap. 1. ſimile ali-
quid dicere videtur. In primo autem libro de Geneſi contra Manichæos apertè docet
cap. 2. de Chriſto eſſe intelligendum: In principio, inquit, id eſt, in filio, fecit deus cœlum
& terram. Sed præſtat hæc ſimul amplecti, vt deus fecerit mundum in principio tem-
poris, & per ſuum filium, qui eſt omnium principium.

CAP. II.

Deum eſſe principium omnium ſecundùm phil.

Quomodo pater ſit principium filij, & pater & filius principium ſpiritus
ſancti, in primo Pymandri ſatis declaratum eſſe arbitror. Quonam au-
tem modo ſit rerum principium, in primo quoq; Pymandri, vbi ex pro-
feſſo de mundi principio, & in ſecundo, in quo de creatione diſputaui, i-
dem ſimiliter cenſeo. Pauca ergo ad hanc materiam, ex phil. theſauris
Plato. *depromere ſufficit. Plato, omnium propemodum phil. facilè princeps, 4. de legibus, huic*
propoſito conſentanea ſcripſit: Deus, ait, ſicut antiquus ſermo teſtatur, principium, finem
& media rerum omnium continens, rectò peragit ſecundam [illegible]uram circuens. Itaq;,
iuxta ſententiam Platonis, non modò eſt principium; verùmetiam medium & finis omni-
Deus eſt principium, medium, & finis. *um. Et id quidem rectè; nam cuncta ab eo eſſe acceperunt, quod planè conſeruari, per-*
ficiq; non poteſt, niſi eo authore, ac duce, quo & condita ſunt; ipſe namq; vt principium,
producendo, efficit omnia: vt medium, conſeruando auget: vt finis, perficit reducendo.
hac de cauſa, ait: Circa omnium regem, omnia eſſe, non vnum, vel alterum, ſed omnia
prorſus ab eo pendere demonſtrans. Quam ob cauſam ſexto de republica, bonum appel-
lat cunctorum principium, ſupra intellectum, ſupra eſſentiam: principium autem, &
ſimpliciſſimum eſſe debet, & optimum. Nihil autem vnitate ſimplicius, vel bonitate
Pater mundi. *melius. In Timæo, vocat deum patrem mundi atq; opificem: igitur principium eſt mun-*
di pater, cura, & beneuolentia, opifex verò artificioſæ magnitudine ſapientiæ. In Par-
menide, & Sophiſta, omnes entium gradus ab vno principio deduci proteſtatur: materi-
Trinitas. *am quoq; ab eo eſſe, per intellectum autem formari diuinum, animamq; vniuerſi proce-*
dere: apertè profectò, tres perſonas omnium rerum principium, oſtendens. In ſexto de
republica, duos mundos conſtituit: inuiſibilem vnum, viſibilem alterum: & primum qui-
Sol. *dem, ſuo proximum eſſe parenti, eiuſdemq; præſeferre imaginem: alterum verò vtpote*
viſibilem, ob multiplicem partium diſtantiam, aliarumq; rerum diuerſitatem, à ſuo pa-
rente diſſimilem; vtriuſq; tamen deum eſſe principium, parentem, atq; opificem: Quem-
Filius dei. *admodum, inquit, ſol viſibilis ſe habet in mundo viſibili; ita filius boni in loco intelligibili*
ad intellectum, & ad ea, quæ intelliguntur, quem pater genuit ſibi conſimilem, hunc ego
partum

Deus eſt prin: om:

partum boni eloquar. Cauendum tamen eſt mihi, ne inſcius ipſe, vanam de filio boni red-
dam rationem. Itaq; Plato, & diuinam confeſſus eſt trinitatem, & eandem dicit eſſe
omnium creatricem, nutricem, atq; conſeruatricem. Plotinus Enn. 1. lib. 7. cap. 1. eadem
planè ſentire videtur: Deus, inquit, eſt omnium principium, quod appetunt omnia: ipſe

Plotinus.

verò ſuper eſſentiam exiſtit, ſuper actionem, intellectum, atq; intelligentiam. Oportet
autem ipſum firmiter permanere, & ad ſeipſum cuncta conuertere, quemadmodum re-
uoluitur circulus circa centrum, à quo lineæ ſingulæ producuntur: Deus ergo ſecundùm
Plotinum, non ſolùm eſt principium omnium, ſed etiam finis, quandoquidem ab ipſo fluūt
& in ipſum refluunt omnia: nam ſicut circuli à centro deducuntur, & in centrum re-
deunt; ita planè creata omnia à deo procedunt, & in ipſum redire feſtinant. Sanè,
motus omnium, animæ præſertim eſt circularis, Ennea: 6 lib. 9. cap. 8. circa centrum igi-
tur verſatur: Deus igitur eſt velut centrum, in quem omnia, quaſi centra concurrunt:

Deus centrū.

quod quia ita res ſe habet: Deus ergo eſt principium, medium, & finis omnium. Et Enn.
5. lib: 5. cap. 12 Deum nominat mundi patrem: Pater, inquit, ille eſt dominus poteſtatis,

Pater.

nullo modo indigens his, quæ generantur ab ipſo, ſed idem prorſus exiſtens, qui & priùs,
quàm hæc produceret, atqui ſua quoq; nihil intereſſet, ſi hæc producta non fuiſſent; ipſe
namq; deus non exiſtit cuncta: ſic enim omnibus indigeret, ſed omnia ſupergrediens,

Non eſt indigus.

potuit omnia conſtituere, atq; permittere ſibiipſis omnia, ipſe quidem omnia ſuperemi-
nens. Iam palàm oſtendit, deum eſſe omnium principium, conditorem atq; parentem, eo-
rum quæ condidit, ope non indigentem: Et reuera, vt dicit propheta: Ego dixi, deus me-
us es tu, quoniam bonorum meorum non indiges. Et Enn. 6. lib. 8. cap. 17. Si intellectus
diuinus eſt ante omnia; vtiq; principium eſt omnium, à cuius natura procul abeſt fortu-
næ temeritas; ipſe enim omnium eſt principium, quo nihil maius, nihilq; melius cogitari

Principium.

poteſt: quippe cùm ſeipſo id, quod eſt, exiſtat, ad ſeipſum, & penitus in ſeipſum, & totus
in ſeipſo, à quo, & per quem, & ſecundùm quem totum id quod eſt, conſtituitur. Et cap.
18. Deus eſt ſupra mentem, ex ſuaq; potentia generat intellectum, deniq; eſt cauſa cau-
ſæ, potiori ratione cauſa exiſtens, vtpote omnes cauſas complectens. Quis ergo caſus aut
euentus fortuitus apud poteſtatem tantam omnium procreatricem, vereq; effectricem

Fortuna longè à deo.

accidere poteſt? Reuera, omnia fecit, non vt contigit, ſed vt ipſe voluit: voluntas autem
eius non erat rationis expers, neq; temerè fruſtraq; ferebatur, neq; vt forte protinus in-
cidebat, ſed potiùs vt decebat, quippè cùm nihil ibi ſit temerarium & vanum: hinc Pla
to ipſum appellauit decens, atq; opportunum, cupiens oſtendere deū eſſe à ſorte fortuita
remotiſſimum, omniaq; feciſſe, ſecundùm rectiſſimam rationem, ſuæ conuenientem boni-
tati. Itaq; deus (ſecundùm Plotinum) omnium eſt principium, omniaq; rectiſſimè fa-
cit, à quo longè abeſt caſus, & omnis fortunæ temeritas. Cùm ergo hæc ita ſe habeant,

Pythagorici reprehenduntur.

non ſunt audiendi Pythagorici, qui duo principia poſuêre: bonorum vnum, malorum al-
terum, hoc eſt, duos deos, & principes mundi. Contra huiuſmodi ſcholam diſputauimus
in primo Pymandri folio 98. Sanè, ſi plura eſſent mundi prima principia, ſiue principes:
aut eſſent æquè perfecta: aut vnum altero perfectius Non primum, alioqui illorum nemo
deus eſſet dicendus, cùm vnus non ſufficeret. quòd ſi vnus ſufficit; non opus eſt ergo
multitudine. neq; ſecundum; imperfectior enim deus nequaquam dignus eſt appellari.
Quòd ſi vnus nequit alterum pellere regno, neuter planè eorum dei nomine dignus re-

Vnum principium nō duo principia.

putatur: quomodo enim deus eſt vocandus, qui malos aut punire non poteſt, aut mini-
mè vult? ſi non poteſt, non eſt deus, cuius potentiæ aliquis reſiſtere valet. Si non vult, non
eſt bonus, qui vult malos eſſe: quòd ſi non eſt bonus, nec etiam deus; deus namq; non eſt
aliud, quàm bonum, nec bonum aliud quàm deus, vt paulò antè dixi fol. 344. Vnus eſt
ergo deus, qui eſt omnium rerum vnicum principium. Amplius, pluralitas principum

Pluralitas principum mala.

mala, vt dicit Homerus, & Philoſophus: vnus ergo princeps. Sanè, tunc vnus, atq; idem
effectus, aut bis eſſet, aut geminus: nam ſi fuerint pares potentia; pares vtiq; erunt in

Deus eſt principiũ omnium.

paris potentiæ effectu producendo; alioqui vnus altero potentia erit inferior: & ita non pares, ſi autem pares; à pari ergo virtutis qualitate par producetur effectus, ſicq; primus motus, qui eſt præcipuus dei effectus, erit geminus, aut bis ſimul. ſed etiam nolunt malè diſponi, vtpote rerum confuſionem ſuſtinere: vnus ergo princeps pater mundi, opifex vniuerſi.

Alia ratio.

Adde, quòd ſi eſſent, plura prima principia ſimpliciter; eſſent quoq; plures primæ formæ, plures quoq; primi fines, atq; prima mouentia; primum enim principium eſt primus finis, atq; primum mouens: ſed vnus eſt tantùm omnium finis, & vnus primus motor: vnum ergo erit, & non plura principia. Quòd ſi ſecus rēs ſe haberet, tunc planè omnium atq; ſingularium rerum eſſent duo eiuſdem perfectionis, eiuſdem naturæ, vtpote duo Mercurij, duo Platones, ſicut innuitur primo cœli tex: com: 90. & 92. Cùm ergo hæc ſint omnibus veræ philoſophiæ cultoribus abſurdiſſima, relinquitur; vt vnum ſit omnium principium perfectiſſimum, atq; ſimpliciſſimum, à quo omnia dependent, deus nimirum benedictus, pater mundi, opifex vniuerſi, omnium creator.

Principium malum.

Porro, principium malum, ſiue malorum, ſicut dixi circa finem primi Pymandri, vbi de cauſa mali diſputaui, ſubiectiuè eſt ipſa materia, quæ iuxta phil. ſententiam in phyſicis, maleficium machinatur: & hæc quidem vocatur principium in quo, & ex quo: Principium autem in quod, quæ dicitur quoddam diuinum & optimum, eſt ipſa forma, de qua ſuperiùs multa locuti ſumus. ſi hoc modo velis intelligere illa duo rerum principia, quomodo fortaſſis Pythagorici intellexerunt, nequaquam aberrabis.

Malum priuatio boni.

At ſi formaliter contendas inueniri in tenebris, ſine dubio te verſari, ſcito, quippè cùm boni priuatio ipſum malum ſit, ideoq; veteres noctem, theologi verò nihil, id eſt, nullius rei cauſam appellant. Itaq; bonum, hoc eſt, deus benedictus, eſt omnium principium rerum primum, vnicum, & perfectum.

Ariſtot.

Suffragatur huic ſententiæ phil. prim. cœli tex: 100. vbi apertiſſimè docet, eſſe vnum principium primum ſummum, à quo omnia accipiunt eſſe, & alia quidem clariùs, alia verò obſcuriùs: Primum, inquit, ipſum atq; ſummum eſt intranſmutabile, quo

A deo pendẽt omnia.

non eſt aliud præſtabilius, quod quidem moueret; eſſet enim diuinius ipſo. Neque praui quicquam habet: neq; bonorum ſuorum aliquo indiget: habet ergo vitam beatiſſimam, atq; ſufficientiſſimam à ſe ipſo, nulli naturæ, aut fortunæ neceſſitati ſubiectã. Et 12. met: com: 38. vocat deum principium omnium neceſſarium, & ſimpliciſſimum: Ex neceſſitate, inquit, eſt ens: & in quantum neceſſitas, benè, & ſic principium non contingens aliter, ſed ſimpliciter. Ex tali igitur principio dependet cœlum & natura, id eſt, cœleſtia

Non eſſe æternam materiã.

omnia, & quæq; terrena, non ſolùm dependentia emanationis, ſed etiam creationis. Nam ſi deus eſt ſolum ens neceſſarium ſimpliciter, nec indiget extrinſicarum auxilio rerũ, vt ſit beatus, cùm ſeipſo ſit beatus: igitur cœlum, tempus, & materia, illi coæterna neceſſariò eſſe non poſſunt; alioqui, aut dei beatitudo ex illis dependeret: aut æquè, ac ipſe deus, eſſent neceſſaria, atq; ita, non vnum tantùm primum ens neceſſarium, ſed & multa, quod eſt falſum. Præterea, non parum diuinæ derogant potentiæ, maieſtatiq; diuinæ, qui eum putant, naturali agenti eſſe conferendum: vt quemadmodum illud ad ſuorum

Deus eſt ſolus principium.

actiones operum perficiendas, materia indiget præexiſtente: ſic omnium opifex, in cœli, naturæq; condendis operibus. Sanè, tunc non eſſet agens infinitum, vniuerſale, atq; perfectiſſimum: quod ipſimet huius ſapientiæ ſtudioſi, aſſerere minimè audent. Cùm igitur deus benedictus ſit ens, per ſe neceſſarium ſimpliciter, alia verò omnia, entia contingentia, cùmq; nullius egeat auxilio, vt ſit beatus, deniq; cùm ſit agens vniuerſale & perfectiſſimum: omnium ergo eſt principium, & creando, & fouendo, & reducendo. Igitur rectè dixit Mercurius, deum eſſe vniuerſorum principium.

MER-

MERCVRIVS.

Deus eſt mens.

Commentum V.

QVAMVIS in primo Pymandri de hac materia locutus ſim; quia tamen ſapientiſſimus Mercurius, eandem dei titulis inſerere ſtuduit mentem, paulò exactiùs de ea mihi loquendum eſſe putaui. Inprimis igitur non ignorare oportet, de hac vocula Mercurium diuerſimode fuiſſe locutum; nam interdum deum mentem appellat, primo Pymandri, & hoc in loco: interdum verò dicit eſſe ſupra mentem, ſicut expoſitum eſt antè: cùm autem deum mentem nominat, illius naturam ſpiritualem, atq; fœcundam demonſtrat: vnde & in primo Pymandri, Deo patri mentem attribuit, cuius germen eſt verbum lucidum, dei filius. Nam ſicut mens ſeipſam intelligens, gignit verbum, hoc eſt, partum ſeu conceptum ſuum; ita planè mens paterna æterno conceptu, parit filium, verbum dei, de quo in primo Pymandri diſputaui: & aliquid addere, non erit inutile, vt clariùs nobis fiat, quare pater, mens appelletur: & filius verbum. Cæterùm diuus Auguſt: 15. de trinitate, triplex verbum diſtinxit: nempè ſenſibile, intellectuale, & medium: intellectuale autem dixit eſſe ipſam notitiam actualem, intellectualemq́; naturaliter productam: verbum autem ſenſibile, ipſam vocem prolatam: medium verò notitiam quandam, ſiue cogitationem de voce prolata, ſiue proferenda. Porrò, primus modus, magnam cum verbo diuino cognationem habet: duo autem reliqui non ita, verbum autem dei, ſecundùm primum modum, ſic à Damaſceno pri: lib. cap. 17. deſcribitur, verbum eſt naturalis intellectus motus ſecundùm quem mouetur, & intelligit, & cogitat. Auguſt. 15. de trin: Si quis poteſt intelligere verbum, non ſolùm antequam ſonet; verùmetiam antequam ſonorum eius imagines cogitatione inuoluantur: iam poteſt videre aliquam verbi dei ſimilitudinē. Sanè, ipſe conceptus cordis, ſecundùm ipſius naturalem rationem, ab alio procedit, nempè à notitia concipientis: vnde verbum in diuinis eſt partus paternæ mentis, à qua procedit. Anſelmus Monol: 37. Mens rationalis, inquit, cùm ſe cogitando intelligit, habet ſecum ſuam imaginem ex ſe natam, id eſt, cogitationem ſui, ad ſimilitudinem ſui formatam: quæ imago verbum eius eſt. Similitudo autem illius verbi diuini, tria planè complectitur: emanationem ſcilicet, ſiue originem, diſpoſitionem, & vnionem: origine filius, diſpoſitione verò, mundus archetypus, & ars patris, omnium viuentium rationibus plena: vnione autem verbum caro nominatur. Similitudo eſt in origine: etenim quemadmodum per modum naturæ, patri per omnia ſimilis, filius producitur; ita planè verbum per modum naturæ procedit, per omnia ei ſimile, à quo procedit: vnde & conceptus dicitur mentis. Diſpoſitio autem nominatur, quia ab opere non dependet: ſicut enim diſpoſitio noſtra poteſt eſſe, etiamſi opus non ſequatur; ſic etiam diſpoſitio æterna, abſq; operis executione conſiſtere poteſt, cùm ab eo minimè dependeat. Vnio ad verbi incarnati refertur naturam. Nam ſicut verbum mentis coniungitur voci, vt innoteſcat eo in vocem minimè tranſeunte, ſed integro in mente concipientis perſeuerante: ſic verbum patris, vnitum eſt carni; in carnem tamen non tranſiit, ſed apud patrem ſemper totum & integrum perſeuerat. Cæterùm, verbi noſtri ſimilitudo non eſt per omnia dei verbo conferenda: ſiquidem frequenter, quæ nolumus, cogitamus, atq; ita verbum noſtrum annexam habet diſplicentiam: interdum cogitamus quæ neſcimus, & ſic adeſt illi fallacia: nonnunquam quæ non poſſumus, & hoc modo præſtò

Mens quid ſignificet apud Mercurium.

Mens pater.

Verbū triplex

Verbum intellectuale.

Damaſcenus.

Auguſtinus.

Anſelmus.

Tria in verbo

Filius.

Diſpoſitio.

Vnio.

Verbi noſtri imperfectiones.

Deus eſt mens. eſt illi impotentia: hæc autem diuino in verbo inueniri non poſſunt, quippe cùm ſit ver-
bum placentiſſimum, ſapientiſſimum, omnipotentiſſimnm : verbum ergo dei eſt conce-
Duplex conceptus. ptus mentis paternæ. Duplex autem mentis conceptus in nobis inuenitur : vnus informis
& imperfectus: alter verò formatus & perfectus: in cauſa autem eſt, quia ab imperfe-
cto ad perfectum noſtra procedit cognitio; ideoq; de re primo confuſum habemus con-
ceptum, qui planè verbum propriè dici appellariq; non poteſt, ſed cogitatio potiùs. Con-
Conceptus perfectus. ceptus antem perfectus à philoſophis appellatur diffinitio, à theologis autem verbum:
vnde quot ſunt in nobis perfecti conceptus; tot vtiq; verba numerantnr. hoc autem no-
bis accidit vnico conceptu, mentis noſtræ naturam exprimere non valentibus. at deus
benedictus, quia perfectiſſimum habet conceptum, ſuæ mentis naturam perfectiſſimè
Vnicus conceptus dei. exprimentem: vnicum ergo tantùm habet conceptum, quia nimirum ſemel loquitur de-
us, ait Dauid: vnicum habet verbum, per quod fecit, & ſecula. Adde, in nobis verbum
noſtrum eſſe accidens, & quid tranſiens : ſiquidem non ſemper actu intelligimus. at in
diua mente eſt ſubſtantia, quia ſcilicet non patitur quicquam admixtionis accidentis,
ſeu alicuius extraneæ natnræ conſortium : eſt ergo verbum mentis diuinæ æternum, per-
fectum, actu ſemper exiſtens. Non temerè ergo à ſapientiſſimo Mercurio, ſanctus Py-
mander mens nominatur, cùm ſuo partu vnico, & æterno pepererit verbnm, quod à
Chaldæi. Chaldæis vocatnr patricon nun, id eſt, mens patris; mens namq; ſecunda menti tradidit
omnia, quia per verbum facta ſunt omnia. In dictis Magorum à Zoroaſtre deſcendenti-
Mens ſecunda um, hoc habetur: Omnia perfecit deus, & menti tradidit ſecundæ, quam vocabant pri-
mogenitam, & vnigenitam. Anaxagoras, omnium rerum principium, mentem appella-
uit, & hanc aggreſſam chaos modificaſſe, digerendoq; res, motum eis dediſſe, & ordi-
Anaxagoras. nem Plato in Phædone: Audiens, inquit, ex libro Anaxagoræ, mentem eſſe mundi ædifi-
Plato. catricem, hac ſnm mirificè lætatus, nullamq; puto probabiliorem reddi poſſe rationem.
Cratylus. Nam cùm mens ſit ſumma ſapientia, omnia ſapientiſſimè fecit. Et in Cratylo: Eſſe inquit,
iuſtitiam, quam Anaxagoras mentem dixit, aſſerit Cratylus, quæ cùm ſit imperatrix,
Maro. nulliq; commixta, eam tradidit omnia creare, per omnia commeantem: vnde Platonicus
Macrobius. poeta: Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet. Macrobius in ſomno Scipionis:
Primum bonum omnium, inquit, mentem ex ſe genuit, originales ſpecies rerum conti-
nentem. Itaq; mens, mentis eſt parens, hoc eſt, pater mentis eſt pater, & mens patris.
vnde Proclus tria poſuit, bonum, mentem, & animam, id eſt, patrem, filium, & ſpiritum
Plotinus. ſanctum. Plotinus in lib. de tribus Imperatoribus expreſſe confitetur ipſum bonum, &
mentem, vnam eandemq; habere ſubſtantiam: & de bono: Veſtigium, inquit, vita, eſt ve-
ſtigium mentis. Et Enn. 3. lib. 9. cap. 1. Mens, inquit, vt ſcribitur in Timæo, Ideas in eo quod
viuens eſt, inſitas contuetur. hinc mundi artifex cogitauiſſe dicitur in hoc mundo inclu
dere, quæ mens in eo, quod viuens, ſiue animal eſt, contemplatur : quæ ſolùm ſunt per in-
telligentiam diuiſa; vbi enim dicitur, intellectus intuetur ideas, non ſignificat omninò in
Quare dicatur mens. alio contueri, ſed in ſeipſo intelligibile poſſidere. Qnamobrem, ſecundùm aliam ratio-
nem, deus mens appellatur, quia ſeipſum intelligens, intelligit omnia, & ex ſeipſo prodn-
Cyrillus. cit omnia, non labore extrinſecus aliquo adhibito, ſed mentis actu producentis. Cyrillus
aduerſus Iulianum Imperatorem: Diuina ſnbſtantia, inquit, tres habet deſcenſus: primus
eſt altiſſimus deus per ſe bonus: poſt eum ſecundus, mens artificis, & opifex : deinceps
Tertia mens. eſt anima mundi, quæ à Triſmegiſto mens tertia vocatur in primo Pymandri dicens:
Pymandrum cum ſuo verbo peperiſſe aliam mentem, qui eſt ignis ſanctus, & ſpiritus
numen. Pater igitur eſt prima mens, filius ſecunda, tertia ſpiritus ſanctus: tres, inquam,
Philoſ. ſecundùm ſuppoſita, vna verò ob naturæ vnitatem. A phil. alia ratio traditur, quam an-
notauimus prim: Pymandri fol. 88. quare deus mens nominetur: Noſtri, inquit, melior
pars eſt mens, mens autem deus eſt, qui ſeipſum contemplatur, & contemplando eſt
beatus: vnica beatitudo eſt, quòd ſeipſo fruatur. Quamobrem, qui ſecundùm mentem
operatur,

operatur, vt dicitur 10.eth: & hanc excolit, is videtur deo acceptiſſimus. ſi qua enim cura rerum humanarum eſt diis, ſicut apparet; vtiq; rationabile eſt, eos delectari re optima, ſibiq; proxima: hæc autem mens eſt, quam qui diligunt, redamari eos à diis, tanquam rerum ſibi acceptarum curatoribus, affirmant. Qui præterea, mundi cauſam, mentem eſſe dixit, euigilaſſe videtur, ad comparationem eorum, qui antè temerariè loquebantur; ſiquidem mens, id eſt, ipſe deus, omnibus rebus principium, & motum dedit. Mens igitur deus, mente eſt colendus, cuius ſacrificio maximè delectatur, ſicut docet Apoſtolus: Orabo ſpiritu, orabo & mente: Mente, inquit Ambroſius, id eſt, animo: quem enim poteſt habere fructum, qui ignorat quæ loquatur? Et Auguſt: Prophetia quodammodo vocabatur ſpiritus, vis animæ quædam mente inferior, vbi corporalium rerum ſimilitudines exprimuntur: Mens autem illa intelligit, quæ à ſpiritu proferuntur. Itaque magis Ioſeph propheta, qui intellexit quid ſignificarent ſeptem ſpicæ, quàm Pharao qui viderat: orabo igitur ſpiritu, orabo & mente. Mens igitur apud Mercurium, aliquando eſt ſanctus Pymander, cuius germen eſt verbum lucidum, quod eſt mens de mente: aliquando eſt ſpiritus ſanctus, & omnes tres vna mens, quia nimirum vnus intellectus, vna ſapientia atq; natura. Item, interdum ſignificat ſpiritus rationis participes, vtpote mentes angelorum atq; hominum; & tunc cenſet deum mentem non eſſe appellandum, ſed ſupra mentem: nonnunquam ſignificat donum mentis, & intelligentiæ, ſecundùm quem profectò modum dicere conſueuimus, prophetas fuiſſe, ſiue habuiſſe mentem dei, hoc eſt donum intelligendi, quæ mens diuina fieri vellet. hanc autem mentem non omnibus ineſſe affirmat Dialogo 4. Sermonem quidem ô Tati ſingulis hominibus deus impartit: mentem verò nequaquam, hoc eſt, donum intelligendi; eſt enim mens, apex intellectus, quo deo proximi ſumus, & gratificamur. Inſuper vocatur mens, qui deus eſt ab omni concretione liber, omnia penetrat, mentis nutu gubernat omnia: deniq; omnium eſt mentium genitor, perfectio atq; felicitas.

Quis deo gratus.

Paulus.

Ambroſius.

Auguſt.

Mentis ſignificata.

Quare vocatur mens.

MERCVRIVS.

Deus eſt materia.

Commentum V I.

QVAESTIONIS PRIMAE. CAP. I.

MIRA Mercurij ſapientia, quæ ſic omnia perſcrutatur, & à ſummis ad ima tam facili curſu deſcendit. Sanè, poſt diuinæ perſcrutationem, inueſtigationemq; maieſtatis, poſt altiſſima illa dei epitheta, mox ad humilia flectitur, ad ima reuolauit, vt deum diceret eſſe materiam. Non parui planè intereſt, deus eſt mens, & natura diuina, & deus eſt materia. Igitur, quia Mercurium ſequimur, cum eodem nobis deſcendendum eſt ad vtile, atq; amplum materiæ negotium examinandum. Et inprimis, quid ſignificet materia apud Mercurium dicam, & quonam modo deus ſit materia: de quibus omnibus ſub vno ordine atq; contextu, mihi diſputandum eſſe cenſeo, additis aliorum ſententiis, conſulens vtiq; meæ atq; legentium breuitati, vtilitatiq;. Diui ergo Pymandri fauore implorato, hanc non vereor magnam ad diſputandum, & ad loquendum ſubire prouinciam. In primo Pymandri dialogo primam materiam, ex qua elementa prodierunt, naturam humidam appellauit; quia nimirum vo-

Materia quid ſit apud Mercurium.

Prima materia vocatur humida natura.

materia.

rum voluntati ſubiacet artificis,ſicut in principio primi Pymandri diſputaui. Idem ſentit in 3. Dialogo: Ex humida natura,*inquit*, elementa eduxit. *Et reuera, natura non modò de forma;verùmetiam de materia dicitur.Dialogo 5. declarat quomodo deus materia dici poßit: Nihil,inquit,eſt in omni natura, quod ipſe non ſit; nam nihil eſt in corporibus,quod ipſe non ſit: omnia enim ipſe ſolus eſt ſiue exiſtit. ſed hoc profectò intelligi non poteſt de re materiali.ſi enim deus eſt mens: igitur non eſt corpus. Eſt ergo omne,quod eſt in omni natura, non quidem formaliter ſed effectiuè; eſt enim cauſa, vt ſint omnia. Eſt ergo deus materia,hoc eſt,cauſa vt ſit materia: deniq; ſupplet vicem materiæ. Sanè,quilibet artifex,abſq; materia,ſuæ artis nequit exequi ſtudia, operaq; agenda. At deus benedictus in mundi conditione,ſine vlla prorſus extra ſe materia exiſtente,viſibilia produxit in lucem:* vnde quæ ſunt,ille quidem eſt· eſt etiam & illa quæ non ſunt:Quæ quidem ſunt, deduxit in lucem,quæ non ſunt,occulit in ſeipſo: *Quàm magna ergo eſt iſta materia, ex qua prodierunt, quæ videntur, & plura occultat in ſeipſa, quæ non videntur? habet ergo ſe deus ad inſtar materiæ, imò longè ampliùs quàm materia; nam ex materia omnia proficiſcuntur, formis duntaxat incorruptibilibus ſecluſis:ex deo verò,& illæ,& ipſa quoq; materia. Eſt ergo Deus materia,quia ab ipſo ſine alterius auxilio,ſiue mixtione prodierunt omnia, ad ipſum redeunt omnia,& in ipſo conſtant. Hæ autem ſunt primæ materiæ conditiones,vt ex ipſa alia fiant,& in ipſam reuertantur. At in deo ſunt omnia, ab ipſo omnia,præbet omnia, nihil ſuſcipiens,omnia habens,id ipſum quod non habet,nihil: Deus igitur eſt omnia, nec aliud præter deum quicquam.Hoc ergo modo deus materia,quia ab ipſo omnia proficiſcuntur:* Materiæ,*inquit*,Mercurius puriſsimus aër, aëris anima, animæ mens, mentis deniq; deus.*Dialogo 6 dicit,quòd materiæ conceſſa ſit omnium participatio, quia ſcilicet omnes formas recipere poteſt, & quoàd ſui naturam, eſt inexhauribilis, atq; inexplebilis. Atqui deus ex ſe omnia produxit atq; creauit: omnium ergo eſt particeps:nec aliquod creatum,aut omnia creata,& creanda ſimul, illius poſſunt euacuare potentiam: illa enim ſunt finita,hæc autem infinita; finitum verò quantumlibet ſit magnum,& numero,& magnitudine,infinitum euacuare ſeu exhaurire non poteſt: hac ergo ratione,à ſapientiſsimo Mercurio deus vocatur materia,non autem propriè,ſiquidem deus mutationem nullam admittit: materia verò perpetuæ eſt ſubdita mutationi. Dialogo octauo dicit materiam eſſe immortalem;quia nimirum non conſumitur formis ſibiipſi ſuccedentibus plurimis,& variis:* Pater deus,*inquit*,mundum in molem congerens,totum ſphæricum reddidit,imprimensq; qualitatem materiæ exiſtenti immortali,rationemq; materiæ ſempiternam habenti. *ſed deus eſt natura immortalis, & ſempiternam habet rationem immortalitatis: igitur ſecundùm hunc modum materia appellatur. Animaduertendum tamen eſt, ſecundùm Mercurij ſententiam,materiam ex ſe huiuſmodi immortalitatem,incorruptibilitatemq; non habere,ſed ex impreſſa ſibi cœlitus qualitate:* Exornare, *inquit*, voluit deus id, quod poſt ipſum eſt,quaſi immortalitate fulciens omne corpus, ne materia ab huiuſmodi congreſſu diſcedere volens,in ſuam deformitatem iterum re ſoluatur. *Addit vnam eandemq; eſſe, & cœleſtium & terrenorum corporum materiam,ſed diuerſum modum,ordinemq; obtinere: ſiquidem in corporibus terrenis ob quaſdam exiguas creſcendi,decreſcendiq; qualitates,ſiue naturam,deformis apparet: In cœleſtibus verò incorruptibilis perſeuerat,ideoq; pulchra & minimè confuſa:* Habet hæc materia,*inquit*,circa qualitates quaſdam exiguas reuoluta creſcendi pariter,& decreſcendi naturam,quam homines mortem vocant: huiuſmodi autem confuſio circa terrena viuentia; cœleſtium quippe corpora vnum atq; eundem ſeruant ordinem,quem ſcilicet primum à patre ſuo ſortita ſunt. *Ex deo ergo habent ipſa incorruptibilitatem. Itaq;, materia incorruptibilitatem,*

cùm ter-

Quomodo deus eſt materia

Similitudo materiæ.

Deus eſt omnia.

Materia recipit omnia.

Materia eſt immortalis.

Incorruptibilitas materiæ vnde ſit.

Vna materia omniũ corporum.

Deus eſt materia.

cùm terrenorum quidem corporum, tum etiam cœleſtium, ex ſolo dei patris omnium munere pendere, ſapientiſsimus approbat Mercurius. Non ergo materia ſuapte natura eſt æterna, atq; incorruptibilis. Dial. 10. Mundum bonum eſſe non poſſe, ait, ob materiæ rationem: Mundus, *inquit*, pulcher quidem; non tamen bonus: etenim ex materia conſtat, paſsionibusq; ſubijcitur, primusq; eſt eorum, quæ patiuntur. Indigus præterea ſuapte natura, factus aliquando, atque genitus.

Mundus non eſt bonus ob materiam.

Tria ergo annotantur à Mercurio, nempè mundum non eſſe per ſe bonum, eſſe indigum, & tandem aliquando factum: tametſi dialog. 11. obſcurè de hoc loquatur: Materia, *inquit*, mundus potentia dei æternitas, opus æternitatis eſt mundus. *Sanè, ſi materia eſt mundus, & mundus eſt opus diuinæ potentiæ: igitur factus eſt mundus, & materia ſimiliter. Sed dicit factum ab æuo: Factus, inquit, non aliquando, factus autem ab æuo. q. d. Eſt quidem factus, ſed ab æuo, declarat quod obſcurè dixerat.* Origo materiæ pendet ex æuo; nam æuum immortalitatem atque perſeuerantiam materiæ præſtat: æuum autem pendet ex deo. *Porrò, quid ſit æuum in 2. Pymandri diſputaui. Cæterùm, quamuis hic obſcurè loquatur, quando mundus factus ſit; factum tamen eſſe dicit, atq; materiam ex ſe incorruptibilitatem, immortalitatemque non habere. Ex quo licet colligere, materiam eſſe factam, & nullo modo æternam eſſe dicendam. Vnitatem præterea materiæ in eodemmet dialogo 11. oſtendit, in quo de vnitate factoris loquitur:* Vna, *inquit*, exiſtente materia, ſi plures eſſent mundi rectores primi, ad quem illorum potiſsimùm fabricatio pertineret, quòd ſi ad vtrumq; ad quem prouincia maior? imbecillior profectò potentiori inuideret, ex quo ſeditio quædam exoriretur. *Itaq;, omne corpus viuens, ſeu mortale, ſiue immortale, ex materia conſtat, & anima: non viuens verò nuda penè eſt materia. Et iterum,* vita vna, vnaq; matèria: *vna eſt ergo materia, ſecundùm Mercuriũ, viuentiũ, tum corruptibiliũ, tum etiã incorruptibilium, & inanimatorũ etiam. Et dial. 12. idem profitetur:* Materia quidẽ vna, *inquit*, Deus eſt circa õnia, ſimul atq. per õnia, mens circa animã, anima circa aerẽ, aer circa materiam: neceſsitas autẽ prouidentiaq; & natura, organa mundi ſunt, ordiniſq; materię: *de quibus ſuo loco erit mihi diſputandum. Vnam ergo eſſe omnium corporum materiam, ad mentẽ Mercurij, ſatis clarè oſtenditur. Si autem cupis ſcire, quid ſit materia, ſecundùm Mercurium, audi eum diſputantem circa finem dialogi duodecimi* Quid aliud exiſtimas fili, eſſe materiam, quàm rudem indigeſtamq; molem, ſiue congeriem? hanc exiſtere poſſe ne credas, niſi formetur: quòd ſi formatur, ab aliquo certè formatur. *Quæ autem ſit materiæ forma, ſiue vita, paulò ſuperius expoſuit:* materiæ quidem vita, ſpiritus eſt, *ait*, mens autem animæ. Ex mente viuens omne profluit. *Itaq;, materia ſecundùm ſuam naturam, eſt indigeſta congeries, cuius vita, ſiue forma eſt ſpiritus, vna omnium corporum, naturam habens creſcendi, & decreſcendi in corporibus terrenis: in cœleſtibus verò permanentiam, atq; immortalitatem, idq; ex munere patris omnium, ſtabilitatem illi largientis. Inſuper eſt creata, & nequaquam æterna. In Aſclepio apertiſsimè teſtatur, materiam creatam fuiſſe:* Fuit, *inquit*, Deus & hyle, quem credimus mundum, & mundo comitabatur ſpiritus, ſed non ſimiliter vt deo, nec Deus ſunt hæc, de quibus mundus eſt; idcirco non erant, quando nata non erant, ſed in eo iam tũc erant, vnde naſci habuerunt. *Clariſsimè iam docet mundum, ſeu materiam, non eſſe æternam; nam ſi non erant, quando nondum nata erant: æterna ergo non ſunt, quæ principium natiuitatis, atq; creationis habent: in eo autem erant, vnde naſci habuerunt. hoc eſt, in Deo, à quo condita ſunt; ipſe enim eſt omnium creator: ſic enim ait in principio Aſclepij loquens de Deo:* Ipſe eſt, *inquit*, creator omnium, in quo fuerunt omnia, antequam creaſſet omnia. *Ita clarus eſt ſermo ipſius, vt ei inficiari (ex-*

Mundus eſt factus.

Æuum.

Materia eſt facta, & vna eſt

Vnitas materiæ.

Quid ſit materia.

Materiæ formatio.

Materiæ vita.

Deus eſt creator omnium.

 cepto

De materia.

cepto ſtulto) audeat nemo. Sanè, ſi Deus eſt omnium creator, & omnia erant in creatore, antequam crearentur: materia ergo creata eſt, & non æterna extra mentem exiſtens opificis. ſi credendum eſt antiquis: quare ergo non credendū eſt ſapientiſſimo & antiquiſſimo Mercurio, ita ſapiēter & verè de materiæ origine diſputāti? ſubdit poſtea Mercurius, vnde fiunt omnia, & à quo fiunt omnia? ex materia, de qua fiunt, & ex dei voluntate, cuius nutu efficiuntur alia. loquitur de rebus conditis, quæ principium materiale habent à materia prima: efficiens verò à Dei voluntate; ex hoc tamen non licet inferre, materiam creatam non eſſe. Dices, aperta atque clara eſſe Mercurij verba, quibus proteſtatur, materiam creatam non eſſe: Materia, inquit, creabilis eſt, tametſi creata non eſt. Dico, apertè multis in locis à Mercurio dictum eſſe, Deum eſſe omnium creatorem, & illa, aliquando non fuiſſe, niſi in mente opificis tantùm: quare ſi hæc ita eſſent intelligenda; tunc planè Mercurius ſibiipſi aduerſaretur. Præterea, quæ natura alicui conueniunt, per aliquam potentiam ab eo remoueri non poſſunt: ſi ergo materia, ſecundùm ſui naturam eſt creabilis, & eſt in rerum natura: eſt ergo creata, & non poteſt non eſſe creata. Illa ergo authoritas non eſt intelligenda, de ipſius materiæ creatione, ſed per reſpectum eorum, quæ ex ipſa materia fiunt; ſic enim non eſt creata, cùm omnia fiant, & quaſi creentur ex ea. Quid ergo ſit materia, & quomodo Deus ſit materia, dixi.

Materia eſt creata.

Obiectio.

Solutio.

CAP. II.

Materia quid ſit ſecundùm Platonem, alioſq; philoſophos.

Plato de materiæ origine.

POſt ſapientiſſimi Mercurij doctrinam, Platonis quoque ſapientiam Mercurij æmulam, addere diſpoſui, cui ſanè plurimum tribuo, mihiq; admodum placere, profiteor. Quid autem Plato de materiæ origine, conditione, atq; natura ſenſerit, ſi philoſophum conſulamus; parum profectò vtilitatis in Platonis libris, nos inuenturos eſſe putabimus: ſiquidem, & Platonem de hoc non rectè ſenſiſſe, multis in locis philoſophus oſtendit. In primo phyſ: tex: comm: 79. dicit Platonem non diſtinxiſſe inter materiam & priuationem. Similiter, comm: 66. & 89. & 3. cœli, com: 17. & 25. nihil de prima materia ſciuiſſe, Commentator affirmat. Plato autem nihil ſciuit, inquit, de prima materia 3. phyſ: comm: 25. ait, Platonem poſuiſſe infinitum, ſenſibilium principium rerum; poſuit enim infinitum in cauſa materiali, quod (ſecundùm ipſius ſententiam) eſt magnum & paruum: & magnum quidem creſcit in infinitum, paruum verò ſimiliter decreſcit. Et 1, phyſ: comm: 55. Plato, inquit, poſuit duo pati, & vnum agere. Et 2. de gene: tex: 18. & 1. phyſ: tex: comm: 80. Platonem, ait, poſuiſſe tria principia, nempe magnum & paruum, & vnum. Et 2. de gen: comm: 4. dicit poſuiſſe materiam priorem elementis, ſed non manifeſtè declaraſſe, ſi in actu illa ſit, necne. Item, primo met: tex: com: 9. apertè profitetur, Platonem poſuiſſe magnum & paruum, velut materiam, Italicos, infinitum, Empedoclem quatuor elementa, Anaxagoram partes ſimilares infinitas. Ex his ergo, atq; ſimilibus philoſophi ſententiis videtur, quòd Plato, aut primæ prorſus materiæ naturam ignorauerit, aut non rectè de illa ſenſerit. Aiunt autem, Platonem, Parmenidis doctrinam fuiſſe ſecutum, ſic de materiæ natura diſputantis: Quod, inquit, eſt præter ens in actu, non eſt ens. ſed materia non eſt ens in actu, niſi per formam: igitur, materia non eſt ens. Quam ob cauſam, ait philoſophus 1. phyſ: comm: 79. Tetigêre quidem igitur ipſam alij quidam, ſed non ſufficienter; primùm enim ex non ente ſimpliciter aliquid fieri fatentur, quatenus Parmenidem rectè dicere, ſentiunt. Sic autem Plato arguebat, vt ipſi dicunt:

Tria principia.

Parmenidis opinio de materia.

Quomodo materia eſt non ens.

De materia.

dicunt: Materia eſt non ens, quia non eſt ens in actu. ſed omne quod fit generatur ex materia: fit ergo ex non ente. Miratur Simplicius, hanc Platonis doctrinam, contra ſeipſam pugnantem; nam in Sophiſta, contra Parmenidem diſputans, non omnia vnum ens eſſe, pluribus verbis oſtendit. Arguunt ergo Platonem inconſtantiæ, & paruæ prudentiæ, quòd ſcilicet non diſtinxerit, nec ſibi conſtiterit. Sed pauliſper, quæſo, Platonem in Timæo diſputantem, audiamus: nec quenquam condemnemus, eius rationibus non auditis. Sanè, in Timæo ita loquitur, cuius verba in medium adducam, vt quàm rectiſſimè de prima materia loquatur, legenti conſtet ſatis: Apertiùs, inquit, quod volumus, exponamus; ſi quis enim cunctas figuras ex vna eademq́; auri materia fictas continuè in alias & in alias reformet, deq́; vna quadam illarum præſens aliquis quid ſit, quærat, verè admodum, & tutiſſimè reſpondere poſſumus, aurum illud eſſe. ſola quippe illa reſponſione tanquam tutiſſima contenti eſſe debemus. eadem de illa natura, quæ cuncta recipit corpora, ratio eſt. hæc Plato.

Platonis verba examinantur.

Si materia quæ cuncta recipit corpora, natura à Platone appellatur, natura autem cùm apud Ariſto: tum etiam apud Platonem, non ens nequaquam dicitur: materia ergo apud Platonem eſt ens: ens, inquam, in aliquo gradu entis, hoc eſt, entitas quædam actu diſtincta à forma, & per ſe; quia nimirum ſimplicia ſeipſis diſtinguuntur; non tamen eſt in actu diſtincto ab ipſa forma, quum per ipſam formam in actu conſiſtat. Plato, ſiquidem ex propria potentia recedit nunquam; ſuſcipit enim ſemper omnia, nec vllam vnquam iis ſimilem vllo pacto formam cõtrahit. hæc Plato.

Materia eſt natura.

Plato

Simile quiddam legimus in primo cap: de ſubſtantia orbis: Materia, inquit Commentator, ſuſtentatur per poſſe, & potentia eſt differentia ſubſtantialis materiæ. atqui ſi ita nudè hæc Commentatoris ſententia intelligeretur, ſibiipſi aduerſaretur: ſiquidem primo phyſ: comm: 70. ſic loquitur: Si potentia, inquit, eſſet de eſſentia materiæ; tunc materia corrumperetur in aduentu formæ. Senſus ergo Commentatoris talis eſt, licet materia in prima ſui notione ſit quædam res abſoluta; eſt tamen in ſecunda notione in reſpectu ad alterum, atq; ita ſibi competit potentia: ſic albedo, etſi non pertineat ad rationem hominis; pertinet tamen ad rationem hominis albi. Hoc ergo modo intelligenda ſunt Platonis verba, aſſerentis, materiam nunquam recedere à potentia propria, reſpectu vtiq; aliorum, non reſpectu ſui; alioqui eſſet in potentia ad ſeipſam, quod certè nequit intelligi: materia ergo non eſt purum nihil ſecundùm Platonem.

Potentia eſt natura materiæ.

Materia non eſt purum nihil.

Sequitur tex: Platonis: Suſcipit enim ſemper omnia, nec vllam contrahit iis ſimilem formã: ſimilis habetur ſententia 3. de anima, com: 5. Recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti: quod ita intelligendum eſſe, aſſerit Commentator in ſolutione quæſt: 3. Recipiens eſt, ſiue eſſe debet denudatum reſpectu rei recipiendæ: ipſum autem nihil eſſe in actu, minimè neceſſe eſt. Sic ergo materia prima, quia ad omnes abſq; delectu formas recipiendas, naturam habet; nulla illi ineſſe poteſt prima, ac determinata forma. ob hoc tamen, ipſam non eſſe actu materiam, licet ad alia à ſe, ſit in potentia, non licet dicere. Hoc idem dicitur à Platone: Recipit, inquit, omnia; nullam tamen contrahit formam, hoc eſt, non contrahitur ad vnam formam tantum, ſed potentia eſt ad omnes; ex hoc tamen non ſequitur, materiam nihil in ſe eſſe.

Materia prima non habet certam formam.

Conſentit huic ſententiæ philoſophus 7. met: com: 8. Materia, inquit, non eſt quid, neq; quale, neq; quantum, neq; vniuerſaliter aliquid eorum, quibus ens eſt determinatum: ſed eſt poteſtate omnia hæc. & eſt ſenſus: materia non eſt quid, id eſt, ſubſtantia in actu, veluti eſt forma, & habens formam; ſimiliter non eſt quanta in actu, aut qualis: ſed bene eſt ſubſtantia in potentia ad omnia hæc. ſic etiam Auerroes intellexit. Licet ergo materia reſpectu omnium tum ſubſtantialium, tum accidentalium formarum ſit in potentia; in ſe tamen ſecundùm naturam, prius eſt aliquid actu, poſterius verò poteſtate ad alia. Materia ergo eſt denudata ab eo, quod recipit; non tamen ab eſſe ſimpliciter. Commentator quoq; 5. phyſ: com: 8. ſuffragatur etiam huic propoſito; ſic enim loquitur: In eſſe materiæ, inquit, non admiſcetur

Materia non eſt quid, neq; quale, neque quantum.

Recipiens eſt denudatum à natura recepti.

ria. miſcetur actus omninò. Senſus eſt, licet materia ſit quædam entitas, quæ eſt ſubiectum,
in quo ſita eſt ad omnem formam, priuationemq́ potentia; in eius tamen eſſentia actus
non includitur, tametſi in ſe conſiderata, diuerſa ſit ab omni actu, & ſubſtantiali, &
Plato. accidentali. Platonis verba: Omnis ſanè natura fictioni ſubiecta, agitataq́ ab ingredi-
entibus, & figurata quodam modo, aliâs aliter ſe habere videtur. Senſus eſt, omnis na-
Prima materia capax eſt omnium formarum. tura, id eſt, prima materia, quæ capax eſt ad omnes propemodum formas recipiendas,
fictioni ſubiecta, hoc eſt, variæ figurationi eſt ſubdita, proinde varia ſortitur nomina
ob varietatem ingredientium formarum, aliâs aliter ſemper videtur: veluti auri mate-
ria, nunc Cæſaris, iam Iouis vocamus ſymulachrum. Porrò, ſi prima materia, varietati
multiplicium ſubdita eſt formarum, & varias inde ſubit appellationes nominum: non
eſt ergo purum nihil apud Platonem: nec de illius natura perperam Plato diſputauit.
Symulachra rerum verarū Platonis verba: Quæ verò ingrediuntur, & exeunt, verè, ac ſemper exiſtentium rerum
ſymulachra ſunt, miro & vix explicabili modo ab ipſis rebus, quæ verè ſunt figurata:
hoc eſt, formæ rerum actu quidem ſunt in primo artifice: potentia verò in prima ma-
teria. Sunt ergo ſymulachra idearum, quæ ſunt in mente primi opificis. Similia quædam
Plato. dicuntur à Commentatore in met: Sequitur Plato. Tria in prædicamenti genere ſumenda
ſunt: vnum quod gignitur: aliud in quo gignitur: aliud à quo ſimilitudinem trahit, quod
Materia, matri comparatur. naſcitur, idcirco comparare hæc ita decet. Quod recipit, matri, vnde recipit patri, na-
turam iſtorum mediam proli. Quid clarius hac Platonis ſententia? materiam, matri
comparat, idq́ rectiſsimè; nam, quemadmodum mater nouorum gignendorum ſemper
fœtuum agitur deſiderio, virtutemq́ habet intrinſecam ad illorum partum edendum;
nec tamen ipſa idem, quod noui quotidie, quos peperit fœtus; ita planè materia ſemper
geſtit ad nouarum editionem formarum, ad quarum partum, intrinſecam & quaſi in
explebilem habet virtutem pariendi; nec ipſa tamen eſt, quæq́ illarum ingredientiū, &
exeuntium formarum: eſt ergo materia ens, & nequaquam non ens, ſecundùm Platonē.
Cōmentator. Dices, Cōmentatorē aliud ſentire 1. met: cō:17. vbi ſic loquitur: Quòd materia non habet
Materia habet vnam formā aliquā diſpoſitionem neq́ ſubſtantialē, neq́ accidentalem: igitur nō eſt ſubſtantia neq́ ac
cidens. Dico, Commentatoris ſententiā ſic eſſe intelligendā, materiam ſcilicet non habere
propriam formā, alioqui apta non eſſet, quæ poſſet alias recipere: ſic enim dicit in li: de
ſubſtantia orbis: materiam aliam formam recipere non poſſe, niſi priori corrupta; ſiqui-
dem vnam tantùmmodo formam ſubſtantialem, ſubiectum habeat, neceſſe eſt. Quare,
ſi aliqua ineſſet materiæ forma coæterna; omnis profectò transmutatio, teſte ipſomet
Commentatore 1. phyſ: com:63. in accidentibus eſſet numeranda. Præterea, ſi materia
eſſet ſolùmmodo in potentia, & nullum actum haberet; tunc planè nihil eſſet omninò.
atqui, teſte Commentatore 3. cœli, comm: 29. materia in potentia, fundatur in ente in a-
Materia non eſt ſola potentia. ctu: materia ergo prius eſt aliqua in ſe actualitas, quàm ſit potentia ad alia. Amplius,
ens in potentia, eſt ens ſecundùm quid 5. met: comm: 7. ſunt enim entia in anima. ſed
ens in anima eſt ens diminutum 6. met: comm: vlt: Si ergo materia eſt ens in potentia
1. tantùm: eſt ergo ens diminutum. Quod certè non probatur philoſopho 1. phyſ: com: 78.
aſſerenti, materiam non eſſe ens in actu, quemadmodum eſt compoſitum, neq́ eſſe non
ens per ſe, & ſimpliciter: ſed eſſe ens medium in actu, & purum nihil, hoc eſt, ens in
2. potentia, ſicut dictum eſt. Item, 6. met: comm: 4. Et in principio ſeptimi, ſubſtantia à
philoſopho diuiditur etiam in materiam & formam. ſed ſubſtantia eſt ens: ergo mate-
ria eſt ens: Quando enim alterum de altero prædicatur, quidquid prædicatur de præ-
dicato; prædicatur etiam de ſubiecto. ſimile quiddam habetur 2. de anima, vbi diuidi-
tur ſubſtantia in formam & materiam, & in compoſitum ex vtraq́: Nam ſubſtantia,
inquit Commentator, non componitur ex nonſubſtantiis. 7. quoq́ met: comm: 8. volens
probare materiam ab aliis eſſe diuerſam, ait, omnia prædicamenta dici de ſubſtantia,
3. ſubſtantiam verò de materia. Quamobrem, ſi ſubſtantia, quæ eſt vna de condiuidenti-
bus ens

De materia.

bus ens, prædicatur de materia; & ens ergo ſimiliter. Iterum, ſi materia eſt purum nihil; non poteſt planè eſſe transmutationis ſubiectum: ſiquidem quod omninò non eſt, non eſt, nec eſſe poteſt entis ſubiectum, nec etiam eſt ens rationis; nam rerum realium ſubiectum debet eſſe, & ipſum reale: igitur materia eſt ens reale, & non ens rationis, aut purum nihil. Itaq;, non video quid diſcriminis ſit inter Platonem, & Philoſophum, atq; Commentatorem, de materiæ natura diſputantes, niſi fortaſſis, quod Platonis verba, aut legere neglexerint, aut alio modo interpretari voluerint: Mihi tamen ſatis aperta eſſe videntur, quòd certè, vt clarius fiat, reliqua ſubſcribenda eſſe putaui.

CAP: III.

Timæus Platonis de primæ materiæ proprietatibus.

Plato.

Materia vocatur gremium

SEd ita intelligendum eſt, inquit, quod cùm eſſe debeat effigies rerum omni formarum varietate diſtincta; nunquam illud ipſum formationis huius gremium bene erit præparatum; niſi informe ſit, & ſuapte natura omnibus formis, quas recepturum eſt, careat. nam ſi erit alicuius eorum quæ in ſe recipit ſimile, cùm contrariam eius, cuius ſimile eſt, naturam, aut aliam prorſus ſuſcipiet; nequaquam eius ſimilitudinem, & effigiem exprimet, cùm præſetulerit ſuam. quò ſit, vt nullam ſibi propriam habeat ſpeciem, quod eſt omnia genera ſuſcepturum. vt, qui vnguenta ſuauiter redolentia confecturi ſunt, humidam materiam; quam certo odore condire volunt, ita præparant, odorem nullum proprium habeat. Et qui materiis mollibus, impreſſioniq; cedentibus figuras imprimere aliquas volunt, nullam omninò priorem in eis figuram apparere patiuntur, ſed exactiſſima quadam leuigatione eas poliunt. Ita illud quod in omnibus paſſim æternorum ſimulachris rectè figurandum eſt, his omnibus formis natura ſua careat, neceſſe eſt. Hæc Plato, quibus manifeſtiſſimè docet primam materiam, quam gremium recipiendarum formarum appellat, omni prorſus propria, ac peculiari forma vacare, alioqui nullo modo apta eſſet, quæ nouas perpetuò poſſet recipere formas. Materiæ ergo natura eſt talis, teſte philoſopho 7. met: comm: vlt: vt nouam ſemper formam recipere valeat. Idipſum approbat Commentator in libro de ſubſtantia orbis: Et 2. phyſ: comm: 15. Natura, inquit, materiæ ſubſtantiatur per poſſe: Et 8. met: tex: comm: 33. Materiam dico, quæ non eſt hoc aliquid ens actu; poteſtate tamen eſt hoc aliquid: nam natura materiæ eſt talis, vt dicitur 7. met: tex: comm: 53. quòd per eam poteſt res eſſe, & non eſſe. quod planè fieri non poſſet, ſi propriam formam materia haberet. Nam, vt dicit Plato, intrinſeca forma obſiſteret, vt ingredientis effigiem exprimere non poſſet: vacat ergo prima materia ingredientium, atq; exeuntium formarum ſimilitudine, non autem propria entitate. Dicis, quomodo materia ſit in potentia ad infinitas formas, cùm ſit ipſa finita? Reſpondeo, ſe habere ad inſtar infiniti in potentia, quæ planè non eſt reſpectu actus, aliter eſſet finita; ſed potius reſpectu potentiæ, quæ ſemper materiam comitatur: vt dicitur 9. met: comm: 11. vnde 12. met: comm: 14. Materia, quia non habet formam propriam; ideo nō habet naturam propriam, ſed ſua natura eſt in comparatione, quod planè intelligendum eſt de ſecunda, & non de prima ſignificatione materiæ. Porrò, materiam non habere formam propriam, clarè docetur 1. phyſ: comm: 63. Neceſſe eſt, inquit Commentator, vt iſtud ſubiectum, ſcilicet materia prima ſit vnum, quia non habet formam dantem nomen, & diffinitionem vnam. Et comm: 66. Ipſa, inquit Commentator, materia non habet in ſe formam propriam, neq; priuationem propriam; nam ſi haberet propriam, non reciperet omnem formam: ſimiliter ſi haberet priuationem propriam. Et comm: 69. Si haberet formam propriam, nullam aliam reciperet, ipſa permanente: ſed ſtatim cor-

Materia non habet propriã formam.

Materiæ natura.

Materia quomodo eſt in potentia ad infinitas formas.

Commẽtator

Materia non habet propriã formam.

rumperetur, quàm citò alia forma generaretur: Et comm: 79. Omne habens materiam, inquit, eſt generabile & corruptibile; nam in natura materiæ eſt priuatio formæ. et ſi in ſua natura eſſet formata, non reciperet formas, niſi ens generaretur ex ente: quemadmodum ſi in ſua natura eſſet priuatio ſimpliciter; tunc omninò nihil generaretur ex ea: eſt igitur quaſi compoſita ex eſſe, & non eſſe. Et eſt ſenſus ſecundùm Commentatorē, materia quia in ſe conſiderata, eſt aliqua entitas, habet eſſe; quia verò non habet formam propriam, & illius actus entitatiuus, pendet ex forma, habet quaſi non eſſe. 4. phyſ: comm: 59. declarat quomodo materia non habeat formam; verba autem philoſophi ſunt iſta: Et alio modo dixerunt illud, in quo non eſt aliquid demonſtratum, neque ſubſtantia corporalis, & ideo dixerunt quidam quòd vacuum ſit materia corporum, &

Materia non eſt ſine forma

iſti dixerunt, materiam eſſe locum, & non bene dixerunt; materia enim non eſt ſeparata à rebus. Subdit Commentator, cùm dicimus in materia nihil eſſe demonſtratum in actu: non intelligimus, quòd poſſit denudari à rebus demonſtratis in actu; ſed intendimus quòd in ſua eſſentia non ſit aliquid demonſtratum: quoniam ſi ita eſſet, non reciperet res demonſtratas 7. met: com: 8. ſi aliqua forma, aut aliqua priuatio eſſet eſſentialiter in materia, non reciperet alias formas. 3. cœli com: 67. diſcrimen ponit inter elementa,

Materia prima differt ab elementis.

& primā materiā: Elementa, inquit, ſunt materia corporum compoſitorum: prima verò materia, corporum ſimplicium primò: deinde mediantibus elementis, corporum compoſitorum. Neceſſarium autem eſt, vt receptibile careat forma, quam recipit, non autem omninò omni forma; quia verò prima materia, eſt receptibilis omnium formarum; ideò non debet habere aliam formam omninò, quia eſt materia vniuerſalis: elementa verò quia non ſunt receptibilia omnium formarum; hac de cauſa non debent denudari à ſuis formis. Itaq́ hæc Commentatoris doctrina, atq́ philoſophi, à Platone non diſſentit, dicen-

Plato.

te in Timæo, primam materiam, propriam formam non habere. Sequitur Plato: Quam obrem vniuerſi, quod & genitum eſt, & ſenſibus omnibus manifeſtum, matrem ipſam, receptaculumq́, neq́ terram, neq́ aërem, neq́ ignem, neq́ aquam eſſe dicamus: neque rurſus ex his aliquid conſtitutum, aut aliqua, ex quibus propriè hæc ipſa ſubſiſtunt; ſed inuiſibilem potiùs ſpeciem quandam, & informem ſinum omnium capacem, qui modo

Materiæ nomina.

quodam ambiguo, & vix explicabili, diuinæ, & intelligibilis naturæ ſit particeps. Hæc Plato. Multis nominibus materiam appellat, nempe matrem, gremium, ſinum informē, omnium capacem, ſpeciem inuiſibilem, receptaculum omnium formarum, deniq́ diuinæ, & intelligibilis naturæ æmulatricem.

Mater. Gremium. Sinus. Species. Receptaculū.

Matrem vtiq́ ob eas, quas diximus rationes: gremium, cùm omnia propemodum, quaſi ex ſuis prodeant viſceribus: ſinum autem, quaſi omnia fouentem, & recipientem: ſpeciem inuiſibilem, vtpote habentem ſuam pulchritudinem, & entitatem, nobis autem incognitam: deniq́ omnium receptaculum, ac diuinæ naturæ participē. Sanè, quemadmodum ex Deo omnia, cùm corporalia, tum etiam ſpiritualia prodeant; ſic & ex prima materia, & ſimplicia, & compoſita naſcuntur corpora: quamobrem, Deus à Triſmegiſto, materia, vt diximus vocatur: deinde ſequitur: Materia prima, inquit, non eſt aliquod ex elementis, nec ex elementis conſtituta, ſed potiùs quædam inuiſibilis ſpecies. diſtinguit vtiq́ materiam à quatuor elementis.

Reprehenditur philoſ: & Commentator.

Quare ergo philoſophus 2. de gener: tex: comm: 4. à Platone inter primam materiam, & quatuor elementa, nullum diſcrimen poſitum fuiſſe dicit? ſic enim loquitur: In Timæo nullam Plato determinationem poſuit; non enim dixit manifeſtè. Sic etiam Commentator: Plato in Timæo hæc quatuor poſuit, & materiam priorem eis: Sed non manifeſtè, inquit, vtrum iſta materia ſit exiſtens in actu, an non: neq́ dixit in hoc ſermone quicquam manifeſtè, niſi, quòd materia eſt recipiens tantùm. Hæc Commentator.

Reprehenſio contra Commentatorem.

Bone Deus. Si Plato dixit, primam materiam non eſſe aliquod ex elementis: diſtinxit ergo eā ab elementis, & actum, ſiue aliquam entitatem habere profitetur; nam quomodo aliquid poteſt eſſe omnium formarum receptaculum, niſi aliquam habuerit entitatem, præſertim ſi à

De materia.

quatuor diſtinctum fuerit elementis Sed modeſtè profitetur, materiam primam, vix intelligi poſſe; eam tamen aliquam habere entitatem, affirmat. Vnde ſequitur Plato: Ipſa autem comprehendi per ſe nullo pacto poteſt: ſed quantùm ex ſupradictis, naturam eius attingere licet. & poſt pauca. Hæc materia, omnibus, quæ gignuntur, ſedem exhibet, ſine tangentis ſenſu tangitur, adulterina quadam vix opinabilis cognitio. Hæc Plato. Itaque, materiam habere entitatem, Plato affirmat: ſed cognitu difficilem eiuſque cognitionem adulterinam appellat; quia nimirum (Teſte THemiſtio tertio de anima capit: 44. Cognitio extranea, adulterina nuncupatur: cognitio autem extranea eſt, quando rem, non per ipſius faciem; ſed per alterius ſimilitudinem, contemplamur. At materia carens propria forma, quaſi ſine facie conſpicitur; omne enim, quod cognoſcitur, in quantum eſt in actu cognoſcitur: forma autem eſt actus. Quia ergo materiæ non ineſt propria forma, ex qua pendet legitima cognitio, & per analogiam ad alia cognoſcitur, & difficilis, & adulterina, ipſius vocatur cognitio. Hæc eſt Platonis, de cognoſcenda materia, ſyncera, veraq; doctrina: à qua profectò philoſophus, eiusq; Commentator (vt mihi videre videor) non longè abſunt, neq; diſſentiunt: Materia, inquit Cōmentator 1. phyſ: comm: 69. exponens textum philoſophi, ſubiecta natura ſcibilis eſt per analogiam, non poteſt intelligi per ſe, cùm non ſit aliquid in actu habens quidditatem, ſed intelligitur per comparationem, propter latentiam ſuæ ſubſtantiæ; ideoque cùm volumus dare ſubſtantiam eius, dicimus ipſam eſse illud, cuius proportio ad ſubſtantiam eſse, eſt ſicut proportio cupri, ad idolum, aut ligni ad ſcamnum, q. d. quia caret propria facie, cognoſcitur per relationem ad faciem alterius, ſcilicet formæ, quæ eſt cauſa ſuæ cognitionis, cùm ſit actus, & mouens. vnde licet vnum, ſine alio cognoſci non poſsit: materia verò non eſt ſuæ cognitionis cauſa; quippe, quæ non ſit actus, nec ſpeciem moueat: forma autem, & ſuæ, & materiæ cognitionis cauſa; non tamen ſeorſum à materia, ſicut albedo eſt viſibilis; non tamen ſine ſubiecto. Sic à Commentatore annotatur 4. phyſ. comm: 16. Vltimæ cauſæ entium, inquit, ſunt materia & forma, prima principia ſimplicia entium, & ſcire quidditates principiorum vltimorum, eſt difficile: & ſcire formam abſq; materia, eſt impoſsibile: ſic etiam philoſophus, & cognitio iſtorum duorum, abſolutum ab altero, non eſt facilis. Amplius, ad hoc propoſitum faciunt, quæ dicuntur 12. comm: 14. materiam ſcilicet non habere eſse, niſi per hoc, quod ſentitur, & non per ſe: Materia, inquit Commentator, eſse non eſt, niſi ſecundùm quod ſentitur, id eſt, propter illud, quo ſit ſenſibilis, & hæc eſt forma; materia enim eſt ſenſibilis per formam, & per illud habet eſse, per quod ſentitur: quia nimirum per illud eſt in actu: & per quod eſt in actu ſentitur, & cognoſcitur. Amplius, materiam non eſſe elementum, neq; ex elementis, vt dicit Plato: nonne idem habetur 8. met: com: 8. Materia, inquit philoſophus, non eſt elementum, neq; ex elementis. Itaq; ſi candido animo Platonis doctrinam, de materiæ origine perſcrutati fuerimus, à philoſophi, atq; Commentatoris ſpeculatione, non multùm diſſonare videbimus. Hæc quidem breuiter perſtrinximus pro Platonis philoſophia conſeruanda.

Plato.

Adulterina cognitio.

Cognitio materiæ difficilis

Forma eſt cauſa cognitionis.

Cōmentator.

Materia nō eſt elementū neque ex elemētis.

CAP: IIII.

Plotini philoſophia de origine, atque natura primæ materiæ

QVid ſit prima materia ſecundùm Platonē, hactenus me elucidaſſe puto: quòd Plotini verè Platonici doctrina, mouēdum eſſe putaui, ne fortaſsis ad mētem noſtram, Platonem accommodaſſe videremur. Hac igitur de re Enne: 2. lib: ca: 4. ex profeſſo Plotinus ſic loquitur: Cætera quidem omnia, inquit, quæcunq; aliquid in potentia ſunt, id habent, vt etiam in actu aliud quiddam

De materia.

Materia prima nõ eſt in actu.

ſint. Quod quidem cùm iam ſit, vergatque ad aliud, eſſe in potentia iudicatur. At verò materiam ipſam, quam eſſe entia omnia in potentia quanam conditione eſſe actu entium aliquid poſſumus affirmare? Et eſt verborum Plotini talis ſenſus: reliqua entia omnia (excepta prima materia) ita ſunt in potentia; vt tamen habeant actum per ſe entitatiuum, hoc eſt, propriam formam: prima autem materia cùm ſit in potentia ad omnes formas, propriam formam non habet, ideoq́ per ſe non eſt aliquod ens actu. vnde ſubdit: alioqui non iam entia cuncta in potentia: ſi igitur entium nullum eſt; neceſſe eſt neq; ens quidem ipſam eſſe. Itaq́ cùm nullum ſit entium, quomodo actu

Quomodo materia non ſit ens.

aliquid eſſe poterit? Plotinus, materiam eſſe omninò non ens, nequaquam affirmat: ſed non eſſe ens in actu completum, quippe, quæ formam propriam non habeat; ſic enim ſua, quæ ſequuntur verba, ſonare videntur: Forſan, inquit, nullum eſt horum, quæ in ipſa ſunt. Quid tamen prohibet hanc aliud quiddam eſſe? quaſi diceret, etſi non ſit aliquid eorum, quæ in ipſa ſunt; per ſe tamen eſt aliqua entitas, ab aliis diſtincta. Nam etſi materia non habeat actum entitatiuum, hoc eſt, actum exiſtentiæ, qui à forma procedit per ſe, cùm illum habeat in compoſito, cuius ipſa eſt pars, per potentiam formæ; habet tamen actum entitatiuum, quia nimirum eſt quædam entitas à formæ entitate diſtincta, & natura, & ſubſtantia. ſiquidem pars ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia: materia autem eſt pars ſubſtantiæ demonſtrata; ideoq́ eſt ſubſtantia, & alia ab ipſa forma: non

Materia non eſt pura potẽtia.

ergo materia eſt pura potentia, & nihil in actu; alioqui eſſet pura priuatio: ſed eſt quædam entitas habens actum ſuæ eſſentiæ, & exiſtentiæ; quatenus eſt Dei effectus, non exiſtens purum nihil: in compoſito autem apta nata eſt recipere actum formæ, actum vtiq; exiſtendi; quatenus forma, & ipſius materiæ, & compoſiti, actus exiſtit.

Plotinus.

Itaq́, materia eſt quædam entitas; non tamen à ſe habet actum exiſtendi. Sequitur Plotinus: Siquidem neq; omnia entia in materia ſunt. Profectò ſi nihil ſit eorum, quæ ſunt in ipſa, hæc verò ſint entia, non ens dicetur. intellige ſicut dictum eſt. Declarat, quare non ens appelletur. Item: Quatenus informe aliquid cogitatur, inquit, non eſt ſpecies:

Materia non ens.

neq; igitur in illis quidem velut ens numerabitur. Senſus eſt, materia, ſi rei ſpeciem, ſeu formam habenti comparetur; quia propriam formam non habet, quaſi non ens reputabitur; ſic enim loquitur: Ad illa, inquit, comparata, non ens cenſebitur. cap: 5. fortiùs arguens, materiæ naturam maximè perſtringit, & quaſi ad nihilum reducere videtur: Materiæ, ait, eſſe in potentia conſiſtit; quatenus in ea futurum conſideratur: at enim eſſe ipſi ſolum eſt idipſum, quod futurum permittitur, quippe cùm eſſe ipſius in illud quod erit, referatur, atq; differatur. Quod igitur in potentia, non quidem aliquid, neq;

Quomodo nõ ſit in actu.

ſecundùm ſeipſum ens aliquod eſt. ſed ipſum, quod eſt, materia eſt, meritò non eſt in actu. ſi enim aliquid ſit in actu; idipſum quod eſt in actu, materia non eſt: meritò ergo non eſt in actu. Eſt idem ſenſus, ſiquidem actus exiſtendi pendet à forma, materia verò prima caret propria forma, ad futurum quaſi ſuum eſſe tranſmittit, non quia ipſa ſit purum nihil. Quamobrem, vt dicit Plotinus, materia eſt quaſi reiecta, & ſegragata ab ente, quia ſeipſam permutare non valet, ſed quod ab initio erat; erat enim non ens, ita ſeſe ſemper habet. Non dicit omninò à numera entium eſſe reiectam, ſed quaſi reiectam, quia ſcilicet optimum entium illi propriè non ineſt; ideoq́ quaſi à numero entium exu-

Non eſt in ordine entium.

lat, & ſuæ patitur ignominiæ repulſam: Vbi, inquit, entium ordo deſinit, hæc iam apparet, atq; ab his, quæ poſt ipſam fiunt, coërcetur: & cum vtriuq; coërcetur; in actu quidem eſt ad neutrum: ſolùm verò reſidet in potentia, relictaq́ eſt debile quiddam, & vmbratile ſimulachrum, formari non valens. Eſt igitur aliquid, tametſi debile aliquid, quia ſua priuatur fortitudine, nempe, quæ eſt rei compoſitæ ſpecies, fortitudo, atq; actus. vnde licet materia coarctetur ab vtriuq;, nempe à puro nihil, & ab ente perfecto

Materia tenet medium.

in actu; ipſa tamen in actu eſt ad neutrum, hoc eſt, eſt medium inter purum nihil, & ens in actu. Simulachrũ eſt veri entis; non tamen eſt verũ & per ſe ſubſiſtens ens: Quapropter,

De materia.

propter, inquit, ipſa materia in ipſo non eſſe, ſuum eſſe habet; habet enim eſſentiam ſuam in potentia. proinde ſi actum introduxeris, ſubſtantiæ illius cauſam ſuſtuliſti. Senſus eſt, eſſe materiæ eſt in non eſſe, propter carentiam propriæ formæ, ob cuius gratiam eſſe, quod naturaliter habet, eſt quaſi non eſſe: in aduentu autem nouæ formæ, quaſi ſuum eſſe quo eſt in potentia, amiſiſſe videtur. Porrò, primam materiam non eſſe purum nihil, nec aliquod ex elementis lib 4. Enn: 2. cap. 6. ſatis clarè oſtendit; nam & corporum ſuſceptaculum ab eo vocatur, Platonem vtiq; ſecutus: De ſuſceptaculo, inquit, corporum deinceps ita dicatur. Principiò quòd oporteat corporibus aliquid eſſe ſubiectum, quod aliud quiddam ſit præter corpora mutua elementorum commutatio nobis oſtendit. Hæc Plotinus. Si materia prima eſt corporum ſuſceptaculum, & non vnum elementorum: aliquam ergo habet entitatem, & non eſt purum nihil Cognoſcitur, ait, ex corporum tranſmutatione, ſiquidem omnia corpora in ipſam reſoluuntur, ipſa verò minimè Quatuor autem elementa, prima materia non ſunt, quoniam diſſoluuntur: ſine materia autem non ſunt, alioqui molem atq; magnitudinem non haberent: ſpecies verò ad qualitatem ſpectat & formam, materia autẽ ad ſubiectũ. Plus ſatis conſtare arbitror, ex Plotini ſententia, cùm à quatuor elementis, tum etiam à forma, ſiue ſpecie primam materiam eſſe diſtinctam: ipſa namq; eſt corporum receptaculum atq; ſubiectum; nec tamen eſt aliquod elementum neq; forma: habet ergo aliquam entitatem. Addit, elementa non ſunt materia prima, quia reſoluuntur: igitur materia prima non reſoluitur: eſt ergo incorruptibilis. Idem ſentit philoſophus 1. phyſ: tex: comment: 82. Eſt, inquit, ingenita, & incorruptibilis ſecundùm ſe, corrumpitur autem per accidens; quia corrumpitur priuatio. Hæc phil. Dicis, quare ergo materia non dicitur corruptibilis propter formam, quæ etiam accidit materiæ, & corrumpitur; quia ſcilicet forma non eſt per ſe corruptiua, ſed generatio: priuatio verò è contrà. Quemadmodum igitur amphora corrumpitur propter vinum, quod in ipſa corrumpitur: ſic materia propter priuationem, quæ per ſe corrumpitur. Ea verò materia eſt incorruptibilis, quæ eſt vna numero omnium, & ſuſceptiua omnium formarum: vna autem numero dicitur in illo priori, in quo formas præcedit: ſic enim eſt vna numero, quia ſolùm de ſeipſa prædicatur: communis verò per ſubiectionem, quoniam omnium eſt formarum ſuſceptiua. Itaque, prima materia non eſt aliquod elementum, ſicut ipſemet Plotinus ſcribit eiuſdem libri capite ſeptimo. Proinde contra Empedoclem pro materia, Elementa ponentem: Elementorum corruptio ipſa reclamat, inquit. Anaxagoras quoque, mixturam quandam inducens, velut aquam, dicensq; hanc non aptitudinem quandam habere ad omnia, ſed actu omnia continere: profectò intellectum quem introduxerat tollit è medio: quippe cùm non eum dicat formam ſpeciemq; tribuere, neq; priorem eſſe materia, ſed cum materia ſimul. Impoſſibile quidem eſt ſimul eſſe; ſi enim mixtura ipſius eſſe, eſt particeps; certè ens ipſum antiquius eſt: quòd ſi & ipſum ens mixtura quædam eſt, alio quodam his opus eſt tertio. Quamobrem, ſi neceſſe eſt, rerum artificem eſſe priorem; quidnam oportuit ſpecies ſecundùm exigua in materia eſſe: deinde intellectum inextricabili negotio confuſa diſcernere. Porrò, quæ fuerit Anaxogoræ, de mundi origine ſententia, in principio Pymandri, ſatis puto clarè oſtenſum fuiſſe. cap. 8 lucidiùs ſeſe interpretatur, aperiens tandem, quid ſit ipſa prima materia: Oportet, inquit, ipſam nihil eſſe compoſitum, ſed ſimplex, & vnum quiddam ſuapte natura; nam ita demum omnium erit vacua. cap. 14. diſcrimen ponit inter materiam & priuationem: Sunt, inquit, vnum ſubiecto, ratione verò duo: tametſi materiæ accidat priuatio; diffinitione tamen diſtinguuntur. Enneadis 3. lib. 6. cap. 7. Materiæ nomina atq; proprietates mirificè depingit: Materia prima, inquit, eſt incorporea, quoniam corpus poſterius eſt atq; compoſitum: & ipſa vnà cum alio complet corpus. vocatur ſic à Plotino, quia caret propria forma: omne autem corpus & propriam formam & materiam habet. Sequitur: Cùm verò, inquit, materia neq; anima ſit, neq; mens, neque

Materia prima non eſt purum nihil nec corpora elementorum.

Materia eſt ſuſceptaculum & ſubiectum.

Materia priæ non eſt corruptibilis.

Quæ materia ſit incorruptibilis.

Opiniones falſæ confutantur.

Quid ſit prima materia.

Quòd non ſit priuatio.

Nec corpus nec anima.

vita, neq; ſpecies, neq; ratio, neq; terminus, neq; poteſtas; entis vtiq; appellationem ſortiri non debet, ſed meritò non ens nominabitur: neq; tamen ita non ens dicitur, vt motus, vel ſtatus non ens dici ſolet, ſed reuera non ens, ſimulachrum & imaginatio mollis, appetitioq; ſubſtantiæ ſiue ſubſiſtentiæ ſtans quidem non in ſtatu, ſecundum ſe inuiſibile, & videre volentem effugiens, & quando quis non videt; tunc quodammodo præſens: quando verò quis intentiùs inſpicit, non perſpectum. Rurſus in ſeipſo contraria ſemper apparens, paruum, magnum, minus, magis, deficiens, ſuperexcedens, ſimulachrum neq; manens, neq; rurſus aufugere valens, neq; vel hoc vnum valebit, quippè, cùm valorem ab intellectu nullum acceperit, ſed in defectu totius entis factum fuerit. Quapropter in qualibet ſui denominatione, mentitur & fallit, nempè ſi magnum excogitetur, interim paruum eſt, ac ſi magis, eſt minus, atq; ens, quod in eius imaginatione occurrit: non ens eſt, velut lubricum quiddam fugiens, adeò, vt quæ in ipſo fieri videntur, lubrica ſint, ſimulachra in ſimulachro, profectò ſicut in ſpeculo, vbi alibi quidem ſitum eſt aliquid, alibi verò apparens, & quod videtur impletum, nihil habens, apparens verò omnia. Quæ verò ingrediuntur, & exeunt imitamina entium, atq; ſimulachra circa ſimulachrum informe, & quia informe; ideo ibi viſa. videntur quidem in ſubiectam materiam nonnihil efficere: faciunt verò nihil, vtpote quæ debilia fluxaq; ſunt, neq; ſoliditatem vllam habent, ſiue vllam repercutiendi virtutem. Materia quoq; cùm nullam ſoliditatem habeat, penetrant in eam non diuidentia, vt imagines in aquam: vel fortè perinde ac ſi quis in id, quod vacuum dicitur quaſi formas immittat. Hæc Plotinus, quibus minimam materiæ entitatem, oſtendit.

Materiæ conditiones.

Materia eſt ſicut ſpeculum & ſimulachrũ informe.

CAP: V.

Diui Auguſtini ſententia de materia prima.

QVoniam ampliſſima eſt de primæ materiæ natura, proprietate, atq; origine, diſputatio; hac de cauſa latiſſimè quoq; mihi ſcribendum eſſe putaui, & non modò, quid phil: ſenſerint, differendum; verùmetiam quòd phil: pariter ac theologi diſputârint. Cùm autem hoc eſſet mihi faciendum, à theologorum principe, nempè à diuo Auguſtino exordiri volui, eiuſq; rationes in medium adducere. Itaq;, Auguſtinus li. 12. Confeſſionum cap. 6.: de natura primæ materia ſic loquitur: Ego verò domine ſi totum confitear tibi ore meo, & calamo meo, quidquid de iſta materia docuiſti me, cuius antea nomen audiens & non intelligens, narrantibus mihi eis, qui non intelligerent, eam cum ſpeciebus innumeris & variis cogitabam, & ideo non eam cogitabam, fœdas & horribiles formas, perturbatis ordinibus, voluebat animus; ſed formas tamen, & informe appellabam: non quòd careret forma, ſed quòd talem haberet, & vt ſi appareret, inſolitum, & incongruum auerſaretur ſenſus meus, & conturbaretur infirmitas hominis. Verùmtamen autem illud quod cogitabam, non priuationem omnis formæ, ſed comparatione formoſiorum erat informe, & ſuadebat vera ratio, vt omnis formæ qualeſcunq; reliquias omninò detraherem. ſi vellem prorſus informe cogitare, & non poteram; cuius enim non eſſe cenſebam, quod omni forma priuaretur, quàm cogitabam quiddam informe: cùm omne informe ſit prope nihil, ſed intendi in ipſa corpora, eorumque mutabilitatem altiùs inſpexi, qua deſinunt eſſe, quod fuerant, & incipiunt eſſe, quod non erant, eundemq; tranſitum de forma in formam, per informe quiddam fieri ſuſpicatus ſum, non per omninò nihil: ſed noſſe cupiebam, non ſuſpicari. Mutabilitas ſanè rerum mutabilium, capax ipſa eſt formarum omnium, in qua mutantur res mutabiles. Et hæc quid eſt? Non animus, non corpus, non ſpecies animi vel corporis: Si dici poſſet, nihil aliquid eſt, & non eſt, hoc eam dicerem; & tamen vtcunq; erat, vt ſpecies caperet iſtas vi-

Augu: de materiæ origine.

Prima opinio Auguſt:

Propè nihil.

Non eſt omninò nihil.

ſibiles & compoſitas. A Platonis philoſophia, vti Platonicus, nequaquam diſſentit, qui
materiam primam, formarum receptaculum appellat, propria forma carens; ideoq; &
eſſe, & non eſſe videtur. Sequitur Auguſtinus in eodem libr: cap. 7. Et vnde vtcunq; erat
niſi eſſet à te, à quo ſunt omnia, in quantumcunq; ſunt: ſed tantò à te longiùs, quantò diſ- Materia prima à deo creata.
ſimiliùs; feciſti enim cœlum & terram, non de te: nam eſſet æquale vnigenito tuo, ac per
hoc & tibi: & nullo modo iuſtum eſſet, vt æquale tibi eſſet, quod de te non eſſet; & aliud
præter te non erat, vnde faceres ea, & ideo de nihilo feciſti cœlum & terram, magnum
quiddam, & paruum quiddam. Duo quædam feciſti, vnum prope te, & aliud prope ni- Vnum propè te, & aliud prope nihil.
hil vnum, quo ſuperior tu eſſes, alterum quo inferius nihil eſſet. Tu domine feciſti mun-
dum de materia informi, quam feciſti de nulla re. Illud autem totum, nempè chaos, pro-
pe nihil erat, quoniam adhuc informe erat; iam tamen erat, quod formari poterat. Et lib.
1. contra Manichæos cap. 5. & 6. Prima, inquit, materia facta eſt confuſa & informis,
vnde omnia fierent, quæ diſtincta atq; formata ſunt, quod credo à Græcis chaos appella-
ri; ſic enim & in Sapiente legimus: Qui feciſti mundum de materia informi. alij codices
habent, De materia inuiſa. Et ideo deus rectiſſimè creditur omnia de nihilo feciſſe, quia Materia inuiſa.
etiamſi omnia formata, de iſta materia facta ſunt, hæc ipſa omninò materia de omninò
nihilo facta eſt; omnipotens ſiquidem, nulla re adiuuandus erat, quam ipſe non fecerat:
ſi enim ad eas, quas facere volebat, adiuuabat eum aliqua res, quam ipſe non fecerat, ſi-
cut operantur alij opifices, qui materiam ipſi non faciunt, non erat omnipotens, quod ſa-
crilegum eſt credere. Informis ergo illa materia, quam de nihilo deus fecit: appellata
eſt primò cœlum & terra, & dictum eſt: In principio ſecit deus cœlum & terram, non Nomina primæ materiæ.
quia iam hoc erat, ſed quia iam hoc eſſe poterat: nam & cœlum ſcribitur poſtea factū.
Quemadmodum ſi ſemen arboris conſiderantes, dicamus ibi eſſe radices, & robur, &
ramos, & fructus, & folia, non quia iam ſunt, ſed quia inde futura ſunt, ſic dictum eſt: Confuſa materia.
In principio fecit deus cœlum & terram, quaſi ſemen cœli & terræ, cùm in confuſo ad-
huc eſſet cœli & terræ materia. Ex hac autem Auguſtini interpretatione, vna videtur
eſſe omnium corporum materia, ac eiuſdem planè rationis. Reuera, ſi materia eſt propè
nihil, ita vt inter ipſam & nihil, medium aliquod excogitari non poſſit: ſin cœleſtium at-
que inferiorum non eſſet eadem corporum materia; profectò cœleſtium ratio corporum,
nobilior eſſet iudicanda, atq; ita à terrenorum ratione diſſentiens, & à nihilo magis re- Vna materia omnium corporum.
cedens, ſicq; materiæ rationem amitteret, & formæ rationem ſubiret. in cauſa autem,
quare cœleſtia corpora corruptioni ſubdita non ſint, eſt, quia illorum corporum formæ
ſubſtantiales, actiuarum qualitatum, atq; paſſiuarum vacant controuerſia ſeu contra-
rietate. Quamobrem non ineſt illis paſſio cum abiectione contrarij. Sanè, ignis & terra Vnde corpora cœleſtia ſunt incorruptibilia.
(teſte philoſopho in lib. de ſenſu & ſenſato) non agunt & patiuntur adinuicem, quia hu-
iuſmodi, ſed quia annexam habent contrarietatem: hanc etiam ob cauſam, corpora ele-
mentaria, & mixta propriam habent paſſionem, atq; adinuicem tranſeunt, agunt & pa-
tiuntur. Itaq;, hoc modo ineſt corporibus cœleſtibus materia eiuſdem rationis cum infe- 1.
rioribus, quatenus eſt pars compoſiti in genere ſubſtantiæ, non habens propriè adiun-
ctam priuationem. Amplius, ſi materia ſecundùm philoſophum & Commentatorem vt 2.
dictum eſt, ſubſtantiatur per ſuum poſſe: igitur circumſcripta omni forma, materia,
quæ eſt in genere ſubſtantiæ, & pars compoſiti, non poteſt intelligi, niſi pura potentia.
ſed cùm ad actum propriè pertineat, diſtinguere & per potentiam nulla poſſit fieri di-
ſtinctio. Reliquum eſt, vt omnium corporum forma, per intellectum circumſcripta, ali-
quid remaneat, vnde hæc ab illa materia diſtinguatur: ſed eiuſdem planè remanebit
rationis. Item, ſi in corporibus cœleſtibus non eſſet materia, quæ eſt pars ſubſtantiæ com 3.
poſitæ; tunc certè eſſent formæ actu intelligibiles, vtpote à materia ſeparatæ: quod eſt
falſum. Commentator aliud ſentire videtur, de quo poſtea diſputaturi ſumus. Cæterùm, Materia non præcedit formā tempore.
ad diui Auguſtini doctrinam redeuntes, quam in primo libro de Geneſi ad literam
ſcripſit.

ſcripſit.cap.14. ex illius promptuario hæc depromimus: Manifeſtum, inquit, eſt, omne mutabile ex aliqua informitate formari. Et cap.15. Non quia, inquit, informis materia, formatis rebus, tempore prior ſit, cùm ſit vtrumq; ſimul concreatum & vnde factũ eſt,

Prius origine.

& quod factum eſt: ſicut enim vox, materia eſt verborum: verba verò formatam vocem indicant: non autem qui loquitur, priùs emittit informem vocem, quam poßit poſtea colligere, atq; in verba formare; ita creator deus, non priorem tempore fecit informem materiam, & eam poſtea per ordinem quarumcunq; naturarum, quaſi ſecunda conſideratione formauit, ſed quia illud, vnde ſit aliquid, etſi non tempore; tamen quadam origine priùs eſt, quàm illud, quod inde ſit. Potuit diuidere ſcriptura loquendi temporibus

Omnia ſimul facta fuiſſe.

quod deus faciendi temporibus non diuiſit. Itaq; ſimul vtrumq; deus fecit, & materiam quam formauit, & res in quas eam formauit, & vtrumq; à ſcriptura dictum eſt; non tamen ſimul, quia ſcilicet informe, origine præcedit formatum. Item, lib.5.cap.5. eandem videtur innuere ſententiam, nempè omnia ſimul condita fuiſſe. Illi ergo ſex dies, in quibus legitur factam fuiſſe diſtributionem rerum, non ad operis alicuius creationem, diſtinctionemq́;, ſecundùm Auguſtinum, ſunt referendi, ſed ad angelicæ cognitionis diſtinctionem, quam duplicem eſſe dicit: alteram quidem rerum in proprio genere, appellari veſpertinam; alteram verò in verbo, quæ dicitur matutina. Sane, omnis creatura ad deum comparata, quæ eſt lux per eſſentiam tenebrarum magis rationem ſubit, quàm

Ambroſius de materiæ origine.

lucis. Diuus Ambroſius in principio Hexameron, ad hoc propoſitum ſic loquitur: Quid igitur, inquit, tam inconueniens quàm æternitatem operis cum dei coniungere æternitate: vel ipſum opus deum eſſe dicere ac cœlum, terram, & mare, diuinis proſequi honoribus? Et cap. 7. eiuſdem libri: Si hylen dicunt ſine principio eſſe, vbi nam erat? ſi in loco: ergo etiam locus ſine principio fuiſſe aſtruitur, in quo erat materia rerum, quæ principium non habebat. ſed hoc eſt abſurdum: vbi ergo erat hyle, niſi fortè dicatur quadam de menti intentione, quia in deo erat? ſed ſtultum hoc eſt atq; ſacrilegum: ſimul omnia ergo

Baſilius.

ſunt condita. Conſentit his Baſilius ſanctißimus, pariter & doctißimus homilia prima in Hexameron: In his, inquit, qui verißimi, & vnius dei ignoratione caligabant, cauſam illam primariam, negarunt prouida mente eſſe præditam, qua rerum omnium moderandæ generationi præeſſet, ſed & ſe totos permittentes, atq; accommodantes primæ illi ſuæ de deo ignorantiæ, quæ videmus ad ortum progredi, hæc ita emergere concluſerunt perpeti quadam ſucceßionis ſerie. Quò contigit, vt horum nonnulli ad materiæ præiacentis principia, ceu baſes quaſdam vniuerſi confugerint, cauſam totius creaturæ, acceptam ferentes, mundi iſtius elementis. Hæc Baſilius: at eos qui hæc dixerunt, deum igno-

Cyrillus. Pythagoras.

raſſe penitus fatetur. Diuus Cyrillus contra Iulianum lib.11. aſſerit Pythagoram putaſſe & Stoicos etiam, mundum quidem eſſe genitum à deo, & quantùm ad naturam attinet, corruptibilem & ſenſibilem eſſe, & idcirco corporalem; non corrumpendum tamen prouidentia, & continentia dei. Epicurus corruptibilem, vt animal, & plantam: vnam ergo mundi materiam, eiuſdemq́; rationis, omnibus ineſſe corporibus, ij confeßi ſunt, ſed diuerſimodè quidem. Addit poſtea, quòd Plato & Pythagoras, ideo modeſtiùs cæteris de deo locuti ſunt, quia conuerſati ſunt inter Ægyptios, apud quos certè creber de ſapientißimo Moyſe ſermo erat, & doctrinæ eius vſq; ad miraculum obſeruabantur. Porphyrius dicit

Plato.

opinari quidem Platonem de cœlo, quòd corporea eius ſuperficies conſtiterit ex quatuor elementis. Sed de his in primo Pymandri locuti ſumus. Conſtat igitur, quid ſit prima materia ſecundùm priſcos noſtræ fidei doctores.

QVAESTIONIS SECVNDAE. CAP. I.

Materia eſt aliquod ens poſitiuum, diſtinctum eſſentialiter à forma.

De materia.

Materia eſt ens.

*Materiam non eſſe purum nihil, ſed ens, ſiue aliquam entitatem in ordine
entium, ex his quæ dicta ſunt, patere arbitror. Et reuera, ſi eſt ſubiectum,
ex quo aliquid fit, & quod omni transmutationi ſubijcitur; profectò non* 1.
*ens, dici non poteſt. Sanè, ſi materia eſſet nō ens, productio naturalis eſſet
ex nihilo, quod eſt falſum; fit enim ex materia. Amplius, ſi materia eſt* 2.
*pars ſubſtantiæ ſenſibilis, & primum formarum receptiuum: conſtat ergo, eſſe ens reale
& non fictitium; hæc enim, niſi enti reali conuenire non poſſunt. Adde, quòd materia
non poſſit eſſe accidens; eſt enim primum ſubiectum: non ergo poteſt eſſe in ſubiecto: ſub
ſtantia eſt igitur. patet conſequentia, quoniam ens reale, per ſubſtantiam & accidens,
ſufficienter diuiditur. Hæc concluſio ita placuit antiquis, vt ſolam materiam ſubſtan-*

Opinio antiquorum.

*tiam appellarent, ſicuti videre eſt. 1. de gener: 1. phyſ: 7. met: tex. 8. formas autem, etiam
ſubſtantiales, accidentia. Quamobrem Commentator com: 8. ait, quòd materia videatur
eſſe magis ſubſtantia quàm alia. Cæterùm materia eſt ita ſubſtantia, quòd tamen eſt in*

Materia eſt ens in potentia.

*pura potentia apud phil. & Commentatorem. 7. met: tex: com: 8. Etenim, poſtquam omnia
prædicamenta à materia remouêre, quòd videlicet non eſſet aliquid illorum actu, addi-
derunt, eſſe quodlibet illorum in potentia: ſic etiam octauo met: tex: com: 15. Poſſibile
eſt, inquit, vnum per ſe fieri ex materia & forma, quia materia eſt potentia, & forma
eſt actus. Verùm ſunt nonnulli, qui dicunt materiam eſſe quid actu, diſtinguentes poten-*

Potentia ſubiectiua.

Obiectiua.

*tiam per obiectiuam & ſubiectiuam, & ſubiectiuæ quidem formalem, obiectiuæ verò,
obiectiuum actum reſpondere, vnde dicunt, phil: velle, materiam eſſe quidem in poten-
tia ſubiectiua; eſſe tamen nihilominus in actu obiectiuo. Dicunt enim in ſubiecto formæ
receptiuo, ſiue ſit materia prima reſpectu formæ ſubſtantialis, ſiue ſit ſubiectum reſpe-
ctu formæ accidentalis, duo inueniri: primum quidem ipſum ſubiectum, quatenus ab a-
gente, ad formam recipiendam tranſmutatur, ſeu tranſmutari poteſt, ad quam profectò
veluti potentia, ad actum formalem comparatur. hanc autem potentiam, ipſammet eſſe
materiam, fatentur, ab actu formali planè diſtinctam, quippe cum nihil actuet atq; per
ficiat, neq; recipiatur in ſeipſo, ſed actus formalis ſiue ipſa forma quæ in materia recipi-
tur. Secundum verò in ſubiecto eſſe formæ potentiam, quatenus ſcilicet poteſt eſſe in
materia, & de potentia ad actum educibilis per actionem agentis: hanc verò potentiam*

Differentia inter potentiam paſsiuam, & obiectiuam.

*ipſammet formã eſſe dicunt ab agente producendam. Hæc igitur non eſt potentia paſſi-
ua, ſiue receptiua formæ, ſed obiectiua, & ipſamet forma; eſt enim obiectum, quod pro-
duci poteſt ab actiua potentia agentis, & à paſſiua diſtinguitur. Potentia ſiquidem
paſſiua, eſt motus transmutationisq; ſubiectum: obiectiua verò, terminus à quo; ex roſa
namq; in potentia, fit roſa in actu. Et hæc quidem diſtinctio eſt realis; nam vt dicitur
primo phyſ: ſubiectum manet, terminus autem à quo non manet. Porrò, actus obiectiuus
qui eſt terminus ad quem, non diſtinguitur realiter à ſua potentia, vt roſa antequam pro
ducatur, eſt in potentia obiectiua, poſtquam eſt producta, eſt actus obiectiuus. Putant
enim iſti in materia duas potentias, realiter diſtinctas inueniri: vnam quidem formæ
ſuſceptiuam: alteram verò, quæ eſt ipſa forma in eſſe potentiali, de quo ad eſſe actuale
educitur per actionem agentis. Alij verò aliter ſentiunt, nempè materiæ ſolam ineſſe po-
tentiam paſſiuam, & formam eſſe in potentia, aliud eſſe nihil, quàm in materia recipi*

Materia eſt ens in actu.

*poſſe: quemadmodum formam eſſe in potentia agentis, idem eſt, ac ab agente poſſe pro-
duci: at illi dicunt iſtas duas diſtingui; nam potentia quæ poteſt eſſe forma, & deinde eſt
forma, eſt idem cum forma. Quod autem poteſt moueri ad formam, non eſt forma, quia
receptiuum non eſt ipſum receptum: diſtinguuntur ergo ab inuicem. Confirmatur hoc
per Commentatorem 8. met: com: 15. vbi ait, quòd tranſlatio non largitur ei multitudi-
nem, ſed perfectionem. q. d. quod erat in potentia, & poſtea eſt in actu, non ſunt duo, ſed
vnum. Qui huius ſunt opinionis ſectatores, aiunt materiam eſſe, aliquid in actu, atq; ita
arguunt, ſcilicet, quod materia poſt ſui creationem ſit ens in actu formaliter, non ſicut*

Deus eſt materia.

rum voluntati ſubiacet artificis,ſicut in principio primi Pymandri diſputaui. Idem ſentit in 3. Dialogo:Ex humida natura,inquit, elementa eduxit. Et reuera, natura

Quomodo deus eſt materia

non modò de forma;verùmetiam de materia dicitur.Dialogo 5. declarat quomodo deus materia dici poßit: Nihil,inquit,eſt in omni natura, quod ipſe non ſit; nam nihil eſt in corporibus,quod ipſe non ſit: omnia enim ipſe ſolus eſt ſiue exiſtit. ſed hoc profectò intelligi non poteſt de re materiali.ſi enim deus eſt mens :igitur non eſt corpus. Eſt ergo omne,quod eſt in omni natura, non quidem formaliter ſed effectiuè; eſt enim cauſa, vt ſint omnia. Eſt ergo deus materia,hoc eſt,cauſa vt ſit materia: denique ſupplet vicem materiæ. Sanè,quilibet artifex,abſque materia,ſuæ artis nequit exequi ſtudia, operaque agenda. At deus benedictus in mundi conditione,ſine vlla prórſus extra ſe materia exiſtente,viſibilia produxit in lucem: vnde quæ ſunt,ille quidem eſt· eſt etiam & illa quæ non ſunt:Quæ quidem ſunt,deduxit in lucem,quæ non ſunt,occulit

Similitudo materiæ.

in ſeipſo: Quàm magna ergo eſt iſta materia, ex qua prodierunt, quæ videntur, & plura occultat in ſeipſa, quæ non videntur? habet ergo ſe deus ad inſtar materiæ, imò longè ampliùs quàm materia; nam ex materia omnia proficiſcuntur, formis duntaxat incorruptibilibus ſecluſis:ex deo verò,& illæ,& ipſa quoque materia. Eſt ergo Deus materia,quia ab ipſo ſine alterius auxilio,ſiue mixtione prodierunt omnia, ad ipſum redeunt omnia,& in ipſo conſtant.Hæ autem ſunt primæ materiæ conditiones,vt ex ipſa alia

Deus eſt omnia.

fiant,& in ipſam reuertantur. At in deo ſunt omnia, ab ipſo omnia,præbet omnia, nihil ſuſcipiens,omnia habens,id ipſum quod non habet,nihil:Deus igitur eſt omnia, nec aliud præter deum quicquam.Hoc ergo modo deus materia,quia ab ipſo omnia proficiſcuntur: Materiæ,inquit,Mercurius puriſsimus aër, aëris anima, animæ mens, mentis deniq; deus.Dialogo 6.dicit,quòd materiæ conceſſa ſit omnium participatio,

Materia recipit omnia.

quia ſcilicet omnes formas recipere poteſt, & quoâd ſui naturam, eſt inexhauribilis, atque inexplebilis. Atqui deus ex ſe omnia produxit atque creauit: omnium ergo eſt particeps:nec aliquod creatum,aut omnia creata,& creanda ſimul, illius poſſunt euacuare potentiam: illa enim ſunt finita,hæc autem infinita; finitum verò quantumlibet ſit magnum,& numero,& magnitudine,infinitum euacuare ſeu exhaurire non poteſt: hac ergo ratione,à ſapientiſsimo Mercurio deus vocatur materia,non autem propriè,ſiquidem deus mutationem nullam admittit: materia verò perpetuæ eſt ſubdita mutationi. Dia-

Materia eſt immortalis.

logo octauo dicit materiam eſſe immortalem;quia nimirum non conſumitur formis ſibiipſi ſuccedentibus plurimis,& variis: Pater deus,inquit,mundum in molem congerens,totum ſphæricum reddidit,imprimensq; qualitatem materiæ exiſtenti immortali,rationemq; materiæ ſempiternam habenti. ſed deus eſt natura immortalis, & ſempiternam habet rationem immortalitatis: igitur ſecundùm hunc modum materia appellatur. Animaduertendum tamen eſt, ſecundùm Mercurij

Incorruptibilitas materiæ vnde ſit.

ſententiam,materiam ex ſe huiuſmodi immortalitatem,incorruptibilitatemque non habere,ſed ex impreſſa ſibi cœlitus qualitate: Exornare, inquit, voluit deus id, quod poſt ipſum eſt,quaſi immortalitate fulciens omne corpus, ne materia ab huiuſmodi congreſſu diſcedere volens,in ſuam deformitatem iterum reſoluatur. Addit vnam eandemque eſſe, & cœleſtium & terrenorum corporum materi-

Vna materia omniũ corporum.

am,ſed diuerſum modum,ordinemque obtinere: ſiquidem in corporibus terrenis ob quaſdam exiguas creſcendi,decreſcendique qualitates,ſiue naturam,deformis apparet: In cœleſtibus verò incorruptibilis perſeuerat,ideoque pulchra & minimè confuſa:Habet hæc materia,inquit,circa qualitates quaſdam exiguas reuoluta creſcendi pariter,& decreſcendi naturam,quam homines mortem vocant: huiuſmodi autem confuſio circa terrena viuentia;cœleſtium quippe corpora vnum atq; eundem ſeruant ordinem,quem ſcilicet primum à patre ſuo ſortita ſunt. Ex deo ergo habent ipſa incorruptibilitatem. Itaque, materiæ incorruptibilitatem,

cùm ter-

Deus eſt materia.

cùm terrenorum quidem corporum, tum etiam cœleſtium, ex ſolo dei patris omnium munere pendere, ſapientiſsimus approbat Mercurius. Non ergo materia ſuapte natura eſt æterna, atq; incorruptibilis. Dial. 10. Mundum bonum eſſe non poſſe, ait, ob materiæ rationem: Mundus, *inquit*, pulcher quidem; non tamen bonus: etenim ex materia conſtat, paſsionibusq́; ſubijcitur, primusq́; eſt eorum, quæ patiuntur. Indigus præterea ſuapte natura, factus aliquando, atque genitus.

Mundus non eſt bonus ob materiam.

Tria ergo annotantur à Mercurio, nempè mundum non eſſe per ſe bonum, eſſe indigum, & tandem aliquando factum: tametſi dialog. 11. obſcure de hoc loquatur: Materia, *inquit*, mundus potentia dei æternitas, opus æternitatis eſt mundus. *Sanè, ſi materia eſt mundus, & mundus eſt opus diuinæ potentiæ: igitur factus eſt mundus, & materia ſimiliter. Sed dicit factum ab æuo: Factus, inquit, non aliquando, factus autem ab æuo. q. d. Eſt quidem factus, ſed ab æuo, declarat quod obſcurè dixerat.* Origo materiæ pendet ex æuo; nam æuum immortalitatem atque perſeuerantiam materiæ præſtat: æuum autem pendet ex deo. *Porrò, quid ſit æuum in 2. Pymandri diſputaui. Cæterùm, quamuis hìc obſcurè loquatur, quando mundus factus ſit; factum tamen eſſe dicit, atq; materiam ex ſe incorruptibilitatem, immortalitatemq́ue vonhabere. Ex quo licet colligere, materiam eſſe factam, & nullo modo æternam eſſe dicendam. Vnitatem præterea materiæ in eodemmet dialogo 11. oſtendit, in quo de vnitate factoris loquitur:* Vna, *inquit*, exiſtente materia, ſi plures eſſent mundi rectores primi, ad quem illorum potiſsimùm fabricatio pertineret, quòd ſi ad vtrumq;, ad quem prouincia maior? imbecillior profectò potentiori inuideret, ex quo ſeditio quædam exoriretur. *Itaq́, omne corpus viuens, ſeu mortale, ſiue immortale, ex materia conſtat, & anima: non viuens verò nuda penè eſt materia. Et iterum,* vita vna, vnaq́; matèria: *vna eſt ergo materia, ſecundùm Mercuriũ, viuentiũ, tum corruptibiliũ, tum etiã incorruptibilium, & inanimatorũ etiam. Et dial. 12. idem profitetur:* Materia quidẽ vna, *inquit*. Deus eſt circa õnia, ſimul atq. per õnia, mens circa animã, anima circa aerẽ, aer circa materiam: neceſsitas autẽ prouidentiaq́; & natura, organa mundi ſunt, ordinisq́; materię: *de quibus ſuo loco erit mihi diſputandum. Vnam ergo eſſe omnium corporum materiam, ad mentẽ Mercurij, ſatis clare oſtenditur. Si autem cupis ſcire, quid ſit materia, ſecundùm Mercurium, audi eum diſputantem circa finem dialogi duodecimi* Quid aliud exiſtimas fili, eſſe materiam, quàm rudem indigeſtamq́; molem, ſiue congeriem? hanc exiſtere poſſe ne credas, niſi formetur: quòd ſi formatur, ab aliquo certè formatur. *Quæ autem ſit materiæ forma, ſiue vita, paulò ſuperius expoſuit:* materiæ quidem vita, ſpiritus eſt, *ait*, mens autem animæ. Ex mente viuens omne profluit. *Itaq́, materia ſecundùm ſuam naturam, eſt indigeſta congeries, cuius vita, ſiue forma eſt ſpiritus, vna omnium corporum, naturam habens creſcendi, & decreſcendi in corporibus terrenis: in cœleſtibus verò permanentiam, atq; immortalitatem, idq́ ex munere patris omnium, ſtabilitatem illi largientis. Inſuper eſt creata, & nequaquam æterna. In Aſclepio apertiſsimè teſtatur, materiam creatam fuiſſe:* Fuit, *inquit*, Deus & hyle, quem credimus mundum, & mundo comitabatur ſpiritus, ſed non ſimiliter vt deo, nec Deus ſunt hæc, de quibus mundus eſt; idcirco non erant, quando nata non erant, ſed in eo iam tũc erant, vnde naſci habuerunt. *Clariſsimè iam docet mundum, ſeu materiam, non eſſe æternam; nam ſi non erant, quando nondum nata erant: æterna ergo non ſunt, quæ principium natiuitatis, atq; creationis habent: in eo autem erant, vnde naſci habuerunt. hoc eſt, in Deo, à quo condita ſunt; ipſo enim eſt omnium creator: ſic enim ait in principio Aſclepij loquens de Deo:* Ipſe eſt, *inquit*, creator omnium, in quo fuerunt omnia, antequam creaſſet omnia. *Ita clarus eſt ſermo ipſius, vt ei inficiari (ex-*

Mundus eſt factus.

Æuum.

Materia eſt facta, & vna eſt

Vnitas materiæ.

Quid ſit materia.

Materiæ formatio.

Materiæ vita.

Deus eſt creator omnium.

cepto ſtulto) audeat nemo. Sanè, ſi Deus eſt omnium creator, & omnia erant in creatore, antequam crearentur: materia ergo creata eſt, & non æterna extra mentem exiſtens opificis. ſi credendum eſt antiquis: quare ergo non credendũ eſt ſapientiſsimo & antiquiſsimo Mercurio, ita ſapiẽter & verè de materiæ origine diſputãti? ſubdit poſtea Mercurius, vnde fiunt omnia, & à quo fiunt omnia? ex materia, de qua fiunt, & ex dei voluntate, cuius nutu efficiuntur alia. *loquutur de rebus conditis, quæ principium materiale habent à materia prima: efficiens verò à Dei voluntate; ex hoc tamen non licet inferre, materiam creatam non eſſe. Dices, aperta atque clara eſſe Mercurij verba, quibus proteſtatur, materiam creatam non eſſe:* Materia, *inquit*, creabilis eſt, tametſi creata non eſt. *Dico, apertè multis in locis à Mercurio dictum eſſe, Deum eſſe omnium creatorem, & illa, aliquando non fuiſſe, niſi in mente opificis tantùm: quare ſi hæc ita eſſent intelligenda; tunc planè Mercurius ſibiipſi aduerſaretur. Præterea, quæ natura alicui conueniunt, per aliquam potentiam ab eo remoueri non poſſunt: ſi ergo materia, ſecundùm ſui naturam eſt creabilis, & eſt in rerum natura: eſt ergo creata, & non poteſt non eſſe creata. Illa ergo authoritas non eſt intelligenda, de ipſius materiæ creatione, ſed per reſpectum eorum, quæ ex ipſa materia fiunt; ſic enim non eſt creata, cùm omnia fiant, & quaſi creentur ex ea. Quid ergo ſit materia, & quomodo Deus ſit materia, dixi.*

Materia eſt cre ata.

Obiectio.

Solutio.

CAP. II.

Materia quid ſit ſecundùm Platonem, aliosq; philoſophos.

Plato de materiæ origine.

POſt ſapientiſsimi Mercurij doctrinam, Platonis quoque ſapientiam Mercurij æmulam, addere diſpoſui, cui ſanè plurimum tribuo, mihiq; admodum placere, profiteor. Quid autem Plato de materiæ origine, conditione, atq; natura ſenſerit, ſi philoſophum conſulamus; parum profectò vtilitatis in Platonis libris, nos inuenturos eſſe putabimus: ſiquidem, & Platonem de hoc non rectè ſenſiſſe, multis in locis philoſophus oſtendit. In primo phyſ: tex: comm: 79. dicit Platonem non diſtinxiſſe inter materiam & priuationem. Similiter, comm: 66. & 89. & 3. cœli, com: 17. & 25. nihil de prima materia ſciuiſſe, Commentator affirmat. Plato autem nihil ſciuit, inquit, de prima materia 3. phyſ: comm: 25. ait, Platonem poſuiſſe infinitum, ſenſibilium principium rerum; poſuit enim infinitum in cauſa materiali, quod (ſecundùm ipſius ſententiam) eſt magnum & paruum: & magnum quidem creſcit in infinitum, paruum verò ſimiliter decreſcit. Et 1, phyſ: comm: 55. Plato, inquit, poſuit duo pati, & vnum agere. Et 2. de gene: tex: 18. & 1. phyſ: tex: comm: 80. Platonem, ait, poſuiſſe tria principia, nempe magnum & paruum, & vnum. Et 2. de gen: comm: 4. dicit poſuiſſe materiam priorem elementis, ſed non manifeſtè declaraſſe, ſi in actu illa ſit, necne. Item, primo met: tex: com: 9. apertè profitetur, Platonem poſuiſſe magnum & paruum, velut materiam, Italicos, infinitum, Empedoclem quatuor elementa, Anaxagoram partes ſimilares infinitas. Ex his ergo, atq; ſimilibus philoſophi ſententiis videtur, quòd Plato, aut primæ prorſus materiæ naturam ignorauerit, aut non rectè de illa ſenſerit. Aiunt autem, Platonem, Parmenidis doctrinam fuiſſe ſecutum, ſic de materiæ natura diſputantis: Quod, inquit, eſt præter ens in actu, non eſt ens. ſed materia non eſt ens in actu, niſi per formam: igitur, materia non eſt ens. Quam ob cauſam, ait philoſophus 1. phyſ: comm: 79. Tetigêre quidem igitur ipſam alij quidam, ſed non ſufficienter; primùm enim ex non ente ſimpliciter aliquid fieri fatentur, quatenus Parmenidem rectè dicere, ſentiunt. Sic autem Plato arguebat, vt ipſi dicunt:

Tria principia.

Parmenidis opinio de materia.

Quomodo materia eſt non ens.

De materia.

dicunt: Materia eſt non ens, quia non eſt ens in actu. ſed omne quod fit generatur ex materia: fit ergo ex non ente. Miratur Simplicius, hanc Platonis doctrinam, contra ſeipſam pugnantem; nam in Sophiſta, contra Parmenidem diſputans, non omnia vnum ens eſſe, pluribus verbis oſtendit. Arguunt ergo Platonem inconſtantiæ, & paruæ prudentiæ, quòd ſcilicet non diſtinxerit, nec ſibi conſtiterit. Sed pauliſper, quæſo, Platonem in Timæo diſputantem, audiamus: nec quenquam condemnemus, eius rationibus non auditis. Sanè, in Timæo ita loquitur, cuius verba in medium adducam, vt quàm rectiſſimè de prima materia loquatur, legenti conſtet ſatis: Apertiùs, inquit, quod volumus, exponamus; ſi quis enim cunctas figuras ex vna eademq; auri materia fictas continuè in alias & in alias reformet, deq; vna quadam illarum præſens aliquis quid ſit, quærat, verè admodum, & tutiſſimè reſpondere poſſumus, aurum illud eſſe. ſola quippe illa reſponſione tanquam tutiſſima contenti eſſe debemus. eadem de illa natura, quæ cuncta recipit corpora, ratio eſt. hæc Plato. Si materia quæ cuncta recipit corpora, natura à Platone appellatur, natura autem cùm apud Ariſto: tum etiam apud Platonem, non ens nequaquam dicitur: materia ergo apud Platonem eſt ens: ens, inquam, in aliquo gradu entis, hoc eſt, entitas quædam actu diſtincta à forma, & per ſe; quia nimirum ſimplicia ſeipſis diſtinguuntur; non tamen eſt in actu diſtincto ab ipſa forma, quum per ipſam formam in actu conſiſtat. Plato, ſiquidem ex propria potentia recedit nunquam; ſuſcipit enim ſemper omnia, nec vllam vnquam iis ſimilem vllo pacto formam cõtrahit. hæc Plato. Simile quiddam legimus in primo cap: de ſubſtantia orbis: Materia, inquit Commentator, ſuſtentatur per poſſe, & potentia eſt differentia ſubſtantialis materiæ. atqui ſi ita nudè hæc Commentatoris ſententia intelligeretur, ſibiipſi aduerſaretur: ſiquidem primo phyſ: comm: 70. ſic loquitur: Si potentia, inquit, eſſet de eſſentia materiæ; tunc materia corrumperetur in aduentu formæ. Senſus ergo Commentatoris talis eſt, licet materia in prima ſui notione ſit quædam res abſoluta; eſt tamen in ſecunda notione in reſpectu ad alterum, atq; ita ſibi competit potentia: ſic albedo, etſi non pertineat ad rationem hominis; pertinet tamen ad rationem hominis albi. Hoc ergo modo intelligenda ſunt Platonis verba, aſſerentis, materiam nunquam recedere à potentia propria, reſpectu vtiq; aliorum, non reſpectu ſui; alioqui eſſet in potentia ad ſeipſam, quod certè nequit intelligi: materia ergo non eſt purum nihil ſecundùm Platonem. Sequitur tex: Platonis: Suſcipit enim ſemper omnia, nec vllam contrahit iis ſimilem formã: ſimilis habetur ſententia 3. de anima, com: 5. Recipiens debet eſſe denudatum à natura recepti: quod ita intelligendum eſſe, aſſerit Commentator in ſolutione quæſt: 3. Recipiens eſt, ſiue eſſe debet denudatum reſpectu rei recipiendæ: ipſum autem nihil eſſe in actu, minimè neceſſe eſt. Sic ergo materia prima, quia ad omnes abſq; delectu formas recipiendas, naturam habet; nulla illi ineſſe poteſt prima, ac determinata forma. ob hoc tamen, ipſam non eſſe actu materiam, licet ad alia à ſe, ſit in potentia, non licet dicere. Hoc idem dicitur à Platone: Recipit, inquit, omnia; nullam tamen contrahit formam, hoc eſt, non contrahitur ad vnam formam tantum, ſed potentia eſt ad omnes; ex hoc tamen non ſequitur, materiam nihil in ſe eſſe. Conſentit huic ſententiæ philoſophus 7. met: com: 8. Materia, inquit, non eſt quid, neq; quale, neq; quantum, neq; vniuerſaliter aliquid eorum, quibus ens eſt determinatum: ſed eſt poteſtate omnia hæc. & eſt ſenſus: materia non eſt quid, id eſt, ſubſtantia in actu, veluti eſt forma, & habens formam; ſimiliter non eſt quanta in actu, aut qualis: ſed bene eſt ſubſtantia in potentia ad omnia hæc. ſic etiam Auerroes intellexit. Licet ergo materia reſpectu omnium tum ſubſtantialium, tum accidentalium formarum ſit in potentia; in ſe tamen ſecundùm naturam, prius eſt aliquid actu, poſterius verò poteſtate ad alia. Materia ergo eſt denudata ab eo, quod recipit; non tamen ab eſſe ſimpliciter. Commentator quoq; 5. phyſ: com: 8. ſuffragatur etiam huic propoſito; ſic enim loquitur: In eſſe materiæ, inquit, non admiſcetur

Platonis verba examinantur.

Materia eſt natura.

Plato

Potentia eſt natura materiæ.

Materia non eſt purum nihil.

Materia prima non habet certam formam.

Materia non eſt quid, neq; quale, neque quantum.

Recipiens eſt denudatum à natura recepti.

miſcetur actus omninò. Senſus eſt, licet materia ſit quædam entitas, quæ eſt ſubiectum, in quo ſita eſt ad omnem formam, priuationemq́; potentia; in eius tamen eſſentia actus non includitur, tametſi in ſe conſiderata, diuerſa ſit ab omni actu, & ſubſtantiali, &
Plato. accidentali. Platonis verba: Omnis ſanè natura fictioni ſubiecta, agitataq́; ab ingredientibus, & figurata quodam modo, aliâs aliter ſe habere videtur. Senſus eſt, omnis na-
Prima materia capax eſt omnium formarum. tura, id eſt, prima materia, quæ capax eſt ad omnes propemodum formas recipiendas, fictioni ſubiecta, hoc eſt, variæ figurationi eſt ſubdita, proinde varia ſortitur nomina ob varietatem ingredientium formarum, aliâs aliter ſemper videtur: veluti auri materia, nunc Cæſaris, iam Iouis vocamus ſymulachrum. Porrò, ſi prima materia, varietati multiplicium ſubdita eſt formarum, & varias inde ſubit appellationes nominum: non eſt ergo purum nihil apud Platonem: nec de illius natura perperam Plato diſputauit.
Symulachra rerum verarū. Platonis verba: Quæ verò ingrediuntur, & exeunt, verè, ac ſemper exiſtentium rerum ſymulachra ſunt, miro & vix explicabili modo ab ipſis rebus, quæ verè ſunt figurata: hoc eſt, formæ rerum actu quidem ſunt in primo artifice: potentia verò in prima materia. Sunt ergo ſymulachra idearum, quæ ſunt in mente primi opificis. Similia quædam
Plato. dicuntur à Commentatore in met: Sequitur Plato. Tria in prædicamenti genere ſumenda ſunt: vnum quod gignitur: aliud in quo gignitur: aliud à quo ſimilitudinem trahit, quod
Materia, matri comparatur. naſcitur, idcirco comparare hæc ita decet. Quod recipit, matri, vnde recipit patri, naturam iſtorum mediam proli. Quid clarius hac Platonis ſententia? materiam, matri comparat, idq́; rectiſſimè; nam, quemadmodum mater nouorum gignendorum ſemper fœtuum agitur deſiderio, virtutemq́; habet intrinſecam ad illorum partum edendum; nec tamen ipſa idem, quod noui quotidie, quos peperit fœtus; ita planè materia ſemper geſtit ad nouarum editionem formarum, ad quarum partum, intrinſecam & quaſi inexplebilem habet virtutem pariendi; nec ipſa tamen eſt, quæq́; illarum ingredientiū, & exeuntium formarum: eſt ergo materia ens, & nequaquam non ens, ſecundùm Platonē.
Cōmentator. Dices, Cōmentatorē aliud ſentire 1. met: cō:17. vbi ſic loquitur: Quòd materia non habet
Materia habet vnam formā aliquā diſpoſitionem neq́; ſubſtantialē, neq́; accidentalem: igitur nō eſt ſubſtantia neq́; accidens. Dico, Commentatoris ſententiā ſic eſſe intelligendā, materiam ſcilicet non habere propriam formā, alioqui apta non eſſet, quæ poſſet alias recipere; ſic enim dicit in li: de ſubſtantia orbis: materiam aliam formam recipere non poſſe, niſi priori corrupta; ſiquidem vnam tantùmmodo formam ſubſtantialem, ſubiectum habeat, neceſſe eſt. Quare, ſi aliqua ineſſet materiæ forma coæterna; omnis profectò transmutatio, teſte ipſomet Commentatore 1. phyſ: com: 63. in accidentibus eſſet numeranda. Præterea, ſi materia eſſet ſolùmmodo in potentia, & nullum actum haberet; tunc planè nihil eſſet omninò. atqui, teſte Commentatore 3. cœli, comm: 29. materia in potentia, fundatur in ente in a-
Materia non eſt ſola potentia. ctu: materia ergo prius eſt aliqua in ſe actualitas, quàm ſit potentia ad alia. Amplius, ens in potentia, eſt ens ſecundùm quid 5. met: comm: 7. ſunt enim entia in anima. ſed ens in anima eſt ens diminutum 6. met: comm: vlt: Si ergo materia eſt ens in potentia
1. tantùm: eſt ergo ens diminutum. Quod certè non probatur philoſopho 1. phyſ: com: 78. aſſerenti, materiam non eſſe ens in actu, quemadmodum eſt compoſitum, neq́; eſſe non ens per ſe, & ſimpliciter: ſed eſſe ens medium in actu, & purum nihil, hoc eſt, ens in
2. potentia, ſicut dictum eſt. Item, 6. met: comm: 4. Et in principio ſeptimi, ſubſtantia à philoſopho diuiditur etiam in materiam & formam. ſed ſubſtantia eſt ens: ergo materia eſt ens: Quando enim alterum de altero prædicatur, quidquid prædicatur de prædicato; prædicatur etiam de ſubiecto. ſimile quiddam habetur 2. de anima, vbi diuiditur ſubſtantia in formam & materiam, & in compoſitum ex vtraq́;: Nam ſubſtantia, inquit Commentator, non componitur ex non ſubſtantiis. 7. quoq́; met: comm: 8. volens probare materiam ab aliis eſſe diuerſam, ait, omnia prædicamenta dici de ſubſtantia,
3. ſubſtantiam verò de materia. Quamobrem, ſi ſubſtantia, quæ eſt vna de condiuidentibus ens

bus ens

De materia.

bus ens, prædicatur de materia; & ens ergo ſimiliter. Iterum, ſi materia eſt purum nihil; non poteſt planè eſſe transmutationis ſubiectum: ſiquidem quod omninò non eſt, non eſt, nec eſſe poteſt entis ſubiectum, nec etiam eſt ens rationis; nam rerum realium ſubiectum debet eſſe, & ipſum reale: igitur materia eſt ens reale, & non ens rationis, aut purum nihil. Itaq; non video quid diſcriminis ſit inter Platonem, & Philoſophum, atq; Commentatorem, de materiæ natura diſputantes, niſi fortaßis, quod Platonis verba, aut legere neglexerint, aut alio modo interpretari voluerint: Mihi tamen ſatis aperta eſſe videntur, quòd certè, vt clarius fiat, reliqua ſubſcribenda eſſe putaui.

CAP: III.

Timæus Platonis de primæ materiæ proprietatibus.

Plato.

Materia vocatur gremium

SEd ita intelligendum eſt, inquit, quod cùm eſſe debeat effigies rerum omni formarum varietate diſtincta; nunquam illud ipſum formationis huius gremium bene erit præparatum; niſi informe ſit, & ſuapte natura omnibus formis, quas recepturum eſt, careat. nam ſi erit alicuius eorum quæ in ſe recipit ſimile, cùm contrariam eius, cuius ſimile eſt, naturam, aut aliam prorſus ſuſcipiet; nequaquam eius ſimilitudinem, & effigiem exprimet, cùm præſetulerit ſuam. quò fit, vt nullam ſibi propriam habeat ſpeciem, quod eſt omnia genera ſuſcepturum. vt, qui vnguenta ſuauiter redolentia confecturi ſunt, humidam materiam; quam certo odore condire volunt, ita præparant, odorem nullum proprium habeat. Et qui materiis mollibus, impreßioniq; cedentibus figuras imprimere aliquas volunt, nullam omninò priorem in eis figuram apparere patiuntur, ſed exactißima quadam leuigatione eas poliunt. Ita illud quod in omnibus paßim æternorum ſimulachris rectè figurandum eſt, his omnibus formis natura ſua careat, neceſſe eſt. Hæc Plato, quibus manifeſtißimè docet primam materiam, quam gremium recipiendarum formarum appellat, omni prorſus propria, ac peculiari forma vacare, alioqui nullo modo apta eſſet, quæ nouas perpetuò poſſet recipere formas. Materiæ ergo natura eſt talis, teſte philoſopho 7. met: comm: vlt: vt nouam ſemper formam recipere valeat. Idipſum approbat Commentator in libro de ſubſtantia orbis: Et 2 phyſ: comm: 15. Natura, inquit, materiæ ſubſtantiatur per poſſe: Et 8. met: tex: comm: 33. Materiam dico, quæ non eſt hoc aliquid ens actu; poteſtate tamen eſt hoc aliquid: nam natura materiæ eſt talis, vt dicitur 7. met: tex: comm: 53. quòd per eam poteſt res eſſe, & non eſſe. quod planè fieri non poſſet, ſi propriam formam materia haberet. Nam, vt dicit Plato, intrinſeca forma obſiſteret, vt ingredientis effigiem exprimere non poßet: vacat ergo prima materia ingredientium, atq; exeuntium formarum ſimilitudine, non autem propria entitate. Dicis, quomodo materia ſit in potentia ad infinitas formas, cùm ſit ipſa finita? Reſpondeo, ſe habere ad inſtar infiniti in potentia, quæ planè non eſt reſpectu actus, aliter eſſet finita; ſed potiùs reſpectu potentiæ, quæ ſemper materiam comitatur: vt dicitur 9. met: comm: 11. vnde 12. met: comm: 14. Materia, quia non habet formam propriam; ideo nō habet naturam propriam, ſed ſua natura eſt in comparatione, quod planè intelligendum eſt de ſecunda, & non de prima ſignificatione materiæ. Porrò, materiam non habere formam propriam, clarè docetur 1. phyſ: comm: 63. Neceſſe eſt, inquit Commentator, vt iſtud ſubiectum, ſcilicet materia prima ſit vnum, quia non habet formam dantem nomen, & diffinitionem vnam. Et comm: 66. Ipſa, inquit Commentator, materia non habet in ſe formam propriam, neq; priuationem propriam; nam ſi haberet propriam, non reciperet omnem formam: ſimiliter ſi haberet priuationem propriam. Et comm: 69. Si haberet formam propriam, nullam aliam reciperet, ipſa permanente: ſed ſtatim corrumpere-

Materia non habet propriã formam.

Materiæ natura.

Materia quomodo eſt in potentia ad infinitas formas.

Commẽtator

Materia non habet propriã formam.

quatuor diſtinctum fuerit elementis Sed modeſtè profitetur, materiam primam, vix intelligi poſſe; eam tamen aliquam habere entitatem, affirmat. Vnde ſequitur Plato: Ipſa autem comprehendi per ſe nullo pacto poteſt: ſed quantùm ex ſupradictis, naturam eius attingere licet. & poſt pauca. Hæc materia, omnibus, quæ gignuntur, ſedem exhibet, ſine tangentis ſenſu tangitur, adulterina quadam vix opinabilis cognitio. Hæc Plato. Itaque, materiam habere entitatem, Plato affirmat: ſed cognitu difficilem eiusque cognitionem adulterinam appellat; quia nimirum (Teſte THemiſtio tertio de anima capit: 44. Cognitio extranea, adulterina nuncupatur: cognitio autem extranea eſt, quando rem, non per ipſius faciem; ſed per alterius ſimilitudinem, contemplamur. At materia carens propria forma, quaſi ſine facie conſpicitur; omne enim, quod cognoſcitur, in quantum eſt in actu cognoſcitur: forma autem eſt actus. Quia ergo materiæ non ineſt propria forma, ex qua pendet legitima cognitio, & per analogiam ad alia cognoſcitur, & difficilis, & adulterina, ipſius vocatur cognitio. Hæc eſt Platonis, de cognoſcenda materia, ſyncera, veraq; doctrina: à qua profectò philoſophus, eiusq; Commentator (vt mihi videre videor) non longè abſunt, neq; diſſentiunt: Materia, inquit Cõmentator 1. phyſ: comm: 69. exponens textum philoſophi, ſubiecta natura ſcibilis eſt per analogiam, non poteſt intelligi per ſe, cùm non ſit aliquid in actu habens quidditatem, ſed intelligitur per comparationem, propter latentiam ſuæ ſubſtantiæ; ideoque cùm volumus dare ſubſtantiam eius, dicimus ipſam eſſe illud, cuius proportio ad ſubſtantiam eſſe, eſt ſicut proportio cupri, ad idolum, aut ligni ad ſcamnum, q. d. quia caret propria facie, cognoſcitur per relationem ad faciem alterius, ſcilicet formæ, quæ eſt cauſa ſuæ cognitionis, cùm ſit actus, & mouens. vnde licet vnum, ſine alio cognoſci non poſſit: materia verò non eſt ſuæ cognitionis cauſa; quippe, quæ non ſit actus, nec ſpeciem moueat: forma autem, & ſuæ, & materiæ cognitionis cauſa; non tamen ſeorſum à materia, ſicut albedo eſt viſibilis; non tamen ſine ſubiecto. Sic à Commentatore annotatur 4. phyſ. comm: 16. Vltimæ cauſæ entium, inquit, ſunt materia & forma, prima principia ſimplicia entium, & ſcire quidditates principiorum vltimorum, eſt difficile: & ſcire formam abſq; materia, eſt impoſſibile: ſic etiam philoſophus, & cognitio iſtorum duorum, abſolutum ab altero, non eſt facilis. Amplius, ad hoc propoſitum faciunt, quæ dicuntur 12. comm: 14. materiam ſcilicet non habere eſſe, niſi per hoc, quod ſentitur, & non per ſe: Materiæ, inquit Commentator, eſſe non eſt, niſi ſecundùm quod ſentitur, id eſt, propter illud, quo ſit ſenſibilis, & hæc eſt forma; materia enim eſt ſenſibilis per formam, & per illud habet eſſe, per quod ſentitur: quia nimirum per illud eſt in actu: & per quod eſt in actu ſentitur, & cognoſcitur. Amplius, materiam non eſſe elementum, neq; ex elementis, vt dicit Plato: nonne idem habetur 8. met: com: 8. Materia, inquit philoſophus, non eſt elementum, neq; ex elementis. Itaq; ſi candido animo Platonis doctrinam, de materiæ origine perſcrutati fuerimus, à philoſophi, atq; Commentatoris ſpeculatione, non multùm diſſonare videbimus. Hæc quidem breuiter perſtrinximus pro Platonis philoſophia conſeruanda.

Plato.

Adulterina cognitio.

Cognitio materiæ difficilis

Forma eſt cauſa cognitionis.

Cõmentator.

Materia nõ eſt elementũ neque ex elemẽtis.

CAP: IIII.

Plotini philoſophia de origine, atque natura primæ materiæ

QVid ſit prima materia ſecundùm Platonẽ, hactenus me elucidaſſe puto: quòd Plotini verè Platonici doctrina, manifeſtũdum eſſe putaui, ne fortaſſis ad mẽtem noſtram, Platonem accommodaſſe videremur. Hac igitur de re Enne: 2. lib: ca: 4. ex profeſſo Plotinus ſic loquitur: Cætera quidem omnia, inquit, quæcunq; aliquid in potentia ſunt, id habent, vt etiam in actu aliud quiddam

 ſint.

Materia prima nō eſt in actu.

ſint. Quod quidem cùm iam ſit, vergatque ad aliud, eſſe in potentia indicatur. At verò materiam ipſam, quam eſſe entia omnia in potentia quanam conditione eſſe actu entium aliquid poſſumus affirmare? Et eſt verborum Plotini talis ſenſus: reliqua entia omnia (excepta prima materia) ita ſunt in potentia; vt tamen habeant actum per ſe entitatiuum, hoc eſt, propriam formam: prima autem materia cùm ſit in potentia ad omnes formas, propriam formam non habet, ideoq; per ſe non eſt aliquod ens actu. vnde ſubdit: alioqui non iam entia cuncta in potentia: ſi igitur entium nullum eſt; neceſſe eſt neq; ens quidem ipſam eſſe. Itaq; cùm nullum ſit entium, quomodo actu aliquid eſſe poterit? Plotinus, materiam eſſe omninò non ens, nequaquam affirmat: ſed non eſſe ens in actu completum, quippe, quæ formam propriam non habeat; ſic enim ſua, quæ ſequuntur verba, ſonare videntur: Forſan, inquit, nullum eſt horum, quæ in ipſa ſunt. Quid tamen prohibet hanc aliud quiddam eſſe? quaſi diceret, etſi non ſit aliquid eorum, quæ in ipſa ſunt; per ſe tamen eſt aliqua entitas, ab aliis diſtincta. Nam etſi materia non habeat actum entitatiuum, hoc eſt, actum exiſtentiæ, qui à forma procedit per ſe, cùm illum habeat in compoſito, cuius ipſa eſt pars, per potentiam formæ; habet tamen actum entitatiuum, quia nimirum eſt quædam entitas à formæ entitate diſtincta, & natura, & ſubſtantia. ſiquidem pars ſubſtantiæ, eſt ſubſtantia: materia autem eſt pars ſubſtantiæ demonſtratæ; ideoq; eſt ſubſtantia, & alia ab ipſa forma: non ergo materia eſt pura potentia, & nihil in actu; alioqui eſſet pura priuatio: ſed eſt quædam entitas habens actum ſuæ eſſentiæ, & exiſtentiæ; quatenus eſt Dei effectus, non exiſtens purum nihil: in compoſito autem apta nata eſt recipere actum formæ, actum vtiq; exiſtendi; quatenus forma, & ipſius materiæ, & compoſiti, actus exiſtit. Itaq;, materia eſt quædam entitas; non tamen à ſe habet actum exiſtendi. Sequitur Plotinus: Siquidem neq; omnia entia in materia ſunt. Profectò ſi nihil ſit eorum, quæ ſunt in ipſa, hæc verò ſint entia, non ens dicetur. intellige ſicut dictum eſt. Declarat, quare non ens appelletur. Item: Quatenus informe aliquid cogitatur, inquit, non eſt ſpecies: neq; igitur in illis quidem velut ens numerabitur. Senſus eſt, materia, ſi rei ſpeciem, ſeu formam habenti comparetur; quia propriam formam non habet, quaſi non ens reputabitur; ſic enim loquitur: Ad illa, inquit, comparata, non ens cenſebitur. cap: 5. fortiùs arguens, materiæ naturam maximè perſtringit, & quaſi ad nihilum reducere videtur: Materiæ, ait, eſſe in potentia conſiſtit; quatenus in ea futurum conſideratur: at enim eſſe ipſi ſolum eſt idipſum, quod futurum permittitur, quippe cùm eſſe ipſius in illud quod erit, referatur, atq; differatur. Quod igitur in potentia, non quidem aliquid, neq; ſecundùm ſeipſum ens aliquod eſt. ſed ipſum, quod eſt, materia eſt, meritò non eſt in actu. ſi enim aliquid ſit in actu; idipſum quod eſt in actu, materia non eſt: meritò ergo non eſt in actu. Eſt idem ſenſus, ſiquidem actus exiſtendi pendet à forma, materia verò prima caret propria forma, ad futurum quaſi ſuum eſſe transmittit, non quia ipſa ſit purum nihil. Quamobrem, vt dicit Plotinus, materia eſt quaſi reiecta, & ſegragata ab ente, quia ſeipſam permutare non valet, ſed quod ab initio erat; erat enim non ens, ita ſeſe ſemper habet. Non dicit omninò à numero entium eſſe reiectam, ſed quaſi reiectam, quia ſcilicet optimum entium illi propriè non ineſt; ideoq; quaſi à numero entium exulat, & ſuæ patitur ignominiæ repulſam: Vbi, inquit, entium ordo deſinit, hæc iam apparet, atq; ab his, quæ poſt ipſam fiunt, coërcetur: & cum vtrinq; coërcetur; in actu quidem eſt ad neutrum: ſolùm verò reſidet in potentia, relictaq; eſt debile quiddam, & vmbratile ſimulachrum, formari non valens. Eſt igitur aliquid, tametſi debile aliquid, quia ſua priuatur fortitudine, nempe, quæ eſt rei compoſitæ ſpecies, fortitudo, atq; actus. vnde licet materia coarctetur ab vtrinq;, nempe à puro nihil, & ab ente perfecto in actu; ipſa tamen in actu eſt ad neutrum, hoc eſt, eſt medium inter purum nihil, & ens in actu. Simulachrũ eſt veri entis; non tamen eſt verũ & per ſe ſubſiſtens ens: Quapropter,

Quomodo materia non ſit ens.

Materia non eſt pura potẽtia.

Plotinus.

Materia non ens.

Quomodo nō ſit in actu.

Non eſt in ordine entium.

Materia tenet medium.

De materia.

propter, inquit, ipſa materia in ipſo non eſſe, ſuum eſſe habet; habet enim eſſentiam ſuam in potentia. proinde ſi actum introduxeris, ſubſtantiæ illius cauſam ſuſtuliſti. Senſus eſt, eſſe materiæ eſt in non eſſe, propter carentiam propriæ formæ, ob cuius gratiam eſſe, quod naturaliter habet, eſt quaſi non eſſe: in aduentu autem nouæ formæ, quaſi ſuum eſſe quo eſt in potentia, amiſiſſe videtur. Porrò, primam materiam non eſſe purum nihil, nec aliquod ex elementis lib 4. Enn: 2. cap. 6. ſatis clarè oſtendit; nam & corporum ſuſceptaculum ab eo vocatur, Platonem vtiq; ſecutus: De ſuſceptaculo, inquit, corporum deinceps ita dicatur. Principiò quòd oporteat corporibus aliquid eſſe ſubiectum, quod aliud quiddam ſit præter corpora mutua elementorum commutatio nobis oſtendit. Hæc Plotinus.

Materia prima non eſt purum nihil nec corpora elementorum.

Si materia prima eſt corporum ſuſceptaculum, & non vnum elementorum: aliquam ergo habet entitatem, & non eſt purum nihil Cognoſcitur, ait, ex corporum transmutatione, ſiquidem omnia corpora in ipſam reſoluuntur, ipſa verò minimè Quatuor autem elementa, prima materia non ſunt, quoniam diſſoluuntur: ſine materia autem non ſunt, alioqui molem atq; magnitudinem non haberent: ſpecies verò ad qualitatem ſpectat & formam, materia autē ad ſubiectū. Plus ſatis conſtare arbitror, ex Plotini ſententia, cùm à quatuor elementis, tum etiam à forma, ſiue ſpecie primam materiam eſſe diſtinctam: ipſa namq; eſt corporum receptaculum atq; ſubiectum; nec tamen eſt aliquod elementum neq; forma: habet ergo aliquam entitatem.

Materia eſt ſuſceptaculum & ſubiectum.

Addit, elementa non ſunt materia prima, quia reſoluuntur: igitur materia prima non reſoluitur: eſt ergo incorruptibilis. Idem ſentit philoſophus 1. phyſ: tex: comment: 82. Eſt, inquit, ingenita, & incorruptibilis ſecundùm ſe, corrumpitur autem per accidens; quia corrumpitur priuatio. Hæc phil.

Materia prima non eſt corruptibilis.

Dicis, quare ergo materia non dicitur corruptibilis propter formam, quæ etiam accidit materiæ, & corrumpitur; quia ſcilicet forma non eſt per ſe corruptio, ſed generatio: priuatio verò è contrà. Quemadmodum igitur amphora corrumpitur propter vinum, quod in ipſa corrumpitur; ſic materia propter priuationem, quæ per ſe corrumpitur. Ea verò materia eſt incorruptibilis, quæ eſt vna numero omnium, & ſuſceptiua omnium formarum: vna autem numero dicitur in illo priori, in quo formas præcedit; ſic enim eſt vna numero, quia ſolùm de ſeipſa prædicatur: communis verò per ſubiectionem, quoniam omnium eſt formarum ſuſceptiua. Itaque, prima materia non eſt aliquod elementum, ſicut ipſemet Plotinus ſcribit eiuſdem libri capite ſeptimo.

Quæ materia ſit incorruptibilis.

Proinde contra Empedoclem pro materia, Elementa ponentem: Elementorum corruptio ipſa reclamat, inquit. Anaxagoras quoque, mixturam quandam inducens, velut aquam, dicensq; hanc non aptitudinem quandam habere ad omnia, ſed actu omnia continere: profectò intellectum quem introduxerat tollit è medio: quippe cùm non eum dicat formam ſpeciemq; tribuere, neq; priorem eſſe materia, ſed cum materia ſimul. Impoſſibile quidem eſt ſimul eſſe; ſi enim mixtura ipſius eſſe, eſt particeps; certè ens ipſum antiquius eſt: quòd ſi & ipſum ens mixtura quædam eſt, alio quodam his opus eſt tertio. Quamobrem, ſi neceſſe eſt, rerum artificem eſſe priorem; quiduam oportuit ſpecies ſecundùm exigua in materia eſſe: deinde intellectum inextricabili negotio confuſa diſcernere. Porrò, quæ fuerit Anaxogoræ, de mundi origine ſententia, in principio Pymandri, ſatis puto clarè oſtenſum fuiſſe.

Opiniones falſæ confutantur.

cap. 8 lucidiùs ſeſe interpretatur, aperiens tandem, quid ſit ipſa prima materia: Oportet, inquit, ipſam nihil eſſe compoſitum, ſed ſimplex, & vnum quiddam ſuapte natura; nam ita demum omnium erit vacua.

Quid ſit prima materia.

cap. 14. diſcrimen ponit inter materiam & priuationem: Sunt, inquit, vnum ſubiecto, ratione verò duo: tametſi materiæ accidat priuatio; diffinitione tamen diſtinguuntur.

Quòd non ſit priuatio.

Enneadis 3. lib. 6. cap. 7. Materiæ nomina atq; proprietates mirificè depingit: Materia prima, inquit, eſt incorporea, quoniam corpus poſterius eſt atq; compoſitum: & ipſa vnà cum alio complet corpus. vocatur ſic à Plotino, quia caret propria forma: omne autem corpus & propriam formam & materiam habet. Sequitur: Cùm verò, inquit, materia neq; anima ſit, neq; mens, neque

Nec corpus nec anima.

 vita,

vita, neq; ſpecies, neq; ratio, neq; terminus, neq; poteſtas; entis vtiq; appellationem ſortiri non debet, ſed meritò non ens nominabitur: neq; tamen ita non ens dicitur, vt motus, vel ſtatus non ens dici ſolet, ſed reuera non ens, ſimulachrum & imaginatio mollis, appetitioq; ſubſtantiæ ſiue ſubſiſtentiæ ſtans quidem non in ſtatu, ſecundum ſe inuiſibile, & videre volentem effugiens, & quando quis non videt; tunc quodammodo præſens: quando verò quis intentiùs inſpicit, non perſpectum. Rurſus in ſeipſo contraria ſemper apparens, paruum, magnum, minus, magis, deficiens, ſuperexcedens, ſimulachrum neq; manens, neq; rurſus aufugere valens, neq; vel hoc vnum valebit, quippè, cùm valorem ab intellectu nullum acceperit, ſed in defectu totius entis factum fuerit. Quapropter in qualibet ſui denominatione, mentitur & fallit, nempè ſi magnum excogitetur, interim paruum eſt, ac ſi magis, eſt minus, atq; ens, quod in eius imaginatione occurrit: non ens eſt, velut lubricum quiddam fugiens, adeò, vt quæ in ipſo fieri videntur, lubrica ſint, ſimulachra in ſimulachro, profectò ſicut in ſpeculo, vbi alibi quidem ſitum eſt aliquid, alibi verò apparens, & quod videtur impletum, nihil habens, apparens verò omnia. Quæ verò ingrediuntur, & exeunt imitamina entium, atq; ſimulachra circa ſimulachrum informe, & quia informe; ideo ibi viſa. videntur quidem in ſubiectam materiam nonnihil efficere: faciunt verò nihil, vtpote quæ debilia fluxaq; ſint, neq; ſoliditatem vllam habent, ſiue vllam repercutiendi virtutem. Materia quoq; cùm nullam ſoliditatem habeat, penetrant in eam non diuidentia, vt imagines in aquam: vel fortè perinde ac ſi quis in id, quod vacuum dicitur quaſi formas immittat. Hæc Plotinus, quibus minimam materiæ entitatem, oſtendit.

Materiæ conditiones.

Materia eſt ſicut ſpeculum & ſimulachrũ informe.

CAP: V.

Diui Auguſtini ſententia de materia prima.

QVoniam ampliſſima eſt de primæ materiæ natura, proprietate, atq; origine, diſputatio; hac de cauſa latiſſimè quoq; mihi ſcribendum eſſe putaui, & non modò, quid phil: ſenſerint, diſſerendum; verùmetiam q̃d phil: pariter ac theologi diſputârint. Cùm autem hoc eſſet mihi faciendum, à theologorum principe, nempè à diuo Auguſtino exordiri volui, eiuſq; rationes in medium adducere. Itaq;, Auguſtinus li. 12. Confeſſionum cap. 6.: de natura primæ materiæ ſic loquitur: Ego verò domine ſi totum confitear tibi ore meo, & calamo meo, quidquid de iſta materia docuiſti me, cuius antea nomen audiens & non intelligens, narrantibus mihi eis, qui non intelligerent, eam cum ſpeciebus innumeris & variis cogitabam, & ideo non eam cogitabam, fœdas & horribiles formas, perturbatis ordinibus, voluebat animus; ſed formas tamen, & informe appellabam: non quòd careret forma, ſed quòd talem haberet, & vt ſi appareret, inſolitum, & incongruum auerſaretur ſenſus meus, & conturbaretur infirmitas hominis. Verùmtamen autem illud quod cogitabam, non priuationem omnis formæ, ſed comparatione formoſiorum erat informe, & ſuadebat vera ratio, vt omnis formæ qualeſcunq; reliquias omninò detraherem. ſi vellem prorſus informe cogitare, & non poteram; cuius enim non eſſe cenſebam, quod omni forma priuaretur, quàm cogitabam quiddam informe: cùm omne informe ſit prope nihil, ſed intendi in ipſa corpora, eorumq́ue mutabilitatem altiùs inſpexi, qua deſinunt eſſe, quod fuerant, & incipiunt eſſe, quod non erant, eundemq; tranſitum de forma in formam, per informe quiddam fieri ſuſpicatus ſum, non per omninò nihil: ſed noſſe cupiebam, non ſuſpicari. Mutabilitas ſanè rerum mutabilium, capax ipſa eſt formarum omnium, in qua mutantur res mutabiles. Et hæc quid eſt? Non animus, non corpus, non ſpecies animi vel corporis: Si dici poſſet, nihil aliquid eſt, & non eſt, hoc eam dicerem; & tamen vtcunq; erat, vt ſpecies caperet iſtas viſibiles

Augu: de materiæ origine.

Prima opinio Auguſt:

Propè nihil.

Non eſt omninò nihil.

ſibiles & compoſitas. A Platonis philoſophia, vti Platonicus, nequaquam diſſentit, qui materiam primam, formarum receptaculum appellat, propria forma carens; ideoq; & eſſe, & non eſſe videtur. Sequitur Auguſtinus in eodem libr: cap. 7. Et vnde vtcunq; erat niſi eſſet à te, à quo ſunt omnia, in quantumcunq; ſunt: ſed tantò à te longiùs, quantò diſſimiliùs; feciſti enim cœlum & terram, non de te: nam eſſet æquale vnigenito tuo, ac per hoc & tibi: & nullo modo iuſtum eſſet, vt æquale tibi eſſet, quod de te non eſſet; & aliud præter te non erat, vnde faceres ea, & ideo de nihilo feciſti cœlum & terram, magnum quiddam, & paruum quiddam. Duo quædam feciſti, vnum prope te, & aliud prope nihil vnum, quo ſuperior tu eſſes, alterum quo inferius nihil eſſet. Tu domine feciſti mundum de materia informi, quam feciſti de nulla re. Illud autem totum, nempè chaos, prope nihil erat, quoniam adhuc informe erat; iam tamen erat, quod formari poterat. Et lib. 1. contra Manichæos cap. 5. & 6. Prima, inquit, materia facta eſt confuſa & informis, vnde omnia fierent, quæ diſtincta atq; formata ſunt, quod credo à Græcis chaos appellari; ſic enim & in Sapiente legimus: Qui feciſti mundum de materia informi. alij codices habent, De materia inuiſa. Et ideo deus rectiſſimè creditur omnia de nihilo feciſſe, quia etiamſi omnia formata, de iſta materia facta ſunt, hæc ipſa omninò materia de omninò nihilo facta eſt; omnipotens ſiquidem, nulla re adiuuandus erat, quam ipſe non fecerat: ſi enim ad eas, quas facere volebat, adiuuabat eum aliqua res, quam ipſe non fecerat, ſicut operantur alij opifices, qui materiam ipſi non faciunt, non erat omnipotens, quod ſacrilegum eſt credere. Informis ergo illa materia, quam de nihilo deus fecit: appellata eſt primò cœlum & terra, & dictum eſt: In principio fecit deus cœlum & terram, non quia iam hoc erat, ſed quia iam hoc eſſe poterat: nam & cœlum ſcribitur poſtea factũ. Quemadmodum ſi ſemen arboris conſiderantes, dicamus ibi eſſe radices, & robur, & ramos, & fructus, & folia, non quia iam ſunt, ſed quia inde futura ſunt, ſic dictum eſt: In principio fecit deus cœlum & terram, quaſi ſemen cœli & terræ, cùm in confuſo adhuc eſſet cœli & terræ materia. Ex hac autem Auguſtini interpretatione, vna videtur eſſe omnium corporum materia, ac eiuſdem planè rationis. Reuera, ſi materia eſt propè nihil, ita vt inter ipſam & nihil, medium aliquod excogitari non poſſit: ſin cœleſtium atque inferiorum non eſſet eadem corporum materia; profectò cœleſtium ratio corporum, nobilior eſſet iudicanda, atq; ita à terrenorum ratione diſſentiens, & à nihilo magis recedens, ſicq; materiæ rationem amitteret, & formæ rationem ſubiret. in cauſa autem, quare cœleſtia corpora corruptioni ſubdita non ſint, eſt, quia illorum corporum formæ ſubſtantiales, actiuarum qualitatum, atq; paſſiuarum vacant controuerſia ſeu contrarietate. Quamobrem non ineſt illis paſſio cum abiectione contrarij. Sanè, ignis & terra (teſte philoſopho in lib. de ſenſu & ſenſato) non agunt & patiuntur adinuicem, quia huiuſmodi, ſed quia annexam habent contrarietatem: hanc etiam ob cauſam, corpora elementaria, & mixta propriam habent paſſionem, atq; adinuicem tranſeunt, agunt & patiuntur. Itaq; hoc modo ineſt corporibus cœleſtibus materia eiuſdem rationis cum inferioribus, quatenus eſt pars compoſiti in genere ſubſtantiæ, non habens propriè adiunctam priuationem. 1.

Amplius, ſi materia ſecundùm philoſophum & Commentatorem vt dictum eſt, ſubſtantiatur per ſuum poſſe: igitur circumſcripta omni forma, materia, quæ eſt in genere ſubſtantiæ, & pars compoſiti, non poteſt intelligi, niſi pura potentia. ſed cùm ad actum propriè pertineat, diſtinguere & per potentiam nulla poſſit fieri diſtinctio. Reliquum eſt, vt omnium corporum forma, per intellectum circumſcripta, aliquid remaneat, vnde hæc ab illa materia diſtinguatur: ſed eiuſdem planè remanebit rationis. 2.

Item, ſi in corporibus cœleſtibus non eſſet materia, quæ eſt pars ſubſtantiæ compoſitæ; tunc certè eſſent formæ actu intelligibiles, vtpote à materia ſeparatæ: quod eſt falſum. Commentator aliud ſentire videtur, de quo poſtea diſputaturi ſumus. Ceterùm, ad diui Auguſtini doctrinam redeuntes, quam in primo libro de Geneſi ad literam ſcripſit. 3.

Materia prima à deo creata.

Vnum propè te, & aliud prope nihil.

Materia inuiſa.

Nomina primæ materiæ.

Confuſa materia.

Vna materia omnium corporum.

Vnde corpora cœleſtia ſunt incorruptibilia.

Materia non præcedit formã tempore.

De materia.

ſcripſit.cap.14. ex illius promptuario hæc depromimus: Manifeſtum, inquit, eſt, omne mutabile ex aliqua informitate formari. Et cap.15. Non quia, inquit, informis materia, formatis rebus, tempore prior ſit, cùm ſit vtrumq; ſimul concreatum & vnde factũ eſt,

Prius origine.

& quod factum eſt: ſicut enim vox, materia eſt verborum: verba verò formatam vocem indicant: non autem qui loquitur, priùs emittit informem vocem, quam poßit poſtea colligere, atq; in verba formare; ita creator deus, non priorem tempore fecit informem materiam, & eam poſtea per ordinem quarumcunq; naturarum, quaſi ſecunda conſideratione formauit, ſed quia illud, vnde ſit aliquid, etſi non tempore; tamen quadam origine priùs eſt, quàm illud, quod inde ſit. Potuit diuidere ſcriptura loquendi temporibus

Omnia ſimul facta fuiſſe.

quod deus faciendi temporibus non diuiſit. Itaq; ſimul vtrumq; deus fecit, & materiam quam formauit, & res in quas eam formauit, & vtrumq; à ſcriptura dictum eſt; non tamen ſimul, quia ſcilicet informe, origine præcedit formatum. Item, lib.5.cap.5. eandem videtur innuere ſententiam, nempè omnia ſimul condita fuiſſe. Illi ergo ſex dies, in quibus legitur factam fuiſſe diſtributionem rerum, non ad operis alicuius creationem, diſtinctionemq;, ſecundùm Auguſtinum, ſunt referendi, ſed ad angelicæ cognitionis diſtinctionem, quam duplicem eſſe dicit: alteram quidem rerum in proprio genere, appellari veſpertinam; alteram verò in verbo, quæ dicitur matutina. Sane, omnis creatura ad deum comparata, quæ eſt lux per eſſentiam tenebrarum magis rationem ſubit, quàm

Ambroſius de materiæ origine.

lucis. Diuus Ambroſius in principio Hexameron, ad hoc propoſitum ſic loquitur: Quid igitur, inquit, tam inconueniens quàm æternitatem operis cum dei coniungere æternitate: vel ipſum opus deum eſſe dicere ac cœlum, terram, & mare, diuinis proſequi honoribus? Et cap. 7. eiuſdem libri: Si hylen dicunt ſine principio eſſe, vbi nam erat? ſi in loco: ergo etiam locus ſine principio fuiſſe aſtruitur, in quo erat materia rerum, quæ principium non habebat. ſed hoc eſt abſurdum: vbi ergo erat hyle, niſi fortè dicatur quadam de menti intentione, quia in deo erat? ſed ſtultum hoc eſt atq; ſacrilegum: ſimul omnia ergo

Baſilius.

ſunt condita. Conſentit his Baſilius ſanctißimus, pariter & doctißimus homilia prima in Hexameron: In his, inquit, qui verißimi, & vnius dei ignoratione caligabant, cauſam illam primariam, negarunt prouida mente eſſe præditam, qua rerum omnium moderandæ generationi præeſſet, ſed & ſe totos permittentes, atq; accommodantes primæ illi ſuæ de deo ignorantiæ, quæ videmus ad ortum progredi, hæc ita emergere concluſerunt perpeti quadam ſucceßionis ſerie. Quò contigit, vt horum nonnulli ad materiæ præiacentis principia, ceu baſes quaſdam vniuerſi confugerint, cauſam totius creaturæ, acceptam ferentes, mundi iſtius elementis. Hæc Baſilius: at eos qui hæc dixerunt, deum igno-

Cyrillus.
Pythagoras.

raſſe penitus fatetur. Diuus Cyrillus contra Iulianum lib.11. aſſerit Pythagoram putaſſe & Stoicos etiam, mundum quidem eße genitum à deo, & quantùm ad naturam attinet, corruptibilem & ſenſibilem eße, & idcirco corporalem; non corrumpendum tamen prouidentia, & continentia dei. Epicurus corruptibilem, vt animal, & plantam: vnam ergo mundi materiam, eiuſdemq; rationis, omnibus ineße corporibus, ij confeßi ſunt, ſed diuerſimodè quidem. Addit poſtea, quòd Plato & Pythagoras, ideo modeſtiùs cæteris de deo locuti ſunt, quia conuerſati ſunt inter Ægyptios, apud quos certè creber de ſapientißimo Moyſe ſermo erat, & doctrinæ eius vſq; ad miraculum obſeruabantur. Porphyrius dicit

Plato.

opinari quidem Platonem de cœlo, quòd corporea eius ſuperficies conſtiterit ex quatuor elementis. Sed de his in primo Pymandri locuti ſumus. Conſtat igitur, quid ſit prima materia ſecundùm priſcos noſtræ fidei doctores.

QVAESTIONIS SECVNDAE. CAP. I.

Materia eſt aliquod ens poſitiuum, diſtinctum eſſentialiter à forma.

De materia.

Materia eſt ens.

MAteriam non eſſe purum nihil, ſed ens, ſiue aliquam entitatem in ordine entium, ex his quæ dicta ſunt, patere arbitror. Et reuera, ſi eſt ſubiectum, ex quo aliquid fit, & quod omni tranſmutationi ſubijcitur; profectò non 1.
ens, dici non poteſt. Sanè, ſi materia eſſet nõ ens, productio naturalis eſſet ex nihilo, quod eſt falſum; fit enim ex materia. Amplius, ſi materia eſt 2.
pars ſubſtantiæ ſenſibilis, & primum formarum receptiuum: conſtat ergo, eſſe ens reale & non fictitium; hæc enim, niſi enti reali conuenire non poſſunt. Adde, quòd materia non poſſit eſſe accidens; eſt enim primum ſubiectum: non ergo poteſt eſſe in ſubiecto: ſubſtantia eſt igitur. patet conſequentia, quoniam ens reale, per ſubſtantiam & accidens, ſufficienter diuiditur. Hæc concluſio ita placuit antiquis, vt ſolam materiam ſubſtantiam appellarent, ſicuti videre eſt. 1. de gener: 1. phyſ: 7. met: tex. 8. formas autem, etiam ſubſtantiales, accidentia. Quamobrem Commentator com: 8. ait, quòd materia videatur eſſe magis ſubſtantia quàm alia. Cæterùm materia eſt ita ſubſtantia, quòd tamen eſt in pura potentia apud phil. & Commentatorem. 7. met: tex: com: 8. Etenim, poſtquam omnia prædicamenta à materia remouêre, quòd videlicet non eſſet aliquid illorum actu, addiderunt, eſſe quodlibet illorum in potentia: ſic etiam octauo met: tex: com: 15. Poſſibile eſt, inquit, vnum per ſe fieri ex materia & forma, quia materia eſt potentia, & forma eſt actus.

Opinio antiquorum.

Materia eſt ens in potentia.

Verùm ſunt nonnulli, qui dicunt materiam eſſe quid actu, diſtinguentes potentiam per obiectiuam & ſubiectiuam, & ſubiectiuæ quidem formalem, obiectiuæ verò, obiectiuum actum reſpondere, vnde dicunt, phil: velle, materiam eſſe quidem in potentia ſubiectiua; eſſe tamen nihilominus in actu obiectiuo. Dicunt enim in ſubiecto formæ receptiuo, ſiue ſit materia prima reſpectu formæ ſubſtantialis, ſiue ſit ſubiectum reſpectu formæ accidentalis, duo inueniri: primum quidem ipſum ſubiectum, quatenus ab agente, ad formam recipiendam tranſmutatur, ſeu tranſmutari poteſt, ad quam profectò veluti potentia, ad actum formalem comparatur. hanc autem potentiam, ipſammet eſſe materiam, fatentur, ab actu formali planè diſtinctam, quippe cum nihil actuet atq; perficiat, neq; recipiatur in ſeipſo, ſed actus formalis ſiue ipſa forma quæ in materia recipitur. Secundum verò in ſubiecto eſſe formæ potentiam, quatenus ſcilicet poteſt eſſe in materia, & de potentia ad actum educibilis per actionem agentis: hanc verò potentiam ipſammet formã eſſe dicunt ab agente producendam. Hæc igitur non eſt potentia paſſiua, ſiue receptiua formæ, ſed obiectiua, & ipſamet forma; eſt enim obiectum, quod produci poteſt ab actiua potentia agentis, & à paſſiua diſtinguitur. Potentia ſiquidem paſſiua, eſt motus tranſmutationiſq; ſubiectum: obiectiua verò, terminus à quo; ex roſa namq; in potentia, fit roſa in actu. Et hæc quidem diſtinctio eſt realis; nam vt dicitur primo phyſ: ſubiectum manet, terminus autem à quo non manet. Porrò, actus obiectiuus qui eſt terminus ad quem, non diſtinguitur realiter à ſua potentia, vt roſa antequam producatur, eſt in potentia obiectiua, poſtquam eſt producta, eſt actus obiectiuus. Putant enim iſti in materia duas potentias, realiter diſtinctas inueniri: vnam quidem formæ ſuſceptiuam: alteram verò, quæ eſt ipſa forma in eſſe potentiali, de quo ad eſſe actuale educitur per actionem agentis. Alij verò aliter ſentiunt, nempè materiæ ſolam ineſſe potentiam paſſiuam, & formam eſſe in potentia, aliud eſſe nihil, quàm in materia recipi poſſe: quemadmodum formam eſſe in potentia agentis, idem eſt, ac ab agente poſſe produci: at illi dicunt iſtas duas diſtingui; nam potentia quæ poteſt eſſe forma, & deinde eſt forma, eſt idem cum forma. Quod autem poteſt moueri ad formam, non eſt forma, quia receptiuum non eſt ipſum receptum: diſtinguuntur ergo ab inuicem. Confirmatur hoc per Commentatorem 8. met: com: 15. vbi ait, quòd tranſlatio non largitur ei multitudinem, ſed perfectionem. q. d. quod erat in potentia, & poſtea eſt in actu, non ſunt duo, ſed vnum. Qui huius ſunt opinionis ſectatores, aiunt materiam eſſe, aliquid in actu, atq; ita arguunt, ſcilicet, quod materia poſt ſui creationem ſit ens in actu formaliter, non ſicut

Potentia ſubiectiua. Obiectiua.

Differentia inter potentiam paſsiuam, & obiectiuam.

Materia eſt ens in actu.

forma in potentia materiæ, nec ſicut effectus in virtute, ſiue potentia ſuæ cauſæ, nec ſicut
elementa in mixto. ſed ens diſtinctum in actu formali per propriam entitatem intrinſe-
1. cam, à creante ſibi inditam. Sanè, in rerum natura eſt ſubſtantialis in actu transmuta-
tio, vt in generatione patet: igitur huiuſmodi ſubiectum erit in actu; ens namq; in poten-
tia, veluti homo ante ſui creationem, nequit eſſe generationis ſubiectum. ſed materia eſt
2. generationis ſubiectum, vt dicitur 1. phyſ: Et 1. de gen: eſt ergo ens in actu. Reuera, ali-
cuius exiſtentis in actu, vtpote compoſiti, cauſa per ſe intrinſeca, eſt abſq; dubio, ens per
ſe in actu; cauſa enim ſoli enti congruit, & cauſare in actu, eſt entis in actu. ſed materia
Quare materia dicitur ens in potentia. eſt cauſa rei compoſitæ. 5. phyſ: igitur, cùm ſit cauſa & principium entis; neceſſariò vtiq;
erit ens, alioqui ens dependeret à nihilo, ſeu non ab ente, quod eſt impoſſibile. Dicitur
nihilominùs ens in potentia, quia quantò aliquid minùs habet de actu; tantò profectò
3. magis habet de potentia, ſiue eſt in potentia. Amplius, materia ſub terminis oppoſitis
atq; ſub potentiis numero diuerſis, quæ in ipſa corrumpuntur, manet eadem; eſt enim cre
ationis terminus: atq; ideo ergo realitas à forma diſtincta, & quid poſitiuum appellari
poteſt: quamuis ens in potentia nominetur, quia nimirum plus potentiæ quàm entitatis
habet. Deniq;, quia reſpectu earum, quas receptura eſt formarum, cùm accidentalium,
tum etiam ſubſtantialium, in potentia eſt maximè; profectò, illud in quo ſibi inuicem
diuerſæ formæ ſuccedunt, & quidem incompoſſibiles, & tanquam in ſubiecto, eſt pro-
fectò aliquod poſitiuum reale, ſicut dictum eſt. ſed materia eſt huiuſmodi: ergo quod
4. prius. Item, ſi materia non eſt per ſe ens: igitur eſt priuatio; inter ens enim & non ens
non datur medium. ſed materia non eſt priuatio, quippe cùm nulla priuatio, ad eſſe per
tineat entis poſitiui: poſitiuum enim non eſt priuatiuum, ſeu negatiuum. Igitur eſt ens
Materia non eſt priuatio. poſitiuum. Adde, quòd ſi materia eſſet omninò priuatio; non faceret per ſe vnum: ex po-
ſitiuo namq; & priuatiuo, tum in conceptu, tum etiam in effectu, non ſit per ſe vnum. ſed
materia eſt per ſe vnum: non eſt ergo non ens, & pura priuatio. Deniq;, illud, quod ſtat
cum oppoſito priuationis, priuatio dici non poteſt. ſed talis eſt materia quæ ſtat cum
forma: non eſt ergo priuatio. Arguit præterea phil. 1. phyſ: aduerſus eos, qui inter ma-
teriam & priuationem nullum poſuêre diſcrimen: quod planè falſum eſſet, ſi materia
Eſſe materiæ diſtinctum ab eſſe formæ. eſſet non ens, & pura priuatio. Dicis, admitto, materiam habere quandam entitatem; non
tamen à forma diſtinctam; ſiquidem ſic ſe habet materia prima ad formam; ſicut ſonus
ad cantum. ſed ſonus & cantus eſſentialiter non diſtinguuntur: nec ergo eſſe materiæ ab
eſſe formæ, præſertim cùm totum eſſe compoſiti dependeat à forma. Sanè, in transmu-
tatione ſubſtantiali ſimpliciter, prima materia, eiusq; entitas perfectiùs ac nobiliùs in
formæ, quàm in ſuppſius eſſe conſeruatur: igitur vnum eſt eſſe vtriusq;. Sed contrà ſic
Materia habet eſſe diſtinctũ à forma. arguo: Actus & potentia, quæ ſunt principia entis, ſunt primò diuerſa. ſed materia &
forma ſunt huiuſmodi; alioqui formæ nequaquam competeret poteſtas eſſe largiendi, ſi
5. eiuſdem cum materia eſſet rationis: nec materiæ eſſe recipiendi. Sanè, ſi aliquid formæ
ineſſet materiæ; forma vtiq; receptiui potiùs, quàm recepti rationem ſubiret. Similiter ſi
aliquid materiæ in forma clauderetur: ſunt ergo omninò alterius rationis, & primò inter
6. ſe diuerſæ. Amplius, materia eſt aliqua eſſentia, alioqui nõ eſſet pars compoſiti, & crea-
tionis terminus. Eſt ergo extra cauſam ſuam, & habet aliquod eſſe. Adde, quòd gene-
rationis vel transmutationis ſubiectum à quolibet ipſius termino, eſſentialiter ſepara-
tur; ſubiectum enim generationis præexiſtat in actu neceſſe eſt: aliter non eſſet trans-
mutatio. ſed materia eſt ſubſtantialis transmutationis ſubiectum: forma verò eiuſdem
terminus quo, & compoſitum, terminus quod: materia ergo eſſentiam aliam habet à for-
7. ma, & per conſequens alium actum. Item, in quo plura poſitiua ſibi inuicem ſuccedunt,
à quolibet illorum eſſentialiter diſtinguitur. ſed in eadem materia plures formæ ſibi
ſuccedunt, ipſa eadem manente: neceſſariò ergo, à qualibet formarum ſuccedentium
diſtinguitur. Reuera, ſi agens creatum, materiam in formam transformandi virtutem
haberet,

haberet; competeret vtiq; illi authoritas creandi, quia poſſet aliquid producere, cuius nihil præſupponeret: materia enim ſi actu proprio caret, eſt nihil. ſed hoc eſt impoſſibile:ergo quod prius. Adhuc, tranſmutatio ea dicitur, in qua aliquid aliter nunc ſe habet, quàm prius. at ſi materia non habeat proprium actum, propriamq; transmutationem; nullo modo hoc transmutationis negotium ingredietur, ſicq; transmutatio propriè nequaquam appellabitur. Adde illud Auguſtini 12. Conf: aſſerentis, materiam origine formam præcedere, & ab ea eſſe diſtinctam, ac illius eſſe capacem; nec tamen omninò nihil. Ariſt: quoq; in primo phyſ: dicit eſſe principium aliud à forma. 5. verò phyſ: vocat ſubſtantialium transmutationum ſubiectum. 2. phyſ: aliam cauſam nominat. Et 7. met: materiam dicit id eſſe, qua res poteſt eſſe, & non eſſe. Hæc igitur omninò intelligi nequeunt, niſi materia proprium actum habuerit, diſtinctamq; à forma quidditatem. 2.

Ad hæc & ſimilia reſpondent Peripathetici, ſicut paulò antè annotauimus, materiam in ſe conſideratam habere aliquam entitatem in ordine rerum; non tamen actum entitatiuum, quandoquidem actus entitatiuus pendeat à propria forma. ſed materiæ non ineſt propria forma: nec igitur actus proprius entitatiuus. Verùm quò clariùs intelligatur, ſubſcribam contraria argumenta. Solutio argumentorum.

CAP. II.

Materiam non eſſe ens in actu.

QVi contendunt materiam non eſſe ens in actu, ſic arguere ſolent: Si materia eſt ens in actu: generatio ergo erit alteratio, teſte phil: 1. de gener: vbi arguit antiquos, materiam aliquod corpus in actu eſſe aſſerentes. Et reuera, quicquid accidit enti in actu, accidens eſt: & ex duabus igitur entitatibus per ſe poſitiuis in actu, vtpote ex forma & materia (ſi eſſet per ſe in actu) non fieret vnum per ſe. ſed ex materia & forma fit vnum per ſe, & forma eſt actus: materia ergo neceſſariò non erit in actu. Adde, quòd vt dicitur primo de gener: totum transmutatur in totum, quod certè non fieret, ſi materia eſſet ens diſtinctum à forma. Amplius, generans non largitur multitudinem, teſte Commentatore 8. met. ſed ſi forma diſtingueretur à materia; tunc planè multitudinem largiretur, nempè materiam & formam. Et 7. met: ait, materiam tranſire illud, quod fit ex ipſa. ſed forma fit ex materia: non ergo ab illa diſtinguitur. Adde, quòd potentiale alicuius generis, aliam non habeat actualitatem, ab illius eſſe actuali diſtinctam. ſed materia eſt potentiale formæ, ſiue generis ſubſtantiæ: non eſt ergo ens diſtinctum à forma. Item, transmutatio ſimpliciter prima non præſupponit aliquod ens in actu; per eam enim habetur primum ens in actu. ſed illa transmutatio ſimpliciter prima præſupponit materiam: materia ergo non eſt aliquod ens in actu. Adde, quòd materia ſit medium inter eſſe & non eſſe, vt dicitur 2. met: & Auguſt: 13. Confeſſionum. ſed inter contradictionis medium eſt nihil: ergo quod prius. Deniq;, communicatio in materia non eſt, niſi pura priuatio. at ſi materia eſſet aliquod ens poſitiuum, communicatio in ipſa, non eſſet pura priuatio: ergo &c. Materia inſuper non eſt cognoſcibilis, niſi per analogiam ad formam: igitur materia non eſt ens poſitiuum in actu à forma diſtinctum. Præterea, quod non poteſt eſſe ſine alio, eſſentialiter ab illo non diſtinguitur, præſertim ſi vtrumq; ſit creatum. ſed materia non poteſt eſſe ſine forma, quia eſt pura potentia: non ergo ab ea eſt ens eſſentialiter diſtinctum; nam ſi eſt pura potentia non eſt ens in actu. Sanè, quod mouetur eſt ens in actu, quod autem generatur eſt ens in potentia, vt dicitur 5. phyſ: ſimiliter ergo ſubiectum generationis, quæ eſt materia; vniformiter enim accipit moueri & generari ſubiectiuè. Materia ergo eſt ens in potentia. Diximus præterea ſuperiùs, ex authoritate phil. 7. met:

1.
2.
3.
4.

materiam non eſſe quantum,nec quale,& ſimilia: igitur non eſt ens in actu. Dicis , non eſt ens in actu,ſed tamen eſt ens in potentia. Contrà,materia non eſt materia in poten-
5. tia,nec eſt forma,nec compoſitum:ergo eſt nihil. Item, materia non eſt ſcibilis , niſi per analogiam ad formam,quod quidem neceſſarium nequaquam eſſet , ſi eſſet per ſe ens in actu,ſiquidem per ſe ſibi eſſet intelligibilis. Adde , quòd ſi materia eſſet aliquid ; eſſet vtiq; aliquis actus: ens enim poſitiuum extra animam, actus quidam eſt. ſed non eſt actus,quia actus diſtinguit & diuidit : materiæ autem nullum iſtorum congruit, quippè, cùm in fundamento naturæ,vt dicitur 7.met: nihil ſit diſtinctum: ergo quod prius. Sanè,ſi materia eſſet actus,aut compoſitum,aut forma,aut ipſamet. Non compoſitum,quia eſt principiatum,& non principium:nec forma, alioqui vnum tantùm compoſiti principium & non duo : nec ipſamet materia , quia ex duobus entibus in actu , non fit per ſe vnum: materia ergo non eſt ens in actu, & per conſequens eſt nihil. Hoc etiam ſentire videtur Commentator lib: primo phyſ:com.15. aſſerens materiæ formam eſſe priuatio-
6. nem.ſed illud,cuius forma eſt priuatio eſt non ens: igitur materia eſt non ens. Amplius omne ens in actu,eſt ens reale.ſed materia non eſt ens reale,quia non eſt : non ergo ens in actu.Sanè,materia eſt ſubiectum generationis,vt dicitur primo de gener: eſt ergo id, quod generatur,ſicuti ſubiectum alterationis,id quod alteratur. ſed id quod generatur, non eſt, vt dicitur 5.phyſ: materia ergo non eſt. ſi enim eſſet ; ſubſtantia vtiq; eſſet. ſed
7. non eſt quid,neq; quale,neq; quantum,teſte phil.7.met: non eſt ergo ens. Adhuc, ſi materia haberet eſſe, aut certè illud haberet à ſe, aut ab alio. Non à ſe , quia nihil eſt cauſa ſui eſſe. Neq; ab alio,alioqui poſſet non eſſe, eſſetq; generabilis , vt dicitur 5. phyſ: ſed materia eſt ingenerabilis,1.phyſ. ergo quod prius. Ex his ergo, atq; ſimilibus , conantur nonnulli aſſerere, materiam nihil eſſe.

CAP. III.

Soluuntur argumenta.

INprimis non ignorare oportet , ex vna parte , materiam in actu eſſe poſſe, & non in potentia ; quatenus potentia & actus ſunt differentiæ entis;non tamen actus: quatenus tamen propriam, atq; diſtinctam habet entitatem,in actu eſſe dicitur. Ex alia autem parte, qua actus ab eo diuiditur, à quo actus recipitur, ſic abſq; dubio materia, actus nequaquam dicitur,ſed actus capax atq; receptiua;omne enim huiuſmodi ab omni actu ſimili liberum eſſe oportet,quò pars eſſe poſſit omnis entis atq; per omnem actum diſtingui.Reuera,ſi materia ſit ens in pura potentia,omnem actum excludens, tum obiectiuum, tum etiam entitatiuum,ſiue exiſtentiæ;actu vtiq; non diſtingueretur à forma:omnis enim diſtinctio ſit per aliquem actum. Dicunt aliqui diſtingui actu dupliciter intelligi poſſe : aut quia vnum non eſt alterum:& ſic aiunt materiam à forma diſtingui:aut quia vtrumq; eſt ſeparatum atq; diſcretum , & primum habet eſſe , nec vnum aliquod conſtituunt : veluti ſunt duo ſuppoſita, quo planè modo nolunt materiam à forma eſſe ſeparatam. Quapropter illam philoſophi ſententiam de ſecundo,non autem de primo modo intelligendã eſſe volunt.His ita præmiſſis,ad formam argumenti ſic reſpondendum eſſe puto. Et inprimis negatur conſequentia;valet enim illa contra antiquos , qui corpus habens formam ſubſtantialem poſuerunt eſſe materiam , & generationis ſubiectum, ex quo omnem prorſus generationem,alterationem fecêre. at nos non ponimus materiam actuatam, & per aliquam formam ſubſtantialem diſtinctam : argumentum igitur huiuſmodi contra nos minimè pugnat. Et cùm dicitur ex duobus entibus non fieri vnum,falſum eſt; nam alterum illorum eſt in potentia,vtpote materia, quæ non per ſe actuata forma ſubſtantiali,

Diſtingui actu dupliciter

Reſponſio ad primum arg:

alterum

 De materia.

*alterum verò eſt actus illius: vnum ergo eſt in potentia ad aliud: igitur ex duabus enti-
tatibus in actu poſitiuis eiuſdem generis, nempè generis ſubſtantiæ, ſit aliquid vnum per
ſe, ſi vna ſit potentia, & altera actus. Stant ergo iſta duo ſimul, vt ſcilicet materia ſit* Quomodo materia ſit actus & potentia.
*actus, quatenus eſt differentia entis & ſit potentia, prout eſt pars, & principium entis
vtpote formæ antequam ſit. Ad confirmationem dico, quòd totum transmutetur in to-
tum, hoc eſt, quia quoddam totum corrumpitur, & quoddam aliud totum generatur,
eadem in vtroq; materia manente. Ad 2. Quamuis materia & forma ſint eſſentialiter* 2.
*diſtincta; non tamen faciunt propriè multitudinem, ſecundùm propoſitum Commenta-
toris, ſed vnitatem, vtpote aliquid vnum per ſe, poteſt etiam dici, generans multitudinem
minimè largiri, quia totum quod erat in potentia, in actu producitur, vnde & perfectio-
nem, id eſt, actum largitur eſſendi: non quia materia fiat forma, vel in formam tranſeat:
licet bene tranſeat ad ipſam, ſicut ſubiectum ad formam. Ex hoc patet ſolutio ad aliam
eiuſdem ſententiam, nempè materiam tranſire per accidens in id, quod ex ea ſit, non au-
tem in ipſum migrare, aut ipſum fieri; per modum enim ſubiecti tranſit ad formam, &
ex vtraq; ſit ipſum compoſitum. Ad aliam confirmationem dico, quòd licet materia ſit
ens in actu; ad formas tamen eſt in potentia, quippe quæ nullam alicuius habeat actua-
litatem formæ intrinſecam. Ad 3. Tranſmutatio ſimpliciter prima, aliquod ens in actu* 3.
*præſupponat, neceſſe eſt, quia nimirum præſupponit ſubiectum actu exiſtens, quod per
ipſam haberi non poſſet. at generatio eſt tranſmutatio ſimpliciter prima ad ſubſtan-
tiam: præſupponit ergo materiam, aliquam in actu entitatem habentem. Ad confirma-
tionem dico, materiam inter contradictoria propriè medium non eſſe, nec abnegatione
quidem nec participatione: eam autem ob cauſam medium dici poteſt, quod ab vno in
aliud ſit tranſmutationis ſubiectum. Porrò, quod 2. met: dicitur, generationi magis con-
gruit, quæ eſt via, & ab vno in aliud transmutatio. Ad aliam confirmationem, Com-
mentator loquitur de materia, quatenus eſt vna, quam talem dicit eſſe, quia caret omni
forma. Ex quo patet, non velle eum dicere, priuationẽ materiæ eſſe entitatem, ſed vnita-
tem potiùs. Præterea, materiæ vnitas, talem priuationem atq; potentiam præcedit: non
ergo materiæ entitas eſt pura priuatio. Ad aliam confirmationem dico, materiam ſe-* Materia quomodo eſt cognoſcibilis.
*cundùm ſe in ſua eſſentia eſſe cognoſcibilem; omnis enim entitas abſoluta in ſe eſt cogno-
ſcibilis. ſed materia eſt huiuſmodi, vtpote quæ habeat ideam in deo, vel ex parte obie-
cti, vel ex parte eſſentiæ; à nobis tamen per comparationem ad formam, cognoſcitur.
Nam etſi forma ſit magis cognoſcibilis quàm materia; non niſi tamen ex operationibus
cognoſcitur, quantò magis ipſa materia? Cognoſcimus autem materiam, teſte Commenta-
tore, per transmutationem; videmus enim vnam formam nouam poſt aliam, idq; ex no-
ua operatione intelligimus: manet ergo commune tranſmutationis ſubiectum, nempè ipſa
materia: non igitur ſequitur, materiã per analogiam ad formam cognoſcimus: in ſe er-
go non eſt cognoſcibilis. Ad 4. dico, materiam eſſe poſſe ſine forma, & cùm dicitur,* 4.
*illam eſſe puram potentiam, reſpondeo, quòd materia poſtquam creata eſt, non ſit pura
potentia obiectiua, ſed eſt in actu. nam etſi materia ſit ſua potentia ſubiectiua; habet
tamen in actu entitatem poſitiuam. Ad philoſophi authoritatem 5. phyſ: reſpondeo, A-* Materia eſt ſubiectum generationis.
*riſtotelem hoc velle dicere, nempe ſubiectum motus eſſe in actu ſubſtantiali per formã;
ob id tamen neceſſarium non eſt, vniuerſaliter de ſubiecto generationis eſſe intelligen-
dum. Etenim, quamuis materia, ante generationem ſit ens in actu; non eſt tamen per
aliquam formam ſubſtantialem per ſe, & vniuerſaliter loquendo: probat ergo genera-
tionem non eſſe motum. Reuera, nam etſi materia non ſit quid, quantum, aut quale,
quatenus iſta formam denotant; eſt nihilominùs omnium iſtorum receptaculum: igi-
tur aliquod ens in actu extra intellectum, atq; extra cauſam ſuam. Præterea, entitas
actualis non eſt mobilis ratio motus recipiendi, ſed potiùs, quatenus eſt ens in potentia;
eſt tamen actus neceſſariò requiſitus, vt moueri poſſit. Sic etiam loquitur philoſophus*

*dicens, quod mouetur eſt: non quia hæc ſit propria, atq; per ſe mobilis conditio, ſed ma
gis per accidens; nam propria illius conditio, eſt eſſe in potentia. Patet ergo quomodo
aliquid conueniens alicui per accidens; eſt tamen neceſſariò requiſitum: vocatur autem
per accidens, quia in illius formæ ratione non includitur: neceſſarium verò requiſitum,
quia ſine illo iſtud non eſſet. ſicut priuatio principium per accidens nominatur; neceſſa-*
Materia eſt actus. *rium tamen. Sufficit ergo philoſopho, quòd generationis principium non ſit ens in actu
neceſſariò, ſed ens in potentia: ei verò, quod mouetur ens in actu coniungitur, licet per
accidens. Itaq; materia reſpectu formæ recipiendæ, neceſſariò eſt in potentia; per acci-*
5. *dens tamen ens in actu. Ad 5. dico, quòd ſi actus, pro actu materiam informante,
intelligatur; ſic abſq; dubio, materia actus non dicitur: ſi autem pro eo, quod extra ſu-
am conſiſtit; ſic materia dicitnr actus, vel ens in actu: communis tamen dicendi modus,
ſoli formæ actum attribuit, & hic magis ad Peripatheticos accedit. Ad authoritatem
Auerr: dico: priuationem eſſe quaſi formam materiæ, qnia eſt inſeparabilis à materia.*
6. *Ad 6. dico, materiam eſſe ens reale, quatenus eſt extra intellectum, & cauſam ſuam,
atq; eſt formarum receptaculum, pars compoſiti, & principium entis; non eſt tamen ens
reale, habens formam ſubſtantialem, diſtinctam, & propriam. Ad confirmationem,
verum eſt materiam eſſe generationis ſubiectum, atq; ideò neceſſe eſſe, aliquo modo for-*
7. *mam præcedere: in illo ergo priori, aliquid eſt, cùm non ſit purum nihil. Ad 7. di-
ximus ſuprà, materiam à Deo conditam eſſe: quapropter ſuum eſſe à Deo recepit. Eſt
ergo aliquid, non quidem aliquod prædicamentum, neq; purum nihil; ens enim ſimpli-
citer & contra purum nihil, & contra ens diuiſum in decem prædicamenta diuiditur,
cùm apud philoſophum, tum etiã apud Platonem (teſte Iamblicho de ſecta Pythagori-
ca) hoc ergo modo materia ſub ente continetur, & vnitas, & dualitas, & omne, quod
non eſt nihil. vnde philoſophus 5. met: comm: 4. per ſe autem ea eſſe dicuntur, quæ præ-
dicamenti figuram ſignificant; tot enim ipſum eſſe ſignificat, quot modis ipſa dicuntur
Quid ergo ſit materia prima, vtrum ens in actu nec ne, ſatis copioſè me dixiſſe puto.*

CAP. IIII.

Materiam per diuinam potentiam poſſe eſſe ſine omni forma.

Materia poteſt eſſe ſine forma diuina virtute. *QVoniam, materia poſtquàm creata eſt, aliquid eſt in actu, ſecundùm a-
liquam certè actualitatem, quæ non eſt aliqua forma, nec ex forma; ali-
oqui quomodo eſſet creationis terminus? creatio enim terminatur ad eſſe.
Quærere libet, nunquid poſſit per diuinam potentiam eſſe ſine omni pror
ſus forma. Quod id fieri non poſſit per potentiam naturalis agentis, du-
binm non eſt, quandoquidẽ generatio vnius ſit corruptio alterius: & è conuerſo. Nun-
quam ergo materia omni penitus forma ab agente natnrali deſtituitur, atq; denudatur.*
1. *Porrò, hoc præſtari poſſe materiæ à Dei potentia, ſic oſtenditur: Omnis entitas abſoluta
habens ſecundum ſe aliquem actum, vel aliquam entitatem, ab alia eſſentialiter diſtin-
ctam, à Dei potentia, ſine alterius adminiculo, in eſſe conſtitui poteſt; nullam enim im
plicat contradictionem. ſed materia eſt huiuſmodi, aliter ad alicuius compoſiti abſoluti
conſtitutionẽ ordinandam intrinſecè, minimè concurreret: igitur poteſt eſſe ſine forma.*
2. *Amplius, ſi accidens, quod eſt natura ſubiecto poſterius, diuina virtute, poteſt eſſe ſi-
ne ſnbiecto; quanto magis ipſa materia, quæ formam origine præcedit, teſte Auguſtino,
eadem virtute, poſſet ſine forma conſiſtere? ſed prioris exemplum in ſanctiſſimo alta-
ris ſacramento patet: ergo &c. Sanè, ad nullam formam, eſſentialem dependentiam,*

atq; actu-

*atq; actualem neceſſitatem materia habet: poteſt ergo ſine quacunq; forma in actu con-
ſiſtere; non enim ad formam communem: in communi enim ſic nullus eſt reſpectus rea-
lis: illa ſiquidem forma hoc modo non eſt ens, niſi ratione tantùm: nec ad hanc formam;
nam ſic eſt ſub vna, quod poteſt eſſe ſub altera: ad nullam ergo formarum neceſſariam
habet omninò dependentiam, ſed habitudinem tantùmmodo ſiue aptitudinem: ergo
quod prius. Iterum, ſi materia hominis, ad animam intellectiuam recipiendam diſpo- 3.
ſita, abſq; forma eſſe non poteſt: in illo ergo inſtanti neceſſariò anima creatur à Deo:
vel materia ab eodem conſeruari non poteſt, quorum vtrumq; eſt falſum; nihil enim ad
extra à Deo neceſſariò fit: aut neceſſariò conſeruatur, ſeu annihilatur. Itaq;, diuina vir
tute, materia, ſine forma ſubſiſtere poteſt, cui liberum eſt animam non infundere ma-
teriæ præparatæ, atq; ad eam recipiendam, diſpoſitionem habenti. Præterea, quod 4.
accidit materiæ, eſt ſeparabile ab ea, ſicuti diffinitio accidentis oſtendit. ſed forma ac-
cidit materiæ, cùm ad illius eſſentiam non pertineat: igitur materia poteſt eſſe ſine om-
ni forma. Profectò, ſi omnis forma ſepararetur à materia; aut materia remaneret ea-
dem, aut non: ſi ſic, habetur intentum. ſi non: corrumperetur ergo, quòd planè aduer-
ſaretur philoſopho 1. phyſ: tex: 82. aſſerenti materiam eſſe ingenitam, atq; incorruptibi-
lem. Item, abſolutum diſtinctum, & prius alio abſoluto, ſine vlla contradictione, ſine 5.
illo conſiſtere poteſt. ſed materia reſpectu formæ, eſt huiuſmodi: ergo &c. minor pa-
tet, maior probatur; prius enim in eo quod prius, à poſteriori non dependet: ſic namq;
ſcribitur 5. met: tex: 16. Priora, inquit, ſunt, quæ poſſunt eſſe ſine aliis: alia verò non
ſine ipſis: ergo &c. Reuera, quicquid abſolutum fit à Deo in creaturis, mediante cauſa
ſecunda, quæ non eſt de eſſentia cauſati; ſine illa vtiq; ab eodem fieri poteſt. ſed mate-
ria à Deo fit, mediante forma, quæ non pertinet ad eſſentiam illius: poteſt ergo fieri, &
eſſe ſine illa. Amplius, quicquid Deus immediatè creat, immediatè conſeruat, vel con 6.
ſeruare poteſt. ſed materia immediatè à Deo creatur: conſeruatur ergo immediatè, vel
poteſt conſeruari: ergo ſine omni forma. Sanè, Deus vult materiam; non tamen ne-
ceſſariò, quia eſt extra ſe: nihil autem extra ſe, vult neceſſariò: non vult ergo materi-
am, niſi propter neceſſariam connexionem. ſed inter materiam, & formam, non eſt ne-
ceſſaria connexio: ergo &c. Si enim eſſet neceſſaria connexio; materia ſibi neceſſariò
formam deſcriberet, ſeu determinaret: quod enim determinat ſibi genus formæ, deter-
minat ſibi aliquam ſpeciem in genere illo. Et quod determinat ſibi ſpeciem, determinat
ſibi eſſe in aliquo indiuiduo illius ſpeciei: nam omne, quod de neceſſitate eſt homo; ne-
ceſſariò eſt hic, vel ille homo. ſed conſequens eſt falſum; materia enim nullam ſibi per-
ſcribit propriam formam, alioqui non eſſet in potentia ad omnes formas: etſi determi-
naret ſibi genus formæ; neceſſariò quoq; vnum indiuiduum eiuſdem generis ſibi determi
naret: vnum enim eſſentiale, & vnum ſingulare à pluribus dependere eſſentialiter eiuſ-
dem generis, eſt impoſſibile. ſed materia eſt vna ſingularis, & eſſentialis: à pluribus
ergo formis generis eiuſdem dependere non poteſt. Neceſſariò ergo determinaret ſibi
aliquod genus formæ, & per conſequens aliquam vnam formam, quod eſt falſum: igi-
tur materia poteſt eſſe ſine forma.*

Quòd materia non determinet ſibi formã

CAP. V.

Soluuntur Argumenta.

*QVamuis ingenioſè, & ſubtiliter rationes huiuſmodi dicta ſint; ad illas ta- 1.
men, ſic reſpondere valemus: & ad primam quidem, negamus minorem:
nam etſi nulla forma ſignata, ſit eſſentialis & propria materiæ, ideoq;
poſſit eſſe ſine hac & illa; non tamen ſine omni prorſus forma: eſſet enim
arguere à diuiſim ad coniunctim. Itaq; licet non ſit eſſentiale, & propri-*

um materiæ, eſſe ſub aliqua vna forma ſignata; eſt tamen ei proprium, eſſe ſemper ſub aliqua. Nunquam certè, teſte Commentatore de ſubſtantia orbis, materia omnibus for-
Materia non eſt ens abſolutum. *mis denudatur: non eſt ergo entitas abſoluta, quæ ſine alterius auxilio conſiſtere nequit. Ad 2: negatur ſimilitudo; materia enim tum in eſſe formali, tum in eſſe actuali à for-*
2. *ma dependet: accidens autem non dependet formaliter à ſubiecto. Quare Deus poteſt facere accidens ſine ſubiecto, non autem materiam, ſine forma: ſicut non poteſt facere aliquid eſſe, ſine hoc, quod habeat eſſe; nec aliquid habere eſſe actu, ſine actu: actus autem eſt forma rei. Ad confirmationem dico, materiam ad hanc formam ſignatam, vel illam neceſſariò nõ referri, ſed ſine forma, actum entitatiuum completũ habere non poſſe: nõ ergo ſine omni prorſus forma, in rerum ordine, in quo ſunt entia perfecta, materia inueniri poteſt. Ad 3. verum quidem eſſe, Deum creaſſe immediatè materiam*
3. *primam, quia ſcilicet non aderat, nec adeſſe poterat alius creator; non tamen creat, ſeu creauit, ſeu creare potuit ſine forma, à qua ipſa materia habet eſſe: feciſſet enim illam*
Obiectiones. *eſſe ſine eſſe, quod implicat contradictionem. Dicis, materia prima, teſte Augu: ſuper*
1. *Geneſim fuit creata informis: poteſt ergo eſſe ſine forma per virtutẽ creantis. Sanè, quæcunq; ſunt realiter diſtincta, Deus poteſt ea ſeparare, & ſeparatim præſeruare. ſed materia & forma realiter diſtinguuntur; ſunt enim principia realia compoſiti: vnum ergo*
2. *poteſt eſſe ſine altero. Item, ſubſtantia corporalis per ſe ſubſiſtens, naturaliter genita eſt, & exiſtit: vt patet de planta, quæ nunc eſt: materia ergo eſt, & actu per ſe. Reuera, omnis ſubſtantia naturaliter genita, habet aliquã partem eſſentialem, quæ ſuæ præfuit generationi, & hæc quidẽ non eſt forma, quoniam illa non eſt generationis terminus: materia ergo talis eſt. quòd ſi præfuit: ergo fuit verũ dicere: Materia eſt. aſſumptũ probatur: Si nulla pars præfuit: totum ergo genitum eſt, et ſic omnis pars genita, eſt ſimul genita: ergo ex penitus non ente genitũ eſt, & ſic non naturaliter; phyſicè enim, ex puro nõ ente,*
3. *nihil fit. Iterũ, materia eſt ingenerabilis, ex 1. phy: igitur, materia eſt: nam ſi materia nõ eſt; & tamen poteſt eſſe: eſt generabilis ergo; illud enim eſt generabile, quod non habet eſſe; & tamen poteſt eſſe. Conſequens eſt falſum ſecundùm philoſophũ: ergo & antecedẽs. Materia ergo eſt. Confirmatur per Commentatorẽ 4 met: com: 15. Quod non eſt actu, in-*
Solutiones. *quit, non eſt ens. ſed materia non eſt non ens: ergo eſt actu per ſe. Dico materiam fuiſſe*
1. *creatam informem, dupliciter poſſe intelligi: vno quidem modo, quia ſine omni prorſus forma ſubſtantiali; & ſic contradictionem implicat: alio verò modo, quia ſine debitæ ordinationis ornatu ſub formis determinatis; & ſic materiam primam informem creatam eſſe, nullum ſequitur inconueniens. Ad confirmationem reſpondeo, illa eſſe intelligenda de his, quæ neceſſariam habitudinem, & dependentiam non habent adinuicem. at propria paſſio ad ſubiectum, & materia ad formam, adinuicem dependentiam ne-*
2. *ceſſariam habent; ideoq; vnum ſine altero eſſe non poteſt. Ad 2. negatur conſequentia, & ad probationem dico: aſſumptum duplicem habere ſenſum, primum ſic, quòd aliqua videlicet pars præfuerit; ita quòd ex ſe habuerit eſſe actu, vel ex ſe extiterit: & ſic negatur. Aut, quòd aliqua pars præfuerit, non quidem per ſe exiſtens actu; ſed per formam præcedentem, à qua actuabatur, & poſt generationem, per formam rei genitæ, & ſic conceditur aſſumptum: & negatur conſequentia, quæ non valet, niſi aſſumpto cõceſſo in primo ſenſu; non enim ſequitur: ignis genitus eſt: ergo partes ſuæ ſunt, inter quas eſt materia. Materia ergo eſt; nam partes non eo modo ſunt, quo eſt totum: totum enim eſt, quod eſt, & eſt per ſe exiſtens: partes autem non ſunt ſimpliciter, ſed ſunt in toto. Propterea negatur hæc, materia eſt, & conceditur iſta: materia eſt in toto, & non*
3. *aliter. Ad 3. negatur conſequentia, & ad probationem, iterum negatur conſequentia: nam, vt aliquid ſit generabile, debet eſſe per ſe exiſtens, ſiue quod poſſit per ſe exiſtere: propterea dicit philoſophus, formam, & materiam per ſe non generari, ſed compoſitum; quoniam de eo propriè verificatur propoſitio de ineſſe de ſecundo adiacente, nullo*

addito,

 De mate-
addito, vel ſubintellecto. De materia verò, & forma in hoc ſenſu, quòd ſint in compoſito ria.
nō verificatur. Ad confirmationem dico, Commentatorem ſic intelligendum eſſe, nempe
contra antiquos ſic diſputantē: Quod non eſt actu, eſt non ens, id eſt, non ens determina
tū; eſt tamen ens interminatum, vtpote ens in potentia ad terminum, id eſt, ad formam,
quæ terminat, cuius eſt forma, nempe ipſam materiam. Materia igitur ita eſt in poten-
tia, vt neq; in genere exiſtentium, neq; in genere informabilium, ſit in actu per ſe. Ad
4. principale reſpondeo: & nego maiorem, ſiquidem riſibilitas ab homine ſeparari non 4.
poteſt: tametſi accidat homini. pendet præterea forma à materia, licet ſit extra ipſius
eſſentiam. Ad confirmationem dico, quòd ſi omnis forma ſepararetur à materia, ipſam
materiam non eſſe remanſuram: neq; hoc obuiat philoſopho dicenti, materiam eſſe inge-
nitam, quippe cùm ipſe velit dicere, materiam eſſe ingenitam, ſecundùm ſuæ rationem,
ſeu conſiderationem naturæ. Cùm hoc tamen ſequitur, vt poſito antecedente impoſſibili,
conſequens ſequatur impoſſibile; quatenus ſtat ſub illo antecedente: nam etſi cœlum ſit
incorruptibile; hæc tamen conditionalis eſt vera: ſi cœlum eſſet alterabile; eſſet corru-
ptibile. ſic etiam, ſi materia denudaretur omni forma, deſineret eſſe; omni namq; for-
ma priuari, eſt impoſſibile. Ad 5. negatur maior; partes enim eſſentiales ſimul ſum- 5.
ptæ, ſunt priores toto; & tamen ſunt ſine toto. Prædicamentum præterea quantitatis eſt
abſolutum, prius qualitatis prædicamento, quò ad quartam ſpeciem præſertim, ſine ta-
men figura, quantitas continua fieri non poteſt. ex hoc etiam patet, quòd ſi forma non
ſit de eſſentia materiæ; eſt nihilominùs de eſſentia materiæ exiſtentis. Ad 6. medi- 6.
um eſſe duplex, effectiuum, & formale. Vnde quicquid Deus creat immediatè effecti-
uè, ſine cauſa media effectiua, conſeruare poteſt: non autem ſine cauſa media formali:
cuiusmodi eſt forma reſpectu materiæ. Ad confirmationem, negatur, inter materiam,
& formam, non eſſe neceſſariam connexionem: & ad probationem, negatur conſequen- Connexio ne
tia, cuius falſa eſt maior; per id enim, quod additur, homo neceſſariò eſt hic, vel ille, ceſſaria.
nihil aliud habetur, niſi quòd materia neceſſariò determinet ſibi genus formæ; ideò ſi-
ne omni omninò forma eſſe non poſſe, vagè valet hoc non autem determinatè. Ad ali-
am confirmationem, eodem modo reſpondendum eſt; materia enim non contingenter,
ſed neceſſariò ſe habet, ad quodlibet indeterminatè, & vagè. Ad aliam confirmatio-
nem dico: vnum eſſentialiter vnum, & ſingulare negatiuè, ſicuti eſt materia prima, à
pluribus eiusdem generis indeterminatè, & vagè, quatenus illa ſunt habentia vnam ra-
tionem, in eſſe eſſentialiter dependere poſſe. ſic in propoſito omnes formæ in hoc conue-
niunt, quòd ſcilicet dant eſſe actuale: vnam ergo habent rationem. Præterea, quantitas
continua, figuræ genus ſibi determinat, nullam tamen figuram. Dicis, quod præcedit Obiectiones.
aliud ordine, illud poteſt fieri à Deo ſine alio. ſed materia præcedit formam ordine na- 1.
turæ, authore Auguſt: 13. Confeſ: vbi ait materiam eſſe de nihilo factam: formam ve-
rò mundi ex vi formatiua: ordine ergo naturæ præcedit formam. Item, forma non eſt 2.
cauſa formalis materiæ, ſed compoſiti: igitur poteſt facere materiam ſine forma. Ad-
de, quòd quicquid intellectus humanus poteſt intelligere, Deus poteſt facere. ſed intelle-
ctus poteſt intelligere materiam ſine forma, quia poteſt intelligere prius, ſine poſteri-
ori: ergo quod prius. Profectò, quod non implicat contradictionem, poteſt humanus in-
tellectus intelligere, & à Deo quidem fieri. ſed materiam ſine forma ſubſtantiali eſſe,
contradictionem non implicat, quia prædicatum non repugnat ſubiecto: ergo &c.
Dico, Auguſtinum non velle dicere, materiam ſine omni prorſus forma conditam fuiſſe, Solutiones.
ſed ſine debito ornatu, qui ad debitam creaturarum pertinet condecentiam. Ad confir
mationem, aſſero formam eſſe cauſam actuantem materiam, & ad actualitatem infor-
mantem; non tamen cauſam, ex qua materia componitur: ſed cauſam compoſiti, cui com
petit per ſe eſſe. Ad aliam confirmationem, dico eius minorem eſſe falſam; nullus enim
intellectus creatus poteſt intelligere materiam eſſe in actu, ſine forma: nec prius ſine

 poſteriori

De materia.

poſteriori intelligi poteſt, ſi ab eo in eſſe actuali dependeat. Implicat ergo contradictionem, materiam eſſe in actu, ſine actu. Quomodo ergo materia non poſſit eſſe ſine forma, ſic reſpondendo, ac velitando, ſcribere libuit.

CAP: VI.

Materiam ſine forma eſſe non poſſe.

SI alterius partem tueri volumus, ſic arguere valemus: Omne ens in actu,
1. *eſt à forma: ideò enim forma nominatur, quia ſcilicet informat, & dat*
eſſe in actu: ſicut albedo dat eſſe album: ponere ergo aliquid in actu ſine
forma, implicat contradictionem; perinde enim eſt, ac ponere album,
abſq; albedine, & actum ſine actu. Suffragatur nobis Cõmentator 1. phy:
comm: 69. Materia, inquit, quæ eſt ſubiecta ſubſtantiæ, non poteſt intelligi per ſe,
cùm non ſit aliquid in actu habens quidditatem: ergo quod prius. Reuera, ſi materia
2. *eſt pura potentia, non poteſt actu exiſtere, niſi per formam, quæ eſt actus. Amplius,*
ſi materia ſine forma exiſteret; haberet vtiq; eſſe ſubſiſtentiæ in actu. Et illud quidem,
aut cum materia idem eſſet, aut aliquid aliud. non idem; alioqui materia eſſet per
ſe ens ſubſiſtens, atq; ita naturaliter eſſet ſeparabilis à forma, ſicut anima à corpore,
quæ eſt naturaliter ſubſiſtens. ſi verò aliud: aliqua ergo forma eſſet materiæ, & ita ma-
3. *teria non eſt ſine forma: ergo quod prius. Præterea, diuerſarum formarum priuatio-*
nes, ita adinuicem oppoſitæ ſunt, vt quemadmodum & formæ, ita & ipſæ ſint incom-
poſſibiles: ſimul ergo in materia eſſe non poſſunt. At ſi materia omni penitus forma de-
nudaretur; omnium planè formarum priuationes, eidem ſimul ineſſent, quod eſt im-
poſſibile. Materia ergo non eſt ſine forma, nec eſſe poteſt quacunq; virtute, humana
4. *videlicet, aut diuina. Præterea, quò magis aliqua faciunt vnum per ſe; eò minùs abin-*
uicem ſunt ſeparabilia. ſed materia & forma magis faciunt vnum per ſe, quàm ſubiectũ
& propria paſſio. ſed hæc ſunt inſeparabilia: ergo & illa. Sanè, ſi materia poſſet eſſe
ſine forma; non eſſet vtiq; minima inter entia naturæ; non enim eſſet minoris entitatis,
quàm ipſa relatio, quæ ſine fundamento, & termino, ſiue extremo nequit conſiſtere. ſed
hoc falſum eſt: Auguſtinus enim dicit 11. *Confeſ: materiam propè nihil eſſe. Sanè, omni,*
quod poteſt per ſe eſſe, aliquid inferius fieri poteſt: quod enim per ſe non eſt; eſt vtiq; eo
inferius, & à Deo fieri poteſt. ſed nullum ens eſt materia inferius, vtpote ente in poten-
5. *tia, quo inferius eſt nihil: ergo quod prius. Item, ſi materia poſſet eſſe ſine omni pror-*
ſus forma; duo planè contradictoria ſimul vera inueniri poſſent, nempe materiam eſſe
in actu ſine omni forma, & non eſſe in actu; forma enim eſt, quæ dat eſſe rei. ſed hac
ſunt falſa: ergo &c. Dicis, materiam ſine forma in actu ſpecifico, & formali, eſſe nõ
poſſe, bene autem in actu entitatiuo. ſed hoc mens vix intelligere poteſt, quandoquidem
impoſſibile ſit eſſe aliquod ens actu, ſine omni operatione. ſed forma eſt cauſa, atq; prin-
cipium operationis: materia ergo cùm ſit ens reale, & in actu, ſine forma conſiſtere nõ
6. *poteſt. Iterum, ſi materia eſſet ſine omni forma; haberet profectò eſſe ſubſtantiale,*
vel accidentale: inter hæc enim non datur medium. non quidem accidentale; præſuppo-
nit enim eſſe formale, ſeu ſubſtantiale. at ſi habeat eſſe ſubſtantiale: habebit ergo for-
mam ſubſtantialem. Nam ſicuti eſſe accidentale pendet à forma accidentali, & ab ea
nomen accipit; ita etiam eſſe ſubſtantiale à forma ſubſtantiali: ergo &c. Reuera, ma-
iorem habet materia ad formam dependentiam, quàm forma materialis, ad materi-
am. ſed forma materialis non poteſt eſſe ſine materia: multò minùs ergo, materia ſine
7. *forma. Præterea, ſi materia eſſet ens actu ſine forma, ſecluſa omni operatione intelle-*
ctus creati; vel eſſet ens ſub aliqua ſpecie, aut non. ſi non: aliquod ergo erit ens in gene-

re, quod

 De materia.

re, quod in alicuius indiuiduo ſpeciei non inuenietur: quod planè (vt quidam ſentiunt) ad dogma Platonicum ſpectat. ſi verò ſit: igitur, formam habebit ſpecificam; omne ſiquidem contentum ſub aliqua ſpecie, eſſentiam ſpeciei participat, & formam. atq; ita erit ens actu ſpecifico, & formali. Patet ergo, quomodo forma ſit actus materiæ, & quemadmodum materia ſine forma eſſe non poſſit.

CAP: VII.

Soluuntur Argumenta.

QVia huiuſmodi conquiſitio, ſiue ingeniorum & quidem nobilium controuerſia, ex vtraq; parte ſapientes, atq; peracutos habet diſputantes; placuit, ad vtrumlibet illam diſputare, vt vnuſquiſq; pro ſua libertate accipiat, & ſapiat. Itaq;, ad ſupradictas rationes, præmiſſa diuiſione, ſic reſpondere valemus. Diuiſio autem, ſiue diſtinctio talis eſt: poſſibile nō neceſſarium, quod in creatura inuenitur, duplex eſt, quemadmodum & ipſa potentia:
vnum quidem ſubiectiuum à potentia ſubiectiua: actuale verò illi correſpondens, eſt Potentia ſubiectiua.
certè informans actuale, ſeu actus, quæ eſt forma tali inhærens poſſibili. Porrò, potentia & actus, ſi ita intelligantur; non ſunt differentiæ entis, ſed partes potiùs; ſimul enim in eodem per ſe ſtant compoſito: vt autem ſunt differentiæ entis, minimè. Alind eſt poſſibile obiectiuum, quod alicuius poteſt eſſe obiectum, ſiue terminus actionis productiuæ, qua in actu produci poteſt. huic autem poſſibili obiectiuo, à potentia obiectiua Potentia obiectiua.
deriuato, actus correſpondet ſibi eſſentialis, & ſunt differentiæ entis, ideoq; eidem ſimul ineſſe non poſſunt. Ex his autem ſic arguere poſſumus: Materia ante ſui creationem erat ens poſſibile, vt crearetur: at poſtquam creata eſt in actu; habet actualitatem, illi poſſibilitati oppoſitam. quam certè actualitatem, ſi quis à materia remouere voluerit; apertam in contradictionem incidat, neceſſe eſt, nempe, materiam eſſe, & non eſſe creatam: habet ergo per ſe actum obiectiuum, non autem formalem, quæ eſt actualitas formæ informantis. Ex quo patet, materiam eſſe in actu, & in potentia, & nul- Materia eſt in actu, & in potentia.
lum inde ſequi abſurdum; eſt enim poſt ſui creationem in actu obiectiuo, alioqui non eſſet creata, & eſt in potentia ſubiectiua reſpectu formæ recipiendæ: potentia autem ſubiectiua præſupponit actum, qui eſt entis differentia. Si hæc ita intelligantur, parua, aut nulla erit in argumentis ſoluendis difficultas; illa enim de actu formali ſpecifico: nos autem de actu, qui eſt differentia entis, ſiue obiectiuus, loquimur. Ex his autem ad argumenta ſic reſpondeo: & ad primum quidem nego maiorem; non enim omne ens in
actu eſt à forma, niſi ens in actu formali, non autem in actu obiectiuo, ſiue qui eſt dif- 1.
ferentia entis. Hanc ob cauſam negatur ſimilitudo; eſſe enim album pendet ab actu formali, de quo nos non loquimur: quandoquidem idem aſſeramus, eſſe ſcilicet in actu formali, à forma dependere, atq; proficiſci. Ad Commentatoris ſententiam idem eſt dicendum; loquitur enim de actualitate formali. Ad aliam confirmationem dico, materiam eſſe in pura potentia ſubiectiua, quia nimirum ex ſe non habet actum formalem, quæ eſt forma; eſt tamen in actu, in quo non fuit antequam crearetur: & non in potentia,
ſicut ante ſui creationem: æquiuocatio ergo committitur, in hac dictione actu. Ad 2. 2.
ſubſiſtere bifariam poteſt intelligi, nempe ſubſiſtere in eſſe completo, & ita materia per ſe non ſubſiſtit; eſſe namq; completum ſine forma eſſe non poteſt: nec materia per ſe poteſt facere vnum ſuppoſitum. alio verò modo, vt ſit non ineſſe alteri, vt forma, & habere aliquam actualitatem entitatiuam; ſic abſq; dubio, materia ſubſiſtit, quia non ineſt alicui vt forma, & aliquam per ſe habet entitatem: non enim eſt purum nihil, neq; ens actuale completum, ſed medium quoddam, quòd certè aliquam habeat actu-

Materia poteſt eſſe ſine forma.

alitatem neceſſe eſt, aliter nondum eſſet creata. Difficultas ergo non pendet ex materia, quin poſſit eſſe ſine forma; ſed ex parte naturalis agentis, quod materiam ſic ſpoliare omni forma non poteſt, quin illi alteram largiatur, atque exhibeat. Ad 3. pluri-
3. *um formarum incompoſſibilium priuationes, non ita inter ſe pugnant, ſicut plures formæ earundem; nam in materia lapidis, vna tantùm forma eſt, aliarum verò plus mille priuationes formarum ſibi inuicem incompoſſibilium. Præterea, nullæ in eodem ſunt priuationes oppoſitæ, niſi formarum oppoſitarum, immediatarum, circa idem neceſſariò ſequentium. quòd ſi ita res ſe habeat; priuationes vtique non ſunt incompoſſibiles: ita enim formæ oppoſitæ ſe habent, quòd ſi altera aderit ſuſceptiuo; altera vtique abeſt, alioqui aperta eſſet contradictio: formas ſcilicet neceſſariò ſequi ſuſceptiuum, & ſine eis poſſe conſiſtere. Materiæ nullæ formæ ſunt immediatæ ſimpliciter, niſi reſpectu naturalis agentis, quod non agit, niſi in quanto, qui ad nudam materiæ eſſentiam immediatè pertingere non poteſt.*

Quare philoſophus negauit materiam ſine forma eſſe non poſſe.

Philoſophus præterea, quia neceſſariam poſuit connexionem cauſarum, ita vt prima, ſine ſecundis minimè agat; ideò arbitratus eſt, materiam ſine forma eſſe non poſſe. quòd ſi ſecus ſenſiſſet; non vtique illi viſum fuiſſet impoſſibile, materiam ſine forma à Deo fieri potuiſſe. Ad 4. argumentum procedit de vnitate identi-
4. *tatis, qua aliqua dicuntur vnum, quia idem realiter; & ſic minor eſt falſa, & maior eſt vera. Quòd ſi intelligatur de identitate vnionis aliquorum in tertio; ſic maior eſt falſa: illo enim modo in maximè dependentibus poteſt eſſe ordo ad aliquod vnum, & in quibus minima conſpicitur dependentia, ad aliquod vnum ordinari non poſſunt. Ad con-*

Subiectum ſine propria paſsione.

firmationem dico: omne ſubiectum, à propria paſſione eſſentialiter diſtinctum, in re conſtitui poſſe, ſine propria paſſione in actu exiſtente: & è conuerſo, ſi propria paſſio fuerit abſoluta. Dicis, propria paſſio ſemper ineſt: verùm eſt, actu, vel aptitudine. ſubiungis, ita etiam accidens commune. Dico, propriam paſſionem non diſtingui à communi accidente, per ſemper ineſſe actu; ſed potiùs, quia conuenit omni & ſoli. Ad aliam confirmationem: minorem aſſero entitatem habere relationem, quàm ipſam materiam; materia enim eſt ſubſtantia abſoluta, relatio verò minimæ entitatis inter accidentia. Ad Auguſtini authoritatem dico, materiam eſſe minimæ entitatis inter ſubſtantias creatas, vt vnum propè Deum, ſit angelus, & vnum propè nihil ſit materia. Ex hoc ergo patet, quomodo omne eſſe cuiuscunque generis alterius à ſubſtantia ſcilicet accidentis, imperfectius ſit eſſe, quod eſt pars ſubſtantiæ, nempe materia. Dicis, nihil alterius generis eſſe ſuperius angelo: nihil ergo alterius generis, materia prima poteſt eſſe inferius. Reſpondeo non eſſe ſimile; ideo enim non eſt ſuperius; quia nullum genus eſt ſupe-
5. *rius genere ſubſtantiæ, quippe cùm alia genera ſint inferiora. Ad 5. negatur conſequentia, & ad probationem dico: nos non loqui de actu formali, qui ineſt materiæ ab ipſa forma; ſed de actu, qui eſt differentia entis, quem habet materia, quatenus eſt ens.*
6. *Ad 6. duplex eſt eſſe ſubſtantiale, vnum quidem completum, quod pendet à forma, ſiue ab actu formali, & huiuſmodi ſine forma, materiæ ineſſe non poſſe, aſſero: alterum eſt eſſe ſubſtantiale, quod materiæ conuenit, quatenus eſt in genere entium actu; ſecluſa enim omni forma, materia non eſt purum nihil, vt omnes propemodum ſentire videntur: eſt ergo aliquid, atque neceſſariò aliquem actum habet; alioqui eſſe aliquid, & nullam habere entitatem, eſt aperta contradictio. Ad confirmationem negatur ſimilitudo: forma enim materialis nullum per ſe habet eſſe, niſi in materia; quia eſt natura poſterior materia: materia autem eſt prior forma, ſaltem origine, principium, cauſa, & pars*
7. *compoſiti: eſt igitur aliquod ens ſine ipſa forma. Ad 7. dico materiam contineri ſub aliqua ſpecie entis, nempe ſub ſpecie ſubſtantiæ; non tamen eſſe ſubſtantiam completam, ob eas, quas dixi rationes. Quomodo ergo materia poſſit eſſe ſine forma, dixi ſatis.*

QVÆSTIO-

De poten tia materiæ.

QVAESTIONIS TERTIAE. CAP. I.

De potentia materiæ.

QVoniam quæ ſupra diſputauimus, multa tegi caligine, & difficultatibus premi, clarè intelligimus; hac de cauſa, quid ſit potentia materiæ, & vtrum ab ipſa realiter, an ratione tantùm diſcrepet, adducere curauimus: hoc enim non paruum ſupradictis difficultatibus lumen allaturum eſſe putamus. Cæterùm, de hoc negotio Auerroes in primo de ſubſtantia orbis. ſic loquitur: Natura huius ſubiecti, inquit, recipientiũ ſubſtantiales formas videlicet primæ materiæ, neceſſe eſt, vt ſit natura potentiæ, ſcilicet, quòd potentia ſit eius differentia ſubſtantialis. Quòd ſi ita eſt, vt dicit Auer: potentia ratione aut formaliter, non autem realiter differt ab ipſa materia. Idem ſentire videtur phil: 1. phy: tex: 60. Quoniam, inquit, aliquid oportet ſemper ſubijci quod ſit. Et hoc, licet ſit numero vnũ; tamen ſecundùm formam non eſt vnum, q. d. à forma quidem realiter, non autẽ à ſua potentia realiter diſtinguitur. Item, 5. phy: tex: com: 7. Et intelligo, ait phil. per ſubiectum, illud quod ſignificatur per affirmationem. ſubdit Commentator, & intelligo per non eſſe, non eſſe in actu: quod eſt eſſe in potentiá, proprium primæ materiæ, non negationem ſimpliciter; negatio enim ſimpliciter ſignificat non eſſe ſimpliciter, quod non recipit tranſmutationẽ. Eſt igitur ſecundùm phil. & eius Commentatorem, materia ens; non tamen in actu formali, cuius proprium eſt eſſe in potentia. Porrò, 12. met: tex: com. 11. cùm Commentator, tum etiam phil. contrarium ſentire videntur, nempè materiam primam eſſe multa in potentia, qua de cauſa, inquit, ſunt infinita, & non vnum: intelligentia eſt vna; ſi materia etiam fuerit vna: & illud erit in actu, quod materiæ fuit in potentia Vult narrare, ait Commentator, quòd quamuis materia prima ſit vna; tamen multa eſt in potentia, & habilitate: non enim quodlibet ens ſit ex qualibet potentia, ſed vnumquodque entium ſit ex eo, quod eſt in potentia, illud quod ſit, id eſt, ex potentia propria, ita quòd numerus potentiarum ſit, ſicut numerus ſpecierum entium generabilium. Et primo de gene: com: 22. Eſt enim, inquit, vna ſecundùm ſubiectum, & multa ſecundùm potentias, & habilitates ad recipiendum formas contrarias. Et com: 29. Prima materia eſt vna numero, potentia autem plura. Item 4. cœli com: 35. Iam enim declaratum eſt, inquit, materiam eſſe vnicam ſubiecto, plura autem habilitate. Et reuera, ſi agens eſt vnum, & materia vna, & vna quoq; potentia: vnus igitur ſemper eſſet effectus. vnde primi phyſ: com: 70. Et modus eſſentiæ materiæ primæ eſt, ait, quòd non ſit demonſtratum in actu, ſed eſt quaſi medium inter non eſſe ſimpliciter, & eſſe in actu, & accidit ſubſtantiæ eius, vt ſit in potentia omnes formæ, non quòd potentia eius eſt in ſubſtantia, ita quòd ſit pars diffinitionis; alioqui eſſe eius deſtrueretur ablatione potentiæ, & præſentia formæ in actu, ſcilicet ad quam habebat potentiam, vt reciperet. Diceret aliquis, quomodo accidit ſubſtantiæ materiæ eſſe in potentia, ſi potentia eſt eius differentia ſubſtantialis? Dico, Auerroem loqui de potentia, quæ eſt pars diffinitionis; illa enim, ſi materiæ eſſet ſubſtantialis, aduentu nouæ formæ deſtrueretur atq; periret. Itaq;, materiæ potentia duobus modis intelligi poteſt: vno quidem vt eſt abſoluta, quæ ſine aliquo delectu ad omne genus ſpeciemq; refertur, ac ad omne formæ quoq; indiuiduum: & hæc quidem eſt materiæ propria affectio, ac propria materiæ naturalitas, per quam ipſa egreditur ad formarum receptionem, & eſt ipſius dimenſio. Porrò, ab hac ratione tantum, non autem realiter ipſa materia diſtinguitur. Etenim, ideo materia eſt multa in potentia, quia eſt dimenſio interminata, & eſt multa per potentiam generalem. Amplius, dimenſio eſt proprium materiæ, & potentia eſt propria affectio materiæ: ſunt ergo idem. Potentia namq; materiam diuiſibilem, dimenſio autem, ad diuerſas formas recipiendas potentem reddit. Alia verò potentia vocatur re-

Auer: Potentia eſt differentia eſſentialis materiæ.

Phil. idem ſentit.

Contrarium.

Materia prima eſt multa in potentia.

Quomodo potentia accidit materiæ.

Propria potentia materiæ.

Potentia reſpectiua diſtinguitur realiter

De poten-
tia mater: *ſpectiua, quæ varium habet reſpectum; ſiquidem ad genus formarum, generalis: ad ſpe-*
1. *ciem verò, ſpecifica: ad indiuidua autem, indiuidualis eſt. Hanc autem à materia reali-*
ter diſtingui, affirmant nonnulli; hæc enim eſt relatio, illa verò eſt ſubſtantia. Profectò,
ſi poſſe ſanari (vt dicitur 3. phyſ:) comm: 10. & poſſe infirmari ſunt idem; tunc planè
ſanitas & ægritudo eſſent idem. ſed hoc eſt falſum: realiter ergo abinuicem diſtinguun-
2. *tur. Amplius, illa non ſunt idem realiter, quorum vnum manet, altero non manente,*
ſiue exiſtente. ſed potentia non manet, forma accedente, materia verò manet eadem:
non ſunt ergo idem, ſed diſtinguuntur realiter. Profectò, potens, ab ea re per quam po-
teſt, diſtinguitur realiter. ſed materia poteſt ſuſcipere formã potentia, ſiue per potentiã:
3. *differt ergo ab ipſa materia realiter. Amplius, reſpectus realis nõ eſt idem realiter cum*
aliquo abſoluto, alioqui non eſſet inter illa realis diſtinctio. ſed materia eſt aliquod abſo-
lutũ, vt pote ſubſtantia: potentia verò dicit reſpectũ, & ordinẽ realẽ ad formã: ergo quod
prius. Sanè, potentia & actus ſunt eiuſdẽ generis; potentia enim nõ eſt in genere niſi per
reductionẽ ad actum: ſi vnum ergo illorum differt realiter à materia, & aliud ſimiliter.
ſed forma differt realiter à materia: ergo & potentia ad formam. Adde, quòd illud,
quod numeratur in materia, ſecundùm ſpecificarum numerum formarum, à materia
realiter diſcrepat; materia enim eſt vna numero, & eadem omnium. ſed potentia eſt
huiuſmodi, ſicut ex ſupra dictis authoritatibus colligi poteſt. Potentia ergo materiæ re-
Soluuntur ra- *ſpectiua, ab ipſa materia realiter diſtinguitur. Dico potentiam materiæ realiter à ma-*
tiones: *teria non eſſe diſtinctam; ſiquidem, teſte Auerr: 12. met: com: 11. Materia per potentiam*
quæ eſt eius affectio, formas recipit generales, quibus mediantibus ſpecificas recipit, &
per illas indiuiduas qualitates elementarias, quibus receptis, quædam in materia rela-
tiones, ſiue reſpectus innaſcuntur ad formas elementarias, poſt quarum receptionem,
primus deſinit reſpectus: & alius ad formam mixti conſimilis, & homogenei conſurgit,
qua iam accepta reſpectus præcedens deficit, & ad formam mixti perfecti nouus qui-
dam exoritur. Similia quædam ab Auer: 1. phy: com: 70. ſcribuntur. ex quo patet poten-
tiam, quæ eſt materiæ affectio, à materia realiter non diſtingui, nec potentiam reſpecti-
1. *uam, niſi ratione tantùm. His ita elucidatis, ad primum argumentum reſpondeo cum*
Auer: primo cœli com: 120. vnam eſſe contrariorum potentiam reſpectu primæ mate-
riæ, diuerſas verò reſpectu ſubiecti proximi. Et com: 121. de potentiis ad contraria im-
mediata, ſic loquitur: Quemadmodum, inquit, impoſſibile eſt contraria inueniri inſimul
in actu; ita planè impoſſibile duas potentias, ad duo contraria, ſcilicet, immediata. ſed
potentiæ ſuccedunt ſibi inuicem vt contraria. Itaq; vna eſt materia, & vna eius potentia,
ſucceſſione autem diuerſa, reſpectu eorum, quæ in ipſa recipiuntur: reſpectu verò mate-
riæ, eadem, ſiquidem talis eſt illius potentia, vt ſine aliquo delectu recipere valeat omnes
formas: & hoc quidẽ dixerim de potentia primæ materiæ, ſubiecti remoti: ſecus autẽ res
2. *ſe habet de potentia proximi ſubiecti, quæ pro diuerſitate ſubiectorũ atq; formarũ, di-*
uerſa quoq; eſt potentiarũ conditio. Ad 2. dico, potentiam formæ receptiuã manere, ma-
teria manente, eamq́; perfici per formã actu inhabitantẽ: manet autẽ potentia priuatio-
3. *ne excluſa. Ad confirmationẽ, maior non eſt vera; ſiquidẽ in calore, calor potens calefa*
cere, & potentia eius calefactiua nõ diſtinguuntur: nec ergo materia & potẽtia eius re-
ceptiua, diſtinguuntur realiter. Ad 3. Potentia materiæ non dicit reſpectũ realem: nam
cùm potẽtia ſit materiæ differentia ſubſtantialis, ſi eſſet reſpectus realis; nõ eſſet alicuius
entis abſoluti receptiua. Ad confirmationẽ dico, potentiam obiectiuam & eius actũ, eiuſ
Quòd poten- *dem eſſe rationis & generis: per reductionem quidem, non autem potentiam ſubiectiuã,*
tia non ſit re- *eiuſq́; actũ. Ad aliam confirmationẽ de potentia reſpectiua, non video, quomodo poſſit*
ſpectus.
1. *eſſe realiter à materia ſeparata. Sanè, materiæ potentiam dicere reſpectũ ad formã, eſt*
impoſſibile: quod .n. nõ eſt in actu; nullius eſſe poteſt reſpectus realis in actu: reſpectus
ſiquidẽ eſt habitudo ad terminũ in actu: terminus autem naturaliter eſt prior quàm re-
ſpectus.

 De poten tia mate.

ſpectus.ſed forma,ante ſui in materia receptionẽ,nõ eſt in actu;materia nihilominus po-tentia ad ipſam exiſtente. Non eſt ergo potentia materiæ reſpectus ad formam. Item, ſi 2.
materiæ potentia eſt reſpectus realis: in materia ergo eſſent infiniti reſpectus numero in actu; materia namq; eſt in potentia ad infinitas formas, numero ſaltem: modò planum eſt,reſpectus numerari pro multitudine terminorum. ſed infinita in actu, hoc modo non dantur:ergo,&c. Iterum,ille reſpectus non eſt ſubſtantia,quia non eſt forma neq; compoſitum,neq; ipſa materiæ ſubſtantia;illa enim eſt vna,hi autem plures:eſſetq́; præterea reſpectus ad non ens, vtpote ad formã nondum exiſtentem. Eſt ergo accidens. Sed hoc tunc ſequeretur, nempe ex materia, quæ eſt ens in potentia, non fieri per ſe vnum cum forma,quæ eſt actus,ſed vnum per accidens, quod eſt falſum; ex materia enim & for- 3.
ma fit vnum per ſe,vt paulò antè 385. fol. Amplius,vel ille reſpectus eſt vnus vel plures: non eſt autem vnus,quia termini multiplicantur: neq; plures, aliter periret vnitas materiæ in transmutatione ſubſtantiali, nunquam planè eſſet vna materia plurium formarum:neq; eſt reſpectus ad formam in communi:reſpectus certè numero vnus,terminum habeat numero vnum ſignatum neceſſe eſt. Quòd ſi fuerit vnus ad formas in ſpeciali: manet ergo reſpectus in re & in actu,forma non manente, vel termino, quod planè eſt impoſſibile. ſi verò ad plures,materia,vt dixi,corrumperetur,vel deſineret eſſe,ſicut & 4.
forma. Adde,quòd materia ponitur fundamentum naturæ:non eſt ergo reſpectus extra intellectum in actu,potentiæ obiectiuæ oppoſitus. Quòd ſi materia dicat aliquod abſolutum;aut certè illud diſtinguitur ex natura rei, ab huiuſmodi reſpectu aut non: ſi non, habetur intentum,nempè materiam non dicere aliquod abſolutum, ab huiuſmodi reſpectu diſtinctum. Si verò eſt aliquod diſtinctum; illud certè diſtinctio realis non erit, Verior opinio
propter eas,quas ſupra diximus rationes. Itaq;, potentia quæ ſe tenet ex parte materiæ, biſariam intelligi poteſt:aut pro principio quo,receptiuo formæ; & ſic à materia extra intellectum non eſt diſtincta: ipſa namq;met materia per ſeipſam eſt in potentia receptiua formæ:quemadmodum forma per ſuam eſſentiam eſt actus potens informare materiam & eius complementum: alio modo poteſt accipi pro reſpectu quodam, vel ordine ad formam ſuſcipiendam;& ſic eſt reſpectus aptitudinalis ſiue actualis, qui planè Forma in potentia eſt potentia materiæ
eſt reſpectus rationis,& non realis. Aliis viſum eſt, formam in potentia eſſe potentiam materiæ: ſed quomodo poſſunt hæc fieri,ſiquidem forma in potentia non eſt aliquid reale extra intellectum, ſicut nec homo in potentia antequam creetur. ſed potentia mate- Rationes contrariæ.
riæ ad formam,eſt aliquid reale,quia eſt ipſamet materia realiter. Adde, quòd forma in potentia ſit forma in actu. ſed potentia materiæ non ſit forma,alioqui periret ſubſtantia eius,ablatione potentiæ & nouæ formæ ingreſſu. Amplius, quamuis idem poſsit eſſe in potentia obiectiua ad ſeipſum, non autem in potentia ſubiectiua: ſicut nec poteſt ſui-ipſius ſubiectum eſſe. ſed potentia materiæ,eſt potentia ſubiectiua:forma ergo in potentia,non eſt potentia materiæ ad formam. Materia inſuper appetit formam, fruſtra autem appeteret potentiam ſibi inhærentem, imò ſeipſam: forma ergo in potentia non eſt potentia materiæ: ſed quonam modo materia appetat formam, deinceps nobis erit diſſerendum. Quid ergo ſit potentia materiæ, & an aliquo modo diſcrepet ab ea, dixi.

CAP. II.

Materia appetit formam.

QVid ſit materia, & quæ illius potentia, dixi: placet modò inueſtigare, quidnã ſit illius appetitus; vnicuiq; namq; rei creatæ ineſt naturalis appetitus ſuæ perfectionis habendæ. Sanè,hæc eſt perfectio diuina ſecundùm Commentatorem.1. phyſ:com: 81. cui omnia entia appetunt aſsimilari, & ex qua appetunt,acquirere ſecundùm quod natura eorum poteſt recipere.Itaq; Omnia appetunt aſsimilari deo.

De appetitu materiæ: re.Itaq; materia ſecundùm quod accidit ei priuatio, innata eſt appetere ſe aſſimilari
primo principio,quoâd illi eſt poſſibile:& hoc eſt appetere receptionem formæ. Et ex-
Auerr. ponens illud phil.2.de anima.com:34.Actio,inquit phil. quæ eſt magis conueniens omni
Philoſ. viuenti,ex eis quæ ſunt perfecta,& uon habent occaſiouem,neq; generantur caſu per ſe,
eſt,vt agat aliud ſimile; animal enim facit animal, & planta facit plantam: ita quòd
habent communicationem cum ſempiterno diuino,ſecundùm ſuum poſſe: omnia enim il-
lud appetunt, & illius cauſa agunt omnia, quæcunq; agunt ſecundùm naturam. Solici-
Auer. tudo planè diuina(teſte Commentatore ibidem)cùm non potuerit facere ipſum genera-
bile viuum corruptibile permanere ſecundùm indiuiduum, miſerta eſt in dando ei vir-
tutem,qua poteſt permanere in ſpecie. Et hoc non eſt dubium, ſcilicet quòd melius ſit in
ſuo eſſe,quod habeat iſtam virtutem,quàm non habere; omnia enim deſiderant perma-
nentiam ſempiternam, & mouent erga ipſam ſecundùm quod innata eſt natura eorum
ad recipiendum: & propter hunc finem agunt omnia, quæ agunt naturaliter. Et 2.cœli
Philoſ: tex: com: 64. Nobile perfectum,inquit phil. eſt vnum,non indigens operatione, quæ ſit
nobile: & quædam ſunt ei propinqua pauca actione, quædam verò multa operatione;
Auerr. omnia enim entia,ait Commentator ibidem, non intendunt per ſuas operationes, niſi vt
aſſimilentur perfectè nobili,quod eſt deus:ſecundum quod in natura eorum eſt acqui-
rere dei aſſimilationem.Et 12.met: com: 37. Vnumquodq; deſiderium habet aſſimilandi
primo enti,ſicut amans vt aſſimiletur amato. Cùm ergo hæc ita ſe habeant; non temerè
dictum eſt à phil. loquente de deſiderio materiæ,ſic materiā appetere formam. Argu-
Auicennæ rationes. it Auicenna contra phil. ſententiam hoc modo: Materiæ aliquis appetitus vtpote anima-
lis conuenire non poteſt;cùm à ratione animalis quàm longiſſimè abſit. Nec etiam ap-
1. petitus naturalis; omnis enim huiuſmodi appetitus,aut propter formam ſit, aut propter
virtutem inclinationemq; naturalem: planta namq; ad nutrimentum mouetur, & graue
deorſum:quorum neutrum materiæ minimè congruit. Adde, quòd ſi materia appetat
2. formam;aut certè,quia omni prorſus forma caret, quod planè in rerum ordine uon in-
uenitur: aut quia multas ſecum formas ſimul habere deſiderat: & hoc quoq; fieri non po
teſt: aut quia odio proſequitur formam ſecum habitantem: & iſtud etiam paris eſt dif-
Solutio. ficultatis.Dico cum Commentatore,materiam appetere formam, qui profectò appetitus
Auerr. id ſequitur,quod ipſa materia habet de motu ad formam. Vult ergo Auerroes, materi-
am appetere formam, uon quidem appetitu animali aut rationali, ſed naturali. Quoni-
am autem omnis appetitus ſequitur formā, aut aliquid ſe habens,vt forma; hanc ob cau
ſam ait,materiam non per ſuam uaturam appetere formam,ſed per illud,quod habet de
Appetitus materiæ quid ſit. motu ad formam.Quid autem ſit iſte motus ad formam diuerſimodè à diuerſis exponi-
tur: quidam enim vocant,materiæ tendentiam ſeu inclinationem, idoneitatem vel ordi-
nem ad formam:& hoc dicunt eſſe principium motus materiæ ad formam. Alij vocant
appetitum naturalem paſſiuum,qui profectò eſt ipſa inclinatio, ſiue ordinatio ad for-
mam. Sed tunc dubium eſſet,an pari facilitate, materia quoq; priuationem appeteret:
potentia namq; merè paſſiua,vt ſcribitur 9.met:com:17.æqualiter ſe habet ad eſſe,& non
eſſe. Si ergo materia ſit mera poteſtas patiendi;nou magis certè propenſa erit ad formæ
priuationem,quàm ad illius acquiſitionem procurandam. Dici poteſt ex vna parte cum
Themiſtius. Themiſtio aſſerente,materiæ motum à diuina proficiſci intelligentia: Profectò, inquit,
veriſſimum puto,quod dicitur,prouidentiam fuiſſe,quæ & turpi deſiderium honeſtatis,
& egenti opulentiæ quantùm ſit ſatis iniecerit.Ex iniecto igitur supernè deſiderio, ma-
teria appetit formam. Porrò,opus naturæ,vt dicitur 12.com.18. eſt intelligentiæ non er-
rantis:materia igitur extrinſecus mota à ſuperiori intelligentia, & ex alia parte per in-
trinſecum appetitum,hoc eſt,per illud quod habet de motu ad formam,nempè per qua-
litatiuam atq; quantitatiuam diſpoſitiouem, ſine qua materia nihilomagis ad formam
6. quàm ad priuationem inclinationem haberet, appetit formæ conſortium. Ad aliud A-

De appetitu mater.

uicennæ argumentum dico, materiam hoc appetitu omnes formas appetere: non quidem ſimul, ſed alternatim: in cauſa autem eſt, quia poſt formæ receptionem, materia in potentia ſemper remanet ad aliam: non ergo ex odio alterius ſibi inhærentis, ſed ex deſiderio abſentis, ad quam innatam, atq; inexplebilem habet naturam, nouas ſemper appetit formas. Sanè, vnumquodque ens perfectibile: ſuam appetit perfectionem. ſed materia eſt ens perfectibile: appetit ergo formam, quæ eſt ſua perfectio. Reuera, materia in quantum eſt ens in potentia inclinatur ad formam, vti ad ſuam perfectionem: vnum certè quodque; vt dixi, perfectibile, natura ſuam perfectionem deſiderat: Naturali ergo appetitu illam deſiderat. Appetitus autem naturalis eſt inclinatio rei ad ſuam perfectionem; ſic enim vnicuiq; innatum eſt deſiderium ſuæ perfectionis habendæ. Porrò, Auicenna arbitratus eſt, appetitum naturalem, virtutem ſeu qualitatem eſſe additam rei, eamq; naturaliter, hoc eſt, ſine præcognitione, ad bonũ ſuum tendere: hanc ob cauſam, ignem, leuitate aſcendere: lapidem verò grauitate deſcendere; leuitas enim ſecundùm Auicennam, eſt appetitus naturalis in igne, & grauitas in lapide.

Auicennę deceptio.

At cùm materia præcisè ſumpta, non ſit aliqua virtus addita, quonam modo materia appetat formam, ſe non intelligere, apertè profitetur: verùm ſi mentem phil. percepiſſet; non vſq; adeo rem intellectu difficilem iudicaſſet: Appetitus namq; naturalis apud phil. non dicit formam aut virtutem rei eſſentiæ additam, ſed ordinabilitatem potiùs rei in finem, atq; in ſuam perfectionem habendam.

Appetitus naturalis quid ſignificet apud philoſ:

Quoniam autem materia ordinatur ad formam, vti ad ſuum actum, ſuamq; perfectionem; idcirco dicitur, quòd materia naturali appetitu, formam appetat: non quia faſtidio illi ſit forma, quam habet: aut tædio aliquo circa ipſam afficiatur: ſunt enim huiuſmodi conditiones animalis appetitus propriæ, aut quia cupiat ſimul plures habere, quandoquidem deſiderium naturæ legitimè iudicantis non ſit ad impoſſibile: formas autem contrarias, præcipuè ſpecificas ſimul poſſidere non poteſt. ſed potiùs in cauſa eſt, vt dixi, quia materia ſemper eſt in potentia ad nouas formas ſuſcipiendas; nulla enim forma totam illius potentialitatem explet penitus atq; complet. Etenim omnium eſt formarum inferiorum receptiua: ſicuti lignum artificialium.

Quare appetit nouam formam.

Patet ergo, quare materia nouæ deſiderio formæ ſemper teneatur. Dicis, quonam modo materia appetat deo ſimilis eſſe? Reſpondeo, materiam diuinam appetere ſimilitudinem, quadam proportionis ſimilitudine, ad quam mediante forma, pertingere poteſt; per formam enim naturalem eſt in actu, atq; operatione, in quo quædam diuinæ ſimilitudinis proportio conſpicitur; deus enim eſt purus actus ac ſimplex, & perpetua operatio.

Quomodo appetit dei ſimilitudinem.

Itaq;, forma eſt quid diuinum, quatenus eſt materiæ actus atq; perfectio; quatenus verò eſt finis, eſt optimum quid, atq; appetibile: ſicut fœmina appetit maſculum, id eſt, maſculinitatem, & turpe bonum, id eſt, pulchritudinem καλον pro pulchro accepit. materia autem, & turpis, & fœmina nominatur, ob maſculinitatis priuationem atq; carentiam.

Fœmina appetit maſculum.

Appetit autem ſuam perfectionem, & per accidens ſuiipſius deſtructionem: veluti ignis, ſuiipſius conſeruationem appetendo in oleum agit, & ſic tandem ſuam corruptionem machinatur. Per accidens, inquam, quoniam materia non eſt omninò idem, quod ipſa priuatio; alioqui appetens formam, per ſe appeteret ſuiipſius corruptionem; ad præſentiam enim formæ ſequitur priuationis abſentia. Dicis, an priuatio ſit cauſa appetitus materiæ? Dico, priuationem bifariam intelligi poſſe: vno quidem modo pro pura formæ carentia, ſicq; nullius eſſe appetitus cauſam, ſiue rationem; quod enim omninò non eſt, nullius poteſt eſſe cauſa: alio autem modo, pro illo motu, quem habet materia ad formam, atq; ita priuationem, proximam eſſe materiæ diſpoſitionem, affirmo, cauſamq; appetendi.

Priuatio cauſa eſt appetitus.

Sanè, eodem modo priuatio eſt cauſa appetitus; quo planè eſt cauſa motus materiæ ad formam. ſed materia non appetit formam, niſi per illud quod habet de motu ad formam: priuatio igitur, hoc modo eſt cauſa appetitus materiæ: cùm autem ille motus nunquam redeat in materiam idem numero: nec ergo idem appetitus, eademq; priuatio. Dicis, an aliquod

Si aliquis poteſt appetere ſemper permanere.

De appetitu materię

indiuiduum poßit appetere naturali appetitu, ſuiipſius æternam permanentiam? Sanè, impoßibilium nulla eſt appetitio. ſed indiuiduum corruptibile perpetuari eſt impoßibile. ſecundùm principia naturæ, quæ nobis cognita ſunt: igitur non eſt appetibile. Dici poteſt pro inconuenienti haberi non poſſe, appetitionem eſſe impoßibilium, modò illa impoßibilia, ſub aliqua ratione conditioni, ſiue deſiderio conueniant appetentis; ſic enim non eſt impoßibilium, cùm aliqua ex parte attingi poßit, nempè in eſſe ſpecifico, non autem in eſſe indiuiduali. Dicis, ſi appetitus ſit idem cum ipſa materia appetente? Reſpondeo, idem planè eſſe ſubiecto, differre autem ratione; materiæ enim competit appetitus, etiam omni alio accidente circumſcripto: ſemper enim materia per ſe eſt imperfecta, & carens forma: ideoq́ naturaliter, atq́ perpetuò appetit formam: non eſt ergo materiæ accidens extrinſecus adueniens, quod illi perpetuò ineſt, ac ſuam maximè pateſacit naturam. Adde, quòd appetitus materiæ, vt dixi, eſt appetitus naturalis, qui non diſtinguitur realiter ab eſſentia rei, nec dicit potentiam, vel actum additum eſſentiæ: ſed eſt ipſamet rei eſſentia, tenditq́ ad ſuum proprium finem, ſuamq́ perfectionem obtinendam.

Si appetitus ſit idem cum re appetente.

Appetitus naturalis.

Senſitiuus.

Non ſic autem ſe habet appetitus ſenſitiuus, qui eſt potentia animæ, qua animal tendit in bonum ſibi conueniens, per ſenſum apprehenſum, fugitq́ malum, quod ſibi aduerſari cognoſcit. Naturalis ſiquidem rei naturam, ſenſitiuus verò, ſenſum ſiue cognitionem ſenſitiuam ſequitur: & diuiditur per iraſcibilem & concupiſcibilem. Intellectualis autem ſequitur intellectum ſiue cognitionem intellectiuam: & voluntas nominatur ſeu appetitus liber, quo anima appetentis potens eſt ad oppoſita. Hic autem appetitus eſt potentia animæ, ſiue natura intellectiuæ, qua tendit in bonum, & refugit malum, quatenus per intellectum apprehenditur. Naturalis in qualibet natura inuenitur, & in ipſo quoq́ ſenſu & voluntate, vt ſunt quædam naturæ, quæ ad ſuas inclinantur, tenduntq́ perfectiones: ſenſitiuus in animali tantùm: intellectiuus verò in natura rationali atq́ intellectuali, de quibus in ſexto libro diſputaui. Quomodo ergo materia appetat formam, & quis ſit materiæ appetitus, breuiter me dixiſſe, puto.

Intellectiuus.

CAP: III.

Materia vnde cognoſcitur.

Dixi paulò antè nonnulla de modo, quò ipſa materia cognoſcitur, non quidem ex profeſſo. ſed incidenter potiùs; hac de cauſa paulò copioſiùs de hoc negotio nobis erit diſputandum, nec temerè quidem: iuſtum enim eſſe arbitror, poſteaquam audiuimus, materiam aliquod per ſe eſſe poßidere, aliquem deniq́ appetitum atq́ potentiam, modum non ignorare, quo à nobis intelligitur. Decimo met: tex: com: 24. de hac re ſic loquitur philoſophus: Materia negatione cognoſcitur, 1. phyſ: comm: 69. Subiecta quidem natura ſcibilis eſt per analogiam ad formam. 7. met: com: 35. Materia ſecundùm ſe eſt ignota, quia non habet quidditatem in actu, ait Commentator 1. phyſ: com: 69. Actus autem, qui eſt quidditas eſt ratio, ob quam aliquid eſt intelligibile. Naturalis cognoſcit primam materiam per transmutationem ſubſtantialem, per analogiam quam habet ad formam: proinde 7. met: com: 7. dicitur, quòd materia ſit velut æs, quod per reſpectum quem habet ad ſtatuam cognoſcitur. Et reuera, eſſe primæ materiæ, teſte Commentatore 1. phyſ: com: vlt: & 7. met: com: 9. via tranſmutationis à naturali cognoſcitur. Porrò à diuino, qui eam contemplatur, vt eſt ens, & ſubſtantia per cuiuſq́ formæ ac priuationis negationem, intelligitur. Etenim, intellectus innatus eſt adunata in eſſe diuidere, ait Commentator 12, met: com: 39. ſicuti diuidit materiam à forma, hoc autem modo materia intelligitur eſſe vna numero, vnitate vtiq́ numerali priuatiuè, non autem poſitiuè, ſicut Mercurius dicitur vnus numero ab vna forma ſibi dante vnitatem, ſed per carentiam formæ talem ſibi vnitatem largientis:

Materia cognoſcitur negatione.

Naturalis.

Diuinus.

ſicq́

Materia vnde cognoſcitur

ſicq́ materia dicitur vna numero, cuius conſideratio ad primum philoſophum pertinet, ſiquidem materia ſic intellecta, in mente tantùm eſſe obtinet; nam extra animam, ſine omni prorſus forma inueniri, eſt planè impoßibile: quod enim non eſt in actu, eſſet in actu. Porrò, intellectus quia altior virtus eſt quàm natura: & multa poteſt diuidere, quæ natura non poteſt, teſte Commentatore 12. meta: com. 14. per omnium propemodum formarum priuationem, materiam intelligere poteſt. Itaq́, naturalis cognoſcit materiam per relationem ad formam; materia enim authore phil. 2. phyſ: com: 26. relatiuè dicitur ad formam, vnde Commentator 7. met. com. 9. ait, materiam cognoſci à naturali, quatenus eſt tranſmutationis principium, quæ profectò conſideratio eſt relatiua; conſideratur namq́ à naturali limitatè, vt eſt ens in potentia, habet certè entitatem diminutam, ac potentialem, quia nimirum per ſe non poteſt exiſtere: ille ergo modus quo naturalis intelligit, eſt proprius, & adæquatus materiæ, tametſi in relatione conſiſtat.

Naturalis cognoſcit per relationẽ ad formam.

Quoniam autem materia in prima ſua notione, eſt ens per ſe, quia eſt ſubſtantia; hac de cauſa ſub rationibus abſolutis, atq́ tranſcendentibus nempè entis, & ſubſtantiæ, à diuino intelligitur. Patet ergo, quare diuerſimodè phil. locutus ſit, materiam ſcilicet per analogiam ad formam, & per omnium formarum negationem cognoſci.

Diuinus intelligit abſolutè.

Cæterùm, cognitio quæ per analogiam fit à Platone illegitima nominatur; quippe quæ non fiat per abſtractionem formæ, ſed per negationem potiùs. ſimiliter etiam locutus eſt Pythagoricus Timæus, quoniam eſt per negationem formæ ab ipſa materia, non autem per ſimilitudinis abſtractionem à re, quæ intelligitur; intelligentem enim oportet formam à materia remouere, ſicq́ informe ſubiectum in potentia intelligere: per formæ ergo negationem.

Plato. Timæus.

Verùm nonnulli aiunt, materiam intelligibilem eſſe terminatiuè, & per accidens, non autem motiuè: motiuè namq́ per ſe putant eſſe ens ſenſibile, nempè formam, vel habens formam: terminatiuè verò, quidquid intellectus operationem terminare poteſt. ſed materia eſt huiuſmodi: ergo &c.

Motiuè materia eſt intelligibilis.

Sanè, quicquid continetur ſub obiecto per ſe intellectus, eſt per ſe intelligibile. ſed materia continetur ſub ente, quia eſt ens, & non purum nihil: per ſe ergo eſt intelligibilis. Reuera, omne quod eſt in aliquo actu, eſt per ſe intelligibile. ſed materia eſt in actu entitatiuo ſaltem, licet non ſit in actu ſpecifico: per ſe ergo ab intellectu intelligitur. 1.

Amplius, materia eſt pars quidditatis, vt poſtea dicetur: igitur per ſe eſt intelligibilis. 2. *Adde, quòd intelligibilitas ſit propria paßio entis. ſed materia eſt ens, diſtinctum à forma, ſicut ſupra dictum eſt: per ſe ergo terminatiuè eſt intelligibilis.*

Solutio.

Porrò, ad huiuſmodi rationes ſic reſpondere valemus: & ad primam quidem dicimus, obiectum per ſe intellectus eſſe ens ſenſibile, vel habens ens ſenſibile ſed materia non eſt ens ſenſibile, niſi ratione formæ, aut ſubſtantiæ compoſitæ: ergo &c. 1. *Tota vis iſtius argumenti in hoc maximè conſiſtit, ſi materia ſit per ſe ens, hoc conceſſo; ſine dubio aliud quoq́ eſſet concedendum, nempè, materiam eſſe per ſe intelligibilem. Vtrum autem materia ſit ens per ſe, paulò antè ſatis copioſè abundèq́ à nobis diſputatum eſt. Ad confirmationem eodem modo reſpondendum eſt, materiam ſcilicet non eſſe ens ſenſibile, proinde nec poſſe mouere intellectum, quia non eſt in actu ſenſibili: mouere autem & terminare intellectum, idem eſt apud Peripatheticos.*

Ad 2. Materia non eſt pars quidditatis, niſi per accidens, quatenus ſcilicet vehiculum eſt formæ, quæ eſt tota quidditas. 7. met: com: 34. 21. & 43. vbi Commentator videtur ſentire, materiam non eſſe partem quidditatis, tametſi ſit pars eſſentialis compoſiti: in rebus namq́ generabilibus compoſitis ex materia & forma, vt ſcribitur 3. de anima tex: com: 9. multum intereſt inter eſſentiam & quidditatem: ſic etiam ſentiunt Themiſtius & Alexander: Auicenna autem tractatu 5. ſuæ met: opinatur, formam non eſſe totam quidditatem, ſed de hoc poſtea. 2.

Materia non eſt per ſe intelligibilis.

Ad confirmationem dico, intelligibilitatem per ſe enti competere, ens autem propriè dicitur, quod per ſe mouet intellectum. ſed materia non poteſt per ſe mouere intellectum: igitur non eſt per ſe intelligibilis. Sanè, omne per ſe intelligibile eſt in actu vel eſt actus. 9. met: tex: com: 20.

Materia eſt pars quidditatis.

ſed materia nec eſt actus, nec habens actum: igitur non eſt per ſe intelligibilis. Profectò,
omne per ſe intelligibile, per ſe ipſum, aut per ſua accidentia moueat ſenſum neceſſe eſt:
alioqui per ſe intelligibilis rationem amittit. ſed materia per ſeipſam ſenſum mouere non
poteſt, quemadmodum neq; per ſe eſt in actu, neq; per propria accidentia, quia ſicuti non
2. habet propriam formam; ita etiam nec propria accidentia: ergo quod prius. Amplius,
materia eſt ad aliquid 2. phyſ: tex: com: 26. igitur non eſt per ſe intelligibilis, ſinè eo, nempè forma ſeu ſubſtantia compoſita, ad quam refertur. Adde, quòd materia non poteſt
producere phantaſma, alioqui per ſe poſſet mouere ſenſum: igitur non poteſt ab anima
abſolutè intelligi; anima enim ſine aliquo phantaſmate, nihil intelligit. Ad hæc & ſimi-
Solutio. lia reſpondent illi, hæc argumenta vera eſſe de intellectione motiua, quæ procedit ab actu, vel ab eo quod habet actum, non autem de intellectione terminatiua, quæ materiæ
tribui poteſt, etiamſi non habeat actum ſpecificum; continetur enim ſub ente, quod eſt
Varius modus intelligendi. primum intellectus obiectum, deinde habet actum entitatiuum, eſt ſubſtantia, & pars
eſſentialis compoſiti: poteſt ergo terminare actum intelligendi, ſicut priuationes; eorum namq; quæ ab intellectu percipiuntur, quædam tum in intellectu, tum etiam in ſenſibus proprias ſpecies producunt, veluti ſunt ſenſibilia omnia. Alia verò, vt eſt prima
materia, nō facit propriā ſpeciem aut phantaſma, neq; in ſenſibus, neq; in intellectu, quia
non eſt ens completum; continet tamen aliqua, quibus mediantibus, terminat actum intelligentis. Alia intelliguntur per proprias eſſentias veluti ſunt ſpecies intelligibiles, actus intelligendi, & ipſamet intellectus phantaſmata. Quædam, vtpote ſubſtantiæ ſeparatæ, nec ſpecies habent, nec ex contentis conceptus faciunt: ſed ad ea ordinem quendam
Quomodo per accidens eſt intelligibilis. habent, quæ conceptus vel ſpecies facere poſſunt, & per eaſdem intelligi vtpote per effectus. Itaq;, materia per ſe eſt intelligibilis, terminatiuè tamen. Amplius, materia dicitur
intelligibilis per accidens, quoniam intelligitur per formam corporis naturalis, & per
ſpeciem abſtractam à forma ſenſibili: ſpecies autem quæ abſtrahitur à corpore naturali, quæ eſt ſubſtantia compoſita, per ſe quidem ſubſtantiam compoſitam, per accidens
verò materiam repræſentat, quæ proportione ita ſe habet ad formas ſubſtantiales; vt corpus naturale ad artificiales atq; accidentia: ſpecies quoq; quæ à forma abſtrahitur ſenſibili, per ſe primò, formam, per accidens autem formæ vehiculum, materiā ſcilicet repræſentat. Non temerè ergo à Simplicio huiuſmodi cognitio vocata eſt illegitima, ſicuti à
Platone & Pythagorico Timæo. Quomodo ergo materia ſit intelligibilis, & qualis illius
cognitio ſit, breuiter dixi.

CAP. IIII.

Materia an ſit pars quidditatis.

QVoniam polliciti ſumus hanc enucleare quæſtionem, dum Auicennæ ſententiam adduceremus, par eſt atq; æquum nos ſtare pollicitis, præſertim
Auerrationes cùm de huiuſmodi negotio præclariſſimi viri variè diſputârint. Et inprimis Auer: 7. met: com: 21. & 34. materiam non eſſe partem quidditatis naturalis, ſed vehiculum potiùs quidditatis, apertè profitetur: Eſſentia, in-
1. quit, rei, eſt ſubſtantia rei quidditatem declarans. ſed materia non eſt ſubſtantia declarans quidditatem rei, cùm ex ſe ſit ignota. 1. phyſ: tex: com: 69. non ergo eſt alicuius declaratiua, nec per conſequens pertinet ad rei quidditatem. Item, ſi quidditas hominis
2. eſſet homo compoſitus ex materia & forma; tunc planè quidditas hominis haberet quidditatem: & ſic quidditatis eſſet quidditas; quæcunq; enim ſunt idem, quidquid habet
vnum; habet & reliquum: ſi ergo quidditas hominis, & homo compoſitus ſunt idem, cùm
homo compoſitus habeat quidditatem; ſequitur, quidditatem hominis habere quiddita-
tem,

tem, quod eſt falſum: ergo quod prius. Quia ergo quidditas hominis eſt homo tantùm Materia
ſecundùm formam, & forma non habet quidditatem, cùm ſit ipſa quidditas, compoſi- eſt pars
tum verò quidditatem habeat, quia nimirum habet formam; ideo non proceditur in in- quiddita-
finitum. Sola ergo forma, ſecundùm Commentatorem, eſt tota quidditas ſubſtantiæ com- tis.
poſitæ: atq; ita quidquid eſt, quod eſt diffinitionis ſignificatum ſoli conuenit formæ: ma- Sola forma
teria verò, quia eſt vehiculum deferens ipſam quidditatem, licet non ſit pars quiddita- eſt quidditas.
tis; eſt tamen pars naturæ compoſitæ. Amplius, philoſophus ſoli formæ quidditatem 3.
conceſſit: igitur forma tantùm eſt quidditas. 7. met: tex. 10. Quoniam, inquit, in principio
diuiſimus, quomodo determinauimus ſubſtantiam: & horum quidem vnum videtur eſſe
quodquid erat eſſe, ſpeculandum eſt de ipſo, & per quodquid erat eſſe, formam intel-
ligit: forma ergo ſola eſt ipſa quidditas. Item, tex: 11. Quod autem, inquit, vt ſpecies
& forma, quod quid erat eſſe. Et 2. de anima, tex: 8. ait, animam, quam conſtat eſſe
formam, eſſe quodquid erat eſſe corporis. Et 2. phyſ: tex: comm: 28. partes diffinitionis
in genere cauſæ formalis collocauit. vnde 10. met: tex: com: 25. ait, marem & fœminam
non variare ſpeciem, quia ſunt differentiæ materiales. Et reuera, materia eſt cauſa cor-
ruptionis, ſenſibilitatis; quidditas autem eſt eſſentia rerum incorruptibilis, inſenſibilis:
differunt ergo abinuicem. Præterea, 3. de anima comm: 9. diſtinxit eſſentiam à quid- 4.
ditate in rebus corruptibilibus, & generabilibus, exponens textum ſic loquentem: In
quibusdam idem eſt caro, & carnis eſſe; in entibus namq; ſimplicibus idem eſt quid-
ditas, & eſſentia: ſic eſſe carnis eſt idem cum carne; quia intentio carnis in eis, non eſt
in materia. In compoſitis autem ex materia & forma, ſola forma eſt quidditas; quia i-
pſa eſt obiectum intellectus, quippe cùm vniuerſale ſit obiectum intellectus. forma au-
tem, vt dicitur 1. cœli, comm: 92. eſt ſubiectum vniuerſalitatis: Materia autem, vt di-
cit Commentator 12. met: comm: 14. non habet alicuius vniuerſalis intentionem aliquam
intellectam ab ea; ideoq; ſecundùm ſe eſt ignota 7. met: comm: 35. ac proinde non eſt
quidditas, nec pars quidditatis: tametſi prima materia ſit eſſentia alia ab eſſentia for-
mæ. 1. cœli, comm: 92. Et 8. phyſ: comm: 12. vnde à Commentatore 1. phyſ: comm: 5. ma-
teria & forma appellantur partes ſecundùm qualitatem. Ex his ergo patet, quomodo
materia non ſit pars quidditatis. Amplius, quidquid eſt principium per ſe eſſendi 5.
compoſiti habentis quidditatem, eſt illius per ſe quidditas. 7. met: comm: 20. ſed ſola
forma eſt principium per ſe eſſendi. 2. met: comm: 22. & 53. Materia verò eſt per ſe
principium non eſſendi; quia eſt id, quo res poteſt non eſſe: forma verò, vt dicitur 7.
met: comm: 37. eſt pars, quæ cùm fuerit, erit res. Sola erga forma eſt cauſa, qua com-
poſitum habet quidditatem: per materiam autem habet non eſſe. Adhuc, id non eſt 6.
pars quidditatis, per quod ipſum compoſitum diffinibile, eſt ſenſibile, & non intelligi-
bile. ſed per materiam, compoſitum eſt ſenſibile, per formam verò eſt intelligibile, vt
dicitur in lib: cœli. Et 1. met. comm: 27. ergo quod prius: Adde, quòd illud eſt prin-
cipium quidditatis 1. met: comm: 29. & 12. met: comm: 14. quo ipſum diffinibile, vniuer
ſalitate participat. ſed forma eſt huiusmodi, materia autem ſingularitate potiùs parti-
cipat: forma ergo eſt tota quidditas compoſiti. Item, quidditas (vt dicitur 12. met: 7.
comm: 14.) eſt vniuerſale. ſed materia eſt ſingulare, quia eſt vnum numero in ſpecie
materiæ; alioqui ſi eſſet hac materia alia ab illa; hoc profectò contingeret propter for-
mam, & accidentia, quibus ipſa materia ſuapte natura caret: propriè ergo, atq; per ſe,
ipſa materia non eſt quidditas, nec pars quidditatis. Ad hæc ſolent nonnulli ſic reſpon- Solutio.
dere: & ad primum, negant minorem: nam etſi materia ſolitariè ſumpta ſit ignota; for- 1.
mæ tamen ſpecificæ, ſiue genericæ coniuncta, declaratiua eſt alterius. Ad 2. negant 2.
quidditatem hominis habere quidditatem. Et cùm probatur: Si aliqua duo &c. Aiunt
hanc propoſitionem non eſſe vniuerſaliter veram; alioqui eadem facilitate ſequeretur:
quòd ſicut genus habet differentias; ita differentia habeat differentiam: genus enim

Materia. eſt pars quidditatis.

& differentia ſunt eſsentialiter idem. ſed hoc eſt falſum : ergo &c. Ad 3. & quæ ſe-
quuntur, vnica reſponſione ſolui poſſunt, videlicet formam eſſe principaliorem partem
quidditatis, atq; ideo interdum à philoſopho appellari quodquid eſt ; non ob id tamen ab
3. eodem negari, materiam partem quidditatis eſſe. Nam 2. phyſ: tex: com: 27. materi-
am, naturam appellat. ſed id, quod eſt pars humanæ naturæ, eſt pars quidditatis hu-
manæ, quia natura & quidditas ſunt idem : materia ergo eſt pars quidditatis. aliter in
ſorte eſſent duæ naturæ partiales, quippe, quæ non eſsent partes alicuius naturæ, quod
planè falſum eſt, atq; impoſsibile. Amplius, primo met: com: 7. & 8. met: tex: com:

Materia eſt pars quidditatis.

1. 15. & 16. cauſam aſsignans, quare diffinitio compoſitorum ſit vna ; quia, inquit, ex actu
2. & potentia natum eſt fieri vnum: quidditates autem ſimplices ſeipſis habent vnitatem,
eò quòd ſint formæ tantùm. Itaq;, ſi ſubſtãtia, ſiue eſſentia, aut quidditas ſubſtantiæ cõpo
ſitæ, eſſet ſola forma; non opus fuiſſet philoſopho. cauſam edicere, quare diffinitio ſit v-
na: forma enim ſeipſa eſt vna. Eadem ſentit 9. met: comm: 22. In compoſitorum, inquit,
non in ſimplicium quidditatibus accidit error, idq; propter multitudinem partium, ex
quibus conſtant. Patet ergo eſſentiam compoſiti, eſſe compoſitam, & non ſimplicem tan-
tùm : & quidditatem materialis ſubſtantiæ, à quidditate ſubſtantiæ ſeparatæ plurimùm
3. diſſentire ; illa enim eſſentialiter ſimplex eſt, hæc autem eſsentialiter compoſita. Am-
plius, inciſio, vt dicitur 7. met: comm: 13. non pertinet ad diffinitionem, ſed quæ ſillabæ
ad eam, quæ eſt elementorum, at, elementa pertinent ad materiam. Senſus eſt, ſi ſilla-
ba diffinitur per elementa, ex quibus componitur : elementa autem reſpectu ſillabarũ,
cauſæ materialis partem obtinent 2. phyſ: tex: com: 31. materia igitur ſpectat ad quid-
ditatem diffiniti. Adde, quòd ſi ſola anima non ſit totum animal : igitur non eſt tota
quidditas. Parabola præterea Platonis non ſe rectè habet : non enim eſt ſimile de circu-
lo, & homine : ſuperfluum enim eſt materiam auferre à quidditate rerum : quædam
namq; ſunt hoc in hoc, id eſt, forma in materia, ſicut in naturalibus. Materia ergo ſpe-
4. ctat ad quidditatem compoſiti. Adhuc, 8. met: tex: com: 6. laudantur à philoſopho
qui in diffinitione cùm materiam, tum etiam formam collocant. Et 9. com: affirmat o-
mnem diffinitionem habere quid, & quale : & neceſſe eſſe, vt vnum ſit, vt materia, al-
terum verò vt forma : materia ergo non eſt remouenda à quidditate compoſiti. Quòd
ſi ita non ſe haberet ; ſententia philoſophi non rectè pugnaret, aduerſus Platonem. Ete-
nim, ſi ſola forma eſt quidditas : idea ergo eſt diffinibilis, cùm ſit forma tantùm. Ad-
de, quòd 7. met: com: 33. ratio omnis, partes habet, & ſicut partes rationis ad rationem;
ita partes rei, ad rem ſe habent. ſed omnes partes rei, totam rem exprimunt : ſic igitur
omnes orationis partes, totam rationem rei. ſed tota ratio rei, eſt ipſa quidditas : ad il-
lam ergo cognoſcendam, neceſſaria eſt omnium partium cognitio. Præterea, quiddi-
5. tas eſt forma totius, quæ in ſui ratione, formam partis, & materiam complectitur, &
ex ambarum vnione conſurgit : materia ergo ſpectat ad quidditatem. Sanè, anima in
homine eſt forma partis, humanitas verò forma totius, quæ reſultat ex vnione formæ
partis cum materia : & differt à forma partis, ſicut compoſitum à ſimplici. Reuera,
humanitas eſt eſſentia hominis, eſſentia autem eſt, quam ſignificat diffinitio : diffinitio
autem non ſignificat ſolam formam, ſed formam & materiam : igitur, humanitas con-
ſtat ex forma & materia. Differt autem ab homine, quia nimirum humanitas ſola ſigni-
ficat eſsentialia ſpeciei principia : homo autem, & illa quidem, & à ſui generatione in-
diuiduantia non excludit; homo enim dicitur, habens humanitatem : quare non abiicit
à ſe, quin alia habere poſsit principia: rei ergo compoſitæ naturalis quidditatem, non eſ-
6. ſe ſolam formam, ſed materiam, & formam, conſtat ſatis. Item, materia, quæ eſt
pars potentialis in ſubſtantia compoſita, accepta abſolutè, & non contracta ad materi-
am indiuidualem, ad ſpecificam ſpectat quidditatem: quod enim eſt eſsentia, & quiddi-
ditas alicuius; illud profectò eſt ſufficiens ratio intrinſeca, vt illud ſit, cuius eſt eſſen-
tia, qua-

Humanitas.

Homo.

Materia eſt pars quidditatis.

tia, quacunq; alia re ab eo realiter differente, circumſcripta. ſed ſi ſola forma hominis, vtpote anima, eſt tota quidditas: igitur, ſola anima eſt ratio, qua homo poteſt conſiſtere: atq; ita homo eſſet homo, ſine materia, quod eſt abſurdum. Profectò, ſi albedo, eſt ratio, qua ſubſiſtit ſuperficies alba: multò ergo magis quidditas, eſt ratio ſufficiens, qua id ſubſiſtit, cuius eſt quidditas. *Item, ſi tota compoſiti quidditas, eſt ſola forma,* 7.
& materia non ingreditur diffinitionem rei: igitur nec ſubſtantia naturalis compoſita, cauſatur à materia in genere cauſæ materialis, quod planè falſum eſſe, patet, & quidem latiſſimè; alioqui materia non eſſet cauſa, neq; pars ſubſtantiæ naturalis compoſitæ. Cuius ſiquidem eſſentia non pendet, nec cauſatur à natura in genere cauſæ materialis: nec illud etiam, cuius eſt eſſentia pendet à materia, nec cauſatur ab eo in genere cauſæ materialis; quidditas namq; eſt idem cum eo, cuius eſt quidditas: ergo quod prius. *Am-* 8.
plius, ſubſtantia habet diffinitionem ſimplicem, & non ex additione 7. met: tex: cō: 17 quidquid ponitur in diffinitione ſubſtantiæ, ad illius quidditatem ſpectare dignoſcitur. ſed in diffinitione ſubſtantiæ materialis, vt ſcribitur 6. met: commen: 2. materia poni debet, alioqui ſi ad rationem diffinitionis non ſpectaret; diffinito vtiq; ex ad- 9.
ditione computaretur: ergo quod prius. *Iterum, quodquid eſt, eſt illius quod eſt primò ens, & cuius eſt primò eſſe. ſed quod primò eſt, ad compoſitum ſpectat 8. met: te: com: 3. Subſtantia compoſita, inquit, eſt ſimpliciter hoc aliquid, & ſeparabile primò per ſe exiſtens: igitur quodquid eſt, eſt compoſiti ex materia, & forma. Patet ergo, quomodo materia ſit pars quidditatis.*

Solutio.

Verùm ad hæc ſic poſſet aliquis reſpondere: & in primis aſſerere, non parum intereſſe apud Peripatheticos dicere, aliquid eſſe eſſentiam, & quidditatem rei, idq; in corruptibilibus, atq; generalibus rebus: quidditas enim (vt dicit Commentator 7. met: comm: 21.) hominis, eſt homo vno modo, & non eſt homo alio modo, & eſt forma hominis: & non eſt homo, qui eſt congregatus ex prima materia, & forma. Itaq;, ſi homo intelligatur pro hominis quidditate; tunc planè ſolà forma hominis, eſt homo: ſi verò, pro eſſentia illa, quæ eſt quid congregatum ex materia & forma; ſic vtiq; quidditas hominis non eſt homo. Patet ergo ex Commentatore, materiam non eſſe partem quidditatis, ponendam nihilominùs in diffinitione ſubſtantiæ, ex materia & forma compoſitæ. Ex hoc tamen non ſequitur, compoſitæ ſubſtantiæ diffinitionem ex additamento eſſe, quia nimirũ materia nõ eſt pars quidditatis. Etenim, corpus, ad animæ quidditatem non ſpectat; in quidditatiua tamen eiuſdem diffinitione ponitur. Sic namq; 2. de anima tex: com: 5. à philoſopho anima diffinitur: Anima eſt actus corporis organici habentis vitam in potentia. Illa ergo diffinitio non eſt ex additamento, licet per id detur, quod ad animæ quidditatem minimè ſpectet; ex materia namque, & forma fit per ſe vnum, non autem ex ſubiecto, & accidente; ideò non eſt par ratio diffinitionis aſſignandæ. Talia namq; accidentia, teſte Commentatore 7. met: com: 17. aut non habent quidditatem & diffinitionẽ veram: aut alio modo, nempe ſecundario. ſiquidem talium ſubiecta accidentium, tum ſecundùm genus, tum etiam ſecundùm naturã diuerſa ſunt, quod profectò illi non accidit, quod ex materia & forma conſtituitur: fit enim ex illis vnum per ſe in actu. Si hæc diſtinctio bene intelligatur, & quæ propoſita ſunt, & proponenda facilè ſolui poſſunt argumenta. *Sanè, ſi forma eſt magis natura, quàm materia, & compoſitum, vt antè dixi fol: 84. & 85. ipſa ergo eſt vera quidditas rei, cùm ſit vera natura. vnde eſſe habet, & materia, & compoſitum. Materia ergo non eſt quidditas, nec pars, ſed vehiculum potiùs; eſt nihilominùs pars ſubſtantiæ compoſitæ, quæ ex ambarum vnione conſurgit.*

Quidditas quid ſit.

Diffinitio ex additamento.

Accidentia non habent veram diffinitionem.

CAP. V.

Compoſitum

tũ addit a liquam en titatem.

Compoſitum addit aliquam entitatem realem ſuper materiam, & formam.

*Diſputauimus ad vtramq; partem, ſi materia ſit pars quidditatis, quod
profectò clariori elucidatione indiget; idcirco, hanc examinandam pro-
poſui quæſtionem, nempe compoſitum, diſtinctam, atq; realem dicere en-
Entitas totius titatem, ſupra materiam, atq; formam: entitatem, inquam, vtpote par-
tem totius, non autem partem ſuper partem, alioqui proceſſus eſſet in infi-
nitum. Totum ſiquidem ſe habet inſtar hominis, ſupra materiam, atq; formam, huma-
nitatem dicentis, quæ reuera eſt entitas ſpecifica perfecta realis, abſoluta totius homi-
nis; non quidem alicuius partis diuiſim, materiæ, aut formæ, ſed entitas tertia ab ipſis
Humanitas. cauſata, veluti ex cauſis per ſe intrinſecis. Eſt autẽ humanitas quædam ſubſtantia, & na-
tura, aut eſſentia ſpecifica hominis, per quam, in genere, ſeu prædicamento per ſe repo-
Ariſtot. nitur. Simile quiddam 5. met: philoſophus ſentire videtur: naturam, in formam, mate-
riam, atq; compoſitum diſtinguens. Profectò non eſt veriſimile, per compoſitum, ma-
teriam, aut formam intellexiſſe, nec illa ſimul, quum ſit tantummodò reſpectus. neque
diuiſiſſe naturam in materiam, formam, & nihil, ſed in compoſitum, quod tertiæ ſubit
rationem ſubſtantiæ. Similiter locutum fuiſſe legimus in principio. 2. de anima, vbi ſub-
ſtantiam, in materiam, & formam, & tertiam, quæ eſt compoſita diſtinxit. Humani-
Natura conue tas ergo dicit totum compoſitum, quæ eſt natura hominis, nec temerè quidem. Etenim, ſi
nit cõpoſito. natura eſt principium motus, & quietis; planum eſt, huiuſmodi diffinitionem, com-
poſitæ conuenire naturæ: tum ſi pro principio ſubiectiuum, tum etiam effectiuum in-
Rationes. telligamus. Compoſitum certè eſt tale principium, & perfectiori quodammodo, quàm
1. ipſius partes, quatenus ſunt ſubiectiuæ. Compoſitum ergo dicit tertiam entitatem, quod
etiam rationibus ſic dilucidandum eſſe putaui: Compoſitum per ſe eſt in prædicamento
poſitiuo, abſoluto ſubſtantiæ: igitur dicit per ſe aliquam entitatem abſolutam; neq; enim
per ſe eſſe poſſet in prædicamento ſubſtantiæ, niſi etiam per ſe haberet entitatem abſolu-
tam: dicit ergo aliquod poſitiuum, ſupra formam, atq; materiam, & illa ſimul ſumpta:
quandoquidem illorum vnio, reſpectũ dicat, qui per ſe non eſt in prædicamento abſolu-
2. to poſitiuo. Adde, quòd materia per ſe primò non ſit generationis terminus, neq; eti-
am forma, quia nimirum non principaliter intenduntur à generante, ſed compoſitum:
igitur eſt generationis terminus; & per conſequens, diſtinctam habet entitatem. Poteſt
tamen dici, formam eſſe primum generationis terminum, primitate originis: compoſi-
tum verò, perfectionis. Siue ergo ſit terminus quo, ſiue quo & quod, quocunq; enim mo-
do intelligatur, ſemper ipſum compoſitum, hanc perfectionis primitatem habere vide-
3. tur. Iterum, quemadmodum compoſitum per ſe primò generatur; ita planè per ſe
primò corrumpitur: igitur aliquam dicit entitatem abſolutam, eadem planè ratione,
ſicut dictum eſt de eo, quod primo generatur. Adde, quòd cauſatum per ſe à cauſis in-
trinſecis, aliquam dicat entitatem abſolutam, neceſſe eſt; nihil enim eſt cauſa ſui. ſed
compoſitum cauſatur à materia, & forma, velut à cauſis intrinſecis 2. phyſ: & 5. met:
ergo &c. Sanè, id abſolutum vocatur, cui certè conuenit aliqua per ſe paſſio abſolu-
ta. ſed tale quid, eſt ipſum compoſitum, cùm illi inſit propria paſſio, non materiæ, aut
4. formæ communis, neq; ex vtriuſq; vnitatis: ergo quod prius. Præterea, compoſitum per
ſe vnum in genere ſubſtantiæ eſt magis vnum, quàm compoſitum per accidens; quia ni-
mirum iſtud eſt per ſe, illud autem per accidens. ſed ſi compoſitum non dicit aliquam
Philoſ. entitatem: igitur non eſt magis vnum, quàm compoſitum per accidens. Accedunt ad
hoc plurimæ philoſophi, atq; Commentatoris authoritates 7. met: de toto per ſe ſubſtan-
tiali loquens, ait, ſine contradictione, partes, ſine toto coniunctim, ſiue diuiſim, intelli-
gi poſſe.*

Compoſitũ addit aliquam entitatem.

gi poſſe. Ibidem enim dat exemplum de a. & b. quòd ſcilicet intelligi poſſint, non intel-
lecta ſillaba, ab, ideoq́ profeſſus eſt, partes totum non eſſe. Similia quædam à Com-
mentatore dicuntur 3. de anima: Ex materia, inquit, & forma reſultat aliquod tertium,
addens aliquid ſupra partes. 5. met: bis tria non eſſe ſex, expreſſè philoſophus docet: & Cõmentaor.
planum eſt, bis tria ſimul accepta, coniunctim, & ſimul accipi. Quam obcauſam, Aui- Auicenna.
cenna 2. met: dixit, ſi denarius congregatur ex nouem & vno, ſimul vnitis; aliquid ali-
ud, certè prouenit ab vno, & nouem, quod eſt decem. hac de cauſa dixit ille, quòd bis,
& tria non ſint ſex: ſed ſemel ſex, ſint ſex: vel ſex non eſſe bis tria: ſed vnum ſex. Por-
rò, huiuſmodi authoritates, de compoſito per ſe vno loquuntur, quod conſtat ex poten-
tia, & actu. Compoſitum ergo, aliquam per ſe dicere entitatem, realem, poſitiuam, ab-
ſolutam; quæ non eſt entitas alterius partis, nec amborum: patet ſatis.

CAP: VI.

Argumenta contraria.

QVi aliud ſentiunt, quàm dictum eſt, ſic arguere conſueuerunt: Quod ad-
dit aliquod reale poſitiuum, eſt vtiq; aliquid aliud diſtinctum, atq; ſe- 1.
cretum ab illis; alioqui nulla eſſet realis poſitio. ſed totum per ſe vnum, non
eſt aliud à partibus: igitur non dicit entitatem realem poſitiuam. Nam ſi
totum eſt aliquid reale abſolutum; illud ergo reale erit in toto, vel ſicut
pars in toto, vel ſicut accidens in ſubiecto, quorum neutrum verum eſt: ergo quod pri-
us. Adde, quòd ſi totum adderet aliquid abſolutum; non plenè à philoſopho dicta eſ-
ſet cauſa, quare ex materia, & forma fieret vnum: quia, inquit, vnum eſt potentia, &
alterum eſt actus. Alia namq; ratio fuiſſet illi quærenda; nempe illa tertia entitas, quæ
ex vnione materiæ, & formæ conſurgit. Compoſitum ergo non addit entitatem abſolu-
tam. Amplius, id, quod aliquibus additur, non opus eſt, vt ea complectatur, ſiue in-
cludat, quibus additur: idem enim ſibiipſi non additur. ſed humanitas per ſe complecti- 2.
tur materiam, & formam; ex illis certè illa conſurgit, atq; ſubſiſtit: non ergo ſupra ma-
teriam, & formam, aliquid addere poteſt. Accedit ad hoc, quòd illud additum eſſet
vtique generationis terminus. ſed humanitas non eſt per ſe generationis terminus, quia
quidditas non generatur 7. met: addit ergo nihil. Item, quod addit aliquid ſupra par-
tes; eſt profectò aliquid vltra partes, ſeu ſuprà quàm partes: alioqui non eſſet aliquid
ſuperadditum. ſed humanitas, ſiue totum non eſt aliquod additum ſupra partes, cùm 3.
illud non ſit intelligibile: ergo &c. Sanè, illud additum, non eſt materia, neq; forma:
addit enim ſuper vtramq;: neq; compoſitum, aliter compoſiti eſſet compoſitum, quod
eſt abſurdum: daretur namq; proceſſus in infinitum: ergo eſt nihil. Præterea, diffi-
nitum nihil aliud eſt præter diffinitionem. ſed partes ſunt diffinitio totius compoſiti: 4.
anima enim & corpus, ſunt diffinitio totius hominis: & materia, & forma totius compo-
ſiti 7. met: compoſitum ergo non addit aliquid ſupra partes. quòd ſi adderet, vnionem
vtiq; videretur addere. ſed vnio, præter vnita, vel totum, nihil eſt aliud, nec etiam re-
ſpectus: Totum ergo nihil addit. Sanè, vnius per ſe generationis, vnus eſt per ſe termi- Vnio nihil ad
nus. ſed compoſitum, & natura, ſiue eſſentia, & vnio, eſt per ſe terminus generationis: dit.
ſunt idem ergo: vnio igitur, non eſt relatio, nec aliquid præter compoſitum. Adhuc,
compoſitum in genere ſubſtantiæ, non eſt accidens, neq; vnum per accidens. at ſi vnio 5.
eſſet relatio; compoſitum profectò eſſet accidens; compoſitum enim, vnione eſt compo-
ſitum, ſiue vnum: eſſet ergo accidens, aut ſaltim aliquid accidentale, & non per ſe v-
num. Reuera, illa, quorum vnio eſt ordo, vel relatio, non ſunt ſimpliciter vnum. ſed ma- 6.
teria, & forma faciunt vnum ſimpliciter: vnio ergo ipſorum, non eſt relatio, nec ordo.
Adde, quòd vnio, quæ non eſt actio, vel paſſio, non eſt aliud à compoſito,

Compoſitũ addit aliquam entitatem.

nec per conſequens eſt relatio. ſed iſta partium vnio, non eſt paſſio, vel actio; manet enim, illis non exiſtentibus: compoſitum ergo, ſupra partes addit nihil, niſi vnionem, quæ profectò nihil addit vltra partes: ergo quod prius. Iterum, ſi compoſitum
6. *addit aliquid ſupra partes abſolutum, diſtinctum ab eis, quarum vnio naturaliter præcedit naturam compoſitam: poteſt ergo fieri partium vnio, ipſa humanitate non exiſtente, quod eſt impoſsibile; omne namq; prius, natura eſsentialiter diſtinctum ab alio, ſine*
7. *illo vtiq; poteſt conſiſtere. ſed hæc fieri non poſsunt: ergo &c. Amplius, licet in aliis ab homine, aliquid abſolutum, vtpote forma corrumpatur; in homine tamen nihil corrumpitur, ſed fit tantùm ſeparatio partium: nihil ergo poſitiuum abſolutum, compoſitum habet in homine præter partes. Sic enim loquitur Auguſtinus contra Felicianum: Hæc, inquit, hominis mors eſt, quæ non vnita conſumit, ſed ea tantùm diſtinguit. Sanè, ſi totum adderet aliquid ſupra partes; adderet vtiq; aliquam formam totius, quæ ſicut argutum eſt, poſset eſse ſine partibus, & ſic proceſsus fieret in infinitum. Huic accedit, quòd forma vltima non eſset ſpecifica, atq; ita anima in homine non eſset forma ſpecifica, ſed alia, quæ eſt forma totius, vtpote poſterior: hoc autem eſt falſum: ergo &cæt. Item, ſi propter philoſophi authoritatem, vt dixi de a. & b. aliquis poſuerit totum ad-*
8. *dere aliquid ſupra partes; quia nimirum illæ intelligi poſſunt, toto non intellecto; is certè animaduertere debet, ſimilia ſibi dicenda eſſe de compoſito per accidens, puta de homine albo: homo enim, & albedo intelligi poſsunt, non intelligendo hominem album. ſed compoſitum per accidens, non addit aliquid abſolutum: ergo &c. Accedunt ad hæc authoritas Auguſtini 7. de trinit: Homo, inquit, nihil aliud eſt, quàm anima, & corpus.*

August. Damaſcenus.

Et Damaſc: lib: 3. Verbum nunquam dimiſit, quod ſemel aſſumpſit. quòd ſi humanitas aliquid addit; in morte vtiq; fuiſset dimiſſum, cùm partium facta ſit diuiſio, atque diſcretio: ergo &c.

Philoſ:

Philoſophus etiam 4. phyſ: ſimilia profitetur: Totum nihil aliud eſt, quàm partes ſimul ſumptæ.

Cõmentator.

Et Commentator 7. met: comm: 28. hoc idem profitetur. Et 1. phyſ: Vnaquæq; partium per ſe ſumpta, ait, eſt aliud à toto. ſed omnes ſimul ſumptæ, nihil aliud ſunt à toto. Totum igitur, compoſitum ex materia ex forma, non addit aliquid reale poſitiuum ſuper partes ſuas; proinde nihil aliud, quàm partes ſimul ſumptæ non aliqua entitas abſoluta.

CAP: VII.

Soluuntur argumenta.

AD primum dico, compoſitum eſse aliquid vltra partes: non quidem, ſicut pars eſt alia, ab altera parte; ſed potiùs, ſicut aliud includens, atq; complectens partes. Ad confirmationem reſpondeo, illud additum cùm ſit totum, non eſſe in toto: ſicuti neq; totum eſt in ſeipſo; ſed partes tantùmmodò eſſe in illo, ſicuti in toto. Itaq; illud non eſt in toto, ſicut accidens in ſubiecto, neq; ſicut partes in toto. Ad aliam confirmationem ſimiliter dici poteſt:
1. *quòd quamuis non ſit alia cauſa intrinſeca, cur compoſitum conſtet ex materia, & forma, niſi quia altera, potentiæ vice fungitur, altera verò actus fungatur officio; non ob id tamen, excludit, quin compoſitum, tertiam dicat entitatem, à materia, & formæ entitate diſtinctam. Illa autem tertia entitas non eſt ratio cauſalis, quare ex materia, &*

Tertia entitas

forma fiat vnum per ſe; ſed ipſa eſt ipſum vnum, quod compoſitum eſt ex materia & forma: vel ſaltem idem cum tali compoſito, differens tantùmmodò, ſicut abſtractum à concreto. Ad 2. negatur ſimilitudo, ſiquidem illa partibus, non toti congruit; pars
2. *enim ſi parti addatur, non illud includitur, ſeu complectitur, cui additur: ſecus autem ſe habet totum, quod etiam illa complectitur, quibus additur. Quando autem dicis, idem non addi ſibiipſi, nec numero à ſeipſo diſtingui. Reſpondeo, hoc eſſe intelligendum,*

quando

Compoſitũ addit aliquam entitatem.

quando eſt idem totaliter; totum enim non addit ſibiipſi toti: nec pars ſibiipsi, ſed totum partibus. Ad confirmationem dico, totum compoſitum concretè acceptum, vtpote hominem habentem humanitatem, quæ propriam ſuperaddit entitatem, eſſe primum generationis terminũ, & quod primò generatur, non autem humanitatem in abſtracto: ratio ergo non militat contra argumentum ſupra poſitum. Ad 3. maior eſt vera in
partium additione, quando ſcilicet vna pars additur alteri, non autem in additione, quæ 3.
additur à toto ſupra partes; illas vtiq; à ſe non præſcindendo, ſeu remouendo; ſed amplectendo, atq; includendo. Si cupis ſcire, quid ſit, quòd à toto partibus additur. Dico, eſſe ſpecificam compoſiti entitatem, vel ipſummet totum compoſitum, quod partes entitate ſpecifica, ſeu formali complectitur, & includit. Dicis, ſi compoſitum addit aliquid abſolutum; ſeipſum vtiq;, & non aliquod aliud addit, in ſe q; intrinſecè includit partes: igitur addit partes ſupra partes, & ſic in infinitum; eſſent enim ibi plures materiæ, & plures formæ in infinitum, quod eſt falſum. Dico, compoſitum per ſe addere entitatem propriam cauſatam per ſe vnam, à partibus aliam; non ita tamen, vt partes à ſe præſcindat, quaſi partes ex vno latere intelligantur: totum verò ſuperaddens, & partes includens, ex altero; ſed potiùs, quòd partes includat, quibus tertiam ſuperaddit entitatem. Ex quo patet, partes ſemel tantùm, non autem bis numerari, nec partes, partibus addi, ſiue ſuper imponi. quod planè contingeret, ſi vnum adderetur ad totum, ex partibus ſub toto minimè concluſis. Ad confirmationem reſpondeo, illud ſuperadditum non eſſe materiam, neq; formam, neq; iſta ſimul; ſed ipſum compoſitum, neq; proinde compoſiti eſſe compoſitum, quia ſcilicet compoſitum non additur compoſito; ſed partibus, atq; ideò non eſſe compoſiti compoſitum, ſed potiùs partium compoſitum. Ad
4. verum eſt, diffinitum nihil eſſe extra intellectum, atq; completam ipſius diffinitio-
nem: animam tamen, & corpus, ſeu materiam & formam non eſſe diffinitionem, ſed 4.
diffinitionis partes. Porrò, philoſophi authoritas, ſimiliter etiam eſt intelligenda; nuſquam enim faſſus eſt materiam & formam, diffinitionem eſſe; ſed diffinitionis partes, quæ ipſam ingrediuntur diffinitionem. Incongruè certè interroganti, quid ſit homo, reſponderet aliquis, eſſe animam, & corpus; ſed potiùs, eſſe ſubſtantiam ex anima, & corpore conſtantem. Ex quo ſatis planum eſt, partes ponendas eſſe in obliquo, non autem in recto, atq; in hoc, diffinitio data per materiam, & formam, ab ea diſcernitur, quæ per genus, & differentiam datur: qualibet namq; pars iſtius, eſt in recto: non ſic autem illa. In cauſa autem eſt, quia qualibet illarum per ſe primò de diffinito prædicatur, & totam dicit eſſentiam diffiniti: propterea verum eſt, diffinitionem ſuper genus, & differentiam nihil addere: quod profectò de materia, & forma dici non poteſt; quia ſcilicet neutra illarum, totam dicit ſubſtantiam diffiniti, nec ſimul acceptæ, illius eſſentiam dicunt, ſed partes eius tantùm. Itaq; diffinitio hominis, quæ per partes, nempe per animam, & corpus, datur, eſt ſubſtantia conſtituta ex corpore, & anima; non tamen eſt corpus, & anima. Totũ ergo, vtpote homo, non addit illam vnionem ſupra partes, quaſi aliquid ſibi extrinſecum, ſed propriam, atq; abſolutam entitatem. Cæterùm, quod vnio ſit aliquid aliud præter partes, ſic fieri poteſt manifeſtum: Si vnio nihil eſſet, præterquàm partes vnitæ; profectò ita ſe haberent, ac ſi non eſſent vnitæ, atque ita non magis facerent vnum per ſe, quàm ſi non eſſent vnitæ, quod eſt abſurdum. Amplius, ſi
ita res ſe haberet, partes vtique non generarentur, nec corrumperentur, neq; aliqua il- 1.
lis ineſſet paſſio poſitiua, quod eſt falſum. Dicis, vnionem non eſſe nihil, ſed ipſum compoſitum. Contra: Si compoſitum (ſecundùm tuam ſententiam) nihil includit præter partes ſimul vnitas, vnio autem nil dicit vltra vnitatem partium: ergo idem quod prius. Si dixeris aliquid addere; aut certè illud eſt abſolutum; & ſic habetur propoſitum: aut
reſpectiuum, & illud eſt vnio: igitur vnio addit aliquid: aut dicit aliquid vltra par- 2.
tes vnitas, quod planè contra te pugnare videtur. Deinde palàm faciam, vnionem eſſe

Compoſitum quid addat.

Differentia diffinitionis.

Homo nõ eſt anima & corpus.

Vnio eſt aliquid præter partes.

Compoſitū addit aliquam entitatem.

reſpectum hoc modo: Illud, quod per ſe abſolutè intelligi non poteſt, niſi per reſpectum ad alia; eſt planè eſſentialiter reſpectiuum, ſeu reſpectus: abſolutum enim per ſe, ſine alterius adminiculo, ſiue reſpectu intelligitur. ſed vnio partis ad partem, nempe materiæ ad formam, abſq; alterius partis reſpectu, intelligi nequit, implicat certè contradictionem, perinde, ac ſi quis vellet intelligere paternitatem, non intelligendo filium: igi-

Vnio eſt reſpectus.

1. tur vnio eſt reſpectus. Item, quando forma actu vnitur materiæ; aliter vtiq; ſe ha-
2. bet ad materiam quàm prius: aut ergo illud eſt abſolutum, aut reſpectiuum. Non quidem abſolutum, quandoquidem ex ſui cum materia coniunctione, forma, nihil abſolutum acquirat, ſiue recipiat: igitur, aut ſecundùm nihil, aut ſecundùm aliquid reſpectiuum. non primum: ergo ſecundum, quod profectò ad vnionem ſpectat: ergo quod prius. Adde, quòd forma non dicitur vnita ad ſe, ſed ad alterum, nempe ad materiam,
3. idque per vnionem: igitur eſt reſpectus; quod enim ad aliud refertur vel dicitur, eſt reſpectiuum ſiue reſpectus. Vtrum autem iſte reſpectus ſit mutuus inter materiam & formam, dici poteſt, ſufficere formæ reſpectum inhærentiæ, ſiue informationis, quem habet ad materiam; forma enim eſt complementum, & actus materiæ, & illi inhæret vt actus, & forma: materia verò eſt ſubiectum formæ; & ad illam naturaliter refertur, veluti perfectibile ad ſuam perfectionem. His ita excuſſis, patet quid ad argumenta propoſita ſit reſpondendum. Vnio ſanè non eſt per ſe terminus generationis, nec vt quod, nec vt quo: ſed ipſum compoſitum abſolutum terminus, vt quod: forma, terminus, vt quo. nec eſt idem cum aliquo iſtorum, tametſi à compoſito præſuppo-

Vnio non eſt terminus generationis.

5. natur, & ſit forma poſterior, ſicut reſpectus ſuo fundamento. Ad 5. principale dico, compoſitum non eſſe vnum per illam vnionem formaliter, tametſi ipſius vnitas, ſicuti etiam & entitas, illam vnionem præſupponere, neceſſe ſit, ſed eſſe vnum per ſuam entitatem fundamentaliter, & per ſuam vnitatem formaliter, quæ quidem vnitas non niſi negationem dicit ſuper entitatem: proinde, licet per iſtam vnionem partes ſint vnitæ; non tamen totum eſt vnum. Argues, partes eſſe vnitas per accidens, & non facere per ſe vnum. Reſpondeo, hoc bifariam intelligi poſſe: vno quidem modo ſic, vt illarum vnio ſit accidens, quia ſcilicet vna eſt in potentia reſpectu alterius: & talis modus conceditur, nec eſt impedimento, quòminus illæ partes, vnum per ſe facere nequeant: alio autem modo, partes per accidens eſſe vnitas; quia ſcilicet aliquod accidens additum partibus, ratio ſit, & baſis huiuſmodi vnionis: atque ita pars non eſt in potentia ad aliam, nec alteri per ſe vniri poterit; niſi per medium accidens inter partem, quæ vnitur, & vnionem. ſed hoc modo, non vnitur forma materiæ per accidens: vnio namq; huiuſmodi non eſſet ratio formæ recipiendæ; quippe cùm forma immediatè ineſſet materiæ. Ad confirmationem dico, illa, quorum vnio eſt ordo, vel relatio, & vnum per ſe, non eſſe in potentia ad alterum, & alterum; actus namq; eorum non faciunt vnum per ſe, veluti ſunt partes domus, & totius per accidens. at materia & forma ſecus ſe habent, tametſi accidens ſit vnio ipſarum. Ad aliam confirmationem ſimiliter reſpondeo, talem vnionem non eſſe actionem, aut paſſionem; ſed habitudinem, & relationem realis partis ad partem, quæ eſt aliquid cauſatum per actionem alicuius agentis, formam cum materia vnientis. Ex his autem patet ſolutio ſexti argumenti. Ad 7. dico, in hominis morte, ſi-

Quæ vnio faciat vnum.

7. ue corruptione, aliquod abſolutum poſitiuum corrumpi, quod eſt ipſum totum. Auguſtinus autem rectè dicit, in hominis corruptione partes abinuicem ſegregari; cùm hoc tamen ſtat, aliquod abſolutum corrumpi: neque hoc ab ipſo Auguſtino negatur; licet enim mors, partes non conſumet vnitas; conſumit tamen ipſum totum poſitiuum abſolutum, atque ita ſaluatur corruptio ſubſtantialis. Ad confirmationem dico, nullum ſequi proceſſum in infinitum: nam etſi illa quidditas formalis totius, ſe habeat ſicut forma reſpectu ſuppoſiti, & illud ſicut materiale; quia tamen non ſe habet ſicut forma partialis informans ipſum ſuppoſitum: & quidditas eius non eſt ſicut forma, quæ eſt pars

Cōpoſitū addit. aliquam entitatem.

ad materiam, quæ etiam eſt pars; ideo non ſequitur, quod dicitur. Cùm autem arguitur: Contingit intelligere ſuppoſitum & quidditatem, non intelligendo totum compoſitum, falſum profectò; ipſum enim ſuppoſitum eſt ipſum totum, & ipſa etiam humanitas, vel ipſa quidditas abſtractiuè ſignificata, ideoq; iſtorum non eſt aliud totum, ſicut totum eſt aliud à materia & forma, nec eſt aliquis proceſſus in infinitum. Ad aliam confirmationem dico, animam rationalem eſſe formam ſpecificam hominis, tribuentem eſſe ſpecificum, per modum formæ partialis, eſſeque nobiliorem partem inter partes partiales: quidditatem verò formam totalem animæ, ſicut totum, parti antecellere.

Ad 8. Dico, non poſſe intelligi hominem, & albedinem ſimul vnita ſiue non vnita, non 8.
intelligendo totum per accidens; quandoquidem illud, vtpote homo albus, non ſit, niſi homo & albedo, ſiue iſtorum vnio, ſicuti totum aggregatione, non eſt niſi partes vnitæ atq; ordinatæ adinuicem: hæc autem ratio non conuenit toti ſubſtantiali, quod facit per ſe vnum. Ad authoritatem Auguſt: 7. de Trinitate, hominem ſcilicet nihil aliud quàm animam & corpus: reſpondeo, quòd illud vltimum, quod eſt totus homo, non refertur ad corpus & animam, ſed ad totum, quod prius nominauerat cap. 40. Placuit, inquit, nominari totum, quod eſt totus homo, & etiam corpus animam, ex quibus anima eſt nobilior. Quòd ſi velit dicere corpus & animam eſſe totum hominem; tunc profectò non erit eiuſdem prædicatio formalis, ſed materialis: quo planè modo partes comparantur ad totum ſicuti materiales & in potentia. Et eſt ſenſus, anima & corpus ſunt omnes partes eſſentiales hominis, ab ipſo veluti à toto contentæ; non tamen ſunt ipſum totum. Ad Damaſcenum dico, Chriſtum non reliquiſſe, quod aſſumpſit, quia nimirum aliquo modo cauſaliter, etſi non formaliter, in ſuis partibus manſit aſſumptum. Ad phil. autem ſententias ſimiliter reſpondendum eſſe puto, quòd videlicet totum ſit ipſæ partes, non quidem per prædicationem formalem, ſed per continentiam potiùs, quia totum continet ſuas partes, licet aliud ſit à partibus. Aut ſi fuerit prædicatio formalis, toti aptari poteſt per accidens vel aggregatione, non autem toti per ſe compoſito ex materia & forma. ſimili quoq; facilitate Commentatoris ſententia ſoluitur. Dices, ſicut partes poſſunt eſſe ſine toto, ſicuti patuit in morte Chriſti; ita etiam totum ſine partibus: abſoluta namq; eſſentialiter diſtincta, ſi vnum poteſt eſſe ſine alio; & reliquum etiam. ſed hoc implicat contradictionē, nempè totum eſſe ſine partibus: igitur non dicit aliquod abſolutum. Dico, maiorem eſſe veram in eſſentialiter diſtinctis: quorum neutrum intrinſecè alterum includit, ſiue complectitur. Totum autem licet eſſentialiter ſit diſtinctum à partibus, & viciſſim partes à toto; quia tamen ex totius partibus huiuſmodi non prouenit diſtinctio, ſed potiùs ex parte partium; hac de cauſa, partes poſſunt eſſe ſine toto, non autem totum ſine partibus. In his verò, quorum neutrum includit reliquum, ſicuti in accidente & ſubiecto, & quæ ſunt generis eiuſdem, vnum poteſt eſſe ſine altero, & è conuerſo. Quo modo ergo compoſitum ſubſtantiale addat tertiam entitatem abſolutā à partibus, dixi.

Diffinitio hominis ſecundùm Auguſt:

Damaſcenus.

Philoſ.

Comm:

Obiectio.

Solutio.

Qvaestionis qvartae. Cap. I.

De vnitate materiæ.

Poſteaquàm viſum eſt, quid ſit materia, ac quomodo ſe habeat ad formam, & qualis ſit illius potentia, appetitus, intelligibilitas: deniq; an ſit pars quidditatiua compoſiti, & an ipſum compoſitum tertiam dicat entitatem poſitiuam abſolutam à partibus; rationabile eſſe putaui ſcire, an vna ſit omnium materia nec ne, an fortaſſis diuerſa. Sapientiſſimi Mercurij ſententia Dialog. 11. clariſſimè docet, vnam eſſe omnium materiam: Vna, *inquit,* exiſten-

Mercurius dicit vnam eſſe materiam.

De materiæ vnitate. te anima, vnaq; materia, ad quem illorum potiſsimùm fabricatio pertine-
ret? *ſenſus eſt. Si plures eſſent mundi opifices, cùm vna ſit qua conſtat vniuerſum mate-*
Plato. *ria, ad quem illorum diſponendarum rerum pertineret diſtributio? Plato ſimilia in Ti-*
mæo, ſicut paulò antè dictum eſt fol. 369. ſentire videtur; vocat enim materiam effigi-
em omnium atq; receptaculum, nutricem, matrem, locum, ſubiectum. Materiæ proprium
eſſe vult omnes generationes ſuſcipere, ac nutricis inſtar eas fouere, omnes item formas
capere, cùm ipſa ſuapte natura omnis formæ qualitatis, & ſpeciei ſit expers: Conuenit,
inquit, vniuerſali materiæ, ſi modò formas omnes ſuſceptura ſit, nullam illarum habere
naturam. ſed abſq; qualitate omni, atq; ſpecie, ſubijci ſpeciebus. Et cùm huiuſmodi ſit,
neq; corpus erit, neq; etiam incorporea, ſed potentia corpus, quemadmodum æs potentia
ſtatua; quoniam ſpeciem ſuſcipiens, ſtatua fiet. Vna eſt ergo omnium materia, ſecundùm
Philoſ. *Platonem. Porrò, quid phil. de hoc ſenſerit, nonnullæ ipſius ſententiæ, contrarium præ-*
ſeferre videntur: ſiquidem primo cœli, tex: 20. volens oſtendere cœlum non eſſe corru-
Cœlum non habere materiam. *ptibile: quia, inquit, non habet contrarium: igitur non habet materiam; quoniam materia*
eſt ſubiectum contrariorum. 1. phyſ: tex: 69. Atq; ita non omnium rerum eſt vna &
1. *eadem materia. Item 1. phyſ: Et 7. met: Dico autem materiam, per quam res poteſt eſſe,*
& non eſſe. ſed cœlum cùm ſit ſecundùm phil. ſententiam æternum & incorruptibile:
2. *non ergo poteſt eſſe, & non eſſe. Amplius, 9 met. tex: 17. Omnis potentia paſſiua, inquit,*
eſt potentia contradictionis. ſed in cœlo non eſt potentia contradictionis: nec ergo po-
3. *tentia paſſiua, atq; per conſequens non eſt materia: igitur omnium rerum corporalium*
Soluuntur rationes. *non eſt vna materia. Verùm ad hæc ſic reſpondere valemus, & ad primum quidem,*
quòd quamuis philoſophus probet cœlum contrarium non habere; quia nimirum motus
circularis, motum contrarium non habet; non ob id tamen negat, materiam non habere.
1. *Et cùm dicitur, materiam eſſe contrariorum ſubiectum, dico id tantùm ei conuenire*
materiæ, quæ eſt priuationi annexa. Quamobrem, materia eſt ſubiectum contrario-
rum, ſubſtantialiter quidem, quatenus inferioribus, accidentaliter verò vt ſuperiori-
bus conuenit rebus; materia enim ſuperiorum corporum, eſt in potentia ad contraria
2. *vbi. Simili quoque facilitate ſecundum argumentum ſolui poteſt: etenim cœlum ſua*
materia eſt in potentia ad aliquod eſſe accidentale, & ad aliquod non eſſe accidenta-
le; quatenus ſcilicet acquirit nouum vbi, priori relicto. Neque enim neceſſe eſt, quic-
3. *quid habet materiam, eſſe in potentia ad ſimpliciter non eſſe. Ad tertium dico,*
duplicem eſſe potentiam paſſiuam: alteram quidem ad eſſe ſubſtantiale, vtpote
materiæ primæ potentiam: atque ita omne quod eſt in potentia ad eſſe ſubſtantiale,
nudum habitum habens, eſſe ſimpliciter corruptibile. huiuſmodi autem ſunt omnia infe-
riora, quorum materia eſt in potentia ad formam, quam non habent, & ex conſequenti
Duplex potẽtia paſsiua. *ad eſſe, quod recipiunt à forma. Cœli autem materia, quia non eſt in potentia ad formam*
quam non habet, nec niſi ad eſſe, quod habet; idcirco corruptioni non eſt obnoxia: alte-
ra verò potentia paſſiua eſt ad eſſe accidentale, ſicuti potentia ſubiecti accidens, vt po-
tentia aquæ ad calorem: huiuſmodi autem potentiæ eſſe accidentale, ſiue fuerit abſolu-
Quomodo cœlum ſit corruptibile & incorruptibile. *tum, ſiue reſpectiuum; eſt certè corruptibile ſecundùm quid: ſicut enim per acceſſum*
talis accidentis habet eſſe ſecundùm quid; ita etiam per receſſum eiuſdem, mutat eſſe ſe-
cundùm quid. Hoc modo cœlum eſſe corruptibile ſecundùm quid, nullum ſequitur ab-
ſurdum: eſt ſiquidem in potentia ad diuerſa vbi. Sol namq; exiſtens in oriente, eſt in
potentia, vt partes obtineat occidentis: & luna eſt in potentia ad lucem diuerſimodè re-
cipiendam: vnumquodq; igitur, eo modo eſt corruptibile, quo eſt in potentia paſſiua.
Sic ergo eſt intelligenda ſententia phil. 9. met: tex: 17. Omne quod habet potentiam paſ-
ſiuam eſt corruptibile, quia eſt in potentia contradictionis. Commentator ibidem, ali-
quem modum iſtius potentiæ, cœlo perſcribit: Eſt poſsibile, inquit, vt in quibuſdam æter-
nis ſit potentia aliquo modo modorum potentiæ, ſcilicet paſſiuæ, exempli gratia, vt par-
tes eorum

 De mate-
riæ vnit.

tes eorum ſint in potentia in aliquo loco,& in aliqua qualitate;hoc enim non eſt prohibi-
tum.Iſtæ autem qualitates,quæ poſſunt eſſe,& non eſſe in corporibus cœleſtibus,ſunt aliæ
ab eis,quæ attribuuntur alterationi &c. Concedit igitur Commentator, aliquo modo cœ-
lum eſſe in potentia paſſiua ,non ob id tamen corruptibile: non ergo neceſſariò ſequitur,
quòd ſi in cœlo ſit materia,quòd cœlum ſit ſimpliciter corruptibile. bene autem aliquo
modo ſiue ſecundùm quid.Cæterùm,corpus cœleſte habere materiã ſic probare valemus: Cœlum habet materias.
Corpus cœleſte eſt aliquid actu,aliter nequaquam moueretur ; ſubiectũ enim motus non
eſt ens in potentia tantùm : quandoquidem quod mouetur , partim ſit in actu , partim
verò in potentia. ſed omne quod eſt in actu,aut eſt forma ſubſiſtens,vt formæ ſeparatæ:
aut habet formam in alio,quod ſe habet ad formam ſicut materia, & ſicut potentia ad
actum. corpus autem cœleſte non eſt forma ſubſiſtens,alioqui eſſet intellectuale, & in-
tellectum in actu,atq; ita non caderet ſub ſenſus cognitionem,quod eſt falſum : eſt ergo Obiectio.
habens formam in materia. Dicis, cœlum eſt actus , non tamen intelligens in actu, nec
aliquid quod non cadit ſub ſenſus cognitionem ; hoc enim illi tantùm actui conuenit,qui
eſt à corpore ſeparatus. ſed cœlum eſt actus corporeus;quia nimirum ob accidentia ſen-
ſibilia quæ habet,& extenditur,& ſentitur:igitur quamuis eſt actus; non tamen eſt in-
telligens. Dico , cœlum omni extenſione carere , ſi omni materia corporali careret : ex- Solutio.
tenſio enim & dimenſio abſq; materia corporali in actu , eſſe non poteſt. proinde Com-
mentator 1. de ſubſtantia orbiũ,ait:Quòd ſi forma, dimenſionem in materia præcederet;
non eſſet vtiq; extenſa,ſed indiuiſibilis potius: forma namq; extenſione materiæ tantùm
extenditur. Reſpondes, hoc ſenſiſſe Commentatorem de forma generabili & materiali, Obiectio.
quæ non extenditur , niſi per materiam quantitati ſubiectam : non autem de forma in-
generabili, cuiuſmodi eſt cœlum : illa ſiquidem non eſt nata extendi per corpoream
materiam,ſed potiùs per quantitatem,ſibi vt ſubiecto ſimplici inhærentem. Dico , nul- Solutio.
lum ſimplex,quod eſt actus,ſenſibilia recipere accidentia ;recipere enim eſt pati ; vt
dicit ibidem Commentator , quod eſt actui contrarium. Inuenit namq; Ariſtoteles,ait,
indiuidua ſubſtantiæ eſſe omnium accidentium ſubſtantiam , quæ profectò indiuidua
ſubſtantiæ ſunt in actu, ex formis & ſubiecto compoſita. Accipit autem ſignum , quòd
hoc ſubiectum non recipit accidentia contingentia: nam ſi eſſet actu ſimplex;non poſſet
certè accidentia actu recipere: pati enim contrarium eſt actui. ſed nunc videmus acci- Secunda ratio
dens,nempè quantitatem in cœlo recipi : igitur non eſt actus ſimplex : ſed compoſitum
ex actu & materia,qua mediante,recipit quantitatem. Ex quo patet, aut Commentato-
rem ſibiipſi aduerſari, aut in cœlo propriè eſſe materiam. Iterum ſic arguo : Qualitates
ſenſibiles,vt patet,ſunt in cœlo:ergo & materia,quæ eſt pars compoſiti. Tenet conſequen
tia;ſenſibiles namq; qualitates in ſua diffinitione, materiam concernunt ſenſibilem, ſicuti
ſimitas : atq; in hoc à quantitatibus ex modo diffiniendi diſtinguuntur , vt latè patet.6.
met:tex: 2.igitur materia propriè ac verè eſt in cœlo. Sed dicet aliquis , ſi in cœlo eſt Argumenta
materia,quæ eſt pars compoſiti : ergo cœlum eſt generabile , & corruptibile, quod eſt contraria.
falſum. Conſequentia patet;quoniam materia eſt ens in pura potentia ad eſſe ſimplici-
ter,ex ſui natura nihil actualitatis entitatiuæ complectens , ſed indifferenter ſe habens 1.
ad eſſe,& non eſſe. Si ergo cœlum habet materiam partem compoſiti ; poteſt ergo eſſe,
& non eſſe,& ſic eſſe generabile & corruptibile. Item , ſi materia propriè dicta eſt in
cœlo,aut eſt propter corporeitatem cœli,& hoc quidem non cogit ; ſiquidem forma dat 2.
illi eſſe corporeum,& non materia: aut propter quantitatem, & hoc quoq; ſimiliter non 1.
valet: nam etſi quantitas interminata inſit ratione materiæ;non tamen quantitas termi- 2.
nata:hæc enim ineſt ratione formæ. ſed in cœlo eſt tantùm quantitas terminata:non er-
go ineſt materia,quæ eſt pura potentia : aut propter qualitates ſenſibiles. at tales qua 3.
litates non ſunt in cœlo,vtpote humiditas,frigiditas,caliditas,& ſiccitas; quia cœlum eſt
inalterabile. Qualitates verò,quæ in cœlo eſſe conſpiciuntur, nempè motus localis, dia-
phaneitas,

phaneitas,raritas, denſitas , & lux non ſunt alteratiuæ, ideoq́ eſſe poſſunt in cœlo, non
4. *quidem materiæ,ſed formæ ratione. Neq;,quia cœlum eſſet nobilius anima , quia vnitur*
materiæ; anima ſiquidem intellectiua,ob ſuæ operationis dignitatem, eſt cœlo nobilior.
5. *Neq; propter motum localem; quippe cùm talis motus inſit , non ob materiæ abſoluta,*
ſed corporeitatis rationẽ. Natura itaq́ corporea,abſq; eo,quod materiam habeat, poteſt
eſſe in loco,& moueri ad locum. Talis ergo natura , quæ eſt corporeitas , habet potenti-
6. *am ad vbi,non autem ad formam ſubſtantialem. Neq; ob luminoſitatis variationem,*
quam videmus iugiter in luna fieri. hac ſiquidem variatione , lunæ ſubſtantia intrinſeçè
non variatur ſeu tranſmutatur, aut ab ea aliquid poſitiuum abiicitur , ſed lucis priuatio
tantùm,quæ materiam neceſſariò in cœlo exiſtentem minimè requirit. Cùm igitur nul-
lus iſtorum modorum cogat,vanum eſt,materiam in cœlo ponere,quæ ſcilicet ſit proprio
nomine materia.

CAP. II.

Soluuntur Argumenta.

POſſunt rationes adductæ ſic ſolui,& prima quidem hoc modo: Potentia ad
1. *eſſe eſt duplex:quædam ad eſſe coniunctum:& quædam ad eſſe remotum.*
Ex hoc apparet maiorem nõ eſſe veram,niſi de ente ad eſſe remotum,quod
profectò non eſt in cœlo,ſed potiùs ſecundùm primum modum,ex quo non
Obiectio. *ſequitur,quod cœli ſubſtantia poſsit eſſe,& non eſſe.Sed dicis,ſi materia eſt*
in cœlo in pura potentia, ſub determinata forma conſiſtens ; hoc certè implicat contra-
dictionem: quod enim eſt in pura potentia,ſub vnius habitudine rei contineri non poteſt,
ſed indifferens eſt ad omnem formam. Quare,ſi materia cœli eſt pars compoſiti , & in
Solutio. *pura potentia : ſub nulla ergo forma determinata continetur. Dico , hoc verum eſſe de*
materia pura ſimpliciter, non autem de materia cœli , quæ tantùm eſt in potentia ad
formam cœli , ideoq́ habitudinem includit ad formam determinatam. hoc autem con-
2. *tingit propter formæ nobilitatem,conditionemq́,quæ talem exigit materiam. Ad 2. &*
ad primam eiuſdem obiectionem dico,vbi non inuenitur materia; non inueniri quoq; eſſe
corporeum. In cauſa autem eſt,quia eſſe coporeum,compoſito tantùm congruit: compo-
Corporeitas. *ſitum autem corporeum, ſine materia eſſe non poteſt. Itaq́, licet materia non det eſſe*
corporeum;nulla tamen forma ſine materia, eſſe corporeum , compoſito largiri poteſt.
Quantitas. *Ad aliam obiectionem de quantitate dico,quantitatem terminatam ſiue interminatam*
ſine materia non poſſe conſiſtere,ſicuti clarè conſpicitur. 7. met: tex: com: 8. Vbi Com-
mentator,ipſamet veritate coactus, profeſſus eſt , per trium dimenſionum ablationem,
remotionemq́, ipſam materiam non auferri. ſed illas bene per materiæ ablationem. Ad
Qualitas. *3. obiectionem dico,omnem qualitatem ſenſibilem materiam neceſſariò requirere: ſiqui-*
dem materia eſt 10. prædicamentorum ſubiectum.7. met: tex: com: 8. cuius eſſe diſtin-
ctum eſt ab aliorum eſſe prædicamentorum ; prædicamenta enim accidentium, de ſub-
ſtantiæ prædicamento dicuntur:ſubſtantiæ verò prædicamentum de eo , quod eſt mate-
Cœlum. *ria. Ad 4 obiectionem,ſi cœlum eſſet à materia omninò abſolutum ; eſſet vtiq; anima*
nobilius,atq; præſtantius;non enim penderet ex materia ex qua, neq; in qua,nec per in-
formationem , ſed operationes penitus à materia liberas haberet , & materiæ minimè
communicabiles: anima verò,præter intelligere,organis vtitur corporeis. Ad 5. dico,
quòd quamuis talis motus inſit ratione corporeitatis ; ipſa tamen cœli corporeitas , ſinè
Motus. *materia eſſe non poteſt: ſiquidem remota materia tres quoq; dimenſiones , vt dicitur 7.*
Illuminatio. *met : remoueri neceſſe eſt. Motus præterea localis eſt motus naturalis, cuius principi-*
um eſt natura, quæ eſt materia, aut forma in materia. 2. phyſ: Cœlum ergo cum natu-
rali mo-

De materiæ vnit.

rali motu moueatur; neceſſe eſt omninò materiam habere. Ad vltimam obiectionem patet ſolutio, nempè omnem qualitatem ſenſibilem, materia indigere, propterea falſa eſt illius conſequentia. Patet ergo, quomodo materia propriè ac verè cœlo ſit tribuenda. Cæterùm, Commentator tripliciter materia vti conſueuit: nonnunquam certè pro Hyle, ſiue pro materia, quæ eſt potentia contradictionis, qua propriè eſt ſubſtantialis formæ ſubiectum, de qua phil. loquens. 1. phy inter principia naturalia eam collocauit: aliquando vtitur materia pro illa natura, qua aliquid conſtituitur in eſſe mobili, & hæc eſt natura corporea; omne enim mobile ex 6. phyſ: eſt corpus: interdum accipit pro eo, quod habet quodammodo materiæ proprietatem, quæ eſt eſſe ſubiectum formæ receptiuum. Primo autem modo materia non eſt in cœlo, ſecundum Commentatorem: quamobrem dixit 1. cœli com: 5. Quòd ſi corpus cœleſte eſſet compoſitum ex materia & forma; eſſet vtique generabile & corruptibile. Porrò, ſi quæ aliæ Commentatoris authoritates aliud ſentire videntur; illæ profectò ſecundo & tertio modo ſunt intelligendæ, vtpote authoritas. 12. met: com: 10. Omnia, inquit, quæ tranſmutantur habent materiam, id eſt, ſunt naturæ corporeæ, propter quam ſunt in potentia in oppoſitos terminos. Et 9. met: com: 17. Cœlum ſemper habere potentiam in vbi, non prohibet vt ſit materia, ſed bene prohibet ipſum eſſe formam. Senſus eſt, cœlum eſt materia localis, & ſubiectum ſimplex, non autem forma generabilis, & corruptibilis, tametſi forma ſit, quatenus eſt per ſe exiſtens. Et primo cœli ait, cœlum eſſe ſenſibile: igitur habet materiam; ſenſibile enim aliquid eſt per materiam: intelligibile verò per formam. Accipit autem materiam in 3 ſenſu, nempè naturam ſubiectam quantitati, & per quantitatem qualitati ſenſibili. Quoniam autem cœlum, ſecundùm ipſius ſententiam, eſt ſubiectum quantitatis, raritatis, denſitatis, & lucis; hac ratione putauit eſſe ſenſibile per materiam; non tamen arbitratus eſt, materiam ſecundùm primum modum cœlo eſſe attribuendam. Vnde lib. 1. cap. 1. de ſubſtantia orbis: Quoniam autem hæ duæ naturæ exiſtentes in his generabilibus & cœleſtibus corporibus non ſunt conuenientes ſpecie; cauſas enim corporis cœleſtis & generabilis, eaſdem eſſe, eſt impoſsibile: igitur has duas ex quibus componitur corpus, nempè materiam & formam, non eſſe eiuſdem ſpeciei, neq; eiuſdem generis cum duabus, ex quibus componuntur generabilia, patet ſatis. Hæc ille. Ex quo patet, ſecundùm Auerroem, in cœlo non eſſe eiuſdem rationis cum iſtis inferioribus, materiam atq; corporeitatem de cœleſti & terreno, ſiue inferiori corpore, æquiuocè dici. Auicenna putauit cœli materiam & inferiorum eiuſdem eſſe ſpeciei, atq; in vtraq; materia coæternam eſſe corporeitatem de genere ſubſtantiæ, ipſaque mediante, cœlum, animam recipere, quam imaginatiuam nuncupabat, poſtquam dimenſiones terminantur: deinde ipſi orbi intellectum, id eſt, intelligentiam copulari. Verùm ſi ita res ſe haberet, inquit Auerro: tunc vnum atq; idem corpus eſſet corruptibile & æternum: corruptibile, inquam, propter materiam, incorruptibile verò propter formam. Adde, quòd natura indifferens ad vtrumq; efficeretur neceſſaria, atq; ita vna eademq́; natura verteretur in aliam, genere & ſpecie differentem, quod eſt abſurdum, ne dicam impoſsibile. Itaq́;, arbitratur Auer: materiam cœli immediatè ab intelligentia perfici, vtpote non habentem dimenſiones ante formæ receptionem. Quoniam autem dimenſiones ſequuntur intelligentiam; ideo intelligentia eſt indiuidua, materia verò eſt ad eſſe tantùm, & in potentia ſolùm ad intelligentiam, propter dimenſiones conſequentes, non autem antecedentes, diuiſa, vna numero in actu ſemper per formam. Et reuera, non videtur eſſe neceſſaria illa forma media, quæ vocatur anima ab Auicenna: neq; forma cœleſtis, quam ponebat Auenpaces, Auerrois magiſter; ſic enim dicebat, cœli materiam, cœleſtem primò formam recipere, quæ nec eſt anima, nec intellectus, ſed cœleſtis forma extenſa, videlicet elementaria in materia elemẽti: & hæc quidem non eſt grauis, neq; leuis, ſed neutra potiùs, qua certè recepta, dimenſiones poſtea recipiuntur, & cætera accidentia: demum toti orbi intelligentia, vt motor ap-

Materia triplex ex com.

Commentatoris authoritates de materia

Quòd in cœlo nõ ſit materia

Auicenn: opinio de materia cœli.

Oppugnatio.

Auenpaces.

Quare cœlum non mouetur in inſtanti.

plicatur. Intelligentia ergo eſt actu motor, cœlum autem ſecluſa intelligentia eſt actu mobile: ex his autem fit quaſi vnum animal actu mobile. ſed ſufficit ipſa intelligentia, quæ planè, quoniam ante dimenſiones recipitur, intellectus, & quidem indiuiduus remanet. Dices, ſi materia ita ſe habet cum intelligentia: igitur cœlum mouebitur in inſtanti. Tenet conſequentia; nihil enim reſiſtit motori: non quidem ipſe ſibi, nec cœleſtis materia eidem, nam cùm ſit in potentia, nullius eſt reſiſtentiæ; reſiſtit enim quod eſt in actu. Quare, ſi potentia ens reſiſteret; tunc certè materia elementi reſiſteret formæ: atq; ita in vacuo elementum non ſubitò moueretur: ob materiæ namq; rationem reſiſteret. ſed hoc

Solutio.

aduerſatur Auerroi 4. phyſ: com: 61. ergo &c. Dico, hoc dici poſſe de materia communi, non autem de materia cœli, quæ eſt limitata ad vnam formam, & ad certum, non autem ad omne vbi. hoc autem modo habet vim reſiſtendi poſitiuè, nec opus eſt in actu vel actum eſſe, ſed ſatis eſt ei limitatam eſſe, atq; diffinitam ad certum actum. Materia verò communis, cùm ſit potentia ad omnes formas, eſt in potentia ad omne vbi, & ex conſe-

Auerr.

quenti illi non reſiſtit motori, qui mouet ad quodcunq; vbi. ſic profectò loquitur Auer. 2. cœli com. 63. & paſſim propemodum, vbi cœlum aſſerit certa velocitate moueri, qui

Theologus.

nimirum motor ad mobile cœleſte, certam habet proportionem. Theologus diceret, hoc contingere ex libera voluntate motoris, atq; ex natura motus, qui in inſtanti fieri non

Auer.

poteſt. In 2. lib. de ſubſtantia orbis ait: Corpus cœleſte non componi ex forma & materia, ſicut generabilia & corruptibilia componuntur; nulla enim potentia eſt in eo omninò, quia omne in quo eſt potentia, non eſt potentia niſi ad duo contradictoria, ſcilicet potentia quæ eſt in ſubſtantia. Et manifeſtum eſt etiam, quòd forma qua mouetur, non ſit generis formarum quatuor elementorum: quoniam ſi ita eſſet; eſſet vtiq; graue aut leue, & non moueretur per ſe, & etiam per accidens, vt declaratum eſt 8. phyſ: Hæc ille.

Quòd materia cœli nō ſit eiuſdem rationis.

Ex quibus patet ſatis materiam cœli non eſſe eiuſdem rationis cum iſtis inferioribus, nec formam ſimiliter. Et reuera, ſi materia cœli ſit eiuſdem rationis, id eſt, ſpeciei, cum materia inferiorum, ſolo numero diſtincta, cùm materia, quatenus materia, ſit in pura potentia ad formam: igitur ad quamcunq; formam eſt in potentia materia lapidis, erit etiam materia cœli, quod certè eſt impoſſibile; alioqui eſſet in potentia ad formas infe-

Obiectio.

riores, & ſic natura corruptibile, quod phil. minimè placet. Dicis, quòd quamuis materia cœli, ex ſui natura ſit in potentia ad formas, quas non habet; eius tamen appetitus à forma quam habet, completur omninò, atq; ita perficitur, vt aliam appetere nequeat, neq;

Solutio.

lubeat: non ergo habet potentialitatem ad aliam formam. Dico, potentiam paſſiuam non niſi in adeptione formæ nondum exiſtentis terminari atq; quieſcere: fruſtra igitur poneretur illa, quæ ſuum appetitum nunquam expleret. Materia ergo cœli non eſt eiuſdem rationis cum materia inferiorum. Adde, quòd ſi materia lapidis eiuſdem ſit rationis cum materia cœli; eſſet vtiq; in potentia paſſiua naturali ad formam cœli, & cùm omni potentiæ paſſiuæ naturaliter reſpondeat potentia actiua naturalis; ſequeretur quòd aliquod agens naturale formam cœli in materiam lapidis introducere poſſet, atq; ita cœlum eſſet corruptibile, quod paulò antè reprobauimus. Materia ergo cœli eſt alterius rationis, & non eſt in potentia niſi ad formam cœli quam habet, ipſaq; potentia ſemper

Duæ materiæ diſtinguūtur intrinſecè.

eſt actui coniuncta. Itaq;, materia cœli non ſolùm diſtinguitur à materia inferiorū, quia habet formam diſpoſitionibus contrariis carentem; verùm etiam ſecundùm intrinſecam diſpoſitionem, quæ nihilominùs pendet ab extrinſeco, quia quatenus eſt in potentia, eſt ens

Ens reſpectiuum.

Opinio exponitur.

reſpectiuum; potentia enim vt potentia dicitur ad actum. Cùm igitur materia cœli ſit in potentia actui ſemper coniuncta; diſtinguitur à materia inferiorum per propriam differentiam intrinſecam, ſed illam mutuat ab intrinſeco, nempè à forma: eſt enim ens reſpectiuum. ſecus autem ſe habet ens abſolutum, cuius diſtinctio ſumitur à principio intrinſeco, vt rationale ab anima: potentiæ verò ſenſitiuæ, differentias eſſentiales mutuant ab obiectis. Quomodo ergo materia ſit in cœlo, & alterius rationis, quàm materia inferiorum, dixi.

CAP. III.

CAP. III.

Materiam cœli eſſe eiuſdem rationis cum materia inferiorum.

QVidam opinati ſunt, materiam cœli eiuſdem eſſe rationis cum materia in- Opinio expo-
feriorum, & nihilominùs cœlum eſſe incorruptibile, non quidem ex prin- nitur.
cipio intrinſeco paſſiuo, ſed ex defectu contrarij, ipſum corrumpere va-
lentis. vnde licet cœlum ſit natura corruptibile; quia tamen habet formam
contrario carentem, quod illius naturam vincere poſſet; hanc ob cauſam
dicunt eſſe incorruptibile, atq; ad huiuſmodi rei veritatem ſtatuendam, ſic arguere con-
ſueuerunt: In pura potentia nulla poteſt eſſe diſtinctio. ſed materia cœli & materia in- Argumenta.
feriorum ſunt pura potentia: in eis ergo nulla erit realis diſtinctio: igitur ſunt eiuſdem 1.
rationis. Minor ex materiæ diffinitione patet, maior verò ex 7. met: vbi docetur, actum
eſſe qui diſtinguit. Materia ergo cùm ſit in pura potentia, nullam ex ſe habet intrinſe-
cam virtutem diuidendi. Si igitur inter huiuſmodi materias aliqua fuerit diſtinctio; hæc
profectò ab extrinſeco, nempe à forma manabit, quia ſcilicet forma cœli caret contra-
rio, inferiorum verò contrario modo ſe habeat: ergo &c. Amplius, ſi materia cœli differt 2.
ſpecie aut genere à materia inferiorum: vna ergo magis quàm alia à puro actu diſtabit,
quod eſt falſum. Tenet conſequentia; nam ſpecies & naturæ ſunt ſicut numeri. 8. met: Si-
cut eſt impoſſibile duas ſpecies primas numerorum ab vno æquè diſtare; ita planè duas
primas materias rationibus diſtinctas, à puro actu: falſitas autem conſequentis patet.
Etenim ſicut in primo ente, gradus aſſignari non poſſunt; ita etiam nec in infimo ſimpli-
citer. ſed materia prima vniuerſaliter, & in ſua tota latitudine accepta, eſt infimum ens:
igitur illi gradus aliquot non ſunt attribuendi. Item, quæcunq; conueniunt in eadem dif- 3.
ferentia ſubſtantiali, eiuſdem ſunt rationis. ſed materia cœli & materia inferiorum in
eadem conueniunt differentia ſubſtantiali, nempè in pura potentia, quæ ita de materia
cœli, ac de materia inferiorum prædicatur: eiuſdem ergo ſunt rationis. Adde, quòd quæ
cunq; in vno genere conueniunt, in vna quoq; materia conueniant, etiam ſecundùm ean-
dem rationem, neceſſe eſt; genus enim à materia ſumitur, & de ſuis inferioribus ſecun-
dùm eandem rationem dicitur. ſed corpora cœleſtia & hæc inferiora in eodem genere,
nempè in corpore conueniunt: igitur eiuſdem ſunt rationis. Præterea, quorum eſt vna 4.
forma, eorundem eſt vna eademq; materia. ſed omnium planè corporum eſt vna forma,
corporeitas ſcilicet à qua materia denudari non poteſt: omnium ergo corporum eſt vna
eademq; materia. Sanè, ſi non eſſet omnium corporum vna materia, in cauſa fortaſſis
eſſet ordo, ſeu diſpoſitio huiuſmodi materiæ ad diuerſos actus. ſed hæc profectò cauſa te-
nuis eſt atq; imbecillis; alioqui omnium generabilium vna eademq; non eſſet materia, ſi-
quidem ad diuerſos actus ordinem diſpoſitionemq; habent: ergo quod prius. Iterum, in 5.
cœlo non eſt vera materia, aliter cœlum eſſet natura corruptibile; vera enim materia eſt
potentia contradictionis, quæ corpori cœleſti non eſt concedenda, alioqui aliquod vio-
lentum eſſet in cœlo, potentia vtiq; paſſiua contradictionis, ſub vna forma contenta. ſed
de cœlo hoc ſentire non licet: ergo quod prius. Dices, materiam cœli non eſſe eiuſdem ra- Soluuntur ar-
tionis cum materia inferiorum; ideoq; non eſſe in potentia contradictionis. Contra: Igitur gumenta.
duæ eſſent materiæ primæ, quod eſt falſum, ſicuti duæ primæ cauſæ efficientes, & duo
vltimi fines. His igitur atq; ſimilibus rationibus conantur nonnulli oſtendere, materiam
cœli eiuſdem eſſe rationis cum materia inferiorum: quæ profectò ſic ſolui poſſunt. Ad 1.
1. dico, maiorem bifariam intelligi poſſe: vno quidem modo, vt nullum ſit diſtinctiuum
intrinſecum ſumptum ab intrinſeco, & ſic admittitur: alio autem modo, vt diſtinctiuum

 ſit

ſit quidem intrinſecum, ſed ab extrinſeco ſumatur, & ita negatur. cùm enim ſit mate-
ria propter formam: ſecundùm ergo formæ exigentiam neceſſaria eſt materiarum di-
uerſitas. Itaq;, licet iſtæ duæ materiæ nullum dicant actum intrinſecè; ordinantur ta-
2. *men ad diuerſos actus, à quibus principium ipſarum diſtinctiuum ſumitur. Ad 2. ne-*
gatur falſitas conſequentis, & ad probationem negatur ſimilitudo: ſupremum enim ens,
quia non ordinatur ad aliud nec intrinſecè, nec extrinſecè; ideo in eo gradus eſſe non
poſſunt. ſed quia materia eſt pura potentia; idcirco ad extrinſecum, nempè ad formam,
à qua recipit principium diſtinctiuum ordinatur, ideo gradus habere poteſt. Sic mate-
ria cœli, quia nobiliorem formam ſortitur; propterea minùs quàm materia inferiorum à
puro actu diſcrepat. Qualis ergo erit diſtinctio vel gradus diſtantiæ inter formas; talis
3. *vtiq; reperietur inter materias. Ad 3. Si in differentia ſubſtantiali ſpecifica conueniant,*
maior eſt vera: falſa autem, ſi diſſentiant. ſed pura potentia in qua conueniunt materia
cœli, & materia inferiorum non eſt ſpecifica, ſed generica; ideo ratio illa non valet: acci-
piuntur enim ſub ea duæ differentiæ ſpeciales, nempè pura potentia ad formam, illius
potentialitatem totam complectentem atq; perficientem, & pura potentia ad nouas for-
mas recipiendas. Ex quo patet huiuſmodi differentias eſſe eſſentialiter diſtinctas. Ad
confirmationem dico, genus bifariã poſſe intelligi, phyſicè quidem & logicè. Porrò, cor-
ruptibilia & incorruptibilia, ſi ſecundùm phyſicam naturam conſiderentur, non modò
conueniunt, ſed differunt genere. At ſi logicè intelligantur, vnum vtiq; eſt genus omni-
um corporum ob vnam planè corporeitatis rationem. Itaq;, corpora cœleſtia & inferiora
4. *non in vno genere phyſico, ſed logico conueniunt; ideo non ſunt eiuſdem rationis. Ad 4.*
Dico, omnia corpora non conuenire in vna forma phyſica, ſed logica tantùm; ideoq; non
ſequi, eſſe vnam eandemq; formam phyſicam omnium corporum. Ad confirmationem
reſpondeo, materiam cœli eſſe aliam à materia inferiorum, tum quidem intrinſecè, tum
etiam quia extrinſecè ordinatur ad nobiliorem & perfectiorem formam: nec eſt in po-
tentia ad alias formas, ſed ad illam tantùm, nec admixtam habet priuationem, quippè,
quæ ſemper actui ſit coniuncta: illa verò diſſimiliter ſe habet. Quamobrem ſequitur eiuſ-
5. *dem non eſſe rationis. Ad 5. Dico, materiam tripliciter accipi poſſe: vno quidem modo*
In cœlo eſſe materiam. *communiter, quatenus ſcilicet indifferenter ſe habet ad formam, & ad vbi. hoc autem*
modo materia eſt in cœlo; ſubijcitur enim motui locali ad vbi: deinde proprijſſimè, nem-
pè, pro potentia ad formam ſubſtantialem, priuationi admixta, atq; ita cœlo nequaquam
eſt attribuenda: poſtremò, propriè, hoc eſt, pro potentia apta nata informari aliqua
forma ſubſtantiali, quæ nihilominùs admixtam non habet ad formam ſubſtantialem,
ſed ad vbi tantùm, priuationem. hoc autem modo materia eſt in cœlo; ſiquidem omnis
ſubſtantia ſenſibilis eſt compoſita ex materia & forma ex 7. met: ſed cœlum eſt ſubſtan-
tia ſenſibilis, & non eſt materia tantùm, neq; forma: conſtat igitur ex materia & forma.
Ad vbi quomodo ſit materia. *Dicis, in cœlo eſſe materiam ad vbi tantùm, quæ quidem non eſt pars compoſiti, ſed com*
paratur ad vbi, ſicuti ſubiectum ad accidens. Reſpondeo, quod vbicunq; ſunt poſitionum
differentiæ, inibi neceſſe eſt, & dimenſiones inueniri. ſed in cœlo ſunt poſitionum diffe-
Opinio phil. *rentiæ, etiam ex natura rei diſtinctæ. 2. cœli, in cœlo ergo ſunt dimenſiones: igitur &*
vera materia. Adde, quòd illud ſubiectum in potentia ad vbi, non eſt forma tantùmmo-
do, neq; materia ſimiliter: igitur compoſitum ex materia & forma, atq; ita recidit in
idem. Cæterùm, quia in rebus generabilibus & corruptibilibus, generatio & corruptio,
Vna materia omniũ corporum. *ad materiam cognoſcendam nos auexerunt; quia nimirum in illis vnum debet eſſe ſub-*
iectum, formæ priuationiq; commune: hoc autem cùm cœlo minimè inſit, niſi potentia ad
vbi; hac de cauſa aliqui dixerunt in cœlo tantùm eſſe materiam ſecundùm locum. Ineſt
ergo cœlo vera materia, neq; ob id dantur duæ primæ materiæ; materia enim inferio-
rum ſe habeat ſecundùm proportionis analogiam ad cœli materiam. Sanè, nihil prohibet
omnium corporum vnam eſſe materiam vnitate proportionis: Etenim, ſicut ſe habet in-
feriorum

ſeriorum materia ad generationis motum; ita planè materia cœli, ad motum localem
corporum cœleſtium. ſecus autem res ſe habet, ſi vnitas illa ſit vniuocationis, & eſſen-
tiæ naturalis, & non logicè: hoc enim modo materia cœli non eſt eiuſdem rationis cum 1
inferiorum materia; nam illa, quorum materia eſt vna, ſunt adinuicem transmutabi-
lia. 1. de gener: ſed corpora cœleſtia, & hæc inferiora non ſunt adinuicem transmuta-
bilia: igitur non habent vnam, eandemq; materiam. Amplius, quorum motus natura- 2
les ſunt diuerſi; & principia quoq; eorundum, diuerſarum ſint rationum, neceſſe eſt o-
mninò. ſed motus cœli eſt circularis, & motus inferiorum eſt diuerſus: ergo &c. Huic
accedit, quòd illæ materiæ eiuſdem ſunt rationis, quæ æqualiter ſe habent ad quamcun-
que formam recipiendam. ſed hoc vtrique materiæ tribui non poteſt: ſicut antea oſten-
ſum eſt: igitur materia inferiorum, non eſt eiuſdem rationis cum materia cœli. Alij, Alia ſolutio.
alio modo ſoluunt, ſed in idem recidit: Materia cœli, inquiunt, & inferiorum, rati-
one potentiæ abſolutæ, eiuſdem planè ſunt rationis; vtraq; namq; eſt in potentia, & ad
eſſe, & ad formam. Ratione verò potentiæ phyſicæ, & genere, & ſpecie diſtinguuntur;
materia enim corruptibilium, propter annexam, quam habet priuationem, eſt in poten-
tia ad vtrumq;: incorruptibilium autem, quia priuatione vacat omni, ad vnam tan-
tùmmodò formam eſt determinata: igitur metaphyſicè conueniunt, phyſicè autem di-
ſtinguuntur. Quomodo igitur, materia cœli differat à materia inferiorum, dixi. Dices, Materia omnium corporum cœleſtiũ eſt eiuſdem rationis.
nunquid materia omnium corporum cœleſtium, ſit eiuſdem rationis. Reſpondeo, quòd
communis ratio materiæ ab eo potiſſimùm ſumatur, quòd ſcilicet à forma actuari poſ-
ſit, diſtinctio vtiq; propriè à forma procedit: ſed omnes formæ corporum cœleſtium v-
nicum habent modum in materia actuanda, nempe totam illius capacitatem replendo,
vt nulla illi relinquatur potentia, ad alterius formæ conſortium habendum: omnium er-
go corporum cœleſtium materia, licet diuerſimodè, à diuerſis actuetur formis; eiuſdẽ
tamen eſt rationis. Pari quoq; ratione, ſed contrario modo, materia omnium inferiorum
eſt eiuſdem rationis; formæ namq; inferiores, non ita replent materiæ capacitatem, quin
aliquid priuationis illi relinquant; hac de cauſa nouas ſemper formas geſtit habere. Por-
rò, iſti duo modi actuandi, diuerſarum ſunt rationum, & materia quoq; ſuperiorum, & Duo modi actuandi.
materia inferiorum ſimiliter. Non ſolùm autem ex diuerſitate formarum; verùm etiam
materiarum ſumitur diſtinctio. Cùm hæc igitur, ita ſe habeant, patet, quomodo omnium
corporum cœleſtium ſit eiuſdem rationis materia. Nec valet: Igitur ſunt adinuicem illa
corpora transmutabilia, quia conueniunt in materia; quandoquidem materia cœli non
ſit priuationi ſubdita, ſicuti materia inferiorum. Porrò, quomodo priuatio inſit mate-
riæ, & quænam ſit natura illius, & an ſit vnum de principiis naturæ, poſthac di-
ſputabimus.

QVAESTIONIS QVINTAE. CAP. I.

Si priuatio diſtinguatur re ab ipſa materia.

QVoniam hoc arduum, atque obſcurum; vtile tamen ſatis de materia nego-
tium, ſine priuationis cognitione, plenè rectèq; ſciri non poteſt; hac de
cauſa de illa diſputare conſtitui: & inprimis quærere quonam modo ab ipſa
materia diſtinguatur. Pro huius igitur rei intellectu, nobis ſciendum, pri- Priuatio duplex.
uationem bifariam poſſe intelligi: primò quidem, quantum ad id, quod eſt: atque ita
non eſſe ens reale, extra animam conſiſtens, clariſſimè patet; priuatio enim (vt dicit
philoſophus 5. met:) formaliter non eſt, niſi negatio. cap: de priuatione, vbi modos pri-
uationis declarauit, per non habere id, quod natum eſt haberi: negatio ergo, non modò

nullum eſſe dicit; verùmetiam ipſum negat omninò: alio modo priuatio intelligitur quantum ad id, per quod à ſimplici negatione diſtinguitur, ſicq; dicit aliquid reale: in ſui enim ratione quatenus à ſimplici negatione diſtinguitur, ſubiecti ad formam habendam, aptitudinem complectitur includitq;. Porrò, ſicut ſubiectum habet potentiam realem, ad formam ſibi vnibilem; ita planè, & aptitudinem. Verùm, quia huiuſmodi aptitudo, ad priuationis quidditatem non pertinet; idcirco eſſentialiter, & non ex connotato loquendo, priuatio, eſſe reale dicit nullum.

Priuatio non eſt forma generanda.

Nec eſt forma generanda (vt quidam dicunt) præexiſtens in materia ſub eſſe imperfecto, coagens generanti ad rei generationem, alioqui eſſet ens reale, quippe cùm omnis forma naturalis, ſub quocunq; eſſe inueniatur, ſit ens extra animam. Philoſophus 1. phyſ: tex: 60. ait, materiam, ſiue ſubiectum, ex quo res fit, eſſe principium per ſe: priuationem autem, principium per accidens; in re namq; producta, ſubiectum permanet: priuatio autem minimè; alioqui forma introducta in ſubiecto, in eodem cum ſui priuatione, ſimul inueniretur, quod certè contradictionem implicat.

Quomodo diſtinguatur.

Diſtinguitur ergo priuatio à ſubiecto, non ſicut ſubſtantia à ſubſtantia: neq; ſicut accidens ab accidente, aut accidens à ſubiecto; ſiquidem in his modis, vtrumq; diſtinctionis extremum, eſt ens reale. atqui priuatio ſecundùm ſuum eſſe formale, non eſt ens reale.

Non eſt relatio.

Diſtinguitur ergo diſtinctione, qua diſtinguitur ens à non ente. Hæc autem diſtinctio, non eſt propriè relatio, ſed potiùs negatio: nam quando eſt relatio; neceſſaria profectò eſt vtriusq; entis præſentia: in negatione verò, ſufficit alterius, vtpote hoc non eſt illud: ſiue hoc ſit ens, & illud non ens: ſiue vtrumque non ens, vt cæcitas non eſt ſurditas.

Non eſt diuerſa.

Cæterùm, quamuis priuatio diſtincta ſit à ſubiecto; non eſt tamen ab eo diuerſa, ſed potiùs non idem. Reuera, quando ens comparatur non enti, non ſeruatur diuerſitas, vel identitas. vnde homo ſi comparetur Chymeræ, non eſt dicendus idem cum illa, neq; etiam diuerſus, ſed rectiùs non idem. Sic ergo priuatio à materia diſtinguitur.

Platonis opinio.
Philoſ.

In primo phyſ: tex: 79. philoſophus manifeſtè arguit Platonem aſſerentem (vt ipſe dicit) materiam, & priuationem numero eſſe vnam. Nos autem materiam, & priuationem alteram eſſe dicimus, & harum: hanc quidem eſſe non ens ſecundùm accidens materiam, priuationem verò per ſe: & materiam eſſe propè ſubſtantiam, priuationem verò nequaquam.

Commẽtator

Vnde Cõmentator vult, materiam, & priuationẽ ſe habere, vt ſubiectum, & accidens: quoniam materiæ accidit priuatio, ideoq; ait materiam eſſe non ens per accidens, quatenus ſcilicet denominatur priuata, vt non bos, non equus: ens autem dicitur ratione formæ.

Parmenides.

Cæterùm, Parmenides ſic arguebat: Quidquid eſt præter ens, & præter vnum; eſt vtiq; non ens, & dualitas. ſed materia eſt præter vnum, quia præter Deum, qui eſt ipſa vnitas apud Mercurium, Parmenidem, atq; Platonem, & præter ens, quia præter decem prædicamenta, quæ tantum ſunt entia: igitur, materia eſt non ens, & dualitas, nempe magnum, & paruum. Hoc modo Plato in Parmenide videtur ſentire, materiam & priuationem eſſe idem numero: in Timæo autem, materiam appellat formarum matrem, vt paulò antè dictum eſt. fol: 369. & ſequen:

Expoſitio Platonis.

Ne ergo quiſpiam putet, Platonem ſibi aduerſari: dicimus in Parmenide poſuiſſe vnum ante ens, communius vtiq;, atq; prius ipſo ente: ſimiliter in Sophiſta: & ſub vno, Deum: ſub ente autem, 10. prædicamenta collocaſſe, ab illa vtique vnitate manantia. Cùm autem perſpexiſſet, materiam non eſſe Deum, nec ſub aliquo decem prædicamentorum contineri; ratus eſt, eſſe præter vnum, & præter ens: non autem omninò nihil; quandoquidem illud ſit omninò nihil, quod non modò eſt præter vnum, & ens; verùmetiam, nullam dicit multitudinem, quod ſanè Platoni non placet aſſerenti, materiam eſſe paruum & magnum.

Iamblichus.

Iamblichus de ſecta Pythagorica, ait, ens duobus modis intelligi: & id, quod diſtinguitur contra nihil: atque ita materiam eſſe ens, priuationem verò minimè. Et id, quod in decem prædicamenta diuiditur, quodq́; à prima vnitate proficiſcitur, ſicq́ue non eſſe ens: atqui hæc non diſſonant à philoſophi ſententia. Quare, ſi rectè, atq; le-

gitimè

De priuatione.

gitimè Platonis doctrina intelligatur; non multùm profectò à philoſophi voluntate diſcrepare videbitur.

Obiectio. 1.

Dices, negatio viſus verè eſt in oculo, etiam ſi nullus intellectus cōſideret: priuatio ergo non eſt ens rationis. Tenet conſequentia; ens enim rationis, abſq; intellectus conſideratione eſſe non poteſt: aut igitur non ens, aut ens reale erit. non quidem non ens, cùm 4. met: comm: 2. priuationes inter modos entis, numerentur: igitur, priuatio eſt ens reale.

2.

Amplius, 1. phyſ: tex: 60. philoſophus tenet, ſubiectam materiam eſſe vnum numero cum priuatione: non ergo abinuicem diſtinguuntur; quippe, cùm ea, quæ ſunt vnum numero, abinuicem non diſtinguantur: ergo &c.

Solutio. 1.

Dico, quòd licet priuatio non ſit ens, quatenus ens opponitur enti reali; quia tamen de priuatione negotiatur intellectus, formatq; hanc propoſitionem affirmatiuam: cœcitas eſt in oculo, eam planè, velut quoddam ens complectitur, licet non ſit verè ens; quoniam huiuſmodi propoſitio affirmatiua, huic negatiuæ, nempe: viſus non eſt in oculo apto nato habere viſum, æquipollet. Eſt ergo ens rationis, nec opus eſt, omne huiuſmodi ens, ab intellectu fabricari; hoc enim propriè conuenit ſecundis intentionibus, vtpote intentioni ſpeciei, & generis.

Ens rationis.

Sufficit autem hanc diſiunctiuam, hoc modo eſſe veram: omne quod eſt ens rationis, vel intellectus operatione eſt fabricatum, atque conſtructum, vel alium modum eſſendi non habet, niſi quia ab intellectu apprehenditur, & circa ipſum negotiatur. Nec valet dicere, eſſe ens reale, quia abſq; intellectus conſideratione, negatio viſus ſit in oculo: quandoquidem huiuſmodi propoſitio æquipolleat negatiuæ; ideoq; ſubiectum non modò nullum ponit eſſe reale; verùmetiam negat potiùs.

2.

Ad 2. philoſophi verba ita ſunt intelligenda, ſubiectum eſt idem cum priuatione, hoc eſt, non ponit in numero cum priuatione: quæ enim ponunt in numero, vtrumq; eſt ens; cum hoc tamen ſtat abinuicem diſtingui, ſicuti ens à non ente: verum eſt enim dicere: ens non eſt non ens. Quòd ſi ita res non ſe haberet; profectò aduerſus ſeipſum philoſophus pugnaret: nam tex: 79. eiuſdem libri apertè docet, materiam à priuatione diſtingui.

Priuatio eſt principium per accidens.

Dices: Igitur priuatio eſt omninò principium per accidens, atq; ita non erit principium naturale. Reſpondeo, priuationem, reſpectu rei productæ, non eſſe principium per ſe; eſſet enim principium intrinſecum, atq; rei naturalis conſtitutiuum, ſicq; pars illius permanens cum compoſito. ſed priuatio, cùm formæ negatio in materia ſit: non eſt ergo rei naturalis conſtitutiua, nec pars eiuſdem, nec permanens cum re facta; alioqui forma, & priuatio eiuſdem ſimul eſſent in materia, quod eſt planè impoſſibile.

Principiū per ſe eſt priuatio

Quòd ſi rē naturalem ſpectes, quoàd fieri; ſic profectò non eſt purè per accidens, ſicuti ars citharizandi in ædificante, ſine qua ædificare poſſet, ſed potiùs per ſe, non tamen primò: ſicuti materia eſt per ſe principium primum, formæ receptiuum. ſed potiùs ſecundariū, & diſpoſitiuum, velut quantitas, & qualitates, quibus diſponitur materia. Sanè, nullum purè principium per accidens, alicui conueniens, eſt ei neceſſariò coniunctum, aut neceſſariò requiſitum, ſicut dixi de arte citharizandi in ædificatore. ſed priuatio neceſſariò requiritur ad ipſum fieri; quoniam eſt terminus, à quo incipit ipſum fieri: vt ex non homine, fit homo, ac neceſſariò præcedit formam venturam: non ergo eſt purè per accidens, ſed per ſe principium, licet non primò, & principaliter; quandoquidem hoc materiæ tantùm congruat: priuatio verò conditio eſt, ſine qua non eſt; eſt enim materiæ neceſſariò coniuncta: materia namq; ſi non eſſet priuata forma rei producendæ; non fieret vtiq; rei productio.

Quomodo eſt principium.

Dicis, quomodo priuatio eſt principium, cùm nullus modorum, qui à philoſopho 5. met: de principio numerantur, illi poſſit aſſcribi? Reſpondeo, verum quidem, eò quòd modi illi, rebus conueniant poſitiuis: priuatio autem, cùm negatio formæ ſit recipiendæ, ſub nullo ſimpliciter illorum includitur modorum, niſi fortaſſis aliquo modo, ad primum reducatur, videlicet, vt ſit principium, vt terminus à quo, vnde aliquis incipit mouere: vt principium viæ eſt, vnde quis incipit ambulare; ſic principium fieri rei naturalis eſt illud, vnde incipit ipſum fieri: ſic ex non muſico, ſit muſicus.

tione. cus. Dices, quare philoſophus, vocat priuationem principium per accidens; quia ſcili-
Quomodo per accidens. cet principaliter quærebat principia eſſendi: priuatio autem non eſt principium eſſen-
di. Vnde Commentator 1. phyſ: comm: 66. ait: Generatum eſt ex materia per ſe, cùm ſit
pars eius: ex priuatione autem per accidens: quippe, quæ non remaneat pars generati.
reſpectu autem fieri, eſt, vt dixi, principium per ſe. Patet ergo quomodo priuatio ſit
Philoſophus principium rei naturalis. Ariſtoteles 1. phyſ: tex: 80. ait, Platonem priuationem deſpe-
xiſſe, materiam verò, inſtar matris, vnà cum forma, cauſam eſſe eorum, quæ fiunt: al-
teram verò contrarietatis partem, quia maleficium ſemper protendit, videri quaſi pe-
Cōmentator. nitus non eſſe. Commentator putat priuationem eſſe per ſe principium corruptionis, non
autem generationis; alioqui per ſe faceret ad eſſe: quandoquidem generatio ſit eſſe, vel
via ad eſſe. ſed priuatio non eſt huiuſmodi: ergo &c. per ſe ergo eſt principium corru-
Themiſtius. ptionis, quia per ſe facit ad corruptionem. Themiſtius arbitratur, priuationem eſſe prin
cipium transmutationis; quatenus eſt transmutatio: non autem in aliquo genere cauſæ,
non quidem finis, alioqui eſſet cuiuslibet transmutationis finis; & ita generationis, quod
eſt falſum: de aliis autem generibus ſimile eſt iudicium. Verùm, quæ priùs dicta ſunt,
his mihi clariora eſſe videntur.

CAP. II.

Priuationem eſſe ens reale.

1. POſſet aliquis contra prædicta ſic inſurgere: Nihil ſeparatur ab aliquo ſubie-
cto, ſeparatione extra animam exiſtente, niſi per aliquod poſitiuum; ſepa-
ratio enim entis realis, ab ente reali fiat, neceſſe eſt. ſed lumen remouetur à
medio per priuationem: priuatio igitur eſt ens poſitiuum, atq; reale, extra
animam exiſtens, atq; ita non eſt ens rationis. Sanè, transmutationis realis, & extra a-
nimam exiſtentis terminus ad quem debet eſſe realis. ſed corruptio eſt transmutatio re-
2. alis, & terminus ad priuationem: igitur priuatio eſt ens reale. Amplius, omnis oppo
ſitio realis conſtat vtiq; ex vtroq; termino reali. ſed oppoſitio priuatiua eſt realis, & ex-
tra animam: vterq; igitur terminus ipſius, eſt realis, & extra animam. Profectò, quod
eſt per accidens ſenſibile; eſt vtiq; ens reale, & non ſola mentis operatione fabricatum:
alioqui ens ſenſibile per accidens nequaquam diceretur. ſed priuatio eſt ſenſibile per ac
cidens; nam viſus (vt dicitur 2. de anima) eſt perceptiuus lucis, & tenebræ: ergo quod
3. prius. Iterum, ſi priuatio eſt tantùm ens rationis: igitur, præter intellectum operan-
tem, nihil eſſet cœcitate captum. Tenet conſequentia; quia cœcitas, aut ſurditas ſunt
priuationes extra animam, nequaquam exiſtentes. ſed hoc eſt falſum, quia cœcitas eſt
quid reale exiſtens in oculo, abſq; vlla intellectus operatione: ergo &c. Adde, quòd
ea diſtinguuntur realiter, quorum vnum, altero recedente, perdurat, atq; permanet. ſed
materia permanet pars compoſiti: priuatio verò corrumpitur: differunt igitur realiter.
Huic accedit, quòd illa videntur realiter differre, ſiue diſtingui; quorum vnum alicui
aduerſatur: alterum verò minimè. ſed priuatio, formæ aduerſatur, materia autem ne-
Solutio. quaquam: realiter ergo abinuicem ſeparantur. Dico, priuationem, vno modo reduci poſ
argumentorū ſe ad materiam, atq; ita aliud eſſe nihil realiter, niſi ipſammet materiam, carentiam for
mæ ſuperaddentem, quæ eſt ens rationis: alio autem modo ad formam, atq; ita eſſe ab-
ſentiam formæ: veluti ſi corrumpatur ignis, & remaneat forma aquæ; priuatio vtique
formæ ignis ſecundùm eſſe reale, eſt forma aquæ, ſuperaddens planè, formæ ipſius ab-
ſentiam. Quocunq; igitur modo priuatio conſideretur, ſemper erit ens reale; non tamen
realiter diſtinctum, niſi ſola animi conſideratione. Itaq;, priuatio quoâd ſuum ſignatum,
ſiue eſſe materiale, eſt extra animam: quoàd verò ad ſuum formale, non niſi per ani-
mam. Ex

mam. Ex his patet ad argumenta ſolutio, & ad primum quidem dico, formam induci,
præſentia agentis, priuationem verò, eiusdem abſentia: proinde lumen deficere medium,
ob abſentiam agentis conſeruantis; ideoq́ priuationem ſuccedere. Ad confirmationem,
aſſentior hoc tibi, nempe priuationem, quoàd ſuum eſſe materiale, eſſe ens reale, vnde
terminus ad quem corruptionis, eſt realis. Exempli gratia, corruptionis ignis terminus
ad quem, eſt forma aquæ; quatenus eſt priuatio illius, & hæc quidem eſt realis: non au-
tem, quantùm ad id, quod eſt in priuatione ſormale. Ad 2. eadem facilitate ſolui po a.
teſt: ſiquidem oppoſitio illa eſt realis, quia nimirum eſt inter extrema realia: & pri-
uatio quoq; erit realis, fundamenti planè realitate. Ad confirmationem, affirmo, atq;
approbo, priuationem per accidens ſenſibilem eſſe. Aër namq; eſt tenebroſus, qui pro-
fectò eſt priuatio ſecundùm eſſe reale; non ob id tamen priuatio differt ab illo, niſi ra-
tione tantùm. Ad 3. dico, ſine intellectu operante, & negotiante, multos inueniri men- b.
te captos, oculis atq; auribus; non tamen denominatione formali, abſq; intellectus opera-
tione, niſi fundamenti tantùm, ſiue materiæ ratione. Ad confirmationem primam re-
ſpondeo; priuationem non corrumpi, ſed deſinere potiùs, prædicatione formali denomi-
nare materiam. Ad aliam confirmationem ſimiliter dico, priuationem ſecundùm eſſe
formæ reale, ad quam reducitur, alteri formæ aduerſari: formaliter verò nequaquam.
Patet ergo quomodo ſecundùm eſſe materiale, priuatio ſit ens reale: ſecundùm verò eſſe Auerrois opinio.
formale, ens rationis. Porrò huic propoſito Commentator ſauere videtur. 12. namq; met:
com: 4. diſtinxit non ens, nempè in ſimpliciter, quod re quidem aut intellectu eſſe non
habet: & in id, quod ſolo in intellectu eſſe poſſidet, veluti eſt priuatio: & in illud quod Priuatio habet eſſe in in-
habet eſſe in re; non tamen in actu, vti eſt materia. Itaq;, priuatio ſecundùm Commenta- tellectu tan-
torem, in intellectu tantùmmodo eſſe habet. Sanè, quidquid eſt ens reale, propria reali- tum.
tate ab aliis diſtincta; poteſt vtiq; eſſe ſubiectum propoſitionis de ſecundo adiacente:
eſſe enim aliud, nihil importat vltra entitatem, niſi compoſitionem, quæ profectò ſine 1.
extremis intelligi non poteſt. Quare, ſi priuatio eſſet ens reale extra animam; verum
eſſet dicere, priuationem eſſe hoc ens compoſitum, quod eſt falſum. Amplius, quod ineſt 2.
materiæ, omni ente reali ab ea circumſcripto, profectò ens reale dici non poteſt. ſed
priuatio eſt huiuſmodi; ineſt enim materiæ, omni ente reali circumſcripto: ergo quod pri-
us. Adde, quòd priuatio non eſt ſubſtantia, ſed eiuſdem negatio: ſimiliter & accidentis:
igitur non eſt ens reale. Valet conſequentia à ſufficienti diuiſione; omne enim ens reale,
aut eſt ſubſtantia, aut accidens, aut deniq; aliquid illorum. Poſtremò, ſi ita res ſe habe- 3.
ret; tunc priuationis eſſet priuatio, quod eſt falſum. Conſequentia patet; nam enti reali Quomodo eſt
materiam habenti accidit priuatio. ſed per te priuatio eſt ens reale compoſitum: habet principiū per
ergo ſecum annexam priuationem. Priuatio ergo non eſt ens extra animam. Verùm, ſi- accidens.
cuti dixi, hæc intelligenda ſunt de eſſe formali, non autem materiali. Dubitabit aliquis
contra ſuperiùs dicta: Si priuatio eſt principium per accidens: poteſt ergo non eſſe; hæc
namq; eſt natura principij per accidens. Reſpondet Commentator 1. phyſ: com: 66. aſſe-
rens duplex eſſe aliquid per accidens: neceſſariò ſcilicet & raro. Porrò, priuationem
dicit eſſe principiū, quia ſcilicet generationem neceſſariò præcedit. Dixi paulò antè, eſſe Accidens quo
principium per accidens rei genitæ, per ſe verò ipſius generationis. Diceret aliquis: Igi- modo eſt ne-
tur priuatio poſſet non eſſe in materia; adueniente namq; forma ceſſaret. Reſpondeo, ceſſarium.
priuationem vniuerſaliter materiam non deſerere; ſemper enim materia admiſcetur pri-
uationi formæ contrariæ. Argues iterum, authoritate eiuſdem. 8. phyſ: com: 36. Et 1. met:
com: 8. Omne ſcilicet accidens poſſe non eſſe, ſiquidem accidens ex ſui natura non poteſt
eſſe neceſſarium, ſed contingens. Quare, ſi priuatio eſt principium per accidens; nullo
modo, nec alicuius reſpectu poteſt eſſe aut dici principium neceſſarium. Reſpondeo, Quomodo
Auerroem 1. phyſ: com: 66. Et 4. phyſ: com: 20. Et 5. met: com: vlt: dicere, quòd duobus per accidens.
modis aliquid dicitur eſſe per accidens: vno quidem modo per accidens contingens,

De principiis naturalibus.

nempè reſpectu ipſius accidentis, quod ſecundùm ſuam naturam poteſt eſſe & non eſſe: altero verò neceſſarium reſpectu vtiq; rei, cui ineſt, veluti albedo reſpectu Cygni, cui inhæret. Itaq;, accidens reſpectu ſui ſe habet contingenter: reſpectu verò alicuius ſubiecti, neceſſariò. Quamobrem, licet priuatio ſit principium per accidens contingenter reſpectu rei genitæ ſeu conditæ, quippe, quæ poſt illius formæ ingreſſum abſcedat, neceſſe ſit; eſt tamen principium per accidens neceſſarium reſpectu rei generandæ ſiue faciendæ. Patet ergo quomodo priuatio ſit principium per accidens. Cùm igitur hæc ita ſe habeant; operæpretium erit ſcire, an ſint tria tantùmmodo principia naturalia: materia ſcilicet, forma, atq; priuatio; de his enim in hoc 3. Pymandri ſtudioſè atq; ſolicitè locuti ſumus.

CAP: III.

Principia naturalia tria eſſe ſecundùm phil.

Phil. ratio.

QVoniam multa diximus de forma, de materia, atq; priuatione; operæpretium eſſe putauimus, his etiam addere quæſtionem illam vulgatam, de principiorum naturalium numero: an tria tantùm ſint, nec ne: Phil: ratio, quæ 1. phyſ. tex: 56. ponitur, talis eſt: Si autem, inquit, quatuor exiſtentibus, duæ erunt contrarietates; oportebit ſeorſum vtriſq; eſſe alteram quandam naturam. De primis loquitur contrariis, quæ ſunt forma, & priuatio, ſi abſolutè conſiderentur. hæc autem ſunt duo tantùm, quoniam ſi eſſent quatuor; tunc quemadmodum duo prima contraria habent vnam naturam ſubiectam; ita planè eadem ratione, alia duo, alteram haberent naturam ſubiectam. Tenet conſequentia, quia vna prima contrarietas, eſt tantùm vnius primi ſubiecti. Ex quo patet, quòd vna tantùm ſubiecta natura, nempè materia, vnam tantùm habebit contrarietatem, quæ eſt inter formam & priuationem; nam album & nigrum, calidum & frigidum non ſunt primò contraria: ſed ideo potiùs contraria reputantur, quia ſcilicet alterum illorum, formæ, alterum verò, priuationis vice fungitur. forma autem & priuatio ex 10. met: ad priora contraria nòn reducuntur, quandoquidem prima contrarietatis radix ſit forma, & priuatio. Hæc autem phil. ratio, primis conuenit contrarietatibus, de quibus ipſe loquitur; alioqui quoâd alias contrarietates, non eſt neceſſe multiplicare ſubiectam naturam, ſecundùm ſecun-

Vna contrarietas.

Obiectiones.

1\. *darum contrarietatum numerum. Sed arguet aliquis, principia per ſe naturalia eſſe duo tantùm: materiam ſcilicet & formam, priuationem verò eſſe principium per accidens: ſicut dictum eſt, alioqui ſi inter principia naturalia, principium quoq; per accidens numerari debeat; profectò non tantùm tria, ſed plura numerabuntur principia: vtpote diſpoſitiones qualitatiuæ & quantitatiuæ, ſine quibus aliquid fieri non poteſt: igitur, aut duo tantùm ſunt principia naturalia: aut certè plura tribus Fauet huic propoſito authoritas commentatoris cap. 1. de ſubſtantia orbis: vbi apertè docet, principium eorum, quæ*

Plura principia.

2\. *in materia recipiuntur, tres eſſe dimenſiones: ergo idem, quod prius. Præterea, cœlum eſt res naturalis; non tamen habet priuationem (vt antè diximus) non ergo omnia entia naturalia, ex tribus conſtant principiis naturalibus. Adde, quòd hæc principia ſimul eſſe non poſſint; nam forma accedente, priuatio recedit: quomodo ergo eiuſdem eſſe poſſunt principia, quæ ſe inuicem implacabili odio proſequuntur? Ad hæc & ſimilia, ex his, quæ dicta ſunt patet reſponſio: ſiquidem principia naturalia in facto ſunt duo, in fieri verò tria. Duo principia ſunt intrinſeca: materia ſcilicet & forma, quia videlicet cum re facta permanent: aliud verò maleficium alicuius molitur ſemper. Sed tempus iam eſt redeundi ad noſtrum ſapientiſſimum Mercurium, quem aliquantiſper intermiſimus, ob altiſſimas atq; vtiliſſimas, quæ nobis obuiam venerunt, de materia quæſtiones. His ergo abſolutis, ad noſtrum Mercurium læti reuertimur.*

Solutio.

MER-

MERCVRIVS.

Deus eſt neceſsitas, finis, & renouatio.

Commentum VII.

QVAESTIONIS PRIMAE. CAP. I.

QVOMODO Deus ſit ſapientia, in primo Pymandri, quòd autem ſit principium, paulò antè in hoc libro, diuinum, & diuina natu- Deus eſt ne-
ra: quòd verò ſit actus ſimplex, in primo Pymandri de ſimplici- ceſsitas.
tate dei copioſè diſtinctèq́ deſcripſi: Dicendum ergo mihi eſt deinceps, quomodo ſit neceſsitas, idq́ fauore & benignitate diui Pymandri, qui eſt ſemper benedictus. Apud Mercurium neceſsitas perinde eſt, ac ordo quidam conſtitutus & immobiliter diſpoſitus earum rerum, quæ certo ordine gradiuntur: Auerte, *inquit Dialogo 12. Pymandri,* neceſsitatem illorum, quæ ſenſu percipiuntur, prouidentiamq́; cunctorum, quæ facta ſunt antè, & quæ quotidie fiunt. Talem ac tantum deum cum omnibus bonis & pulchris diis, dæmonibus & hominibus incedentem.
Cùm ergo certis ordinatisq́ prouidentiæ legibus hæc omnia gubernentur, ipſorum authorem, neceſsitatem appellauit, id eſt, ens neceſſarium, abſolutum & immobile: aliter cer- Ens neceſſarium.
tus ac vniformis ordo in rebus inueniri non poſſet. Quamobrem Dial: 11. ait, deum non habere operis adiutorem, ſuapte natura efficacem, vi propria operantem, verſari in opere ſemper: Si quando, inquit, influxum ſuum ipſe ſubtraxerit, deficiente vita, in mortem corruerent vniuerſa. Cùm autem viuant omnia, vnaq́ ſit vita cunctorum: vnus eſt
ergo deus. Itaq́, quemadmodum vita reſpectu viuentis, eſt ens neceſſarium, imò, vt ita Deus eſt ens
dicam, ipſa neceſsitas: ipſa planè deus, reſpectu omnium, quæ ſunt, fuerunt, atq́ erunt fu- neceſſarium.
tura. Tum ergo reſpectu creaturarum, tum etiam reſpectu ſuæ diuinæ eſſentiæ, Pymander non ſolùm eſt ens neceſſarium; verùmetiam ipſa neceſsitas. Sanè, hominem eſſe leo- 1.
nem eſt impoſsibile, propter repugnantiam terminorum; eſſet enim rationale, & irrationale: ita quoq́ deum non eſſe ens neceſſarium, eſt impoſsibile propter repugnantiam
terminorum, quandoquidem eſſe ſit de ratione Dei: proinde ſicut hominē eſſe animal eſt 2.
omninò neceſſarium, ex habitudine terminorum; ita etiam Deum eſſe. Solus ergo Deus eſt neceſſarium eſſe abſolutè; quoniam ſolus habet eſſe ex ſe: & eſt penitus independens. Deniq́ eſt actus purus, nullum habens intrinſecum corruptionis principium. Itaq́ per nullam cauſam tum intrinſecam, tum etiam extrinſecam, Deus poteſt non eſſe. Ipſe igitur eſt ſolus habens eſſe ex ſe, ens neceſſarium, atq́ neceſsitas. Quam ob cauſam dictum eſt
Moyſi in Exodo: Ego ſum, qui ſum, hoc eſt, ego verè ſum, quia à meipſo ſum, & ab aliquo Moyſes.
non accepi, vt eſſem. Plato in Timæo ait, Deo conuenire verbum præſens, hoc eſt, eſſe, quia Plato.
nimirum ſemper eſt, eiusq́ eſſe temporis mutationi non ſubditur. Auicenna lib. 2. ſuæ Auicenna.
met: cap: 2. & 3. ponit vnum tantùm ens neceſſarium, nempè primum principium, quod habet ex ſe eſſe, atq́ eſt omninò independens: reliqua verò entia poſsibilia; habent enim eſſe ab alio, ſibiq́ ipſis derelictis, omni alio circumſcripto, habent non eſſe. Cùm autem animæ ſint productæ, vt ipſe dicit 9 met: cap: 4. locandæ ſunt ergo inter entia poſsibilia.
Auer: 12. com: 41. poſuit duplex eſſe neceſſarium: vnum quidem ex ſe, ex alio alterum. Auerr.
Ex ſe quidem, deum, atq́ intelligentias; poſuit enim intelligentias effectiuè à deo non eſſe productās: de quo quidem negotio multa pertractauimus in primo & in 2. Pymandri;

De neceſ-ſario.

Quomodo aliquid eſt poſſibile.

Neceſſarium.

vbi omnium rerum deum eſſe cauſam effectiuam, ſatis apertè probauimus. Ex alio autem motum cœli, quem dicit eſſe neceſſarium; ex alio tamen dependentiam habere. Cæterùm, iuxta fidem, ac rei veritatem à deo ſunt condita omnia, habentq́ ab eo principium & eſſendi, & conſeruandi: quæ profectò, ſi ita intelligantur; abſq́ dubio omnia entia ſunt poſſibilia, partim quidem, quia ipſorum eſſe ab alio, hoc eſt ab ente primo, & neceſſario acceperunt: partim verò, quia ſi deus ſubtraheret influxum, quo illa conſeruantur, in mortem redirent vniuerſa, vt dixit Mercurius. Quòd ſi ſecundùm principia intrinſeca intelligantur; quædam ſunt certè neceſſaria, quia nimirum nullum habent principium intrinſecum corruptioni obnoxium. In iſtorum numero haberi poſſunt angeli, animæ hominum, quæ carent materia, quæ eſt cauſa corruptionis. hæc ſi ita conſiderentur, ceſſabit omnis controuerſia, quæ de hac re haberi poteſt. Solent autem ſic nonnulli arguere: Quod eſt in ſe impoſſibile, nulli potentiæ poteſt eſſe poſſibile, alioqui impoſſibile fieret poſſibile. ſed ſi ſubſtantiæ abſtractæ non ſunt poſſibiles, non eſſe in ſe; ſequitur, quòd ſit impoſſibile, non eſſe in ſe; æquipollent enim non poſſibile & impoſſibile: per nullam ergo potentiam poterunt non eſſe. Reſpondeo, poſſibile bifariam intelligi poſſe: vno quidem modo per potentiam intrinſecam actiuam ſeu paſſiuam: actiuam quidem, vt poſſibile eſt homini ambulare; habet enim intrinſecus potentiam progreſſiuam: paſſiuam verò, vt poſſibile eſt hominem mori, quippe qui habet materiam corruptioni ſubiectam: alio autem modo, aliquid dicitur poſſibile, non certe reſpectu potentiæ intrinſecæ, ſed potiùs non repugnantiæ, quia ſcilicet ad illud non ſequitur aliquod impoſſibile: aut quia non implicat contradictionem. primum reale, ſecundum logicum poſſibile nominatur. Hoc ergo modo ſubſtantiæ abſtractæ ſunt poſſibiles, & non primo. cum hoc tamen ſtat eſſe entia neceſſaria, neceſſitate intrinſeca, quæ ſumitur à forma vel à materia. A forma, vt neceſſe eſt hominem eſſe rationalem. A materia, vt neceſſe eſt elementum eſſe corruptibile. Et cùm dicitur, quod in ſe eſt impoſſibile, nulli potentiæ eſt poſſibile: hoc tantùm conuenit impoſſibili ex repugnantia terminorum, ad quod ſequitur contradictio: vt impoſſibile eſt hominem eſſe leonem. Et cùm arguitur, quòd poſſibile fieret impoſſibile, negatur, ſed bene ex poſſibili ex non repugnantia, impoſſibile per carentiam ſeu defectum potentiæ actiuæ, vel paſſiuæ: vt impoſſibile eſt talpam videre, & angelum corrumpi; non enim ſunt reſpectu eiuſdem modi, ordiniſq́. Cæterùm, quia apud Peripatheticos, condita vniuerſa, modum contingentem ſeu neceſſarium eſſendi, non à prima & remota, ſed à proxima cauſa ſortiuntur; hac de cauſa, intelligentiæ, entia neceſſaria nominantur; quia ſecundùm cauſam intrinſecam corruptioni non ſubduntur: non ſunt tamen omnibus modis neceſſaria; quia ipſorum eſſe ab ente primo dependet, quod omnibus modis eſt neceſſarium, & iuxta Mercurij ſententiam, eſt ipſamet neceſſitas. Dices, ſi ita res ſe habeat: igitur neceſſariorum erit eſſe aliqua cauſa: quod planè multis non probatur, vtpote Alexandro, Philopono aſſerentibus, omne cauſatum eſſe nouum, ideoq́ minimè neceſſarium. Porrò, eſt quoddam neceſſarium ſimpliciter, quod à nonnullis vocatur neceſſarium ſecundùm conſequens, quod non poteſt non eſſe: vtpote deus, & illud de quolibet dicitur eſſe vel non eſſe. Aliud verò neceſſarium ex ſuppoſitione, quod neceſſarium ſecundùm conſequentiam nuncupatur. Et hoc certè ex ſui natura neceſſarium non eſt, ſed ex alio poſito. ſic omne quod eſt, dum eſt, neceſſe eſt eſſe. Alio modo, eſt quoddam neceſſariũ incomplexum, vt deus, & intelligentiæ, & entia incorruptibilia: & quoddam complexum, maximèq́ in primo modo dicendi per ſe: vt hominem eſſe animal. ſi autem de tali neceſſario ſit quæſtio; tunc ſenſus eſt, vtrum ſit aliqua cauſa effectiua illius propoſitionis neceſſariæ. Ad quod quidem dicimus, complexum neceſſarium ex terminis conſtans, quibus nullum eſſe correſpondet, veluti eſt, Chimæra eſt Chimæra, non habet cauſam efficientem; omnis enim cauſa effectiua, reſpectum habet ad aliquod productum, vel producendum. Iterum, complexum neceſſarium conſtans ex terminis,

Contraria ratio.

Solutio quomodo ſubſtantiæ abſtractæ ſint poſſibiles & neceſſariæ.

Poſſibile reale.

Logicum.

Impoſſibile.

Neceſſe.

Si neceſſariũ habeat cauſam effectricẽ Alex.

Neceſſarium ſecundùm cõſequens.

Secundùm conſequentiã

Incomplexũ.

Neceſſarium complexum habere cauſam

Chimæra.

De neceſſario.

terminis, diuinum ens ſignificantibus, omni prorſus cauſa efficiente caret. Etenim, quòd
deus ſit, nulla eſt cauſa, eò quòd cùm ſit ens à ſe, eſt penitus indepeudens. ſiquidem ſua Deus eſt.
perfectio, eſt ſua ſubſtantia, quæ non pendet ab alio. Amplius, complexum ſignificans
ens productum, vt homo eſt animal, reſpectu habitudinis terminorum, uullam habet Homo eſt animal.
cauſam effectiuam; eſt enim relatio rationis, quæ ſi diſtinguatur contra eus reale; à uul-
lo eſt effectiuè. Quòd ſi huiuſmodi eus conſideretur quoàd eſſe actuale reale; peudet Vnde eſt cauſa.
vtiq; à cauſa effectiua: ſiquidem homine exiſtente, & animali exiſtente, eſt ens reale
actu, non quidem increatum: creatum ergo. at, omne creatum habet cauſam effecti-
uam, vt in 1. & 2. Pymandri oſtenſum eſt: hoc ergo complexum ueceſſarium habet cau-
ſam effectiuam. Reuera, Eadem cauſa, quæ dat homini & animali exiſtentiam, dat quo-
que homini exiſtere animal: quod enim alicui conuenit ſecundùm id, quod eſt; eodem
quoq; modo & cauſam habenti. ſed conueuit homini exiſtere, ſecundùm eſſe actuale
reale, & animali quoq;. Conuenit ergo homini exiſtere aumal, ſecundùm quod homo ex-
iſtit; quia ſcilicet nou poteſt aliter exiſtere. Repugnat euim hominem eſſe, & animal non Rationes contrariæ.
exiſtere. ſed homo exiſtens, & animal exiſtens habent cauſam effectiuam, quia nimi-
rum non exiſtunt à ſeipſis. Totum ergo hoc complexum, nempè homo eſt animal, ſimi- 1.
liter ſe habebit: atq; ita aliquod neceſſarium habet cauſam effectiuam. Sed dices, quid-
quid habet cauſam agentem; finalem quoq; habeat, ueceſſe eſt: ſiquidem omne agens fi-
nem propter quem agit, producere intendit. ſed hoc complexum, uempè homo eſt homo,
cauſa caret finali. 7. met: tex: 59. Quærere, iuquit phil. propter quid homo eſt homo, ni-
hil eſt quærere. Hoc ergo complexum non habet cauſam agentem. Amplius, identitas, 2.
quæ eſt inter hominem & auimal nou habet cauſam efficientem; eſt enim relatio ratio-
nis, vtpote eiuſdem de ſeipſo. hæc autem relatio eſt ens rationis, quod cauſam non habet
efficientem; quia ſcilicet cauſalitas efficientis, eſt cauſalitas realis, cuius profectò ter-
minus, aliquod ens reale ſit, neceſſe eſt; alioqui terminus minoris eſſet eutitatis quàm ipſa
productio: ergo quod prius. Adde, quòd ſi per impoſſibile, deus non eſſet, nec aliqua
creatura eſſet; adhuc tamen, verum eſſet, hominem eſſe animal: propoſitio namq; per
ſe, eſt perpetuæ veritatis. Huiuſmodi ergo complexum, uempè, homo eſt animal, licet ſit
neceſſarium; caret tameu cauſa efficiente. Iterum, deum eſſe nou habet cauſam effici- 3.
entem: nec ergo, hominem eſſe animal; ſunt enim æquè neceſſaria, quia ſua oppoſita ſunt
æquè impoſſibilia. Implicat certè contradictionem, deum uon eſſe, & hominem non eſſe
animal. Adde, quod eſt commune poſſibilibus & impoſſibilibus, cauſam efficientem
habere non poteſt. ſed Chimæra eſt Chimæra: & homo eſt homo, eſt complexum neceſſa-
rium, vtriq; commune: ergo quod prius. Huic accedit, quòd roſa antequam generetur, Soluuntur rationes contrariæ.
habet hoc complexum neceſſarium, ſine aliquo reali, uempè roſa eſt roſa. Nam ſi dicat
aliquod reale productum: vel eſt ipſa roſa, & eſſe roſæ: vel ipſa oratio, roſa eſt roſa. Non
quidem primum, quia roſa nondum eſt: neq; etiam ſecundùm, quia enunciabile ab enun-
tiatioue diſtinguitur. His atq; ſimilibus ſolent nonnulli occurrere ſuperiùs oſtenſæ verita-
ti: quæ profectò ita ſolui poſſunt. Et prima quidem hoc modo: illud complexum à phi- 1.
loſopho conſideratur in habitudine terminorum, atq; ita, vt diximus, non habet cauſam
efficientem, vel propter quid, non accipit pro cauſa finali, ſed potiùs in ratione demon-
ſtrandi prædicatum de ſubiecto. Ad 2. Dico, complexum neceſſarium ſignificans ali- 2.
quod poſſibile eſſe, vt roſam poſſibile eſt eſſe roſam: poſſibilitatem huiuſmodi, cauſam
efficientem uon habere, ſed fundamentum poſſibilitatis, hoc eſt, rem produci poſſibilem
habere cauſam, nou actu quidem agentem, ſed agere potentem. ſimili quoq; modo, illam
identitatem, vt relationem dico, non habere cauſam efficientem, ſed fuudamentum iden-
titatis, nempè hominem exiſtentem, eſſe animal exiſtens, eam cauſam efficientem habe-
re, quæ eſt cauſa extremorum. Etenim agens, à quo fit, vt homo exiſtat, & auimal quoq;,
facit, hominem animal exiſtere. Ad confirmationem dico, antecedens eſſe falſum, ſi

complexum intelligatur quoàd eſſe actu reale. Concedo præterea, propoſitionem illam perpetuæ eſſe veritatis ex habitudine terminorum, atq; ita cauſam efficientem non habere; ex hoc tamen nihil ſequi contra nos: non enim facit ad rem, nec propoſito deſeruit.
3. Ad 3. Negatur ſimilitudo; non enim ſunt æquè neceſſaria; nec ſua oppoſita æquè impoſſibilia. Etenim, deum non eſſe deum, & in ſenſu diuiſo, & in ſenſu compoſito, eſt æquè impoſſibile. Et in diuiſo quidem, quoniam deus vt deus, non poteſt non eſſe: in compoſito autem, quoniam deus, vt exiſtens, non poteſt non exiſtere. Non ſic autem ſe habet, homo non eſt animal, quippe quum in ſenſu diuiſo non ſit impoſſibilis; homo enim, vt homo, poteſt non exiſtere: quòd ſi exiſtat; neceſſariò ſequitur, vt ſit animal: atq; ita in ſenſu compoſito eſt impoſſibilis. Ad primam confirmationem, verum eſt, non omne complexum habere cauſam effectiuam, vt dixi; aliquod tamen habere, non eſt impoſſibile. Ad aliam dico, quòd quemadmodum roſa antequam generetur, eſt ens poſſibile produci; ita planè cauſam habet agentem in potentia. Eodem quoq; modo hoc complexum poſſibile eſt, roſam eſſe roſam. Itaq;, ſi conſideretur ſecundùm ſuum eſſe reale potentiale; habet vtiq; cauſam agentem in potentia. Et cùm dicis, hoc complexum non dicere aliquod reale: verum quidem eſt de reali in actu; quia ſumitur roſa antequam generetur, non autem de reali potentiali; non enim dicimus fieri quid reale productum, ſed producibile. Patet ergo, quonam modo aliquod neceſſarium complexum habeat cauſam effectiuam, & quomodo deus ſit neceſſitas.

Cauſa roſæ antequam generetur.

CAP. II.

Intelligentias entia neceſſaria ſecundùm philoſ. habere cauſam effectiuam.

DE neceſſario complexo audiuimus, quomodo cauſam effectiuam habeat: rationi puto eſſe conſentaneum, hoc idem de neceſſario incomplexo ſcire, non quidem de deo, ſed de intelligentiis, quæ entia etiam neceſſaria, non ſolùm intrinſeca; verùmetiam extrinſeca ratione à nonnullis appellantur. Sanè, teſte phil. 2. cœli tex: com. 33. in æternis nihil fortuitò, aut caſu eſſe poteſt. ſed mundus & intelligentiæ ſunt æternæ: igitur neceſſariæ. Huius ſententiæ falſitas in primo Pymandri, vbi de mundi principio diſputaui, exploſa eſt atq; rationibus conuicta. Reliquum ergo nobis eſt quærere, ſi intelligentiæ, etiamſi eſſent æternæ, an habeant cauſam effectiuam. Ad quod quidem dicimus: huiuſmodi entia effectiuè eſſe à prima cauſa: ſicuti & in primo & in 2. Pymandri ſatis apertè oſtendi: nec piget iterum de eadem materia loqui, ob illius digniſſimam ac ſcitu dignam cognitionem, vtilitatemq;. In
1. primis ergo ſic arguo cum Auerroe in lib. d. d. diſput: 3. in ſolutione 18. Quod dat entibus ſeparatis finem, dat etiam eſſe; finis enim & forma in huiuſmodi rebus ſunt idem: forma autem eſt eſſe, id autem quod formam dat eſt agens. ſed deus dat illis finem: igitur eſt agens. Reuera, Deus (vt communis eſt omnium propemodum philoſophorum ſententia) eſt omnium intelligentiarum finis: igitur cauſa effectiua. Tenet conſequentia ex
2. commento 44. & 6. 12. met: Amplius, ſola prima intelligentia eſt à potentia omninò libera: in cauſa autem eſt, vt dicit Auer: in lib. d. d. quia quælibet illarum eſt cauſata: non autem dicitur cauſata à prima vt à fine tantùm: aliter, authore Simplicio primo cœli, omnes eſſent æquales; ait enim, plures canes eundem cibum appetere poſſe, quia nimirum finis æqualiter appeti poteſt ab omnibus. ſed intelligentiæ non appetunt æqualiter, nec æqualiter ſunt beatæ, ſecundùm Auerroem in lib. de beatitudine. A deo ergo
3. dependent non ſolum vt à fine; verùmetiam vt ab agente ſiue cauſa efficiente. Iterum,

Quòd habeant cauſam effectiuam.

inter

*inter motores illos eſt ordo eſſentialis:igitur eſt ordo dependentiæ;ordo enim eſſentialis
inter, ſeu apud phil: eſt ordo dependentiæ;ordine.n. quodam omnes dependent à prima.
Adde,quòd ſi mundus eſt factus ab æterno,vt vult Auerroes 8 phyſ: neq; factus ſit ex
ente:neceſſariò ergo ponenda eſt creatio æterna,in qua ipſum nihil præcedat eſſe ſecun-
dùm rationem;quatenus ſcilicet intelligitur res æterna cauſata. hoc autem non aduerſa-
tur phil.dicentibus ex nihilo nihil fieri; quandoquidem hoc ſibi perſuadeant de nihilo de
nouo,non autem ab æterno, ſiue de æterno : aliquid enim fieri de nouo,ſine motu, impoſ-
ſibile reputarunt: at ex nihilo poſſe aliquid fieri per motum, non eſt intelligibile : quod
autem fit de nihilo ab æterno , de nouo fieri non eſt neceſſe ; quia nimirum poteſt fieri
ſeu creari ſine motu. Dices, ſi ita res ſe habeat:illud igitur ſic creatum ab æterno, eſt in
nihilum vertibile: atq; ita omne huiuſmodi erit contingens.Dico,tale ens formaliter ne-
ceſſarium, eſſe ab alio effectiuè: veluti album quod ſeipſo formaliter eſt album,effecti-
uè verò ab albificante : proinde negatur conſequentia ; tunc enim in nihilum illud eſſet
vertibile, quando ita ex nihilo conditum eſſet , vt ſuum eſſe, non fuiſſet illi formaliter
neceſſarium. Itaq;,licet intelligentiæ ſint neceſſaria entia; ſunt tamen à prima effectiuè.
Igitur aliquod ens neceſſarium incomplexum habet cauſam effectiuam.Item,Auerroes* 4.
*4.cœli ait,res æternas habere agens ſecundùm ſimilitudinem tantùm ; quia nimirum
creationem à conſeruatione non ſeparat:proinde cauſa effectus æterni,eſt conſeruatrix
efficiens,vel effectrix conſeruans; quia ſcilicet nunquam fuit cauſa ſine effectu, nec vi-
ciſſim effectus ſine cauſa. Ad hunc modum loquitur 12.met:com:44.vbi vult omnes mo-
tores eſſe à prima cauſa; non certè quòd priùs non extiterint, & poſtea conditi fuiſſent.
Ex quo patet,quòd quamuis à catholicis diſſentiat, dum ponit intelligentias æternas ; in
hoc tamen cum illis congruere videtur , aſſerens intelligentias effectiuè à deo eſſe pro-
ductas. Arbitratur ſiquidem lib: d.d. diſput:2. Deum ad extra neceſſariò operari:
mundus igitur atq; intelligentiæ,quæ ſunt effectus dei , immediatè atq; neceſſariò ab eo
producta ſunt. ſic etiam docet 8. phyſ: com:15. ab æterno agente quicquid producitur,
eſſe æternum atq; neceſſarium. Itaq;,ad mentem iſtorum , nullum neceſſarium æternum
habet cauſam effectricem per motum,neq; agens non conſeruans : ſed cauſam effectri-
cem conſeruantem ſiue conſeruatricem efficientem. Porrò, neceſſarium ex ſuppoſitione
verumq; habere poteſt, & non conſeruans, & agens per motum : omne ſiquidem quod
per motum producitur priùs fuit in potentia ſecundùm philoſophantium dogma. atqui
omne huiuſmodi eſt poſſibile eſſe:non igitur neceſſarium & æternum. Adde, quòd non
poteſt eſſe æternum & neceſſarium,ſi cauſa effectrix non extiterit æterna,tum in agen-
do,tum etiam in conſeruando: ergo quod prius. Amplius,communior habetur efficientis* 5.
*ratio,ratione mouentis: ſimiliter ratio effectus ad rationem producti per motum ſe ha-
bet; de efficiente enim agit metaphyſicus:deniq;,cui ineſt motus & efficiens,non tamen
è conuersò. Porrò , quod conſideratur à metaphyſico per indifferentiam ad mobilia &
immobilia, ſubſtantiis congruit ſeparatis ſed efficiens & effectus,hoc modo à metaphy-
ſico conſiderantur: huiuſmodi ergo ratio competit intelligentiis: atq; ita in illis erit effi-
ciens & effectus. Igitur intelligentiæ habent cauſam effectiuam , tametſi ſint entia ne-
ceſſaria,ſicut dictum eſt. Amplius, id quod eſt maximè & verè ens , authore philoſ.2.* 6.
*met:tex:com:4. in cæteris eſt entitatis veritatiſq; cauſa,etiam effectiua.12.met:com:36.
& 44.Quælibet,inquit,res ſeparata à materia,cuiuſcunq; rei eſt principium finale; eſt
etiam principium effectiuum.ſed deus tale eſt & principium finale intelligentiarum,
erit etiam effectiuum. Quòd ſi quis vellet tueri illam propoſitionem non eſſe vniuerſa-
lem ſed indefinitam,apertè Commentatorem oppugnat: apertè inibi docentem in rebus
ſeparatis à materia,cauſalitatem effectiuam reſpectu eiuſdem effectus finalem conco-
mitari Suffragatur etiam huic propoſito authoritas eiuſdem cap.2. de ſubſtantia orbis.
Cœlum , inquit, eget intelligentia non ſolùm mouente;verùm etiam largiente in ſua ſub-
ſtantia*

Creatio æterna conceſſa eſt à phil.

Quomodo ex nihilo aliquid fit.

Incomplexũ neceſſarium quomodo habeat cauſam.

Neceſſarium ex ſuppoſitione.

Finis ſignificat agens.

De neceſſario. ſtantia permanentiam æternam; par quoq; ratio intelligentiis eſt attribuenda.vnde ibi-
7. dem ait Commentator, quòd finis ſignificet agens ſignificatione neceſſaria. Item, 12. met:
com:44. non ſolùm ponit intelligentias à deo eſſe productas; verumetiam productionis
modum: propter quam cauſam reprehendit Auicennam, de huiuſmodi negotio perperam
philoſophantem. Adde, quòd habitudo intelligentiarum ad primam, eſt habitudo arti-
um ad communem & primam. ſed ars communis & prima, alias artes ſibi ſubſeruientes
tum effectiuè, tum exemplariter cauſat & producit: Deus autem benedictus eſt ars
prima & communiſſima: aliæ autem intelligentiæ, veluti artes particulares, primæ ſub-
Rationes contrariæ. ſeruientes: ergo quod prius. Sed poſſet aliquis contra prædicta ſic arguere: Omnis pro-
1. ductio, vt dicitur 12. met: tex: com: 12. ex tribus conſtat, nempè à quo, ex quo, & ad quod.
ſed hæc in ſubſtantiis immaterialibus inueniri non poſſunt: nulla ergo in eis poteſt eſſe
productio. Sanè, omne huiuſmodi agens, agit per motum. 1. de gen: tex: com: 45. ſed nulla
cauſa intelligentiarum eſt huiuſmodi: ergo intelligentiæ effectiuè non ſunt à prima
2. cauſa. Amplius, ex nihilo nihil fieri 1. phyſ: tex: com: 33 apertè docet phil. quod certè con-
tingeret, ſi intelligentiæ effectiuè eſſent à deo. Adde, quòd 12. met: tex: com: 44. in ſepa-
ratis à materia, non eſſe verè agere, oſtendit Commentator. ſimiliter 4. cœli com: 1. nul-
lum æternum habere verè efficiens niſi per modum formæ, & finis. Huic accedit quòd
nullum poſſibile ex ſe, eſt neceſſarium ex alio apud Commentatorem. 12. met: com: 41.
motu tantùmmodo cœli excepto. Si ergo intelligentiæ ſunt effectiuè à deo; ſunt vtiq; ex
ſe poſſibiles, & non neceſſariæ, atq; ita corruptibiles, quod eſt falſum: ergo quod prius.
Præterea, cauſa effectiua per motum diffinitur; quia eſt principium, vnde motus. ſed in
3. ſimpliciter neceſſariis, non inuenitur huiuſmodi cauſa, alioqui non eſſet neceſſarium &
æternum ſimpliciter. Quòd ſi ſit neceſſarium, & non per motum: daretur igitur creatio
omninò: quod certè philoſ. non probatur: ergo quod prius. Adde authoritatem Auerrois
in lib. d. d. diſputat: 3. in ſolut: dubij. 18. ſic proteſtantem: Omne cauſatum eſt generabile.
ſed omne generabile eſt corruptibile. ſed intelligentiæ non ſunt corruptibiles: nec ergo
4. generabiles atq; cauſabiles, & ex conſequenti nec à prima cauſa effectiuè. Amplius, ſi
ens neceſſarium habet agens: igitur non habet ex ſe eſſe, ſed non eſſe. Tenet conſequentia
de prædicato finito negatiuè, ad affirmatiuam de prædicato infinito cum conſtantia
ſubiecti. 2. de interpretatione, habet de ſe non eſſe: igitur eſt poſſibile non eſſe: atq; ita
non eſt ſimpliciter neceſſarium. Accedit ad hoc, quòd illa ſint philo. naturali dicenda,
quæ ex ſenſibus haberi poſſunt. ſed eſſe aliquod agens ſine motu, ex ſenſibus non habe-
5. mus: intelligentiæ ergo non habent aliquod agens. Item, ſi neceſſarium ſimpliciter incom-
plexum habuerit cauſam effectiuam ſiue agentem; eſſet vtiq; compoſitum: omne enim
factum componitur ex eſſe, & eſſentia; eſſe namq; habetur, & eſſentia habet: eſſe, in-
quam, per actionem participatur, & eſſentia per actionem participat. Huic accedit illud
12. met: tex: com: 39. Et lib. d. d. diſputat. 2. in ſolu. 3: dubij. Omne cauſatum eſt nouum. ſed
ſimpliciter neceſſarium non eſt nouum: ergo quod prius. Adhuc, ſi ita res ſe haberet,
6. creationem & quidem æternam nequaquam effugere valeremus: etenim ex nihilo nihil
fieri, ita æternæ, ac etiam nouæ creationi conuenire videtur. ſed id phil. audire recuſant:
ergo &c. Adde, quòd neceſſitas vel ſpectat ad entis neceſſarij eſſentiam; & ſic ab ea
diuelli non poteſt, etiam quocunq; alio circumſcripto: atq; ita cauſam habere non poteſt
effectiuam: vel ad illius rationem non attinet; & ſic eſſentia eſſet vtiq; in potentia ad il-
lam habendam. vnde & illam recipere & carere poſſet: quod profectò non conuenit en-
ti neceſſario, ſed contingenti. Ex his ergo atq; ſimilibus conſtat, quomodo fieri non poteſt,
vt intelligentiæ ſint æternæ, & cauſam habeant effectiuam atq; agentem.

CAP. III.

Soluuntur

Soluuntur Argumenta.

AD hæc & ſimilia ſic reſpondere valemus, & ad prim: quidem dicimus: illa 1.
omnia intelligenda eſſe de productione phyſica, quæ fit per motum & mutationẽ; diximus enim paulò antè, ideo philoſophos pro comperto habere, creationẽ nonam non eſſe admittendã; quia ex nihilo aliquid fieri per motum, mens humana ſibi perſuadere non poteſt: non ſic autem, ſi fiat ſine motu, idq; ab æterno. Ad confirmationem dico, agens ibi accipi pro omni cauſante in genere cauſæ efficientiũ, atq; ita communius eſſe monente. 7. met: com: 31. non pro illo, quod ex ſua actione infert paſſionem, ſicut ibi phil. intellexit. Ad 2. Illæ authoritates de a- 2.
gente propriè dicto, deq; productione phyſica loquuntur. Commentator præterea contra Auicennam arguit dicentem: vnam intelligentiam ab alia manare. Ad confirmationem reſpondeo, poſſe ſimul conſiſtere, vt aliquid ſit neceſſarium; ab alio tamen effectiuè. Tenet conſequentia; omne enim carens potentia ad eſſe, & non eſſe, eſt ex ſe neceſſarium. ſed intelligentiæ ſunt huiuſmodi, vtpote ſimplices formæ: corpora quoq; cœleſtia ſimiliter ſecundũm Auerroem, vel quia ipſorum materia, eam quam habet formam tantùmmodò capere poteſt: ergo &c. cum hoc tamen ſtat eſſe ab alio effectiuè, vnum ſiquidem neceſſarium poteſt eſſe effectiuè ab alio neceſſario: ſicut patet 8. phyſ: tex: 15. Cuius, inquit, æternitatis eſt aliqua cauſa. ſimilia loquitur 5. met: tex: com: 6. Ex quo patet, intelligentias, & corpora cœleſtia duplici de cauſa eſſe entia neceſſaria, ex ſe quidem formaliter & intrinſecè: ab alio autem effectiuè, & extrinſecè. Commentator autem 12. met: com: 41. ait, id quod ex ſe eſt poſſibile, non poſſe ex alio eſſe neceſſarium: non autem id, quod ex ſe eſt neceſſarium, ab alio ſimiliter eſſe non poſſe. hoc modo ſi res intelligatur, multæ Commentatoris authoritates conciliari poſſunt. Secus autem res ſe habet in his, quæ habent potentiam intrinſecam ad non eſſe; hæc enim nullo modo poſſunt eſſe neceſſaria: talia quippe ſunt, quorum aliquid habet potentiam ad aliud eſſe: nulla autem potentia appetit per ſe primò non eſſe; quia omnis appetitus per ſe tendit ad aliquod eſſe. verùm quia cum illo, ad quod tendit, eſſe quod habet, conſiſtere nequit; hac de cauſa appetit non eſſe: qua eſt priuatio formæ quam habet. Neceſſarium autem eſt, vt dicitur 5. met: com: 6. quod impoſſibile eſt, aliter ſe habere, quod ſcilicet caret potentia ad eſſe, & non eſſe. Ex his ergo patet, quomodo intelligentiæ ſint ex ſe & ex alio neceſſariæ. Dices, quare Commentator cœli motus tantùm meminit, dicens illum cauſam habere effectiuam? Reſpondeo, quòd quamuis cœlum ſecundùm Commentatorem, in triplici genere cauſæ ab ipſa intelligentia dependeat; quoàd tamen ad æternitatem eſſendi, non parui quidem intereſt inter cœlum ac ipſius motum, ſiquidem motus ex ſui ratione contrarium cùm habeat, formaliter dici poteſt ens poſſibile: cœlum autem & intelligentiæ, quia contrarium non habent, non ſunt entia in potentia, ob aliquam intrinſeci principij rationem proprietatemq;. Quamobrem non temerè, motus cœli ſpecialiter meminit prudens Commentator; poſſibilitas namq; motus ex extrinſeco dependet: nam cùm ſit accidens ſucceſſiuum, non habet intrinſecum principium paſſiuum, per quod poſſit non eſſe; accidentia enim ſunt formæ ſimplices, & non habent materiam ex qua conſtant, ſed materiam in qua, hoc eſt ipſum ſubiectum. Itaq;, motus contrariũ habet extrinſecum, id eſt, ipſam quietem, quæ motui in quantum eſt talis, contrariatur: habet ergo ab ipſa intelligentia permanentiam: & hac ratione dicitur ens poſſibile ab alio perpetuari. Ad 3. Dico, A- 3.
riſtotelem cauſam efficientem per motum declaraſſe, vt hoc modo nos inſtrueret, inueniri cauſam efficientem, ſine motu agentem. Dicis cum Auicenna: Si neceſſaria habent cauſam: poſſunt ergo non eſſe; cauſa enim remota, ipſa quoq; remouenda eſſent, atq; ita non eſſent ſimpliciter neceſſaria. Reſpondeo, quòd neceſſarium formaliter & effectiuè, cuiuſmodi eſt deus, omnem aliam cauſam excludit: non autem neceſſarium formaliter

Quomodo intelligentiæ ſint poſsibiles neceſſariæ.

Quæ non poſſunt eſſe neceſſaria.

Quomodo cœli motus habet cauſam

12. com: 41.

ſario. *tantùm Verum igitur eſt, quòd ſi prima ceſſaret, ſeu remoueretur, omnes ſimiliter in-*
telligentiæ deficerent; ex hoc tamen non ſequitur, intelligentias entia eſſe poſſibilia: eſt
enim antecedens impoſſibile, & conſequens ſimiliter. Ad alias authoritates patet re-
4. *ſponſio, ad Auer: dico loqui de cauſato per motum. Ad 4. Concedo, perpetuum atq; ne-*
ceſſarium effectum ex ſeipſo eſſe nequaquam habere; nego tamen ex ſe habere non eſſe:
prædicatum namq; illius negatiuæ, eſt habens de ſe eſſe, & ita negatiua erit talis, non eſt
habens de ſe eſſe, propterea ſequitur: igitur eſt non habens de eſſe; ſic namq; prædica-
tum eſt infinitum, & hoc modo eſt admittendum. Ad confirmationem dico, ex ordine
eſſentiali, quem inter motores eſſe videmus, ad ordinem dependentiæ, qui eſt inter crea-
5. *torem, & creaturas, nos rectè facillimèq; aſcendere. Ad 5. Reſpondeo, quòd quamuis*
ſola prima intelligentia ſit libera à potentia, omniq; compoſitione; compoſitio tamen quæ
angelis attribuitur, non eſt inſtar compoſitionis rei ex re altera; quia ſcilicet nunquam
fuit eſſentia ſine eſſe: nec viciſſim poteſt eſſe ipſum eſſe ſine eſſentia. ſed ſe habent vt
compoſitio per rationem; quia nimirum nos intelligimus illarum eſſentiam ſine eſſe; qua-
tenus ſcilicet in aliquo priori illa intelligimus, in quo non ſunt: ſunt enim cauſata. Modò
nihil cauſatum intelligi poteſt, quin in aliquo priori non eſſe per rationem ſaltem intel-
ligatur. hæc autē dicta ſunt ad philoſophorū mentē, cùm aliter res ſe habeat; ſiquidē res,
quæ de nouo fiunt, in quarum numero intelligentiæ haberi poſſunt, ſunt verè compoſitæ
6. *ex eſſe & eſſentia; quia eſſentia verè ac realiter eſſe præceſſit. Ad 6 iam dixi, quomo*
do creatio æterna à philoſophis non contemnitur. Itaq;, qualiter entia neceſſaria ſint poſ-
ſibilia & non poſſibilia, patere arbitror. Inſuper quonam modo ſanctus Pymander ſit
Textus Mercurij. *neceſſitas, dicamus poſthac, quomodo etiam ſit renouatio & finis:* Deus eſt renoua-
Deus eſt renouatio. tio & finis. *Ad vltimæ diei iudicium reſpicere videtur, in qua noua fient omnia: Ecce,*
inquit, noua facio omnia: hoc autem infinitæ cùm ſit maximæq; potentiæ; ſoli profectò
deo eſt attribuendum. Quoniam igitur dei potentia mundus, vt ipſemet, & in hoc tertio
Dial: & in Aſclepio profitetur, eſt innouandus; ſic enim in iſto Dialogo loquitur: In re-
nouatione deorum, curſuq; circuli numeroſæ naturæ: *hac de cauſa, deum*
renouationem appellauit, hoc eſt, huius maximæ renouationis authorem, & patrem. Re-
nouabitur autem mundus, non quidem materiæ nouitate, ſed priſtinæ ſeruitutis depoſita
vetuſtate: ſiquidem, iuxta Apoſtolum ſcribentem ad Romanos cap. 8. Omnis creatura
ingemiſcit, & parturit vſq; adhuc, reuelationem ſeu adoptionem filiorum dei expe-
ctans; quoniam & ipſa liberabitur à ſeruitute corruptionis. Renouatio præterea nomina-
tur ſanctus Pymander, ob eam nimirum renouationem, quam facit in homine, dum iuſti-
Renouatio hominis. *ficat impium: Renouamini, inquit Paulus, ſpiritu mentis veſtræ, & exuite veterem homi-*
nem, & induite nouum, qui eſt ad imaginem illius, qui fecit illum. Fit ergo hæc renouatio
in mente, in qua ſita eſt dei imago: & latet noſter homo interior, qui de die in diem reno-
uatur. fit, inquam, infuſione fidei, ſpei, & charitatis: fides ſuæ lucis ſplendore, intellectum
illuminat, vt videat, & intelligat, quæ ſunt illi petenda: fides ſpiritum impetrat: ſpiritus
diffundit charitatem, charitas implet, perficitq; voluntatem, ſpes erigit & complet me-
moriam, atq; ita fit nouus homo, ex ſemine diuino genitus, non autem ex voluntate car-
Quare dicitur renouatio. *nis, neq; ex voluntate viri, ſed ex deo natus. Et reuera, rationi eſt multùm conſentane-*
um, iuſtitiæ quoq; rectitudini congruit, vt ſi portauimus imaginem terreni hominis, por-
temus imaginem cœleſtis, ait Paulus ſcribens ad Corinthios 1. Epiſt. cap. 15. Itaq;, quem-
admodum deus vocatur iuſtitia noſtra, qua nos iuſtificat, ſiue induit, dum iuſtos facit;
ita planè dicitur renouatio, dum veteris vitæ exuuiis depoſitis, nouos efficit, vt de cæte-
rò non amplius ambulemus in vetuſtate literæ, ſed nouitate ſpiritus. Nam in Chriſto Ieſu,
vt ſcribit ad Galat: 6. neq; circumciſio aliquid valet, neque præputium, ſed noua crea-
Deus eſt finis. *tura:* Deus eſt finis. *Non ſolùm, inquit, Deus eſt forma animarum, vt dictum eſt,*
principium vniuerſorum, natura, materia, neceſſitas, renouatio; ſed etiam finis: & finis
quidem

quidem nobiliſſimus, vltimus, & ſupremus, ad quem omnia neceſſariò tendunt, qui profectò abſolutè finis nominatur. Reuera, finis nobilior eſt his, quæ ſunt ad finem. 2. phyſ: tex: 31. Quædam, inquit, ſunt vt finis, bonumq́ cæterorum; quod enim eſt id, cuius gratia optimum eſſe ſolet, atq; illorum finis: finis ergo habet rationem boni. ſed omnia bonum appetunt: igitur omnia appetunt Deum vt finem. Sanè, quemadmodum vnum eſſe primum motorem, neceſſe eſt, à quo omnes alij motores ordinem accipiunt mouendi, & virtutem & motum; ita planè agentium, vnus ſit, neceſſe eſt, primus, & vltimus finis, ad quem alij fines ordinantur aguntq́ tenduntq́. tex: 23. Dicit, non cuiuſcunq; rei vltimum finem eſſe dicendum; ſed illius rei optimum, proinde iuſtè reprehendit Euripidem dicentem, mortem eſſe finem hominis, vtpote vltimum motum humanæ vitæ: Non, inquit, omne vltimum eſt finis, ſed optimum, vtpote forma, quæ eſt finis agentis naturalis. Quoniam autem homo ordinatur etiam ad aliquod bonum ſupernaturale; alioqui omnium eſſet animalium miſerrimum atq; infeliciſſimum: eſt ergo aliquis finis ſupernaturalis, qui eſt Deus, ad quem cùm creatura rationalis peruenerit, inuenit requiem animæ ſuæ, perfectamq́ aſſequitur beatitudinem. quem ſi fortaſſis amiſerit, infeliciſſima remanens & inanis, caſſo labore fatigata, perpetuo dolore & inanitate torquebitur. Ad hunc finem habendum, ſecundùm proportionis ſimilitudinem, quoâd fieri poteſt, etiam ratione, & ſenſu carentia, ſuapte natura feruntur, quaſi omnis natura, deum ſuum finem, & parentem compellans, & habere deſiderans. Hic autem finis non eſt de natura rei, cuius eſt finis: ſic enim docetur 4. phyſ: 129. Et finis rei non eſt res, cui eſt finis. 6. phyſ: 32. Sic Deus non eſt de natura entium, quorum ipſe eſt finis, ſed quid extrinſecum atq; ſupremum; alioqui non eſſet omnium finis. Qui hoc fine priuatur, confundit planè, atq; deſtruit omnia opera ſua: nam 8. phyſ: tex. com: 24. dicitur: Finem deſtruens; deſtruit etiam quæ ſunt ante finem. Præterea, finis eſt indiuiſibilis, & differt ab eo, cuius eſt finis. 6. phyſ: com: 32. Et 46. Et Deus quoq; eſt indiuiſibilis, tum ſecundùm ipſius ſubſtantiam, tum etiam ſecundùm modum diligendi; ipſius enim amor, aliquem quempiam extraneum non patitur amorem. Item, finis ſignificat agens, vt ait Commentator. 2. cap: de ſubſtantia orbis, ſignificatione neceſſaria, ſicuti motus ſignificat mouentem; finis enim eſt, propter quem agit agens. Æterna ergo illa habent, ſecundùm Commentatorem, Deum non ſolùm pro cauſa finali; ſed etiam pro cauſa efficiente. Vnde in lib. d.d. in diſput: 3. in ſolut: dubij. 18. ait. Amplius, quod dat entibus ſeparatis à materia finem; dat quoq; eis eſſe & formam: forma namq; & finis ſunt cauſæ, quæ ſibi coincidunt: Deus ergo eſt finis, forma, materia, & efficiens rerum omniū. Sanè, ſub vnū finem omnia ſunt reducenda: ſub vno enim melius quàm ſub multis atq; diuerſis finibus conſeruantur. Hæc eſt apud philoſophum firma & inuiolabilis doctrina 8. phyſ: tex: 48. Vnum verò, inquit, potius quàm plura: & finita quàm infinita putandum eſt eſſe. Item, 12. met: tex: vlt: ait pluralitatem principum eſſe malam, Homeri in primo Iliados ſententiam ſecutus. Et primo cœli, dicit eſſe vnum primum tex: 100. atq; ſupremum, quo nihil præſtabilius eſſe poteſt. De partibus animalium lib. 3. cap. 4. expreſſè confitetur, vnum præſtantius eſſe, quàm plura: loquitur autem ibi de venarum principio; proinde omnium motuum, cor eſſe principium approbat, primo phyſ: tex. 50. Empedoclis ſententiam, Anaxagoræ, atq; Democriti prætulit; quia hi finita, illi verò infinita poſuêre principia. Reuera, ſicut ipſe docet. 1. cœli tex: com. 32. Deus, & natura, nihil fruſtra facit: quam ob cauſam, natura, quoâd fieri poteſt, euitat, fugitq́ multitudinem; nam in plantis, non plures, ſed vnam tuetur radicem, cuiq; animalium ſpeciei vnum conſtituit principem, quem ipſa tota ſpecies ſequeretur. 2. de anima tex: com: 88. dicit nos vnum habere anhelitum, & ad reſpirationem, & ad formationem vocis neceſſarium: Iam, inquit, aêre reſpirato vtitur natura ad duo opera: ſicut lingua ad guſtum & locutionem. Quoniam verò ars imitatur naturam; hoc quoq; in artibus verum eſſe comprobatur: quam ob rem Commentator 1. phyſ: com: 50.

Vnus finis.

Finis ſupernaturalis.

Qui perdit finem, perdit omnia.

Finis eſt mouens.

Auer:

Vnum melius quàm multa.

Natura appetit vnum.

In artibus eſt ſimile.

Ars imitatur naturam.

finali. *ait, qui ſanare poteſt modica actione, agit actione artificiali: ſi autem laborauerit maio-
ri actione; aget otiosè, & ſuperfluè. Conuenit ergo & bono vniuerſi, & naturæ, & artis
pulchritudini, deniq; optimæ, veriſſimæq; rationi, vt vnus ſit vltimus omnium finis, qui
eſt Deus benedictus.*

CAP. IIII.

Cauſalitas finis, qua in re ſit poſita.

Finis ad duo comparatur. *POſteaquam audiuimus, quomodo Deus ſit omnium finis; operæpretium fue-
rit non ignorare, qua in re ratio finis potiſſimùm poſita ſit: ex hoc enim quæ
diximus, clariùs intelligere valemus. Porrò, finis ad duo eſt comparandus
ſeu comparari poteſt: ad agens vtiq;, atq; operans propter finem, & ad
media, quæ ordinantur in finem: ſic ſanitas & ad medicum & ad medici-
nam comparatur. Si itaq; finis ad cauſam agentem comparetur; illius profectò cauſali-*
Natura finis dat amorem. *tas, ſiue ratio illud eſſe dicitur, cuius amore aliquid agitur. Reuera, talis eſt finis natura,
nempè vt ſui amorem transfundat in amantem, & notulis quaſi quibuſdam imprimat
inclinationem amandi, quibus trahitur animus amantis, ad fortiùs amandum. Profectò,
ſi huiuſmodi vinculis amoris non traheretur animus diligentis; nequaquam ita fortiter
curreret animus amantis ad finem obtinendum: finis ergo mouet agentem. Adde, quòd
cauſalitas finis (ſecundùm philoſophi doctrinam) eſt id, cuius gratia aliquid fit, hoc eſt,
cuius amore agitur aliquid ab alio, & ab eodem eſſe habet effectiuè; quia ex amore agi-*
Largitur bonitatem. *tur ab agente. Quòd ſi comparetur ad media, quæ ſunt ad finem; eius profectò cauſali-
tas in hoc potiſſimùm conſiſtit, vt det ſcilicet bonitatem quandam, atq; amabilitatem,
ſupra eam quam habet à natura rebus, quæ ad finem ordinantur: hoc autem patet latiſ-
ſimè in medijs arduis, & difficilibus, quæ amore finis habendi leuant moleſtia animos*
Obiectio. *laborantium. Sed dicet aliquis, cuilibet agenti hæc tribui non poſſe; ſiquidem agere ali-*
1. *quid ob alicuius amorem, ſoli per intellectum conuenit agenti: non autem agenti natura-
li, atq; irrationali: ergo &c. Adde, quòd potentia imprimendi amorem atq; inclinatio-*
2. *nem in agente, cauſæ conueni[t] effectiuæ; hoc enim modo imprimere, perinde eſt, ac amo-
rem efficere. ſed diſtincta ſunt genera: igitur, aut ad finem illa non ſpectant, aut non
ſunt tot genera cauſarum. Præterea, mouere ſupponit eſſe. ſed finis, vt cauſa non ſemper*
3. Solutio. *eſt, ſed ſæpius producitur per actionem agentis: finis ergo non mouet agentem. Dico,
finem eſſe illud, cuius amore aliquid fit: amor autem ibi accipiendus eſt non pro actu
appetitus, qui cognitionem ſequitur, ſed pro appetitu naturali, qui impreſſus eſt agen-
tibus, & mouentibus à primo agente, vt ſuos effectus ad praſtitutum finem deducere
valeant. Et ſic patet ſolutio ad primum. Ad 2. dico, huiuſmodi cauſalitatem coincide-*
2. *re; diuerſa tamen ratione: ſanitas namq;, quatenus ſui, ægrotanti imprimit amorem,
effectiuæ cauſalitatis officio fungitur; quatenus verò, perfectiua eſt laborantis, & illi-*
3. *us gratia, medicina redditur amabilis, finis authoritatem gerit. Ad 3. Ad motionem
metaphoricam, cuiuſmodi eſt finis, ſufficit eſſe potentiale cum apprehenſione; licet non*
Finis quomodo eſt cauſa. *ſit in actu; poſſibilis tamen eſt vt ſit, & habeatur. Patet ergo in quo conſiſtat cauſali-
tas finis. Sed dicet aliquis, finis eſt cauſa, vt habet eſſe in anima, vel extra animã. Aui-*
Auicennæ opinio. *cenna lib. 6. ſuæ met: cap. 15. putat eſſe cauſam, quatenus habet eſſe in anima: Finis
(inquit) vt habet eſſe actu extra animam, eſt cauſatus; eſt enim effectus agentis pro-*
1. *pter finem: veluti ſe habet ſanitas in infirmo cauſata: ſic namq; non eſt cauſa, ſed effe-
ctus agentis: finis ergo eſt cauſa ſecundùm eſſe, quo mouetur animus agentis. ſed finis*
2. *mouet agens, vt præconceptus, & appetibilis: eſt ergo cauſa ſecundùm eſſe, quod habet
in anima. Item, hac ratione finis eſt cauſa; quia ſcilicet ab ipſo aliæ cauſæ accipiunt vir-*
tutem

De cauſa finali.

tutē cauſandi, atq; agendi: agens enim agit propter finem, quem intendit, & huius etiam gratia, forma dat eſſe, & materia recipit formam. Sed poſteaquam productus eſt finis, non eſt amplius cauſa, vt aliæ cauſæ agant; cauſauerunt enim, ſiue produxerunt effectus ſuos. Ergo, quod prius, nempe, quòd cauſa finalis non ſit cauſa, nec inuenta extra, ſed vt inuenta in intentione agentis. Verùm huiuſmodi ſententia reprehenſione non caret.

Reprehenditur.

Sanè, finis ſecundùm eſſe intentionale non habet rationem optimi, & vltimi, atq; ita funditus periret natura, & conditio finis. Adde, quòd tunc nullum agens ſuo fine fruſtraretur; attingeret enim illum quodlibet agens per cognitionem ſaltim. Dicamus ergo cum commentatore: finem duo potiſſimè complecti, & id quidem, ob cuius gratiam, cauſa nominatur, & eſt illud quo mouetur animus agentis: & id, ſine quo non moueretur agēs, id eſt, conditiō neceſſariò requiſita. Itaq; finis poſſibilis produci, & haberi; ſic tamen mente apprehenſus, habet rationē cauſæ. ſic planè loquitur cōmentator 12. met. com. 36. Forma balnei (inquit) ad extra, mouet vt finis, & vt eſt in intellectu, agit deſiderium, hoc eſt, forma balnei producibilis ad extra, quæ aliqua noſtra actione attingi poteſt, mouet vt finis, hoc eſt, habet rationem cauſæ finalis, cuius intereſt, agens mouere. Vt autem habet eſſe in intellectu, hoc eſt, quatenus ab intellectu apprehenditur, agit deſiderium. Itaq; ex eſſe potentiali producibili ad extra, finis dicitur: ex apprehenſione autem, actu appetitur: & hæc eſt conditio neceſſariò requiſita.

Finis quomodo eſt cauſa.

Forma balnei

Sed dicet aliquis: Inter finem, vt eſt cauſa, & ſuum effectum eſt relatio realis, quæ requirit extrema actu realia: finis ergo, vt eſt cauſa, debet eſſe actu ad extra: & non in potentia tantùm. Adde, quòd cauſare præſupponit eſſe: ſed priùſquam res producatur, non eſt: Antequam ergo res producatur, cauſæ rationem ſubire non poteſt. Quare, finis in intentione tantùm, cauſa dici non poteſt. Denique, vt dicitur. 2 phyſ. tex. 31. finis vt eſt cauſa, habet rationem optimi. ſed antequam producatur, habet tantùm eſſe potentiale, in quo ratio optimi inueniri non poteſt: ergo, quod prius.

Obiectio.

Dico, quòd finis, vt eſt producibilis ad extra, & actualiter apprehenſus ſit ſufficiens, vt fundet relationem realem: negatur ergo conſequentia; ſufficit enim habere eſſe potētiale, cum apprehenſione actuali. Ad confirmationem dico, ſufficere fini, vt poſſit eſſe cauſa, apprehendi poſſibilem produci, & productum, ipſius appetentis eſſe bonum perfectiuum. hoc autem non ſufficit formæ, aut agenti, quæ eſſe largiri nequeunt, niſi fuerint in actu. Ad aliam confirmationem reſpondeo, quòd finis, ſecundum philoſophi ſententiam, non habet rationem optimi, ſed ſit cauſarum optima; dat enim quodammodo aliis cauſalitatem: quam ob cauſam, meritò vocatur cauſa cauſarum: habet ergo optimam cauſalitatem; non tamen optimum eſſe, niſi poſt ſui productionem. Itaq; quomodo finis ſit cauſa, & cauſa cauſarum, patet.

Solutio.

Sed iterum non temere dubitabis: poſtquàm audiui in quo conſiſtat cauſalitas finis; vellem etiam ſcire, in quo conſiſtat cauſalitas materiæ, formæ, atq; efficientis: & quomodo iſtæ cauſæ ſe habeant adinuicem; ſic enim meliùs intelligetur, quæ ſit natura finis, & quomodo Deus ſit finis, & cauſa omnium entium.

In quo conſiſtit cauſalitas materiæ.

Cæterum, ſi materia accipiatur pro quolibet formæ tam ſubſtantialis, quàm accidentalis receptiuo, quo planè diſtinguitur à cauſa efficiente, formali atq; finali; ſic planè in hoc maximè conſiſtit, vt formam recipiat & conſeruet. Reuera, materia non eſt cauſa, quia formam producit; hoc enim intereſt agentis: neq; quia dat eſſe formaliter, quia hoc ſpectat ad actum: neq; quia forma ordinatur ad ipſam; forma namq; nobilitate, materiæ antecellit, eiuſq; finis dicitur, ſed quia formam recipit & ſuſtentat. Adde, quòd cùm materia ſit potentia paſſiua, in hoc potiſſimùm ſua potentialitas conſiſtit, quod huiuſmodi potentiæ propriè conuenit: formam ſcilicet recipere & tueri. Porrò, ad huiuſmodi rationem pertinet, formæ latitudinem cohibere, limitare, atq; reſtringere: nam ſi forma in materia receptibilis, extra materiam inueniri poſſet; omnem profectò perfectionem, omnemq; gradum ſuæ naturæ debitum obtineret. Patet hoc latiſſimè in formis à materia ſepara-

Quomodo materia ſit cauſa.

Virtus formæ ſeparatæ.

De cauſa finali.

tis, quæ quodammodo quandam infinitatem habere videntur; quia nimirum nullo materiæ pondere grauantur? E contrà formæ, quæ materiæ ſubiacent oneribus, premuntur anguſtijs, finitæ ſunt & multis ſubditæ laboribus. Cæterũ, quamuis in hoc conſiſtat cauſalitas materiæ, eiuſdẽq; modi natura; non ob id tamen putandum eſt, materiam, aliquid perfectionis formæ largiri, nec eam perficere: ſed ipſius amplitudinem terminare, non quidem iuxta formæ, ſed ipſius capacitatem: patet quomodo cauſalitas materiæ ab

Obiectio. *alijs cauſarum generibus diſſentiat, atq; diſtincta ſit. Sed dices, cauſa eſt cauſare: porrò cauſare ſupponit eſſe in actu: materia autem eſt tantùm in potentia: iure ergo, cauſæ nomen perdit: ergo &c. Adde, quòd forma rationalis, id eſt anima humana non pendet à materia: non eſt ergo cauſalitas materiæ, virtus formæ ſuſtentandæ; circa enim quamlibet formam ſimiliter ſe haberet. Deniq;, forma ex ſui natura eſt limitata & finita: non ergo eget materia limitante. Reuera, cauſa eſt nobilior ſuo effectu. ſed materia non eſt nobilior compoſito. 7. met. comm. 7. igitur cauſa dici non debet. Dico, potentialitatem ex ſui natura, potentiam, ſiue eſſe in potentia ſignificare; proinde conuenire cauſalitati materiæ eſſe formæ receptiuam; dicit enim potentiam paſsiuam, & eſſe potentiale*

Solutio. *Verùmtamen, hoc cum cauſalitate agentis, ſiue efficientis cõſiſtere non poteſt; vnũquodq; namq; agens (vt dicitur 9 met.) in quantum eſt in actu, agit, & operatur. Ad confirmationem dico, materiã ſuſtentare formas ex ipſius potentia eductas, tum quoâd eſſe, tum etiam quoâd actum informandi: animam verò intellectiuam, quoâd actum informandi. Ad aliam confirmationem, reſpondeo, formas creatas habere eſſe illimitatum ſecundum quid, non autem ſimpliciter; ſic enim omnes limitatæ ſunt naturæ, nec egent limitante. Secundùm quid ergo, ſunt illimitatæ; quia ſi ſeparatæ eſſent à materia; omnem prorſus perfectionis gradum, ſuæ naturæ conuenientem haberent. Ad*

Forma quomodo eſt illimitata. *aliam, dico, duplicẽ cauſam inueniri: actiuam vnam, atq; ſuo effectu nobiliorem; paſsiuam alteram, nempè materiam, ſuo effectu ignobiliorem 7. met: Patet ergo in quo ſita ſit materiæ cauſalitas. Porrò, cauſalitas formæ in hoc maximè conſiſtit, vt faciat ſcilicet rem exiſtere in actu; nihil enim authore philoſopho 2 phyſ: tex: 11, cum in artifici-*

In quo conſiſtat cauſalitas formæ. *alibus, tùm etiam in naturalibus, eſt actu in ſua ſpecie, niſi per formam. Dare ergo eſſe rei, facere rem eſſe in actu, quæ priùs erat in potentia, cõſtituere rẽ in propria ſpecie, ad formæ cauſalitatem attinet: vnde & in numero cauſarum habetur. Modus autem cau-*

Obiectio. *ſalitatis formæ, eſt artare, determinareq; materiæ naturam, quæ ante aduentum formæ erat in potentia ad varias formas deinde, ſub ambitu illius formæ continetur, non valens aliam recipere, quamdiu ſubiacet illius ſeruituti: hoc autem cuilibet conuenit materiæ. Sed dices, largiri eſſe rei, ſiue facere rem actu eſſe, ad cauſam pertinet efficientem; ho-*

Solutio. *mo enim generans hominem, facit actu eſſe hominẽ, qui priùs erat in potentia ergo &c. Adde, quòd forma cœli, perficit materiam cœli, quantùm eſt perfectibilis: non ergo proprietas cauſalitatis formæ eſt, artare materiam; alioqui vniuerſaliter diceretur.*

In quo conſiſtat cauſalitas efficientis. *Reſpondeo, vtramq; cauſam, dare eſſe, ſiue largiri, formam quidem formaliter, id eſt ſeipſa, & non per actionem; eſſe namq; naturaliter fluit à forma: efficientem verò cauſam, effectiuè: aut illa intrinſecum, hæc autem principium eſt extrinſecum. Ad confirmationem dico, hanc proprietatem, formæ conuenire particulari, nempè formis inferioribus: non autem formæ cœli, quæ eſt forma vniuerſalis, quæq; virtute inferiores continet materiales: vel iſta proprietas materiæ congruit multarum ſuſceptiuæ formarum Patet ergo, in quo poſita ſit cauſalitas formæ Cauſalitas autem efficientis in hoc cõſiſtit, vt eo poſito, ab alijs diſtinguatur: remoto autem minimè. Ad eius verò cauſalitatem ſpectat, rem producere, aut ſecundùm totam ipſius ſubſtantiam, aut ſecundùm partem, ſiue ſecundùm accidens. in hoc autem à materia diſtinguitur, cuius eſt reci-*

Obiectio. *pere & non dare eſſe, à forma, ad quam attinet formaliter eſſe largiri: à fine, cuius finis eſt id, gratia cuius &c. ſecundùm totam ſubſtantiam, vt primum agens, ſecundùm verò par-*

 De numero cauſarũ

rò partem, vt agens naturale à quo producitur forma: materia verò ſupponitur in ge-
neratione ſubſtantiali. Aliud producit tantùm accidens, vt ignis calefaciens aquam
in generatione accidentali. Dicet aliquis: Actio eſt cauſalitas agentis, quia ſcilicet agẽs
actione agit. Item, ab actione denominatur. Deniq; actione poſita, ponitur agens, &
ea remota, remouetur. Cauſalitas ergo eſt in actione poſita. Sanè, hæc videntur ſimul
coincidere, ſcilicet, actio, agere, efficere rem, dare eſſe effectiuè, cauſare effectiuè: ergo
quod priùs. Amplius, ſunt quædam agentia, vt citharizans, audiens, videns, quorum 2.
finis non eſt aliquod operatum, ſed ipſa operatio, nempè citharizare, audire, videre. Solutio.
Ad agentis ergo cauſalitatem non ſpectat rem efficere; alioqui cuilibet conueniret a- 1.
genti. Dico, actionem eſſe effectum agentis; eſt enim idem realiter cum re facta: non
eſt ergo cauſalitas agentis: ipſa namq; eſt ratio ipſi agẽti, vt ſit cauſa: ſed rei ratio, quo-
libet eius effectu eſt prior: non ergo eſſe cauſa illius. Actio igitur, eſt neceſſaria agenti;
ipſi tamen non primò præſtat cauſalitatem: ſicut non datur mouens ſine motu; non di-
citur tamen primò mouens propter motum, ſed propter potentiam motiuam. Nec re-
mota actione actuali, remouetur agens: ſufficit enim agenti, actionem fuiſſe, aut eſſe, vel
forè poßibilem. Ad confirmationem, nego eſſe idem quoàd modum ſignificandi; in con-
creto enim dicunt cauſalitatem agentis, non autem in abſtracto: actio enim ſignificat
formam, quæ eſt actio: agere verò, habere actionẽ, ſiue habere efficentiam ſuper rem.
Ad 2. Rem efficere, illi præcipuè conuenit agenti, quod vltra actionem aliquid produ- 2.
cit, huiusmodi eſt agens primum, atq; agentia naturalia. Conuenit etiam agenti præter,
ſiue vltra actionem nihil producenti: huiusmodi eſt agens, actione immanenti; actio
ſiquidem talis æquiualet rei productæ. Patet ergo, quonammodo reſpectu agentiũ, quo-
rum finis eſt ipſa operatio, res effecta, & cui agens dat eſſe, eſt ipſa operatio; eſt enim
effectus agentis. Conſtat ergo in quo conſiſtat cauſalitas finis, materiæ, formæ, atq; agẽ-
tis. Præſtat poſthac quærere, an ſint tot numero, an pauciores.

Quaestionis secundae. Cap. I.

Numerus cauſarum.

Quoniam quatuor enumerauimus cauſas, earũq; cauſalitates totidem; con- Cauſarum numerus.
gruum eſt, ac rationi conſentaneum, huius numeri rationem inquirere: de-
inde alia, quæ huic negotio neceſſaria iudicantur. Cæterùm duas tantùm
cauſas antiquis fuiſſe notas, materialem ſcilicet, atq; efficientem: finalem
verò, atq; formalem Socratis temporibus emerſiße, atq; in vſum veniſſe, Obiectiones.
philoſophus docet. 1 met tex. com: 5. Et 1. de partibus animalium cap. 1. Reuera, cauſa
prima formalis, & finalis à diuino conſiderantur: materialis verò & mouens à natura- 1.
li. 12. met com: 6 Antiqui autem cùm naturalia tantùm ſecuti ſint, materiam & mo-
uens perceperunt. Verùm, contra prædicta ſic poſſet aliquis arguere: Efficiens & finis,
atq; formalis cauſa, ſunt idem ſubiecto, & differunt ſecundùm modum ex 12. met: com:
6 & 10 met com 7. Item, 2. phyſ: com: 70. efficiens & finis coincidunt in idem ſpecie: for-
ma verò & finis in idem numero: non ſunt ergo quatuor genera cauſarum. Amplius, 2.
ſubiectum eſt cauſa accidentium vt dicitur 7. met: com. 4. cauſæ ergo ſunt plures qua-
tuor. Tenet conſequentia; ſubiectum enim non eſt cauſa materialis, aut formalis acci-
dentium, quippe, quia materia & forma ſunt partes intrinſecæ: accidentia verò non com-
ponuntur ex materia & forma. 8. met: com 12. Similiter ſubiectum non eſt cauſa effici-
ens accidentium; efficiens enim & effectus ſunt ſiue eſſe debent eiuſdem generis. ſed ſub
iectum & accidens genere diſtinguuntur: ergo &c. Neq; erit finis, forma namq; & finis
coincidunt: quare idem eßet materia & forma: ergo quod prius. Item, efficiens eſt effe- 3.
T.

ctus cau-

De numero cauſar.

ctus cauſæ finalis: igitur non eſt genus diſtinctum; alioqui prima cauſa eſſet cauſa effi-
ciens: ſiquidem in vnoquoq; genere, vt dicitur 2. met: principium eſt maximè tale. At-
qui prima dici non poteſt cauſa efficiens; quia nimirum abſq; motu agit: aliter inter
ipſum & creaturam, relatio realis eſſet: cauſa autem efficiens eſt principium, vnde mo-
tus: ergo &c. Adde, quòd effectus pro ſui ſimilitudine, habet eſſe in cauſa. ſed effectus
hoc modo non præexiſtit in cauſa efficiente, quippe, qui aliquando ab ea eſt neceſſariò
ſpecie diſtinctus· igitur cauſa efficiens non eſt diſtinctum genus cauſarum. Præterea,
4. effectus, nobilius eſſe in ſua cauſa, quàm in ſeipſo obtinet. ſed in materia propter illius
potentialitatem, contrario modo ſe habet: materia ergo non eſt cauſa reputanda. Sanè,
materiæ non eſt agere, ſed pati, cauſare autem eſt agere: cauſæ ergo ratio materiæ mini-
5. mè congruit. Adhuc, finis cauſalitas eadem eſt cum cauſalitate efficientis: non ergo di-
ſtinguuntur ab inuicem. Profectò ad finem ſpectat, voluntatem mouere, vt ſuum finem
amet, quatenus habet rationem boni. at bonum, ſiue finis, voluntatem mouet effectiuè:
coincidunt ergo· igitur cauſæ minores ſeu pauciores ſunt quatuor. Sic ergo poſſet aliquis
argumentari. Ad cuius obiectiones, ita reſpondeo: & ad primam quidem dico: cauſas

Solutio.

coincidere in idem ſpecie ſiue numero, bifariam intelligi poſſe: vno quidem modo mate-
rialiter; & ſic quidem verum eſt, quòd coincidant: formaliter alio modo; & ita ſpecifi-
cè diſtinguuntur. Ad 2. Dico, ſubiectum eſſe omnium accidentium cauſam materialem
2. in qua, non autem ex qua. ſimiliter eſſe cauſam efficientem, atq; finalem propriorum
accidentium, non quidem reali tranſmutatione, ſed concomitantia naturali: ſubiectum
ergo eſt omnium accidentium quodammodo cauſa; quatenus illa ſuſtentat, non autem
quod omnia ex principiis eiuſdem proueniant: nam quædam ab extrinſeco veniunt, idq;
violenter, vnde principiis ſubiecti aduerſantur: vt calor in aqua: quædam verò perfici-
unt, vt lumen in aëre: quædam ex principiis ſpeciei, vt propriæ paſſiones: quædam ex
principiis indiuidui, vt accidentia communia Patet ergo, quonam modo ſubiectum ac-
cidentium, cauſa dici poſſit. Ad 3. Quamuis efficiens in genere cauſæ finalis, ſit illius
3. effectus; eſt tamen ipſius cauſa in genere cauſæ efficientis: cauſæ certè ſibi in-
uicem ſunt cauſæ, in diuerſis cauſarum generibus. Ad confirmationem, dico,
Deum non tantùm eſſe cauſam efficientem ſine motu, & tranſmutatione; verùmetiam
cauſam finalem, formalem, & exemplarem, de quibus omnibus antea locuti ſumus. Ce-
terùm, triplex eſt modus cauſæ efficientis: vnus quidem ſecundùm cauſam æquiuocè a-

Quomodo deus eſt cauſa agens.

gentem, qualis eſt ſol reſpectu caloris geniti; ipſe enim non eſt calidus & tamen produ-
cit calorem. hoc modo Deus agens nequaquam nominatur; effectus enim ipſius aliquam
cum ipſo cognationem habent, vt noſtra ſapientia, quæ eſt diuinæ ſapientiæ effectus: a-
lius verò ſecundùm cauſam vniuocè operantem: ſicuti homo generat hominem, & calor
calorem· & huiuſmodi Deo tribui non poteſt; non enim inuenitur effectus aliquis crea-
tus, qui de Deo vniuocè prædicetur: tertius eſt cauſæ analogicè agentis, qui quidem Deo
congruit: ipſe profectò eſt cauſa omnium rerum, à quo omne eſſe creatum effectiuè, &

Quomodo effectus eſt in cauſa.

exemplariter dependet. Ad confirmationem dico· Effectum eſſe in cauſa, poſſe duobus
modis intelligi: vno ſanè modo, in quantum cauſa dominatur effectui: veluti actus noſtri
ſunt in nobis. hoc autem modo nullus effectus eſt in cauſa inſtrumentali, quæ non mouet
niſi mota: alio autem in quantum cauſa producit effectum ſibi ſimilem; vel vniuocè, vt-
pote ſecundùm eſſe naturale, eandemq; rationem, vt calor aëris eſt in igne calefaciente,
vel ſecundùm eſſe naturale tantùm. Aut quando eſt in cauſa ſecundùm eſſe ſpirituale:
ſicut ſimilitudines artificiatorum in mente artificis. Aut per modum cuiuſdam influ-
xus eſt in cauſa: ſicuti effectuum ſimilitudines ſunt in inſtrumentis, quorum medio in
effectus à cauſis principalibus formæ defluunt. Ex his ergo patet, quòd quàmuis aliquan
do effectus à ſua cauſa ſpecie diſtinguatur; aliquam tamen habet cum ſua cauſa ſimili-
4. tudinem cognationemq;. Ad 4. Quàmuis effectus non habeant nobilius eſſe in cauſa

materiali

De numero cauſarũ

materiali quàm in ſeipſis; habent nihilominùs nobilius eſſe in cauſa agente, hoc eſt, in mente diuina, quia nimirum ſic habent eſſe increatum. In propria autem natura habent verius eſſe; ad illorum enim veritatem, neceſſarium eſt eſſe materiale: ſicut ad veritatem hominis, materia corporis neceſſaria eſt: principaliùs ergo ſunt in cauſa principali: veriùs in propria natura. Ad confirmationem dico, cauſare in genere cauſæ efficientis, eſſe quidem agere, in aliis autem cauſæ generibus, non opus eſſe, niſi agere pro actu imperfecto accipiatur; actus namque, vt dicitur 2. de anima, com. 1 alter eſt imperfectus, cui competit moueri, & pati. Alter eſt perfectus, & talis tribuitur agenti. Ad 5. Dico, 5. *efficientis eſſe mouere realiter, & naturaliter: finis verò, intentionaliter, & obiectiuè. Patet ergo quomodo cauſarum numerus ſit bene diſtinctus. Et reuera, omnis cauſa concurrit ad eſſe rei intrinſecè vel extrinſecè. intrinſecè quidem, aut vt actus ſuſceptiua, & ſic materia dicitur, aut vt actus informans, & hoc modo conuenit formæ: extrinſecè verò, vel gratia cuius aliquid fit, & is modus ad finem ſpectat: vel eſt principium vnde motus, à quo res eſt: & hæc cauſa nominatur efficiens; motus namque incipit ab agente effectiuè, obiectiuè verò, & intentionaliter à fine. finis quoque opponitur efficienti, non quidem oppoſitione formali, ſed principij & finis; quatenus motus incipit à cauſa efficiente, & terminatur ad finalem, quæ planè eſt cuiuſque naturæ bonum atque perfectio. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, conuenit etiam ſciſcitari, ſi eiuſdem effectus poſſint eſſe plures cauſæ totales, eiuſdem generis, eiuſdemque ordinis: Totales, inquam, quarum quælibet ſufficit ad effectum producendum, eiuſdem generis, vtpote omnes formales vel ſimiliter eiuſdem ordinis, quia immediatæ, & non ſubordinatæ: vt ſol & homo. Dico, quòd quàmuis eiuſdem effectus poſſint eſſe multæ cauſæ; non tamen totales eiuſdem generis, & ordinis: alioqui à nulla illarum effectus penderet cauſarum, idque eſſentialiter: quod profecto falſum, quandoquidem ad determinatam effectus ſpectet naturam, vt eſſentialiter, & per ſe à propria cauſa dependeat. Conſequentia patet; nam effectus non dependet ab vna illarum; quia poteſt eſſe ſine illa, neque ab altera ſimiliter: igitur à nulla, quod pro impoſſibili habetur. Iterum aliquis arguet, ſi idem effectus poſſit eſſe, idem numero à diuerſis agentibus. Ad quod philoſophus reſpondet 8. met: tex. 12. docens, diuerſitatem effectuũ, à materiæ proximæ, atque proprij agentis diuerſitate manare. Itaque, diſtincta agentia, eundem numero effectum producere nequeunt; ſiquidem cùm habeant diſtinctas actiones, ad diſtinctos terminos naturaliter producendos, feruntur; qui planè ſunt diuerſi actionum effectus. Hæc autem intelligenda ſunt de agentibus per ſe, non partialibus neque ſubordinatis. Etenim, ſicut calidum eſt à calido; ita planè, hoc calidum, eſt ab hoc calido præcisè: & hic homo ab hoc homine præcisè, alioqui inter cauſam efficientem, & ſuum proprium effectum, non eſſet ordo per ſe, & naturalis, ſed potiùs à caſu: nec cauſæ determinatæ, eſſet determinatus effectus: ſed indifferenter ſe haberet ad quodlibet agens. Quòd ſi ſermo fuerit de agente per accidens; ſic planè idem effectus numero à pluribus agentibus poteſt produci: idem namque leo à Platone interfectus, à Socrate interfici potuit. & ex conſequenti, eadem numero forma cadaueris à quocunque, quippe cùm illa materialis diſpoſitio, eadem ſit reſpectu cuiuſcunque agentis, cuius virtute generatur forma cadaueris. Non ergo eſt impoſſibile, eandem formam cadaueris à diuerſis cauſis totalibus per accidens produci; nam huiuſmodi non propriè agunt, ſed remouent ea, quibus actio præpediebatur impedimenta. Sed dicet aliquis: Idem homo numero poteſt eſſe hodie à conſtellatione præſentis horæ, & hinc ad 49. annorum millia, ab eademmet conſtellatione, ſecundùm Aſtronomos, vt dicit Plato in Timæo. ſed hæc eadem præſentis horæ conſtellatio non redibit eadem numero; quia ſcilicet idem numero motus redire non poteſt. cùm hæ numero diſtinguantur, & ab eiſdem idem numero effectus proueniat: igitur idem effectus poteſt eſſe à cauſis per ſe ſimul, & numero diſtinctis. Huic accedit, quòd idem mus poteſt eſſe ab efficientibus ſpecie diuerſis, vtpote à ſemine, & à putrida*

Quare quatuor.

Eiuſdem plures cauſæ.

Quomodo nõ dependet.

Diſtincta agentia.

Vnus effe[illegible] à multis [illegible] tibus.

Obiect[illegible]

De numero cauſ: *materia: ergo quod prius. Amplius, ſit aliqua materia combuſtibilis ſummè diſpoſita,*
2. *cui tres ignes adhibeantur, quorum quilibet ſufficit ad ignis productionem. Ignis igitur*
ex huiuſmodi materia producendus, non magis ab vno, quàm ab altero igne producetur:
atq; ita à tribus generabitur, quòd ſi non producatur; aliquod certè abſurdum ſequi ne-
ceſſe eſt, nempè agente naturali debitè approximato, & materia debitè diſpoſita, actio-
3. *nem nihilominùs non ſequi: ergo quod prius. Item, idem ignis, & ab hac, & ab alia aqua*
extingui poteſt: ergo & ab hoc, & ab alio agente generari. Tenet conſequentia; non enim
maior hîc, quàm ibi ratio eſſe videtur: ergo &c. Adde, quòd ſi idem indiuiduum, ab hoc
tantùm, & non ab alio agente producitur; eſſet profectò inter indiuidua eiuſdem ſpeci-
ei ordo eſſentialis, quod eſt falſum; quia in illis eſt proceſſus in infinitum, in hoc autem
Solutio. *minimè: ergo &c. Ad hæc reſpondeo, quòd quamuis illa opinio ſit falſa & hæretica, & à*
1. *vera philoſophia alieniſſima; non eſt tamen vera, vt ſuum concludat intentum. Etenim*
illa ſtellarum reuolutio nunquam rediret eadem, ſed illi ſimillima. Ad confirmationem
dico, hoc contingere in animalibus imperfectis, de quorum natura poſtea dicemus. Ad
2. *2. Dico, ex illa materia ignem generari non poſſe; in cauſa autem eſt, quia daretur ignis*
3. *ſine propriæ cauſæ dependentia, quod certè contradictionem implicat. Ad 3. Negatur*
conſequentia, & ad probationem dico, maiorem hîc quàm ibi eſſe rationem; nam rem
deficere, pluribus poteſt modis contingere: fieri verò vnico tantùm. Huic accedit, quòd
ſi omnes cauſæ corruptiuæ, eſſent generatiuæ: leo ergo poſſet ab igne vel aqua generari:
quandoquidem & ab eiſdem poſſit corrumpi. Ad confirmationem dico, inter indiuidua,
cauſalitatis, non autem eſſentialem eſſe ordinem; ita enim vnum eſt ab alio, vt niſi ab il-
lo eſſe non poſſit. Porrò, cauſæ eſſentiales ſubordinatæ, ad diuerſás pertinent naturas: &
vna eſt formaliter perfectior altera. Ex quo liquet, quomodo inter indiuidua, huiuſmo-
di ordo eſſentialis inueniri non poſſit. Quomodo ergo huiuſmodi ſit numerus cauſarum,
& quomodo vnius effectus poſſint eſſe plures cauſæ per accidens, non autẽ totales, &
per ſe, breuiter, ſuccinctèq; dubitare, & enodare tentaui.

CAP. II.

Si cauſa eſt in actu, & effectus ſimiliter.

Cauſa & effectus in actu. SVperiùs dictæ conuenit doctrinæ, non ignorare quod à philoſopho dictum eſt 5. met: com: 3. Si cauſa in actu eſt, & effectus in actu ſimul. Quod profectò ita intelligendum eſt, eo modo, quo cauſa eſt cauſans in actu, & effectus ſimiliter eſt cauſatus in actu: atq; ita ſunt ſimul, & non ſunt. Quædam enim cauſa alicuius effectus eſt in fieri, tum in eſſendo, tum etiam in conſeruando: ſic ſol illuminat aërem, ſuntq; ſimul & non ſunt. Quædam autem cauſa ſolùm eſt in fieri: veluti ſe habet ædificator ad domũ. Et tunc ſenſus philoſophi talis eſt: hic ædificator ædificat hanc domum: hæc ergo domus ædificatur. ſimili quoq; modo ſe habet negatiuè, quoâd eſſe autem, minimè; non enim ſequitur: Mercurius eſt genitor Tatij: eſt

Diuerſitas cauſarum. *ergo Tatius: nec è conuerſo; poteſt namq; fieri, vt ſit genitor, genito non exiſtente: & è conuerſo: hoc autem in effectiuam conſeruatiuamq; cauſam non cadit; ipſa enim remota; & effectum quoq; remotum iri, neceſſe eſt ſimilem quoq; modum inferiora ad cœlum habere videntur: nam ſi motus cœli ceſſaret; omnis prorſus generationis, corruptionisq; ordo diſſolueretur. Itaq;, eo modo, quo eſt cauſa, eodem modo ponitur effectus: Etenim, ſi cauſa eſt potens cauſare; & effectus ſimiliter potens cauſari. Etſi cauſa eſt in actu, quoâd fieri, ad eſſe, vel ad conſeruari; effectus etiam conſimiliter ſe habebit: ſimiliter remota cauſa, remouetur effectus, eo planè modo, quo ſe habet cauſa ad effectum.*

Obiectiones. *Hæc ſi bene intelligantur, obiectiones prorſus omnes facilè ſoluuntur. Poſſet namq; aliquis ad-*

De cauſa in actu.

quis aduerſus huiuſmodi, ſic arguere: Omnis cauſa eſt prior ſuo cauſato; cauſa enim naturaliter ſuum effectum præcedit: non poteſt ergo ſimul, & nou eſſe cum ſuo effectu, ſiue cauſato: ſimul enim cauſalitas & prioritas opponuntur. Adde, quòd ſi poſita cauſa in actu, neceſſariò quoq; ponitur effectus in actu: omnia igitur ex neceſſitate fierent, quod eſt falſum; nulla enim eſſet productio contingens: & ex conſequenti, omne productum eſſet neceſſarium. Præterea, ignis calefacit lignum, vt generet ignem: ex aquæ autem ſuperinfuſione extinguitur, atq; ita uon generat ignem, ſicq; erit cauſa in actu: effectu in actu, nequaquam exiſtente. Amplius, ſcitum in actu eſt cauſa ſcientiæ in actu, ſed huiuſmodi ſcitum poteſt eſſe ſine ſcientia in actu; uon enim à ſcientia dependet: aliter referretur ad ſcibile relatione reali: quod certè multis non probatur: ergo &c. Adde, quòd in principio motus, ceſſaret motus; effectu enim exiſtente in actu, ceſſat motus: iu principio namq; motus, cauſa mouens eſt iu actu: ſi ergo in principio ſimiliter eſſet effectus; motus vtiq; deficeret: quod planè ad ſenſum patet eſſe falſum: ergo quod prius. Amplius, Deus eſt ſemper cauſa in actu: igitur mundus ab æterno eſt iu actu, idq; neceſſariò; cauſa enim poſita in actu perfectiſſima, effectus ſequitur omninò. ſed hoc fides Catholica non admittit: nec etiam recta ratio philoſophandi: non ergo ſemper cauſam in actu, effectus ſimiliter in actu conſequitur. Adde, quòd cauſa in potentia ſimul eſt cum effectu in potentia; correlatiua ſunt enim, atq; ita ſimul ſunt, & uon ſunt; & tamen non ſunt in actu. 1. 2. 3. 4.

Reſpondeo, cauſam dupliciter ſumi, vel quoâd relationem, & ſic ſimul eſt cum ſuo effectu; pater enim & filius ſunt ſimul quoâd denominationem: quoâd verò ad entitatem, vnus præcedit alterum. Solutio.

Ad 2. Dico, poſita cauſa in actu, neceſſariò poni effectum iu actu in fieri ſiue in facto eſſe, neceſſitate vtiq; conſequentiæ, nou conſequentis: proinde uon ſequitur, vt omne fieri, vel factum eſſe ſit abſolutè neceſſarium; etenim neceſſitas conſequentiæ non infert neceſſitatem conſequentis. Ad confirmationem reſpondeo, quòd licet effectus non ſit in facto eſſe; eſt tamen in fieri: illa ſiquidem generatio, quatenus ad ignem generandum, ordinatur, ignis generatio dici poteſt, modò generatio pro alteratione præcedenti intelligatur. Valet ergo hæc conſequentia: cauſa eſt in actu: igitur effectus ſimiliter eſt in actu, quoâd fieri, vel factum eſſe; ſufficit enim alteram partem huius diſiuncti eſſe veram. 1. 2.

Ad 3. ſcitum iu actu, & ſcientia ſecundùm denominationem ſunt ſimul, vnumq; ſine altero eſſe non poteſt: quoâd verò ad rem, quæ eſt ſcita, bene poteſt eſſe in actu ſiue actuali ſcientia. Ad confirmationem, negatur conſequentia: & ad probationem dico, illud intelligendum eſſe de effectu completo, non autem de effectu, qui exiſtit in fieri: non eſt autem idem, effectum eſſe iu mutato eſſe, & in mutari. Argumentum ergo procedit ex falſo ſuppoſito. 3.

Ad 4. Deus eſt agens per intellectum & voluntatem: proinde produxit omnia quando illi placuit: quum ad extra non agat ex neceſſitate. 4.

Cùm ergo hæc ita ſe habeant; uon temerè aliquis dubitabit: ſi cauſæ ſint ſibi inuicem cauſæ: diceteq; id minimè fieri poſſe; alioqui idem reſpectu eiuſdem eſſet cauſa, & effectus, quod eſt abſurdum, ne dicam impoſſibile; cauſa enim eſt prior effectu. ſed tunc idem reſpectu eiuſdem eſſet prius & poſterius. Tenet conſequentia; finis namq; mouet agentem, & eſt effectus agentis. Quomodo cauſæ ſint ſibi inuicem cauſæ.

Amplius, tunc omninò concedenda eſſet demonſtratio circularis, quod philoſopho non placet. Tenet conſequentia; efficiens enim per finem demonſtrari poſſet, quatenus finis eſt cauſa efficientis: & viciſſim efficiens eſt cauſa finis. Deniq; idem eſſet cauſa ſuiipſius: Etenim finis eſt cauſa agentis, & finis cauſatur in eſſe ab agente: finis ergo cauſat ſeipſum. Quicquid enim eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati à cauſa. ſed hoc eſt impoſſibile: ergo &c. Obiectio.

Dico, idem eſſe cauſam, & effectum, ſed non in eodem cauſæ genere; finis namq; eſt cauſa agentis, vt finalis, & eſt eiuſdem effectus, vt cauſæ productiuæ effectus. Sic etiam idem, reſpectu eiuſdem, eſt prius & poſterius; non tamen eodem modo, nec eadem ratione: deſiderio namq; atq; intentione, finis eſt prior agente; agens enim prius intendit, & deſiderat finem, quàm Solutio. Quomodo finis eſt prior agente.

De cauſa in actu.

agat : eſt autem poſterior quoàd eſſe in actu. Ad 2. Philoſophus in 1. poſterior. non ad-
2. *mittit demonſtrationem circularem in eodem genere , de qua hîc non eſt loquendum,*
cùm huiuſmodi cauſarum oſtenſio, in diuerſo genere conſiſtat. Ad confirmationem, nega
tur conſequentia; eſt enim in diuerſo genere :nam etſi finis ſit cauſa agentis , & viciſſim
agens ſit cauſa finis; non eſt tamen in eodem genere cauſæ. Patet ergo quonam modo cau-
Finis eſt cauſa cauſarum. *ſæ ſint ſibi inuicem cauſa. His ita breuiter elucidatis, ad ea elucidanda nobis eſt redeun-*
dum, quæ cauſæ finali deeſſe videntur: & in primis oſtendere quomodo finis ſit cauſa cau
ſarum. Audiuimus namque à ſapientiſſimo Mercurio, Deum eſſe finem, quem conſtat eſſe
1. *cauſam cauſarum; operæpretium fuerit id apertiùs enucleare. Cæterùm, finem eſſe cau-*
ſam cauſarum, patet ſatis: Id enim eſt cauſa cauſarum, quod in omnibus eſt cauſalitatis
cauſa. ſed finis eſt huiuſmodi; nam efficiens in quantum agit, eſt cauſa: agit verò, quate-
2. *nus à fine mouetur: finis ergo eſt cauſa cauſæ. Porrò, efficiens eſt cauſa cauſalitatis ma-*
teria & formæ: igitur finis eſt cauſa cauſarum. Demonſtrationes præterea, tum in natu-
ralibus, tum etiam in artificialibus , & moralibus ſumuntur à fine : in his, in quibus ali-
quid agitur propter finem. Sanè, Intentio cauſa priùs, ac propriè fini conuenit ; ideo illi
priùs quàm cæteris cauſis competit cauſare, eiuſque cauſalitas, aliarum omnium præcedit
3. *cauſalitatem cauſarum. Materia eſt propinquior , ſiue prima ad rem cauſatam , quàm*
cætera cauſæ, propinquitate: efficiens verò, quoàd ipſum eſſe: quantùm autem ad ratio-
nem principij mouendi, forma : ſed finis intentione & proprietate cauſandi. hoc modo
finis prima dicitur cauſa; quia primò ei conuenit actus cauſandi. Si autem conſiderentur
cauſæ ſecundùm propinquitatis rationem; ſic certè, materia erit prior, deinde forma, poſt
Diuerſus ordo cauſarum. *modum efficiens, poſtremò ipſe finis : in naturalibus enim res cauſantur per motum,*
cuius materia eſt ſubiectum: forma verò, quia complet perficitque materiam, terminatur
ad ipſam intrinſecè: efficiens autem adducit materiam ad formam propter finem Quòd
ſi huiuſmodi cauſarum ordo ad eſſe referatur ; ſic abſque dubio prior dicetur cauſa effici-
ens, cui priùs competit eſſe extra animam: deinde materia, forma, & finis. At ſi reſpici-
at rationem principij mouendi; tunc forma erit cauſarum prima : principium namque ra-
tioque mouendi à forma ſumitur: deinde efficiens, finis & materia. Quia verò inter omnes
huiuſmodi actiones, intentio actusque operandi principatum obtinet; hac de cauſa finis di-
Obiectiones. *citur cauſa cauſarum. Sed dicet aliquis: quod ſolùm eſt in potentia, dici non poteſt cau-*
1. *ſa cauſarum, ſed id potiùs, quod ſemper eſt in actu. ſed finis, quatenus eſt finis, eſt ſem-*
per in potentia: agens verò ſemper in actu: igitur illi potiùs conuenit huiuſmodi nomen,
2. *vt cauſa cauſarum nominetur. Adde, quòd finis cauſatur ab agente : non eſt ergo cauſa*
cauſarum; implicat enim contradictionem. Antecedens patet ; forma enim domus, quæ
3. *eſt ipſius domus finis, ab agente producitur, nempè à domificante. Amplius, prima cau-*
4. *ſa eſt cauſa cauſarum. ſed talis eſt cauſa efficiens: ergo quod prius. Iterum , ſi ad cau-*
ſam pertinet largiri eſſe rebus, quæ ex variis cauſis conſiſtunt: igitur finis cauſa cauſa-
rum dici non poteſt. Tenet conſequentia; eſſe ſiquidem à cauſis profluit intrinſecis, præ-
cipuè à forma: ergo &c. Sanè, ſi à forma res accipit ſpeciem: forma ergo eſt cauſa cau-
ſarum, non autem finis, qui ad ſubſtantiam rei non pertinet , cùm ſit quid extraneum, &
5. *extrinſecum. Præterea, finis non eſt cauſa; quia non habet principij rationem, ſed termi-*
ni potiùs, vt dicitur 5 met: com. 1. Terminus autem & principium opponuntur. Quare ſi
finis non eſt cauſa: multò ergo minùs erit cauſa cauſarum. Adde, quòd ſi finis ſit cauſa,
aut certè quatenus habet eſſe extra animam , quod profectò fini non conuenit; ſic enim
vltimi, & non principij rationem haberet : aut quatenus habet eſſe in intentione agen-
tis. ſed hoc quoque non eſt admittendum ; ſiquidem nullum ens ſecundùm rationem tan-
tùm, alicuius effectus realis, cauſa poteſt eſſe realis: cauſa namque ſuo effectu præſtantior
Solutio, *eſt, atque nobilior. Finis ergo non eſt cauſa, ne dicam cauſa cauſarum. Dico ad prim: quòd*
1. *finis quantùm ad eſſe, ſit in potentia, habeatque rationem vltimi : quoàd verò eſt in inten-*
tione

tione agentis, mouet ipſum agens ad operandum, atq; ita dicitur, & eſt cauſa cauſarum.
Ad 2. ſi finis conſideretur quoâd eſſe, quod habet; ſic abſq; dubio cauſatur ab agente 2.
effectiuè: at ſi quatenus habet eſſe in voluntate agentis, hoc modo, non cauſatur ab agen
te. Ad 3. argumentum illud de Deo loquitur, qui eſt omnium efficiens atq; finis; ideoq; 3.
non facit ad propoſitum. Ad 4. Ex dictis patet ſolutio; finis enim dicitur cauſa cauſa- 4.
rum, ratione actus mouendi, non autem propinquitatis, vel eſſe. Ad 5. finis, quatenus eſt 5.
in executione poſitus, vltimi atq; termini, non autem principij ſuſcipit rationem: atq; ita cauſa nequaquam dici poteſt. At verò, quatenus habet eſſe in intentione agentis, cauſæ nomen meretur poſſidere. Ad confirmationem dico, finem non habere rationem cauſæ ex ſolo eſſe, quod poſſidet in intentione agentis ſed etiam ex reſpectu, quem habet ad eſſe extra animã, ſicut paulò antè diximus, fol: 431. Finis ergo eſt cauſa cauſarum. Sanè, phil: 2. phyſ. tribus quaſi rationibus oſtendit finem, cauſam dici poſſe: tum quia eſt terminus motus & operationis: tum quia eſt principium in intentione agentis: Tertiò, quia per ſe eſt appetibilis: ob cuius gratiam, bonum appellatur; bonum enim eſt, quod appetunt omnia. Porrò, mouere conuenit fini, metaphoricè tantùm: propriè autem & effectiuè, eſt actus ipſius efficientis. Reuera, mouere intentionaliter ſiue metaphoricè, eſt mouere obiectiuè, per modum ſcilicet, amati & deſiderati, ſicut dicitur 12. met: tex: com: 36. hoc autem modo non mouet efficiens. Patet ergo quomodo finis ſit cauſa. Cæterum, non ignorare oportet, eſſe duplicem finem: alterum quidem, qui vocatur finis operis, nempè ipſam formam: alterum verò, qui nominatur finis operantis; compoſitio namq; rerum, in quibus forma domus conſiſtit, finis operis appellatur: vtilitas verò, quæ inde prouenit agenti, eſt finis operantis. Quoniam autem finis operis, ad finem operantis reducitur; hac de cauſa ex parte operantis, finis actionis conſiderandus eſt: propterea rectiſſimè Deus vocatur finis; quia omnia propter ipſum fecit altiſſimus.

Quòd finis ſit, cauſa.

Quomodo mouet finis.

Duplex finis.

QVAESTIONIS TERTIAE. CAP. I.

Omne agens agit propter finem. 2. phyſ. à tex: com: 75. vſq; ad tex: com: 87.

QVoniam hactenus audiuimus, quòd Deus ſit omnium finis: audiuimus præterea quænam ſit natura finis, & qua ratione ab alijs cauſarum diſtinguatur generibus; huic certè ſpeculationi neceſſarium eſſe putaui ſcire, quoâd humano conceditur intellectui, an ipſe Deus omnium finis, agat propter finem: Si enim omne agens, agit propter finem, Deus autem cùm ſit primùm & perfectiſſimum agens: agit ergo propter finem. ſed finis eſt eorum, quæ non habentur, & perfectior his, quæ ſunt ad finem, Deo autem perfectius eſt nihil, eiq; deeſt nihil: quomodo ergo agit propter finem? Dico, agere propter finem, biſariam eſſe intelligendum: vel propter deſiderium finis, & ſic Deo minimè conuenit: deſiderium namq; eſt eorum quæ non habentur: Deus autem eſt ſeipſo diues, & bonorum noſtrorum non eget: vel propter amorem finis: porrò, amor rerum eſt earum, quæ habentur, hoc autem modo, Deo agere competit; agit enim propter amorem finis, id eſt, bonitatis ſuæ, cuius gratia omnia ſunt condita. hanc infinitam, infinitè diligit, hæc eſt omnium finis, primus, & communis, huius gratia vult omnia. Reuera, duplex eſt rerum finis: vltimus ſcilicet ſiue communis, & is eſt Deus benedictus: & proprius, qui planè eſt propria rei operatio; eodem enim ordine res referuntur in finem, quo à principio procedunt; quia nimirum aliquem in finem, quodlibet agens ſuũ ordinat diſponitq; effectum: proinde ſecundùm agentium ordinem, & ordo finium diſponitur. Porrò, in re-

Quomodo Deus agit propter finem.

Bonitas Dei finis omniũ.

Duplex finis.

totius. *rum progreſſu à principio orbis, vnum eſt rerum principium, omnibus commune, ſub quo alia plurima, atq; propria continentur. Ex quo patet vnum eſſe omnium finem, qui eſt omnium principium. Ille autem finis, habet rationem ſummi & vltimi boni: bonum*

Duplex ordo. *autem in rebus, ex duplici conſtat ordine, authore philoſopho, 12. tex: comm: 44. Et vnus quidem eſt rerum adinuicem connexum habentium: alter verò ad principem mundi, & patrem. Alicuius namq; totius forma, quæ per quandam partium vnionem, ſeu ordinationem vnum facit, ipſius profectò ordo nũcupatur. Itaq; vniuerſi totius naturæ, non ſolùm ſuarum habet partium nexum, vnionemq; adinuicem; ſed etiam extrinſecum bonum, ad quod totius naturæ ordo dirigitur. Illud autem bonum ſeparatum, eſt principium mouens: ex quo, veluti ex bono, & fine appetibili, dependet cœlum, & na-*

Omnia cõmunicant cum vno fine. *tura. Certè, quorum eſt vnus finis, in ordine finis, ſeu ad illum finem communicent, neceſſe eſt; hoc enim facit pro bono vniuerſi, vt in illius partibus, ſit vnum bonũ ſeparatũ, ad quod, veluti ad ſuum vltimum finem, ordo vniuerſi dirigitur. Exercitus ſanè bonum, eſt militum inter ſe pacificus conuictus, iuſtitiæ adminiſtratio: optimum autem illius, eſt ducis authoritas, cui militibus eſt omnibus obtemperandum. Quare, quemadmodum ſe habet exercitus ad ducem; ita planè, vniuerſum ad ipſum Deum, qui eſt omnium rector, paſtor, & finis vltimus. Profectò, quemadmodum alius eſt finis, cuius gratia, na-*

Ordo totius. *tura pollicem fecit: alius etiam manus, aliorumq; membrorum: deniq; alius, ad quem habendum, totum hominem formauit; ita, abſq; dubio, alius finis viuus hominis, alius familiæ, alius ciuitatis, & alius regni. Nemo verò exiſtimet, proprii cuiusq; cœtus hominis, regni, certum eſſe finem, nullum verò totius. Nam ſi in ſingulis humanæ vitæ partibus, certus ordo conſpicitur; in bono vniuerſi, quomodo eſſe poterit ordinis confuſio? Quamobrem, neceſſe eſt, certum eſſe humani generis finem, eumq; quadam in actione cõſiſte-*

Homo finis animalium. *re, qua, & ſuperiora pro viribus imitatur, & inferiora diligenter gubernat. Materia ſiquidem eſt propter formam 2. phyſ: tex: comm: 61. Et elementa propter mixta, quæ ſunt propter vegetabilia: & illa propter animalia, in quibus viget magis ordo, 2. phyſ: tex: comm: 83. Animalia verò propter hominem, 2. de anima comm: 32. Complementum ſiquidem animalium, & finis eorum, qui intendebatur in generatione animalium, eſt homo, ad quem cùm natura peruenìſſet, ſtetit, quippe, quæ potita ſit, quòd tantopere quærebat; nempè virtutem intelligibilem. Ariſtoteles autem 2. de anima tex: com: 37. ait, quòd ſicut intellectus, gratia huius facit; eodem modo, & natura: in animalibus, eſt anima, cuius gratia ſunt animalia, & corpora phyſica: homines verò, dei gratia cre-*

Mundus eſt ſicut familia aliqua. *ati ſunt. Itaq; vniuerſum eſt inſtar familiæ bene diſpoſitæ; in qua graduum diuerſitas ad vnum rectorem reducitur: filii, quia patri propinquiſſimi ſunt, bono ordinis magis participant quàm ſerui. Reuera, vnaquæq; res, ſecundùm actionem ſibi debitam, atq; naturalem, ad commune bonum ordinatur. Qui ergo ab hac naturali, debitaq; actione nunquam recedunt, veluti ſunt intelligentiæ, ſeu angeli; ij profectò bono ordinis optimè*

Duo gradus bonitatis. *potiuntur: non ſic autem, qui continuæ mutationi ſubiacent. Porrò, graduum inæqualitas, quæ in rebus conſpicitur, ad vniuerſi pulchritudinem facit, hoc enim modo, omnis propemodum bonitatis gradus in rerum conditione oſtenditur. Ex quibus vnus, in his, qui à bono ordinis nunquam deficiunt, clariſſimè oſtenditur: alter verò in bis, qui huius ordinis legem frequenter violant, & tanti boni defectum patiuntur. Etenim Deus, & natura, totius bono conſulunt; quia totũ melius eſt, atq; perfectius; ad cuius ſanè perfectionem facit, ſi aliqua contineat, quæ à bono ordinis ſæpius recedunt. Prouidẽtia namq;*

Dionyſius. *teſte Dyoniſio cap: 4. de diuinis nominibus, non eſt, naturam deſtruere, ſed ſaluare.*

Auguſt: *Præterea, Deus eſt adeò omnipotens, & bonus, vt dicit Aug: in Enchyridion, quòd ex malis elicit bona. Patet ergo, quomodo quidam deficiunt ab vltimo fine: quidam verò, ab illius ordine nunquam recedunt. Vnumquodq; igitur agens agit propter finem, & agens quidem æternum, propter finem amatum: agens verò temporale, propter finem de-*

ſidera-

De ordine totius.

ſideratũ. Præterea, agentia æterna, ſecundùm cõmentatorem 2 phyſ. com.88. non agunt propter ſuam ipſorum actionem; ſed potiùs eorundem actio, eſt propter ipſa.

Comment: Quomodo omne agens agat ꝑpter finem.

Secundo cœli tex: com: 17. Dei (inquit) operatio eſt immortalitas; neceſſe eſt enim, vt actio rei diuinæ, ſit æternitas: actio namq; rei diuinæ eſt ipſamet, quia ſuum eſſe non eſt propter aliud. Actio autem entium, quæ non ſunt æterna, non eſt primò propter ſuum eſſe, ſed propter aliud, ſecundò propter ſe; diuinarum verò actio rerum, primùm eſt propter ſe, deinde propter aliud. Vnde philoſophus 12. met: tex: com: 36. docet intelligentias mouere in ratione finis amati & deſiderati: vbi commentator admonet, intelligentiarum motum non eſſe propter iſtarum exitum formarum de potentia ad actum, quaſi ſit perfectio prima, ſed magis ea, quæ conſequitur primam.

Obiectio.

Dices, ſi agens corruptibile agit propter ſuam actionem, quæ eſt quædam qualitas accidentalis: accidens ergo eſſet nobilius, ſubſtantia; finis enim eſt nobilior his, quæ ordinantur ad finem.

Solutio.

Reſpondeo, quòd agens corruptibile non ſit propter ſuam operationem principaliter; ſemper enim deterius eſt melioris gratia, 7. politic. ſed quatenus illa ſua operatione, finem vltimum conſequitur. omnia ſiquidem entia, teſte commentatore, 2. cœli tex: com: 64 ſuis operationibus, diuinam ſatagunt ſimilitudinem adipiſci: in cuius adeptione vltimus eſt illorum finis. Sic ignis motu aſcenſus atq; naturæ leuitate ſuo coniungitur fini, graue verò deſcenſu: homo autem per intelligendi virtutem, ſuum finem aſſequitur: omnia ergo entia, ſuis operationibus, quoàd illis poſſibile eſt, diuinæ participia ſunt bonitatis; vnde agentia corruptibilia agunt propter ſuas operationes, hoc eſt, vt ſuis operationibus, vltimum finem conſequantur, idq; ſecundùm quandam ordinis conuenientiam.

Natura eſt cauſa ordinis.

Sanè, Nihil inordinatum eſt eorum, quæ natura, & ſecundùm naturam ſunt; 8. phyſ: tex: cõ: 15. natura enim eſt omnis ordinationis cauſa. Et 3. cœli, tex: cõ: 24. ordo, propria ſenſibilium natura eſt: bonum certè (vt dixi) vniuerſi in ordine cõſiſtit.

Finis eſt nobilior his, quæ ſunt ad finem.

Patet ergo, quare agens corruptibile dicatur agere propter ſuam operationem: agens verò incorruptibile è contrario. Deniq; quomodo Deus agat propter finem, & quomodo ſit omnium finis. Dices, nunquid eſt finis nobilior his, quæ ſunt ad finem? Reſpondeo, duplicem eſſe finem. 2. de anima tex: comm: 35. & 37 finem cuius, & finem cui: vt, felicitas eſt finis cuius: nos autem ipſi, finis cui, ſcilicet finis huiuſmodi optatur: bonitas dei eſt finis cuius; illius ſiquidem gratia, agunt agentia ſecundùm Ariſt: 2. phyſ: tex: 81. Et 2 de anima 34. Et natura entium, cui hæc bonitas communicatur, eſt finis cui.

Agens aſsimilat ſibi paſsũ.

Ex his ergo patet, quomodo ſit intelligenda illa authorithas philoſophi 2. phy: tex: 31. finem eſſe nobiliorem his, quæ ſunt ad finem; conuenit namq; fini cuius: non autem fini cui, vniuerſaliter. Primo modo, materia eſt propter formam, & corpus propter animam; ſecundo autem modo è conuerſo, 2. phyſ: tex: com: 91. Itaq; illa ſententia intelligenda eſt de fine principali. Par quoq; intelligendi ratio debetur vulgatæ illi ſententiæ, qua vti ſolent philoſophi, videlicet: agens naturale agit, vt aſſimulet ſibi paſſum, hoc eſt, agit propter acquiſitionẽ rei generandæ: non quidem tanquam propter finem principalem, ſed potiùs propter eũ, qui ſub fine principali, ordine ſcilicet & pulchritudine vniuerſi continetur. Nam forma rei generandæ, aut eſt æquè nobilis aut minùs. nõ minùs; quia imperfectum non eſt finis perfectionis: non æquè, quia finis principalis eſt nobilior his, quæ ordinãtur ad ipſum.

Infinitũ quomodo eſt finis

Cùm ergo hæc ita ſe habeant; dicet aliquis, ſi finis, & ea, quæ ſunt ad finẽ, naturæ conformitatem, proportionemq; habeant, quomodo Deus, cùm ſit infinitus, earum poteſt, eſſe finis rerum, quæ finitæ determinatæq; ſunt naturæ? Reſpondeo, duplicem eſſe finem: quendam certè rei, quæ eſt ad finem proportionatum: huiuſmodi autem, vt illius perfectio acquiritur: veluti eſt ſanitas ad ægrotum: quendam verò, rem, quæ eſt ad finem improportionabiliter excedentem, qui profectò non acquiritur, vt perfectio inhærens rei, quæ eſt ad finem; ſed potiùs, vt aliqua finis ſimilitudo, & hæc eſt diuina bonitas.

Obiectio.

Dicis, ſi Deus improportionabiliter creaturam ſuperat: nulla ergo dei ad creaturam po-

teſt eſſe

DEus eſt finis omnium.

teſt eſſe relatio, quòd eſt falſum. Reſpondeo, quòd ſi intelligas proportionem, aliquem determinatum exceſſum; ſic absq; dubio nulla poteſt eſſe proportio: ſiquidem finiti, ad infinitum nulla eſt proportio. Quòd ſi intelligas ſolam habitudinem; ſic, absq; dubio, inter Deum & creaturam poteſt eſſe relatio: qualis verò ſit illa, videre poteris in 2. pymandri in tractatu de relationibus, vbi de hac materia abundè diſputaui.

Reſpon.

Quæres, num homo aliquo modo ſit finis creaturarum? etenim & omnium vltimus creatus, veluti vltimus creaturarum finis: & ſcriptura quoq; hoc proteſtatur, omnia ſcilicet homini ſubdita eſſe: deniq; Mercurius in primo dialogo pymandri, tex: com: 1. huius libri: ait, quòd Deus omnia vſui conceſſit humano: & phyloſophus ait, quòd nos quodammodo ſimus finis omnium.

Homo eſt finis creaturarum.

Dico, finem alicuius rei, bifariam intelligi poſſe: vel in quem res naturaliter tendit: vel quia ad ipſum res ordinatur, ex voluntate primi agentis, vt aliquam inde vtilitatem capiat: vtroq; autem modo, homo videtur eſſe creaturarum finis. Et primo quidem modo, ex parte operis; omnia enim facta ſunt propter hominem: elementa namq; propter mixta, & mixta propter animalia; & animalia propter hominẽ: cœli & lumen, & motus propter generationem, generatio autem omnis propter hominem: angeli propter hominem, ſiquidem ſalutis hominis, omnes ſunt adminiſtratorii ſpiritus. Deniq;, Deus factus homo, ſemen Abrahæ apprehendit, non autem angelos, vt omnium creaturarum quodammodo finem eſſe oſtenderet. Ex parte etiam agentis; nam mundi pater & artifex, condens hominem, ait: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, vt præſit volatilibus, piſcibus & iumentis: deniq; vniuerſæ creaturæ præfecit: & omnium dominum conſtituit.

Quomodo ſit finis.

Differenter tamen Deus eſt finis creaturarum & homo; diuina ſiquidem bonitas, eſt omnium rerum finis, ſicut vltimum intentum ab agente; homo verò ſicut id, ad cuius vtilitatem creaturarum ordo eſt conditus, atq; diſtributus. Cæterum, Deus dicitur omnium finis nobiliſſimo modo; quia ipſe propriè, & eſſentialiter eſt omniũ finis, non autem denominatiuè finitus.

Deus eſt finis, non tamen finitus.

Porrò, quoad rationem huius vltimi finis, eadem propemodum eſt omnium ſententia; vnumquodq; enim hunc finem, id eſt, ſuam perfectionem deſiderat. in quo autem huius finis ratio inueniatur, multi abinuicem diſcrepant. Patet ergo, quomodo Deus agat propter finem.

CAP: II.

Deus eſt finis legis.

DEum eſſe omnis creaturæ finem, hactenus balbutiendo enodauimus, eundem quoq; eſſe finem omnis legis aperire tentabimus, vt ſic optimo ac veriſſimo iure appareat, Deum à ſapientiſſimo Mercurio finem fuiſſe appellatum. De hoc autem negotio Paulus diſputans ad Romanos cap: 10. ſic locutus eſt: Chriſtus eſt finis legis ad inſtitutam omni credenti. Cæterùm, duplex eſt finis, conſummationis ſcilicet, & perfectionis: Chriſtus autem eſt finis perfectionis; quandoquidem in ipſo eſt perfectio, & conſummatio, ſiue complementum legis. Quamobrem loquens ad diſcipulos ſuos Matt: 5. ait: Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Lex planè per Moyſen data eſt, veritas & gratia per Ieſum Chriſtum facta eſt. Veritas namq; impleuit vmbras legis: ſanauit verò gratia infirmitatem naturæ.

Chriſtus finis legis.

Chriſtus meruit nobis ſpiritum ſanctum, per ſpiritum ſanctum diffuſa eſt charitas in cordibus noſtris, charitas verò adimpleuit legem: proinde ad Rom: 13. dixit, quòd charitas ſit plenitudo legis. Et reuera, charitas efficit nos Dei filios, ac diuinæ naturæ conſortes: Videte, inquit S. Ioannes in ſua prima Canonica cap. 3. qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & ſimus. Hæc autem charitas in nobis eſt de corde puro, conſcientia bona, & fide non ficta. Nequit autem eſſe cordis puritas, cui dominatur iniquitas nec po-

Charitas finis legis.

Deus eſt finis omnium.

nec poteſt eſſe bona conſcientia animo, qui eſt ſibi male conſcius: nec poteſt eſſe fides non ficta, quæ non eſt à Deo inſpirata, ſed quam ſibi confingit humana præſumptio. Charitas ergo eſt finis legis; præceptum namq; pro tota lege accepit, in qua triplicia præcepta, nempè moralia, iudicialia, & cærimonialia continentur: moralium namq; præceptorum

Finis moraliũ

finis, eſt charitas; ſiquidem moralia omnia, ſi à charitate, velnti à fine perfectiſsimo non moueantur; otioſa planè ſunt, & caſſo labore agitantur. Iudicialium præterea finis, eſt

Finis iudicialium.

ipſa charitas; nam quæ vera poteſt eſſe iuſtitia, ſi expers charitatis extiterit? Punit namq; iuſtitia, flagellat, deniq; mortis damno aliquos afficit, ſed charitatis amore: ad bonum vtiq; eorum, qui tali pœna plectuntur. Ad aliorum exemplum, vt lauent vtiq; manus ſuas in ſanguine peccatoris, ad iuſtitiæ maieſtatem conſeruandam, magnificandamq;. Deniq; cærimonialium finis, eſt etiam charitas; inſtar enim pij pædagogi nos erudiunt, vt Chriſtum quæramus, cuius doctrina, charitas eſt, lex, veritas, vita, æternitas.

Finis cærimonialium.

Totius ergo legis plenitudo, eſt charitas. Dices, ſi finis præcepti eſt charitas: ex præceptorum ergo obſeruantia gignitur. Sanè, vt dicit Auguſt: in Ioan: exponens illud euangelii: Si præcepta mea ſeruaueritis &c. Nemo ambigere debet, dilectionem præcedere in vnoquoq; obſeruationẽ mandatorum; nam vnde præcepta ſeruet, is, qui non diligit? Quũ ergo dicit. Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea: oſtendit non vnde dilectio generetur; ſed potius, vnde monſtretur, ac ſuas vires aperiat & oſtendat:

Charitas præcedit mandata.

neq; enim ait: Si præcepta mea ſeruaueritis, dilectionem meam dabo vobis, ſed manebitis (inquit) hoc eſt, ne putetis vos manſuros in dilectione mea, qua ego vocaui vos de mundo, niſi præcepta mea ſeruaueritis. Prius ergo ille dilexit, quàm nos præcepta illius ſeruaremus: falſum ergo eſt, quod Pelagius putat eſſe tenendum, nempè hominem ſui fretum liberi arbitrii poteſtate, poſſe ſine peccato viuere; quandoquidem bene viuere nequeant, qui Chriſtum non habent: qui eſt via bene viuendi.

Pelagij hæreſis.

Dices, ſi charitas in mandatorum obſeruatione, locum ſubit efficientis: quomodo ergo finalis habere poteſt cauſæ rationem? Etenim efficiens, tempore præcedit finem. Adde, quòd charitas ſit id, quod præcipitur: non eſt ergo finis præcepti.

Charitas eſt efficiens, & finalis cauſa.

Sanè, ſi eſt id, quod præcipitur: quis ergo illius erit finis præcepti, quo charitas ipſa præcipitur? Dico, ſicut hactenus dixi, cauſam efficientem, & finalem coincidere: Deus enim eſt principium omnium & finis. Quam ob cauſam non ignorare oportet, duplicem eſſe finem: vnum quidem, quem cauſa efficiens producere intendit, vt potè ſanitas, qui intenditur ab ambulante: alterum verò, quem cauſa efficiens, operando producere non intendit, ſed alteri communicare:

Duplex finis efficientis.

hoc autem modo idem eſt cauſa finalis & efficiens. Sic namq; Deus operatur nobiſcum, opera noſtra bona propter ſemetipſum: vt videlicet, ſuam nobis bonitatem communicet. Ex quo patet, quomodo bonorum operum principium, & finis, Deus ſit: & ſic ſoluitur primum argumentum. Ad 2. Dico, præcipi charitatis actum, finem verò illius, Deum eſſe, in quo per charitatem mens inhabitat, atq; quieſcit: velnti in ſummo & beatifico bono.

Finis quo, & in quo quieſcimus.

Quare dicere poſſumus, duplicem eſſe finem: vnum certè, quo quieſcimus in Deo: alium autem, in quo quieſcimus, qui eſt ipſe Deus, id eſt, charitas creata, & increata. Deus, quoniam noſtræ non eſt voluntatis opus, nobis nequaquam præcipitur; quippe cùm non detur præceptum aliquod, de eo, quod noſtræ non ſubeſt poteſtati. Præcipitur autem nobis, vt in charitate, quæ eſt Deus, maneamus; ſic enim manere, eſt noſtri liberi arbitrii cœlitus adiuti. Charitas ergo creata & increata eſt finis; nec tamen duo fines, ſed vnus vltimus finis, nempè charitas increata:

Charitas increata, finis vltimus.

de charitate autẽ increata, S. Ioannes in ſua Canonica ſic loquitur: Deus charitas eſt, cap: 5. de creata verò, S. Paulus ad Rom: 5. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Sed dices, charitas eſt dei donum non omnibus datum: non eſt ergo actus humanæ poteſtati ſubiectus: non cadit ergo ſub præcepto. Dico, actum charitatis eſſe bonum, ideoq; cadere ſub præcepto; nam etſi voluntas non poſſit ſibi charitatem infundere; cœlitus ta-

Quõ charitas cadat ſub præcepto.

Deus eſt finis omnium.

Auguſt.

men adiecta, per fidei initia, ad charitatem ſeſe diſponere valet. Reuera, aliud eſt donum dei, quod eſt virtus: aliud verò opus virtutis. Qnemadmodum docet diuus Auguſtinus ſnper illnm verſicnlnm: Feci iudicium & iuſtitiam: Virtutem (inquit) operatur Deus in nobis, ſine nobis: opus autem virtutis, cooperantibus nobis. Non igitur nobis præcipitur, vt ipſas virtutes nobis infundamus, ſed vt ipſarum opera exerceamus, idq́ per

Gratia cooperans.

gratiam dei cooperantis: Faciam (inquit) vt in iuſtificationibus meis ambuletis: quomodo? Auferendo à vobis cor lapideum, vnde non faciebatis, ait Auguſt. de gratia, & libero arbitrio cap: 16. Et dabo vobis cor carneum, vnde faciatis. Itaq́, vt velimus, vt dicitur in eodem lib: cap: 12. Deus operatur in nobis, ſine nobis; ab ipſo enim noſtra præparatur voluntas: cum autem volumus, & ſic volumus, vt faciamus, nobiſcnm cooperatnr; ſine illo tamen, vel operante, vt velimus, vel cooperante cùm volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. Et ad Bonifacium lib: 4. Nos (inquit) ambulamus, nos obſecramus; ſed ille facit, vt ambulemus & obſecremns. Præcipitnr ergo nobis opus virtutis, opem ferens nobis ipſe qui præcipit. Patet ergo, quonam modo totius legis finis ipſe

Charitatis actus ſemper manet.

Deus ſit, Chriſtus dominus, charitas increata, in qua requieſcit mens operantis per charitatem creatã. Dicis, ſi res ita ſe habeat: charitatis ergo actus ſemper manet. Reſpondeo, quòd de actibus, atq́ habitibus virtutum, quæ theologicæ vocantnr, non parua eſt inter præclariſſima ingenia controuerſia; quam modò in medium adducere non tentabo, cùm non ſit præſentis, & loci, & ſpeculationis opus; proinde ſnffecerit, breuiter propoſitæ obiectioni ſatisfacere. Charitatis habitus manet in æternum, quia charitas eſt omniũ donorum excellentiſſimum; quandoquidem ſit ſigillum ſummi regis, quo diſtinguuntur filij dei, à filijs ſathanæ: ipſa namq́ charitas transfert à ſiniſtra ad dexteram. Sanè, cùm habitus charitatis ſit habitus perfectus, quò magis ad finem ſuum acceſſerit; eò magis

Charitas nunquam excidit.

perficitur, & non deſtruitur. Abiecta ergo imperfectione, quæ erat in actu diligendi in via, habitus charitatis perficitur, & vltimam ſuam perfectionem conſequitur. Charitas nunquam excidit; quia ſcilicet manet poſt hanc vitam, perfectiori, ac nobiliori modo, propter vnionem perfectiſſimam, quam tunc habebit cum ſuo obiecto, cum ſummo vtiq́ & perfectiſſimo bono. Non eſt autem illa Apoſtoli authoritas intelligenda (vt quidam volunt) charitas nnnquam excidit, id eſt, habens charitatem non poteſt peccare; alioqui, quomodo in Apocalypſi quidam reprehenditur, quòd primam charitatem ſuam reliquerit? Amplius, quàmdiu viuimus, in peccatum mortale incidere poſſumus, atq́ ita à charitate excidere; peccatũ enim cum charitate cõſiſtere nequit. Sanè, paruuli in bapti-

Epilogus.

ſmate donum charitatis accipiunt, quod nihilominùs in adulta amittunt ætate. Itaq́ patet, quomodo charitas maneat, & quomodo ſit finis legis, deniq́, quomodo ſanctus Pymander, eiuſdem verbum, ac Spiritus ſanctus ſint finis omnium, Deus vnus, æternus, benedictus in ſecula, qui mihi peccatori benedixit, vt tandem huic tertio Pymandri finem imponerem, apud Lucceolum die Mercurij ſancti. hora 16.

7. Aprilis 1574. vbi egi eccleſiaſtem hoc quadrageſimæ tempore, apud gentem deuotiſſimam.

✤

Laus tibi ſancte Pymander, omnium bonorum principium, medium, & finis.

FINIS TERTII LIBRI.

INDEX

INDEX

Omnium quæ in hoc tertio libro continentur.

A.

ABſtractio triplex. 172
Abſtractio rurſus duplex. 173
Actio intellectus. 32
Actus quare eſt in potentia. 46
Actus eſt prior potentia. 86
Accidentia duo abſoluta non ſunt ſimul. 89
Accidens quando eſt, cum alicui aduenit in actu. 136
Actus & potentiæ oppoſitio. 138
Actus & potentia in omni prædicamento inueniuntur. ibid.
Actus quid ſit. ibid.
Actus primus & ſecundus. 139
Accidentia quomodo ſint entia. 183
Actus differentiæ eſt diuidere. 241
Accidens tribus modis conſideratur. 253
Accidens commune & proprium quibus modis diſtinguãtur. 255
Accidens eſt æquiuocum. 259
Accidens intentionale. ibid.
Accidens quomodo eſt quintum vniuerſale. ibid.
Accidens de numero vniuerſalium. ibid.
Contra primam definitionem accidentis Arg: cont: ſoluuntur. 261
Accidens diffinitur per ineſſe. 262
Accidens quomodo abeſt & adeſt. ibid.
Accidens tribus modis corrumpitur. 263
Accidens quomodo eſt ſeparabile. ibid.
Actus eſt prior potentia. 264
Actus eſt prior potentia ſecundùm ſubſtantiam. 265
Arg: cont: ſoluuntur. 267
Actum præcedit potẽtia ratione, tempore, perfectione. ibid.
Actiua potentia præcedit actum ſuum. 273
Accidens & ſubiectum non faciunt vnũ per ſe. 106
Accidentia non habere veram diffinitionem. 401
Accidens quomodo eſt neceſſarium. 419
Actuandi duo modi. 415
Adam corpus peccati. 26
Adeſſe & abeſſe quid ſignificãt, 262
Aër ex quibus conſtet partibus. 297
Aêr eſt corpus. ibid.
Aêris exemplum. 305
Agentia diſtincta. 434
Agens duplex.. 77
Agente finis prior. 437
Auguſtinus quid ſentiat de animarum origine. 166
Agens omne agit propter finem. 439
Agens aſsimilat ſibi paſſum. 441
Ambroſius de origine materiæ. 378
Amicitiæ proprietas. 38
Amor eſt circulus. 61
Animæ corporisq́; coniunctio. 9
Anima corpori quare eſt vnita, ibid.
Animæ collum obtortum. 10
Animæ immortalitas. ibid.
Animam corpore grauari. 21
Animæ quare ad corpus redeunt. ibid.
Animæ quatuor paſsiones. 22
Animam non tranſire in brutum. 23
Animi cruciatus duriores. ibid.
Animæ ad Deum deſiderium naturale. 28
Anima eſt ad lumen intelligibile ſicut aër ad ſolem. 29
Anima Deum videndo alia videt. ibid.
Animi purgatio neceſſaria. 32
Anima quomodo vnum ſit cum Deo. 34
Animæ immortalitatem qui negant. 36
Animarũ reuocatio ad corpus ſecundum varias opiniones. 20
Anima ſeipſam mouet. 51
Anima dupliciter mouetur. 52
Animam moueri per accidens. 65
Anima mundi à Deo. 66
Anima quare vocatur. ibid.
Anima vniuerſi ſecundùm Platonem. 67
Anima mundi poſt Deum prima. ibid.
Anima duplex. ibid.
Anima mundi ſecundùm Platonem. 69
Animæ circulus. ibid.
Animæ triplex vultus. 70
Animam in medio eſſe. 71
Animatum habet duas formas. 120
Animum habere ſemina inſtar agri. 164
Animas humanas ante copora non fuiſſe 165
Animæ informatio. 304
Anima per accidens eſt in loco. 325
Animata mixta. 354
Annus magnus. 16
Angeli nutriuntur veritate. 212
Angeli quomodo boni dicantur. 344
Appetitus intellectiuus ineſt cœlo. 76
Appetitus materiæ quid ſit. 394
Appetitus naturalis quid ſignificet apud phil. 395
Appetitus cauſa eſt priuatio. ibid.

Appetere an poſsit aliquis vt ſemper maneat. 395
Appetitus an idem ſit cum re appetente. 396
Aqua an ſit locus naturalis terræ. 332
Arcturus quid ſit. 7
Ariſtoteles de motu circulari. 52
Arcticus Polus. 56
Artificialia. 100
Ariſioteles diſtribuit proprium. 250
Ariſt: de vacuo. 296
Artes non eſſe principia motuum. 353
Aſtronomorum rationes de eccentricis. 50
Aſtronomiæ laus. 61
Auicennæ opinio de corporeitate. 119
Auicennæ opinio de ente & vno. 194
Auicennæ opinio de materia cœli. 411

B.

Baptiſmus fons vitæ. 5
Balneum mouet dupliciter. 64
Bona procedentia ex luce diuiuina. 29
Bonum quod eſt paſsio entis. 200
Bonum extra animam. ibid.
Boni triplex ratio. 201
Bonum natura appetit. ibid.
Bonum hominis. ibid.
Boni nouem conditiones ex Mercurio. 202
Boni conditiones ex Platone. ibid.
Bonum duplex. ibid.
Bonitas Dei ſecundùm philoſ: 203
Bonitatis quatuor ſimilitudines. ibid.
Bonum verum non facilè cognoſci. ibid.
Bonitas eſt æterna. ibid.
Bonum eſt ſicut circulus. 204
Boni natura ex Plotino. ibid.
Bonum eſſe actum & vitam. 205
Bonitas Dei ſecundùm Theolog: ibid.
Bonitas quid ſignificet. ibid.
Bonum ſoli compararur à Diony: 206
Bonitas Dei in Angelis & hominibus. ib.
Bonum ſimplex. ibid.
Bonitatis vires. ibid.
Bonum eſt appetibile. 207
Bonum eſt finis. ibid.
Bonum differt à pulchro. ibi.
Bonitas Dei finis omnium. 439
Bonitatis duo gradus. 440

C.

Cauſalitas materiæ in quo conſiſtat. 431
Cauſalitas formæ in quo conſiſtat. 432
Cauſalitas efficientis in quo conſiſtat. ibi.
Cauſarum numerus. ibid.
Cauſam eſſe in actu & effectum ſimiliter. 436
Cauſarum diuerſitas. ibid.
Cauſæ ſunt ſibi inuicem cauſæ. 437
Cauſarum ordo diuerſus. 438
Charitas præcedit mandata. 443
Charitas eſt efficiens & finalis cauſa. ibid.
Charitas increata finis vltimus. ibi.
Charitas quomodo cadat ſub præceptũ. ibid.
Charitatis actus ſemper manet. 444
Charitas nunquam excidit. ibid.
Chaos vnde dicatur. 295
Caſum non eſſe in æternis. 54
Cauſa mortis vnde. 25
Cauſam motus ſolus Deus nouit. 59
Cauſa quietis. 325
Cauſa roſæ antequam generetur. 424
Cauſalitas finis, qua in re ſit poſita. 430
Calor quomodo eſt genus. 263
Canicies vnde ſit. 250
Canicies aliquibus citò venit, aliquibus non fit. 252
Caneſcunt citò flegmatici & Melancholici. ibid.
Chriſtus finis legis. 442
Charitas finis legis. ibid.
Cœlum trifariè accipitur. 60
Cœlorum numerus ſecundùm ſcripturas 61
Cœlos eſſe decem. 62
Cœlum quid ſignificet. ibid.
Cœlum ſine labore. 64
Cœlum ſenſus habere Plato dicit. 67
Cœlũ an moueatur ab intelligentia ſeparata ſecundùm eſſe. 71
Cœlum non eſt graue vel leue. 76
Cœlum non eſt compoſitum ex materia & forma. 77
Cœlum quomodo dicatur cõpoſitum. 78
Cœlum ſecluſa intelligentia. eſt compoſitum ex materia & forma. ibid.
Cœlum an ſit animatum. 79
Cœlum formaliter intelligitur. 80
Cœlum eſſe finitæ actionis. 81
Cœlum eſſe agens. 275
Cœlum eſſe in loco. 314
Cœlum quomodo ſit in loco. 324
Cœlum eſſe locum omnium. 325
Cœlum non habere materiam. 408
Cœlum quomodo eſt corruptibile & incorruptibile. ibid.
Cœlum habet materiam. 409
Cœleſtia corpora vnde ſunt incorruptibilia. 377
Cœli materiam non eſſe eiuſdem rationis cum materia ſuperiorum. 412
Argumenta cont: 413
Soluuntur. ibid.
Centrum quomodo ſit locus. 334

Centrum terræ duplex. 338
Cogitatiua pueri vnde moueatur. 173
Cognitum primum triplex. 169
Cognitum primum quid ſit. 160
Cognitio perfectiorus duplex. 217
Cognitio prima veritatis. 218
Cognitio Dei habet mundum contrarium. 341
Cognitio adulterina quæ. 373
Cognitio materiæ difficilis. ibid.
Compoſitionem vniuocam non eſſe. 79
Compoſitum quomodo fiat de aliquo. 103
Compoſitum per ſe primo generatur. 106
Compoſitum multiplex. 109
Compoſitum non conſiſtere ſine ſuis partibus. 111
Commentatoris ſentẽtia de poſsibili. 288
Cõmentator de ſimultate potentiæ. 289
Compoſitum eſſe in ſeipſo. 313
Compoſitum addit aliquam entitatem realem ſuper materiam & formam. 402
Compoſitum quid addat 405
Argumenta opponuntur & ſoluuntur. 403
Commentatoris authoritates de materia. 411
Confuſa magis nota. 169
Confuſa cognitio actualis generis. 176
Conceptus entis confuſus. 179
Conceptus generis diſtincti. 237
Continens quando eſt diuiſum à continente. 342
Conditiones formæ naturalis. 354
Conceptus duplex. 364
Conceptus Dei vnicus. ibid.
Corpus igneum. 23
Corporis reſolutio. 33
Corpora duo non ſunt ſimul. 313
Corpora duo vnum corpus. 318
Cor quare in medio animalis. 336
Creationis & mutationis differentia. 101
Creaturã non poſſe eſſe infinitæ perfectionis. 286
Credere eſt intelligere. 341
Creatura non eſt comparanda creatori. 343
Creatura eſt particeps boni. ibid.
Creatio æterna conceſſa eſt à philoſopho 425

D.

DEus eſt pater venerandus. 2
Dei filius homo dicitur. ibid.
Deus mente & ſenſu non capitur. 3
Deus curat hominem. ibid.
Deus eſt pater legitimus. ibid.
Deus igne cognoſcitur. 6
Deus caret inuidia. 7
Deus omnibus patet. 7
Dei imago mundus. ibid.
Deus ſecundus eſt mundus. ibid.
Dei vnitas oſtenditur. 8
Dei influxus perpetuus. ibid.
Dei imago eſt æuum. ibid.
Deus eſt vita & lux. 13
Deus varie homini loquitur. 54
Deus vitæ diſpenſator. ibid.
Deus eſt omnia. ibid.
Dei fruitio. 34
Deum eſſe ſupra eſſentiam. 41
Deum ſe intelligere. 42
Deus nobis innoteſcit per viam motus. 44
Deus non mouetur neq; quieſcit. 45
Deus vbiq; totus. ibid.
Deo competit eſſe. ibid.
Deum eſſe ſubiectum met; cui Auicenna contrarius. 56
Deus quare dicitur bonus. 201
Deus vult ſemper bonum. 202
Deus ſolus bonus. 203
Deus an ſit in genere: & ſoluuntur Argu: 220
Deus non poteſt peccare. 281
Deum agere ſecundum potentiam abſolutam 282
Deum poſſe ea facere meliora, quæ facit. 284
Deũ non poſſe facere quòd præterita non ſint facta. 386
Deus eſt locus omnium. 301
Deum eſſe formam. 304
Deus conſeruat proprietatem diſtinctionum. 318
Deus quomodo eſt in cœlo. 326
Deus eſt vbiq; & nuſquam. 327
Deus eſt quod amat. ibid.
Deus ſemper vigilat. ibid.
Deus eſt in ſeipſo & à ſeipſo. ibid.
Deus eſt actus liber. ibid.
Deus eſt vbiq;. ibid.
Deus quid ſit. 339
Deus abſconditus & omnia. 340
Dei cognitio quid ſit. 341
Deus eſt ſphæra inuiſibilis. 341
Deo cura eſt de nobis. ibid.
Deus non eſt mens. 342
Deum & bonum idem eſſe. 344
Deus omnia homini dat. 344
Deus quare dicatur pater. 345
Deus quid ſignificat. 348
Deo ſoli debetur gloria. 350
Deus omnium gloria. 351
Deus cur dicatur natura. 356
Deus vniuerſorum principium. 357
Deus eſt principium mediũ & finis. 360
Deus eſt mens. 363
Deus eſt materia. 365

Deus principium omnium ſecundũ philoſophum. 360
Deus centrum. 361
Deus eſt ſolus principium. 362
Deus quomodo eſt materia. 366
Deus eſt omnia. 366
Deus omnium eſt creator. 368
Deo aſsimilari omnia appetunt. 393
Deus eſt cauſa agens. 434
Deus eſt neceſsitas. 421
Deus eſt renouatio. 428
Deus eſt finis. Ibidem
Deus agit propter finem. 439
Deus finis, non tamen finitus. 442
Deus eſt finis legis. Ibidem
Dij curant omnia humana. 10
Differentia & conuenientia infiniti vigoris & temporis. 81
Differentia inter vniuocum & analogũ. 146
Differentia abſtractionum. 172
Differentia ſenſus & intellectus. 180
Differentia quid ſit. 225
Differentia inferior includit ſuperiorem. 238
Differentiam materialiter non includere ſuperiorem. 239
Differentia prædicatur de pluribus differentibus in eo quod quale. 240
Differentia quot modis dicitur. 240
Differentia quomodo prædicatur de pluribus differentibus ſpecie. 241
Arg: contra: ſoluuntur. 243
Differre numero quid. 244
Diffinitio ex additamento. 401
Difficultas ex parte rei. 216
Difficultas ex parte intelligentis. 216
Difficultas omnis eſt ex parte noſtra. 217
Dignitas hominis. 2
Dimenſio an præcedat formam ſubſtantialem in materia. 121
Dimenſio determinata. 112
Dimenſio interminata. 122
Dimenſio præcedit formas. 122
Dimenſio materiæ coæterna. 122
Dimenſiones non præcedere formam ſubſtantialem. 125
Dimenſiones realiter diſtingui à materia. 127
Dimenſio eadem ex parte ſubiecti & ex parte formæ. 178
Dimenſionem vnam tantùm eſſe. 178
Diſpoſitiones corrumpuntur. 95
Diſpoſitionum neceſsitas. 95
Diſtinctio qualitatum & quantitatũ. 317
Diſtingui actu dupliciter. 382
Diuinum diuina natura. 352
Dux populi Chriſtus. 36

E.

Efficientis duplex finis. 443
Effectus quantitatis tres. 318
Eiuſdem plures cauſæ. 435
Elementa cœleſtia. 10
Elementum quare non reſiſtit formæ. 57
Elementorum locatio. 325
Elementum vnum quomodo patiatur ab altero. 335
Elementum vnum non eſſe locum alterius, propter formas ſubſtantiales. 335
Elementa inanimata. 354
Elyſius campus quid ſignificet. 23
Entia ſuperiora carent potentia. 140
Ens diuiditur per potentiã & actum. 139
Ens eſſe vniuocum ſubſtantiæ & accidenti. 140
Opponuntur & ſol: arg: 143
Ens quid ſignificet ſecundùm Philo: 146
Ens eſſe multiplex ſignificato. 146
Ens non ſignificat æquiuocè vel vniuocè 10. prædicamenta 147
Ens ſolam ſignificat ſubſtantiam. 147
Ens per participationem. 148
Ens prædicare æquiuocè de ſuis inferioribus. 148
Ens non eſſe purè æquiuocum: & ſol: Arg: 149
Ens non dicere aliquem conceptum præciſum. 151
Ens non dici analogicè. 153
Ens non prædicatur identicè. 154
Ens in quantum eſt ens, eſt ſubiectũ adæquatum primæ phil. 1, 4
Ens reale cõmune finito & infinito, ſubiectum Metaph: 155
Entis duæ diuiſiones. 155
Ens prædicamentale, id eſt diuiſum, in 10 prædicamenta eſſe ſubiect: Metaph: 158
Ens eſſe primum cognitum. 162
Entis abſtractio formalis & totalis. 173.
Ens cognoſci diſtinctè. 174
Entis conceptus confuſus. 179
Ens diuidi: in 10. prædicamenta. 183
Ens diuidi per modos prædican: 184
Ens diuidi in 10. prædicamenta per modos eſſendi. 185
Ens deſcendere per modos eſſendi. 185
Ens non diſtingui per modos eſſendi. 186
Argumenta ſoluuntur de modis eſſendi. 188
De paſsionibus entis. 189
Ens habere veras paſsiones. 189
Ens & vnum eſſe ſynonima. 190
Ens non habere veras paſsiones. 190
Enti quomodo inſint paſsiones. 190
Ens habere proprias paſsiones. 190

De vno atq; alijs paſsionibus entis ſiue ſynonimis. 191
Ens quare non habeat proprias paſsiones. 191
Ens & vnum non dicere vnam naturam 195
Entis paſsionum diuiſio multiplex & earum ordo. 196
Entis diuiſio multiplex. 198
Ens diuidit vnum & conuertitur cũ ente. 198
Entis ratio multiplex. 199
Ens non poſſe eſſe genus. 218
Opponuntur & ſoluuntur Argum: 219
Eſſentia Dei & diuinitas quid ſint apud Merc: 40
Eſſe exiſtentiæ & ſubſiſtentię. 108
Eſſe duorum corporum diſiuncta. 318
Eſſe materiæ diſiunctum ab eſſe formæ. 380
Æternum an poſsit eſſe aliquid corruptibile. 75
Æqualitas continentiæ. 317
Æqualitas dimenſionum. 317
Æquiuocum reale. 143.
Expectatio valida ad mentem recipiendã 15
Extenſio duplex. 128
Exempla vnionis. 304
Exemplum de materia: 305

F.

FAlſitas vnde. 212
Fœcunditatis bonum. 11
Fide fugata nihil intelligi. 5
Fide Deus intelligitur. 42
Fieri ex aliquo dupliciter dicitur. 103
Filius eſt vmbra. 26
Filius ex patris eſſentia. 41
Filius Dei eſt veritas. 211
Filius eſt principium. 358
Finis hominis. 14
Finis motuum venturus. 15
Finis duplex. 77.& 439
Finis efficiens. 77
Finis ſignificat agens. ibid.
Finis ſupernaturalis. 429
Finem qui perdit omnia perdit. ibid.
Finis eſt mouens. ibid.
Finis ad duo comparatur. 430
Finis natura dat amorem. ibid.
Finis quomodo ſit cauſa. 431
Finis quomodo ſit prior agente. 437
Finis eſt cauſa cauſarum. 438
Finem eſſe cauſam. 439
Finis quomodo mouet. ibid.
Finis animalium homo. 440
Finis eſt nobilior his, quę ſunt ad fin. 441
Finis legis eſt Deus. 442
Finis creaturarum eſt homo. ibid.
Finis moralium. 443
Finis iudicialium. ibid.
Finis cærimonialium. ibid.
Fons vitæ Baptiſmus. 5
Flegmatici & Melancholici citò caneſcũt 252
Formæ brutorum non ſunt animæ. 51
Forma duplex. 71
Forma mouens non mota. ibid.
Forma ſine dimenſionibus. ibid.
Forma conſtituens tantùm. 72
Formam non eſſe. ibid.
Formam cœli eſſe intelligentiam. ibid.
Forma abſtracta in eſſe. ibid.
Forma prima abſtracta quomodo ſit in cœlo. 73
Forma cœli eſt agens & finis. ibid.
Forma vt finis & agens eadem. ibid.
Formæ cœleſtes an moueantur per accidens. 74
Forma largitur cœlo motũ & eſſe ex ſecundo de ſubſtantia orbis. 75
Forma vna cœli. ibid.
Formarum differentia. 76
Forma non educta de potentia. 77
Forma cœli ſi eſt infinitæ virtutis. ibid.
Forma finita & infinita. 80
Forma eſt multiplex. 81
Formæ diffinitio prima. 82
Forma eſt ſimplex & inuariabilis. ibid.
Forma eſt quid diuinum. ibid.
Forma dat eſſe rei. ibid.
Forma eſt principium generationis. 82
Forma eſt actio agentis. ibi.
Forma eſt cauſa terminationis. 83
Forma eſt cauſa vnitatis. ibid.
Forma eſt cauſa vniuerſalitatis. ibid.
Forma eſt ſcopus naturæ. ibid.
Forma eſt cauſa eſſe omnibus. ibid.
Forma eſt à qua res eſt. ibid.
Forma eſt natura. ibid.
Forma quare eſt magis ens, quàm compoſitum. 84
Formam non eſſe compoſito perfectiorem. ibid.
Formam cum compoſito habere vnum eſſe. 85
Formæ quomodo ſint numeri. 87
Formalis ratio eſt vltima differentia. ibid.
Forma quomodo intenditur. 89
Formam ſubſtantialem habere gradus intrinſecos. 90
Formæ graduales. 91
Forma veniente an accidentia corrumpantur. 95
Forma an ſit in materia vel aliqua pars formæ producendæ. 96
Formam non exiſtere in materia. ibid.
Formam non exiſtere in ſemine. 97
Forma vnde ſit introducenda. ibid.

Formæ animalium à Deo immediatè. 97
Formas eſſe in materia ſub eſſe confuſo. ibid.
Formam eſſe in ſemine. 99
Soluuntur Argu: ibid.
Formam non fieri ex aliquo exiſtente in materia, & ab ipſa materia diſtincto. 101
Formam fieri ex puro poſsibili. 102
Forma nõ fit ex aliquo, tamen non creatur. 103
Forma an producatur ab agente naturali ſiue ſeparato. ibid.
Formæ ſeminis. ibid.
Forma & materia facit vnum compoſitum per ſe. 106
Forma eſt terminus generationis. 107
Forma totius idem cum forma partis. 109
Forma totius differt à forma partis. ibi.
De formis partialibus. 113
Formam vnam ſufficere & plures non eſſe. ibid.
Formas partiales ſeu ſimilares eſſe plures. 114
Formæ ſubſtantiales an ſint plures in cõpoſito. 117
Formæ corporeitatis neceſsitas rationibus oſtenditur. 119
Forma mixti. ibid.
Formam corporeitatis non eſſe æternam ibid.
Forma prima eſt actus incomplexus. 120
Forma intellectiua continet alias formas ibid.
Forma corporis eſt vna. ibid.
Argum: ſoluuntur de forma corporeitatis. ibid.
Formam ſubſtantialem immediatè recipi in materia. 124
Formas ſubſtantiales in animato plures eſſe ſimul. 129
Formas ſubſtantiales in animato plures vna non inueniri. 134
Forma eſt actus & quare dicitur actus. 138
Formulæ non ſunt figmenta. 164
Formulæ in mente. 166
Formulæ non cognoſcuntur à nobis. 167
Forma compoſiti vniuerſale poteſtate. 181
Forma & potentia idem. 270
Forma eſt propriè natura. 357
Forma eſt cauſa cognitionis. 373
Forma in potentia eſt potentia materiæ. ibid.
Forma ſola eſt quidditas. 399
Formæ ſeparatæ virtus. 431
Forma quomodo eſt illimitata. 432
Formæ cauſalitas in quo conſiſtit. ibid.
Fortuna longè à Deo. 361
Fundamentum ſecundę intentionis quod eſt proprium. 255
Futurum non præteritum Deus poteſt mutare. 293

G.

Genus Sophiſtarum. 10
Generationem non eſſe mutationem ſucceſsiuam 92
Generatio ineſt cõpoſito per formã. 104
Generari dupliciter. 104
Generatio vnius quando corruptio alterius. 136
Genus & differentia bifariam. 140
Genus eſt confuſius ſpecie. 179
Genus logicum. 220
Genus phiſicum. 2.0
Genus & differentia dicunt diſtinctas realitates. 220
Genus per ſe non prædicari de differentiis. 222
Opponuntur & ſol: Arg: 223
Genus & differentiam facere vnum per ſe. 224
Genus quomodo continet differentiã poteſtate. 225
Generis poteſtas quæ ſit. 225
Genus ſecundùm eius totam eſſentiam eſt in qualibet ſpecie. 231
Opponuntur & ſol: Arg: 233
Genus quot modis dicitur. 231
Genus quomodo ſignificat ſubſtantiam. 232
Generationis principium. 232
Genus quomodo adeſt ſpeciebus. 232
Genus non dicit vnum ex parte. 232
Generis ac ſpeciei non eſſe vnum eundẽq́ conceptum. 235
Generis cõceptus quomodo ſit vnus. 236
Generis inferioris differentia diuiſiua an includat formaliter differentiã ſuperioris. 237
Genus & differentia quomodo ſint vnũ. 241
Genus & ſpeciẽ determinat qualitas. 241
Genus totum eſſentiale. 242
Generis totum poteſtatiuum. 242
Genus diuidere quare non dicitur differẽtia. 242
Gloria omnium Deus. 350
Gloria dei quid ſignificet. 351
Gubernatio mundi ab vno. 8
Gradus dantur in forma. 88
Gradualis forma. 91
Gradus ſpecifici qui ſint. 91
Graue ſi moueretur in vacuo, moueretur in tempore. 300
Gratia cooperans. 444

H.

HAbitus confuſus. 225
Harmonia rerum. 6
Harmonica ratio. 70
Hieronymus de reuolutione animarū 266
Hebraicè ſanctitas. 38
Heræſis Pelagij. 443
Homo poteſt eſſe omnia. 2
Hominis vera pulchritudo. 2
Homo dicitur filius dei. 2
Homo geſtat duplicem imaginem. 3
Homo eſt deus mortalis. 3
Homo diuini operis contemplator. 4
Homo multiformis naturæ. 4
Homo magnum eſt miraculum. 4
Homines gradus angelorū ſortiuntur. 6
Homo ex viſibilibus Deum noſcit. 7
Homo gaudet ſe eſſe imaginem dei. 8
Homo quando cognoſcit ſeipſum. ibid.
Homo eſt mortalis & immortalis. 9
Homo eſt pars dei. ibid.
Homo non eſt minor quia mortalis. ibid.
Homo mundi eſt gubernator. 10
Homo ſecundus imago dei. ibid.
Homo ex vtraq; parte pleniſſimus. ibid.
Homo nobilior Angelis. ibid.
Hominis eſt vigilare. 11
Homo effector deorum. 12
Homo exiſtit ex vita & luce. 13
Homo eſt mortalis. 19
Hominum duo genera ignorantium & non credentium. 26
Homines plures vnus homo. 246
Hominem habere duas formas ſubſtantiales. 130
Homo non eſt anima & corpus. 405
Hominis definitio ſecundùm Aug. 407
Homo finis animalium. 440
Homo finis creaturarum. 442

I.

IDea mundi. 91
Idea boni cauſa veritatis. 203
Idola antiquorum deſtruenda. 13
Ignorantiæ malum. 5
Ignorantia vnde. 218
Ignis theſaurus Iouis 336
Impoſſibilia quæ. 288
Impoſſibile quotuplex. 293
Incircumferentia. 326
Infinitum duplex. 81
Infinitum quomodo eſt finis. 442
Influxus Dei oſtenditur. 8
Influxus cœleſtis. 336
Ingenitum quid ſignificet. 45
Iniqos dæmon regit. 30
Incompoſſibilia quæ. 293
Intelligentia quomodo eſt forma. 72
Intelligentia non mouetur ad motum orbis. ibid.
Intellectus & intellectum idem. 74
Intelligentiam primam per accidens non moueri. 75
Intelligentia eſt perfectio orbis. 79
Intelligentia non eſt virtus in materia. 80
Intellectum omnia intelligere. 168
Intellectus æternus. ibid.
Intellectus copulatur nobis bifariā. ibid.
Intellectum ſingularia intelligere. 170
Intellectus poſt bonum. 204
Intellectus diuinus. ibid.
Intellectus quare cum difficultate intelligit. 208
Intellectus naturalis cognoſcit per relationem ad formam. 397
Intelligentias entia neceſſaria ſecundùm Philoſ: habere cauſam effectiuam. 425
Intelligentiæ quomodo ſint poſſibiles neceſſariæ. 457
Intentio & remiſſio formarum vnde oriatur. 88
Intentio ſecunda. 220
Intentio diffinitur. 232
Intentio ſecunda vnde cauſetur. 259
Intentio ſecunda applicatur ſubiecto communi. 260
Inuidia non eſt in Deo. 7
Inuentor medicinæ. 11
Iehoua explicatur. 348
Iudicium futurum. 15
Iudicium omnium vltimum. 16
Iudicium per ignem. ibid.

L.

LAus Mercurij. 43
Laus Aſtronomiæ. 61
Labor vnde venit. 64
Leges nobis ſunt incommutabiles. 164
Liuor non eſt in Deo. 5
Literæ nominis Iehoua. 349
Locus inferni. 24
Locus quid ſit. 301
Locus omnium Deus eſt. 305
Locus materialis quid ſit. 306
Loci proprietates quæ ſint. 306
Locus dicitur multipliciter. ibid.
Loci immobilitas vnde ſit. 307
Locus non eſt corpus. 310
Locus non eſt poſitio. 310
Locus non eſt virtus cœleſtis. ibid.
Loci finis & efficiens, materia, & forma. ibid.
Locum immobilem eſſe variæ ſententiæ. 315
Locum eſſe oſtenditur. 312
Loci diuiſio. 313

Locus non eſt forma. 314
Locus non eſt interuallum. ibid:
Locus non eſt materia. ibid:
Locus habet virtutem conſeruandi locata. 315
Locus mouet vt finis. ibid:
Locus naturalis eſt finis. ibid.
Locus haber potentiam conſeruandi. 316
Locus perficit locatum. ibid.
Locus eſt æqualis locato. ibid:
Locus vnus acidem non recipit duo corpora ſimul. 317
Cui conuenit eſſe in loco. 324
Locus & tempus differunt. ibid:
Locus quomodo contineat cœlum. ibid:
Locum occupat anima per accidens. 325
Locus omnium cœlum. ibid.
Locus puncti. ibid:
Locum ſuum obtinet vnumquodq; naturaliter. ibid.
Locatio elementorum. ibid:
Locus Dei nos ſumus. 327
Locus Dei ſecundùm ſcripturas. 328
Locus vltimæ ſphæræ. 331
Locum habet à centro vltima ſphæra. 332
Locus per accidens. 333
Locatio elementorum. ibid:
Locum eſſe vnum elementũ alterius. ibi:
Locus naturalis terræ an aqua ſit. ibid.
Locus naturalis triplex. 334
Locus quomodo ſit centrum. ibid:
Locus terræ quomodo ſit aqua. ibid:
Locus corporum grauium. ibid:
Locum non eſſe vnum elementum alterius propter formas ſubſtantiales. 335
Locus terræ. 336
Locus terræ naturalis. 338
Locus puncti & punctus ſunt idem. ibid:
Locus puncti & punctus ſi naturaliter cõſideratur diſtinguitur, ſi mathematicè non. 339
Lumen Dei. 30
Lux diuina eſt lux humana. 29
Lucerna pedibus noſtris quæ ſit. ibid.
Lucis fructus veritas. 213

M.

MAculæ peccatorum in anima. 22
Malum priuatio boni. 362
Materia quomodò indiuiſibilis. 92
Materia an habeat formam vel aliquam partem formæ producendæ. 96
Materiam non informari plurimis formis. 101
Materię adeſt forma in eſſe imperfecto. 102
Materia & forma quare faciunt vnũ. 106
Materiam generari ſubiectiuè non terminatiuè. 107
Materia quare appetit formam. 205
Materia & forma non eſt locus. 207
Materiam non eſſe æternam. 362
Materia quid apud Mercurium. 365
Materia prima vocatur humida natura. ibid.
Materiæ ſimilitudo. 366
Materia recipit omnia. ibid.
Materia eſt immortalis. ibid.
Materiæ incorruptibilitas vnde ſit. ibid.
Materia omnium corporum vnde. ibid.
Materia eſt facta & vna eſt. 367
Materiæ vnitas. ibid.
Materia quid ſit. ibid.
Materiæ formatio & vita. ibid.
Materiam eſſe creatam. 368
Materia quid ſit ſecundùm Platonem aliosq; Philoſophos. ibid.
Materiæ origo ſecundùm Plato: ibid.
Materiam quomodo opinatur Parmenides. ibid.
Materia quomodo non eſt ens. ibid.
Materia eſt natura. 369
Materiæ natura eſt potentia. ibid.
Materia non eſt purum nihil. ibid.
Materia prima nõ habet certam formam. ibid.
Materia non eſt quid neq; quale neq; quantum. ibid.
Materia prima capax eſt omnium formarum. 370
Materia matri comparatur. ibid.
Materia habet vnam formam. ibid.
Materia non eſt ſola potentia. ibid.
De primæ materiæ proprietatibus, Timæus Platonis. 371
Materia vocatur gremium. ibid.
Materia non habet propriam formã. ibid.
Materiæ natura. ibid.
Materia quomodo eſt in potentia ad infinitas formas. ibid.
Materia non eſt ſine forma. 372
Materia prima differt ab elementis. ibid.
Materiæ nomina. ibid.
Materia non eſt elementum neq; ex elementis. 373
De primæ materiæ origine atq; natura Plotini Philoſophia. ibid.
Materia prima non eſt in actu. 374
Materia quomodo non ſit ens. ibid.
Materia non eſt pura potentia. ibid.
Materia quomodo non eſt in actu. ibid.
Materia tenet medium. ibid.
Materia non eſt in ordine entium. ibid.
Materia prima non eſt purum nihil. 375
Materia eſt ſuſceptaculum & ſubiectum. ibid.
Materia prima incorruptibilis. ibid.
Materia prima quid ſit. ibid.

Materiæ conditiones. 376
Materia eſt ſicut ſpeculum & ſimulachrũ informe. ibid.
Diui Auguſt: ſententia de prima materia. ibid.
Materia prima à Deo creata. 377
Materiæ primæ nomina. ibid.
Materia vna omnium corporum. ibid.
Materia non præcedit formam tempore ibid.
Materia eſt aliquod ens poſitiuum diſtinctum eſſentialiter à forma. 378
Materiam eſſe ens in potentia & actu. 379
Materia non eſt priuatio. 380
Materia habet eſſe diſtinctũ à forma. ibi.
Materiam non eſſe in actu. 381
Soluuntur argumenta. 381
Materia quomodo ſit actus & potẽtia. 383
Materia quomodo eſt cognoſcibilis. ibid.
Materia eſt ſubiectum generationis. ibid.
Materia poteſt eſſe ſine forma, diuina virtute. 384
Materiam ſibi non determinare formam. ibid.
Materia non eſt ens abſolutum. 386
Materiam ſine forma eſſe non poſſe. Soluuntur argumenta. 388
Materia eſt in actu & potentia. 389
Materiam poſſe eſſe ſine forma. 390
Materiam ſine forma eſſe non poſſe, quare Philoſophus negat. ibid.
Materiæ potentia. 391
Materiæ eſſentialis differẽtia potentia eſt. ibid.
Materia prima eſt multa in potentia. ibid.
Materiæ quomodo potentia accidit. ibid.
Materia appetit formam. 393
Materiam appetere nouã formam & Dei ſimilitudinem. 395
Materia vnde cognoſcatur. 396
Materia motiuè intelligibilis. 397
Materia per ſe non eſt intelligibilis. ibid.
Materia an ſit pars quidditatis. 398
Materia pars quidditatis. 400
Materiam vnam eſſe dicit Merc: 407
Materia triplex ex com: 411
Materiam non eſſe in cœlo. ibid.
Materiam cœli non eſſe eiuſdem rationis. 412
Materiæ intrinſecæ diuiduntur. ibid.
Materiam cœli eſſe eiuſdem rationis cum materia inferiorum. 413
Arg: opponuntur & ſoluuntur. ibid.
Materiam eſſe in cœlo. 414
Materia quomodo ſit ad vbi. ibid.
Materia vna omnium corporum. ibid.
Materiam omnium corporum cœleſtium eſſe eiuſdem rationis. 415
Materiæ cauſalitas in quo conſiſtit. 431
Materia quomodo ſit cauſa. ibid.
Medicinæ inuentor. 11
Medium duplex. 336
Mens non omnibus ineſt. 6
Mens eſt donum intelligendi. 14
Mendacij imbecillitas. 214
Mens quid ſignificet apud Mercuriũ. 363
Methaphiſicus & logicus in quo differãt 155
Myſterium abſconditum. 12
Myſterium abſconditum quale. 13
Myſterium trinitatis. 350
Mixta animata. 354
Modus contemplandi triplex. 61
Modus cognoſcendi veri boni. 203
Modus inueniendæ veritatis. 214
Modi naturæ. 357
Mores Ægyptiorum. 45
Mortis cauſa vnde. 25
Mors duplex. 25
Mors corporis & animæ. 26
Mors quomodo eſt accidens. 262
Motuum finis venturus. 15
Motus quid ſit. 44
Motus prima definitio. 46
Motus definitio ſecunda. 47
Motus eſt actus mobilis. ibid.
Motus dependet à motore. ibid.
Mot⁹ eſt perfectio mobilis & motoris. ibi.
Motus eſt exitus de potentia ad actũ. ibid.
Motus eſt ſpecies vigil. 48
Motus eſt ſtimulus. ibid.
Motus paſsio ſucceſsiua & forma fluens. ibid.
Motus quomodo ſit in mouente. ibid.
Motus eſt generatio partis poſt partẽ. ibi.
Motus verus quis ſit. 49
Motus duplex colligitur ex Merc. 50
De motu circulari. ibid.
Motus animæ circularis. 52
Motus circularis rationes. ibid.
Motus circularis quis. 53
Motus circularis perfectior. ibid.
Motum circularem cœlo tantùm conuenire. ibid.
Motus circularis cæteris ineſt naturaliter. ibid.
Motum circularem non ineſſe elementis. ibid.
Motus ignis in concauo lunæ. ibid.
Motus circularis eſt continuus. ibid.
Motus circularis qualis. 54
Motus localis omnium primus. ibid.
Motus planetarum non contrariatur primo motui. 55
Mouentur poli per accidens. 56
Motuum & mobiliũ numerus apud Mercurium. 57
Motus primi orbis. 58
Motus tribus modis conſideratur. ibid.
Motus cauſa à ſolo Deo cognoſcitur. 59
Motus cœli vnde proficiſcitur. 63

Motus animalium vnde. ibid.
Motus animalis eſt mixtus. 64
Motus cœleſtis ſimplex. ibid.
Motor vt agens & finis. 65
Motus cœli intellectiuus vnde. 76
Motus animalium compoſitus. 77
Motus omnis in tempore. 85
Motum non fieri in inſtanti. 300
Motus localis triplex. 314
Motus artificiatorum 353.
Motus principium non eſſe vniuocũ. 354
Motus principium in cœlo. ibid.
Mundus dei imago. 7
Mundus ſecundus Deus. ibid.
Mundus diuinæ voluntatis organum. ibi.
Mundus vocatur Coſmus. ibid.
Mundus quid ſit. ibid.
Mundi ſeptem. 8
Mundi gubernator eſt homo. 10
Mundi ſenectus. 55
Mundi mutatio. 44
Mundus ſenſibilis. 51
Mundus congeries malorum. 201
Mundus non eſt bonus ob materiam. 367
Mundus eſt factus. ibid.
Mundus eſt ſicut familia aliqua. 440

N.

NAturale deſiderium animæ ad Deum 28
Natura nihil fruſtra agit. 276
Natura diuina quid ſit. 304
Natura boni quæ ſit. 344
Natura quid ſit. 353
Naturalia quomodo differunt ab artificialibus. ibid.
Natura quid ſit ſecundùm multorum ſententiam philoſophorum. 354
Natura priùs dicitur motu locali. 355
Natura quomodo conueniat cœlo. 356
Natura variè accipitur. ibid.
Natura eſt cauſa ordinis. 441
Natura conuenit compoſito. 402
Natura appetit vnum. 429
Neceſſarium complexum habere cauſam 422
Neceſſarium an habeat cauſam effectricem. ibid.
Neceſſarium incomplexum quomodo habeat cauſam. 425
Nodus quid ſit mundi. 16
Notitia in vniuerſali eſt notitia completa. 177
Nomen Iehoua 4. literarum. 348
Numerus ſpherarum cœleſtium. 59

O.

OBiectum commune. 180
Obiectum veritatis intellectus. 210
Oculi animæ intellectus agens & poſſibilis. 167
Officium ianitoris. 30
Omnipotentia Dei oſtenditur. 277
Omnipotentia quid ſit. 278
Omnipotentem eſſe probatur. ibid.
Omnia cõmunicant cum vno fine. 440
Operum merces poſt iudicium. 22
Operatio præcedit potentiam. 265
Opinio philoſophi de mundi creatione. 290
Opiniones de ſitu terræ. 336
Ordo quomodo ſit in ſubſtantia. 137
Ordo qui inuenitur in primo cognito 168
Ordinem eſſentialem non ineſſe conceptibus confuſis. 173
Ordo paſsionum entis. 196
Ordo veri & boni. 197
Ordo ſitus ordini naturæ reſpondet. 334
Ordo totius. 440

P.

PAtris officium. 3
Pater legitimus eſt Deus. ibid.
Pater quot modis dicitur. 4
Pater eſt ingenitus. 18
Partus vtriuſq; potentiæ. 11
Paulus de reſurrectione. 18
Paſsio propriè formaliter differt à ſuo ſubiecto. 250
Peccatum cauſa ſenectutis. 16
Pœnæ impiorum. 22
Pœnæ æternitas ex Platone. 23
Perfectio diuina quid ſit. 83
Perfectum duplex. 176
Portæ cœli duæ. 166
Poſsibilitatis & impoſsibilitatis cauſa vnde ſit. 257
Poſsibile quid ſit & quottuplex. ibid.
Poſsibile non eſt in æternis. ibid.
Poſsibile reſpicit actum. ibid.
Poſsibile quod nunquam erit. ibid.
Poſsibile non eſt neceſſe aliquando eſſe. 258
Poſsibile altum contingens. 290
De cauſa poſsibilitatis variæ ſentẽtiæ. 291
Poſsibilisne eſt, appetitus ſemper permanendi. 395
Poſsibile quomodo aliquid eſt. 422
Potentia & actus in omni prædicamento inueniuntur. 138
Potentia quæ eſt entis differentia, eſt ex natura rei. 139
Potentia nõ ineſt entibus ſuperiorib. 140
Potentiam præcedere actum, Arg: opponuntur & ſoluuntur. 266
Potentia actum quæ præcedat. 267
De potentia. ibid.
Potentiæ diuiſio. 268
Potentiam obiectiuam non diſtingui ab actu.

actu. ibid.
Potentia quot modis dicatur apud philoſ: 270
Potentia multiplex. 271
Potentia paſsiua & actiua, quomodo ſint in eodem. 272
Potentia phiſica & Metaphiſ: ibid.
Potentia actiua præcedit actum ſuũ. 273
Potentiæ actiuæ correſpõdet paſsiua. 274
Potentiæ paſsiuæ non reſpondet methap: potentia. 274
Potentiæ paſsiuæ quæ eſt in materia, quo modo reſpondet agens. 275
Potentia paſsiua eſt contradictionis. ibid.
Potentia an ſit in corpore cœleſti. ibid:
Potentiam phiſicam ſuo actu non fruſtra ri. 276
Potentia actiua quomodo non eſt fruſtra. ibid.
Potentia quomodo ſit in æternis. ibid.
Potentia Dei abſoluta & ordinata. 281
Potentia abſoluta quomodo poſsit aliquid quod non poſsit ordinata. 282
Poteſt Deus facere quæ non facit, & plura quàm vult. 283
Poſſe Deum meliora facere. 284
Potentia reſpicit actum. 287
Potentia Dei poſſunt eſſe duo corpora ſimul. 318
Potentia quædam dicitur fruſtra. 332
Potentiæ paſsiuæ & obiectiuæ differentia. 379
Potentiam ſubiectiuam & obiectiuam differentiam habere. 389
Potentia reſpectiua diſtinguitur realiter. 391
Potentiam non eſſe reſpectum. 392
Pueri omnes vocant patres. 170
Pugnans in tenebris. 30
Purgatio animi neceſſaria. 32
Plato comprobat reſurrectionem. 19
Plato dubius de animæ ad corpus vnione. 20
Plato dicit ſummum Deum deſcribi non poſſe. 32
Plato ponit 8. virtutes in cœlo. 60
Plato dicit cœlum habere ſenſus. 65
Plato quid dicat de noſtro ſcire. 163
Plato dicit Deum eſſe in medio cœli. 326
Plenitudo ſpatij non eſt totalis cauſa ſucceſsionis. 299
Prædicatio generis differẽtiæ. 119
Prædicamentum ſumitur tripliciter. 183
Prædicamentorum numerus. 185
Prædicari in prædicamẽto duo modi. 187
Prædicabile à prædicamento quomodo differt. 188
Prædicata differunt à prædicamentis. 189
Prædicamentum logicum & ſubſtantiæ quid ſit. 220
Præteritum eſt purum non ens. 293
Principia non demonſtrari per partes ſubiectiuas. 161
Principium vniuerſorum Deus. 357
Principium Deitatis pater. 358
Principium temporis. 359
Principium vnum non duo. 361
Principum pluralitas mala. ibid.
Principium malum. 362
Principia tria eſſe. 368
Priuatio an diſtinguatur re ab ipſa materia. 415
Priuatio duplex. ibid.
Priuatio non eſt forma generanda. 416
Priuatio eſt principium per accidens. 417
Principium eſt per ſe priuatio. ibid:
Priuationem eſſe ens reale. 418
Priuatio habet eſſe in intellectu tantùm. 419
Priuatio quomodo eſt principium per accidens. ibid.
Principia naturalia tria eſſe ſecundùm philoſ: 420
Plotini opinio de intellectu diuino. 43
Proceſſus duplex. 170
De proprio. 249
Proprium primæ & ſecundæ intentionis 249
Proprium quando eſt prædicabile & vnde emanat. ibid:
Proprium quot modis accipitur. ibid:
Proprium ſpecies vniuerſalis. 250
Proprium diſtribuit Ariſt: ibid:
Proprium duplex. ibid:
Proprium quomodo eſt prædicabile. ibid:
Proprium non eſſe vniuerſale. 253
Proprium eſſe æquiuocum. 254
Proprium quomodo ſpecies vniuerſalis. ibid.
Proprij ſubiectum duobus modis conſideratur. ibid:
Proprium eſt diſtinctum prædicabile ab accidente. 255
Proprium quomodo tribuitur accidenti. ibid.
Proprium nõ diſtingui ab accidente. 256
Propriam paſsionem non diſtingui realiter à ſuo ſubiecto. 257

Q.

Quantitatem augeri non poſſe. 123
Quies magis naturalis quàm motus. 355
Quidditas quid ſit. 401

R.

Ratio harmonica. 70
Rationes quòd ens diuidatur per modos eſſendi. 185

Ratio entis duplex. 199
Ratio boni conſiſut in ſpecie, modo & ordine. 207
Rationale, quomodo homini & Angelo conuenit. 244
Raphael Archan: medicus. 252
Rationale cauſa efficiens. 257
Rationales philoſophi de mundi æternitate. 291
Radix impoſsibilitatis. 293
Rationes vnionis. 305
Reſurrectio futura. 18
Reſurrectionem Paulus prædicat. ibid:
Reſurrectionem Plato comprobat. 19
Reſiſtentia & reuerberatio. 40
Reſiſtentia vnde ſit. 50
Reſiſtentia non eſt vera. ibid.
Reſiſtentia duplex. 57
Reſiſtentia vnde naſcitur. ibid.
Res æternæ non ſunt prædicamenta. 539
Rei veritas reſpõdet veritati in anima. 209
Relatiua non ſunt entia abſoluta. 241
Recipiẽs eſt denudatũ á natura recepti. 369

S.

SApiens dominabitur aſtris. 11
Sanctitas quid. 37
Sanctitas in ſcriptura quid. 38
Sanctum id eſt firmum. ibid.
Sanctitas hebraicé. ibid.
Sanctitas græcé. ibid.
Sacrificium Dauid. ibid.
Scientia concedit ſuum ſubiectum. 157
Seruitus vnde. 11
Sexus vterq; in Deo quid ſignificet. ibid.
Septem zonæ vitæ humanæ. 32
Senſus quid. 68
Semen nõ eſt ſufficiens principium actuum generationis. 97
Seminalis ratio quæ ſit. 104
Seminales diuerſæ rationes. ibid.
Seminales rationes quibus inſunt. ibid.
Senſus Auerrois de ſubiecto. 157
Senſum cognoſcere ſingulare tantũ. 177
Senſus communis. 180
Sentire quare dicitur ſingulare. 182
Senſus non percipit veritatem. 209
Secunda intentio applicatur ſubiecto cõmuni. 260
Sententiæ variæ de loci immobilitate. 311
Sibyllæ Erithreæ carmina. 17
Situs ſolis. 60
Singularia prius intelliguntur. 170
Singulare quomodo cognoſcitur. 171
Singulare ſpeciei ſpecialiſsimæ primò repræſentatur 178
Singulare primum cognitum. 180
Significatio nominis Iehoua. 349
Similitudo materiæ. 366
Simulachra rerum verarum. 37
Sol dicitur pater. 30
Sophiſtæ genus. 10
Sol imago bonitatis, 206
Socratis petitio. 214
Sphærarum cœleſtium numerus. 59
Species rerum in indiuiſibili cõſiſtunt. 87
Species duæ rerum nõ poſsunt æquè perfectæ eſſe. ibid:
Species ſpecialiſsima ẽ primũ cognitũ. 171
Species partes poteſtatiuæ. 242
Species id eſt pulchritudo. 244
Speciei diffinitiones. 244
Species intentionaliter. 245
Species eſt pulchritudo generis. ibid.
Species & genus non eſſe relatiua. 246
Statuæ animatæ & præſciæ futurorum. 13
Studium mali Dæmonis. 30
Sterilitas quæ timenda. 347
Subiectũ trib. modis ſe habet ad formã 46
Subſtantia an habeat contrarium. 93
Superfluum alimenti. 98
Subſtantia abſtracta quomodo ſit ſubiectum met: 157
Subſtantia cum accidente. 198
Subſtantiam eſſe ſine accidente. 253
Subiectum proprii duobus modis conſideratur. 254
Subiectum ſine propria paſsione. 350
Subſtantiæ abſtractę quomodo ſint poſsibiles & neceſſariæ ſolutio. 428

T.

TArtarus. 23
Templa tria ſecundùm authores diuerſos. 25
Terrium primum via originis. 169
Totum nihil aliud eſſe quàm ſuæ partes ſimul iunctæ. 108
Totũ idem cum partibus collectiuè. 109
Totum idem eſſe cum partibus, rationes authorum. 109
Totum non eſſe ſuas partes. 110
Totum non dicit aliquid ſeparatum ſed aliquam entitatem. 12
Totum eſſentiale generis. 242
Totum poteſtatiuum generis. ibid:
Totum non eſſe in ſeipſo. 313
Tranſcendentia non prædicantur formaliter de ente. 191
Trinitatis myſterium. 350

V.

VMbra quid. 26
Vmbra triſtis dæmon. ibid.
Vmbra bona & mala. ibid:
Vmbra mortis quid. 27
Vmbra legis & Chriſti. ibid.
Vna vita ſpiritualis. 13
Vna eſt veritas. 210
Vnitas dei oſtenditur. 8
Vnitas anima mundi. 66

Vnus altero quare expeditior. 87
Vnum fieri per ſe. 105
Vnum per ſe non fit ex ſubiecto & accidente. 106
Vnũ per ſe fieri ex reb. diuerſæ ratiões. ib.
Vniuocum metaphyſicum. 143
Vniuocum phyſicum, logicũ, metaph. 143
Vniuocum vnde dicatur. 147
Vniuerſale in cauſando. 169
Vniuerſale in prædicando. 169
Vniuerſale confuſè intelligi. 175
Vniuerſale à ſenſu percipitur. 180
Vniuerſale mediante ſingulari cognoſcitur. 181
Vniuerſale ratio ſentiendi. ibid.
Vniuerſale non eſt compoſitum. 225
Vniuerſale an ſit extra animam. 226
Vninerſale duplex. 226
Vniuerſale nõ ẽẽ ſeparatũ à ſingularib. 226
Vniuerſale formaliter. 227
Vniuerſale obiectiuè. ibid.
Vniuerſale quomodo eſt extra animã. 229
Vnitas numeralis. 308
Vnio nihil addit. 403
Vnio eſt aliquid præter partes. 405
Vnio nõ eſt terminus generationis. 406
Vnio faciens vnum. ibid.
Vnum formaliter dici de ente. 192
Vnum dicere aliquod poſitiuum. 193
Vnũ diuidit ens & cõuertitur cũ ente. 198
Vnũ tranſcendens dicit aliquod poſitiuũ. ibid.
Vnũ & multa quomodo opponãtur. 200
Vnum eſſe prius multitudine. ibid:
Vnum in aliquo quot modis fit. 313
Vnũ corpus poteſt eſſe in multis locis. 320
Vnum melius quàm multa. 419
Varietas obiectorum. 236
Vacuum non dari. 294
Vacuum otioſum. ibid:
Vacuum quid ſignificet. ibid:
Vacuum non eſſe in corpore nec extra corpus. 296
Vacuum eſſe extra cœlum: 297
Vacuum non eſſe locum. 312
Veritas omnis à Deo. 18
Vera ſententia de virtute ſeminali. 104
Verum duplex. 28
Veritatis ſcientia pertinet ad Metaph. ibid:
Verum eſſe in intellectu. ibid:
Veritas quomodo ſit in animo. 209
Verum eſt prius bono. 210
Verba Dei vera. 211
Veritas in circuitu Dei. ibid.
Veritas de terra orta. 212
Veritas aliquando per malos loquitur. ib.
Veritas in cœlis. ibid.
Verbum veritatis. ibid:
Veritas omnia vincit. 213
Veritas 3. ſillabæ, 7. literæ. ibid:
Veritas fortior igne. 214
Veritati ſimilis vnitas. ibid.
Veritas à dextris Dei. ibid:
Veritate vna iudicantur aliæ. 215
Veritatis cognitio quomodo ſe habet. 216
Veritatis parua cognitio. 218
Veritatis diffinitiones. 219
Verbum triplex. 363
Verbum habet tria. ibid:
Verbi noſtri imperfectiones. ibid:

ORATIO HANNIBALIS.

BENEDICTA ſit ſancta veritas Pymander noſter, Deus veritatis; qui fidelis eſt in omnibus verbis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis: Ecce Domine veritatem dilexiſti, & propter hanc veritatem tuam, qua dixiſti te affuturum ſperantibus in te, incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Gratias tibi ago ſanctiſſime paſtor noſter, pater, lumen & vita noſtra, qui dediſti mihi intelligentiam veritatis, & animum meum confortaſti, vt ſcriberem ſine labore, imò maxima cum animi lætitia: idq́ Domine purè & ſimpliciter propter veritatem tuam, quam dilexi, quam amaui, in quam credidi, cui me totum commito. Vale ſancta veritas, pia in te ſperantium mater, inexpugnabile ſcutum in te credentium.

Finis.

Regiſtrum. * A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vv
Xx Yy Zz. Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll.
Omnes ſunt Duerniones.